10
7-I
19

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
9
19 H
21

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

16-f-18

15
b
32

10-8-G-21

10-7-I-19

18-b-26

L : 90.

Digitized by Google

Digitized by Google



LUGD. BATAVORUM.
Apud Franciſcum Hackium. Anno cIↃ IↃc LX.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

VIRO AMPLISSIMO,

ET CELEBERRIMO,

D. HENRICO BORNIO,

PHILOSOPHIÆ PROFESSORI ORDINARIO, ET CELSISSIMI ARAUSIONENSIUM PRINCIPIS STUDIORUM EPHORO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CUm Typographus novam hanc & nitidiorem VALERII MAXIMI editionem urgeret, tuo, VIR AMPLISSIME, nomini hanc inſcribere viſum fuit. Poſtulabat hoc ſumma, quæ mihi tecum intercedit familiaritas & neceſſitudo, quæ

non inconſultoimpetu, cæterum virtutis tuæ & benevolentiæ ſtabilitate, & conſtantia duntaxat nititur: quamque peperit mutuus voluntatum & ſtudiorum conſenſus, quo nihil mihi in vita jucundius contingere potuit. Accedit ſingularis tua virtus, quæ nullius indiga laudis, uberrimum præmium in propria conſcientia habet, à cujus recto dictamine virum probum ne tranſverſum quidem unguem diſcedere oportet: quæq; obtrectationibus invidorum impetita eò validior evadit, ſicut

ut

ut arbor ſolidior eſt, quæ vim tempeſtatis fregit, devicit. Quinetiam ita ſapientiam Civilem & Practicam in hac illuſtri Academia interpretaris, ut ſublime tuum ingenium, acre judicium, memoriam vaſtam, diffuſam & profundam eruditionem, dicendi perſpicuam facundiam omnes non tam laudent, quam admirentur. Laudes utiq; tuas jam diu antea in excelſo ſublimique loco collocavit maximus ille Philoſophus Gaſſendus, & quidem publico in lucubrationibus ſuis præconio. Tuum

 eſt

eſt libere & ſine ulla mentis fluctuatione veterum placita rimari, nova non contemnere, ubique judicium tanquam in veritatis tribunali exercere. Platoni Academiam, Ariſtoteli ſuum ambulacrum, porticum Stoicis, Epicuro ſuum hortum relinquis; optima quæq; ex omnibus elicis, & ſervile exiſtimas uni ſe includere carceri. Nimirum ignea mens ubi ſibi ipſi incumbit, omnia perrumpit, nullius arbitrio obnoxia, ſola veritatis cognitione perpetuò æſtuat. Neque vero ocioſæ

tan-

tantum contemplationi addictus, verùm intimæ vitæ civilis momenta penetraſti, apud eruditos ſine ulla oſtentatione eruditus; apud magnates ſocietatis humanæ peritus, apud omnes comitate & affabilitate potens. Hanc & officii & bene vivendi rationem cum prudentia, & modeſtia, & ſuavitate morum ita conjunxiſti, ut tuo merito Celſiſſimi Arauſionenſium Principis ſtudiis præfectus omnium expectationem impleas. Formare utique Principem, atque artibus honeſtis animum

ejus imbuere, arduum munus eſt, ut ex illarum ratione ſibi & ſuo tempore Reip. probè conſulat, quid fugiendum, quid imitandum, proſpiciat. Cæterum ipſius Principis admiranda indoles, & capax ingenium fœliciſſimæ tuæ inſtitutioni omnia magna pollicentur. Quod uti fortunet Deus immortalis, ſummopere precor. Vale Vir Ampliſſime & Amiciſſime, & largire aliquando utilitati publicæ tuum Lucretium. Datæ Lugduni Batavorum, pridie Kal. Aprileis.

Veſtri Studioſiſſimus

ANTONIUS THYSIUS.

VALERII MAXIMI
VITA,
INCERTO AUTORE.

VALERIUS MAXIMUS civis Romanus, Patricio genere natus, omnem pueritiam, & magnam adoleſcentiæ partem literis percipiendis, & honeſtis artibus dedit. Inde, ſumpta virili toga, ſe contulit ad rei militaris diſciplinam, ubi aliquamdiu ſtipendia feciſſe, & in Aſiam cum Sexto Pompejo navigâſſe dicitur. Unde reverſus, cum videret ſe patriæ ſuæ tam bene dicendo, quam bene faciendo poſſe prodeſſe, à quo incepto ſtudio militiæ gloria detinuerat; eodem regreſſus, ſtatuit urbis Romæ exterarumque gentium facta, ſimul ac dicta memoratu digna, ut ipſe fatetur, literarum monumentis commendare: quod feliciter & glorioſe conſecutus eſt. Floruit autem Tiberii Cæſaris temporibus, & ſub ejus imperio hanc ſcripſit hiſtoriam, cujus etiam numen invocat. Imperatores enim Romani, cum virtute ſua juſte ſanctèque geſſiſſent imperium, divino celebrabantur honore, & in deorum numerum transferebantur, unde etiam Divos imperatores appellamus. Genus verò ſuum paternum à gente Valeria, maternum à Fabia duxiſſe fertur: unde Valerius Maximus ex utraque familia ei nomen eſt. De cujus morte certi nihil poteſt afferri.

VOSSIUS
DE
HISTORICIS LATINIS.

VALERIUM MAXIMUM, *qui dictorum factorumque memorabilium libros* IX. *reliquit, poſt Vellejum ſcripſiſſe, inde cognoſcimus, quod Vellejus tantopere aduletur Sejano. ſcripſit igitur is ſuperſtite adhuc Sejano. At Valerius lib.* IX. *cap.* XI. *Sejanum, ſed exquiſito magis adulandi genere nomen ſupprimens, ob perfidiam, & ambitionem horribiliter exagitat, ac tandem addit, eum* omni cum ſtirpe ſua populi Romani pedibus obtritum, etiam apud inferos, ſi tamen illuc receptus eſt, quæ meretur, ſupplicia pendere. *ſcripſit igitur poſt Sejani cædem. Nempe extremis Tiberii temporibus. Stylus tamen vix ſapit tam bonum ævum. Ut cum in proœmio ait,* Mea parvitas eò juſtius ad favorem tuum decurrerit. *ſententias quoque nimium affectat. Propterea exiſtimare aliquis poſſit, hunc potius eſſe illum M. Valerium Maximum, qui anno Chriſti* CCLIV. *cum Voluſiano Imp. conſul Romæ fuit, iterumque conſulatum geſſit anno* CCLVII. *ut ex Onuphrio & aliis, conſtat. ita quod Valerius in præfatione ait, divinitatem ejus Imperatoris, cui opus ſuum dicat, paterno avitoque ſideri parem videri, id non de Julio, Auguſto, Tiberioque accipi debebit; ſed de imperatoribus tribus Gordianis; quorum duos in Africa creatos imperatores Maximianus occidit;*

tertius

tertius vero prioris nepos, alterius filius fuit, qui imperare cœpit anno CCLXXXVIII. *quo de Gordiano ita Capitolinus in Maximo & Pupieno:* neque unquam quiſquam in illa ætate ſic amatus eſt, merito avi, & avunculi, ſeu patris, ut quidam dicunt, qui pro populo Romano contra Maximum in Africa vitam finierant, *ſed cave hæc decipiant; nihil enim verius, quam hunc Memorabilium ſcriptorem multo eſſe antiquiorem, quando & Gellius, qui ſub Hadriano vixit ejus Memorabilium libros advocat lib.* XII. *cap.* VII. *imo certum eſt, ſub Tiberio vixiſſe: quandoquidem ipſe lib.* II. *cap.* VIII. *ſe Aſiam cum Sex. Pompejo petiiſſe dicit; eſt autem is Sextus Pompejus, qui cum Sex. Appulejo conſulatum geſſit, eopſe anno, quo Auguſtus Cæſar vita exceſſit, eique Tiberius ſucceſſit. Ac conſules iſti fuêre, qui primi in Tiberii verba jurarunt; eoque nomine Tiberio fuêre ſemper acceptiſſimi: ut ex Dione, Tacito, aliis, conſtat. etiam ætatem oſtendit locus iſte lib.* V. *cap.* VIII. Marcus Antonius, avorum noſtrorum temporibus clariſſimus orator. *item, qua Julio & Auguſto aſſentatum, oratio, lib.* VII. *cap.* VI. *& alibi. Item quod in gratiam Tiberii Brutum vocat parricidam lib.* VI. *cap.* IV. *quemadmodum & lib.* I. *cap.* VIII. *ait, C. Caſſium nunquam ſine præfatione publici parricidii nominandum. nempe ita ſub Tiberio loqui neceſſe erat: quod illa etiam Cremutii Cordi querela oſtendit apud Tacitum Annalium lib.* IV. Titus Livius Cn. Pompejum tantis laudibus extulit, ut Pompeja-

num eum Auguſtus appellaret: neque id amicitiæ eorum offecit. Scipionem, Africanum, hunc ipſum Caſſium, hunc Brutum, nuſquam latrones, & parricidas, quæ nunc vocabula imponuntur, ſæpe ut inſignes viros nominat. *Cremutius ille à Tiberio damnatus fuit, librique ejus per ædiles cremati; quod* editis annalibus, laudatoque M. Bruto, C. Caſſium Romanorum ultimum dixiſſet; *ut ibidem Tacitus ait. hæc ſatis docent, Valerium Tiberii vixiſſe ætate. Quod ſi quis objectet, mirum igitur eſſe, ſi is, qui Auguſtæi ævi conſuli familiaris fuit, dictione utatur, qualis ſeſquiſeculi poſt fuit: primum dicam, nec illo ævo omnes terſe ſatis locutos, nam & jam Cicero in Bruto conqueritur, quod, receptis in civitatem tot exteris, corrumpi cœpiſſet nativus ille color ſermonis Romani. Quod ſi illud minus ſatisfacit, quid ſi dicam, fortaſſe, ut non Trogum, ſed epitomen Trogi, habemus, ita nec Valerium exſtare, ſed epitomen ejus, quam Julius Paris concinnaverit. Nam videtur is feciſſe Valerii epitomen. Quod ſi Valerius librum de Romanorum nominibus fecit; eumque Memorabilium libris ſubjecit: hujus quoque epitomen ſcripſerit. Sin nihil hujuſmodi (quod multo verius puto) Valerius ediderit: ipſe Paris, ut melius intelligeretur Valerius, librum hunc compoſuit: ejus autem epitomen fecerit C. Titius Probus, aut ſi Probus auctor libri illius fuit, epitome erit à Paride, quod odorari licet ex præfatione illa, quæ eſt in libellum de pronominibus, ea hujuſmodi*

modi eſt: Decimus, atque ultimus hujus operis liber, ſeu ſtudioſorum inertiâ, ſeu ſcriptorum ſegnitiâ, ſeu alio quovis caſu, ætati noſtræ perditus eſt. Verum Julius Paris, abbreviator Valerii, poſt novem libros explicitos, hunc decimum ſub infrà ſcripto compendio complexus eſt: per quod de nominibus, pronominibus, cognominibus, atque agnominibus, fuiſſe eundem à Valerio compoſitum, conjectare licet. *ſed hoc, quod adfert, argumentum Valerii eſt infirmum. Potuit enim Paris librum de nominibus ſubjungere, non ut Valeriani unius libri compendium: ſed ut omnium Valerii librorum facem ac commentarium. Quare ſic ſtatuere malim, Valerium ipſum Memorabilia ſcripſiſſe: horum epitomen edidiſſe Paridem: eundem reliquiſſe librum de nominibus, hujus libri compendium feciſſe Probum. Quod etiam arguunt iſta, quæ ibidem continuo ſequuntur: verba quidem Julii Paridis, hæc ſunt:* liber decimus de prænominibus & ſimilibus: *ſequitur deinde:* Decimi hujus operis libri per C. Titium Probum epitome. *Porro hunc, non alium libellum, intellexit Alciatus lib.* IV. *diſpunctionum cap.* I. *cum habere ſe opuſculum ait Valerii Maximi de nominibus Romanorum.*

VA-

VALERII MAXIMI LIBRORUM NOVEM CAPITA.

PRIMI LIBRI
Cap. VIII.

1. De Religione. 4
2. De ſimulata religione. 36
3. De peregrina religione rejecta. 39
4. De auſpiciis. 42
5. De ominibus. 47
6. De prodigiis. 55
7. De ſomniis. 78
8. De Miraculis. 98

SECUNDI LIBRI
Cap. X.

1. De matrimoniorum ritu, & neceſſitudinum officiis. 129
2. De magiſtratuum atque ordinum officiis, & inſtitutis. 139
3. De militaribus inſtitutis. 151
4. De ſpectaculis. 155
5. De frugalitate & innocentia. 169
6. De externis inſtitutis. 174
7. De diſciplina militari. 187
8. De jure triumphandi. 206
9. De cenſoria ſeveritate. 214
10. De majeſtate. 224

TERTII LIBRI
Cap. VIII.

1. De indole. 235
2. De fortitudine. 240
3. De patientia. 277
4. De humili loco natis, qui clari evaſerunt. 286
5. Qui à præclaris parentibus degenerârunt. 294
6. De illuſtribus, qui in veſte, aut cætero cultu licentiùs ſibi indulſerunt. 298
7. De fiducia ſui. 301
8. De conſtantia. 318

QUARTI LIBRI
Cap. VIII.

1. De animi moderatione. 331
2. De reconciliatione. 357
3. De abſtinentia & continentia. 363
4. De paupertate laudata. 378
5. De verecundia. 387
6. De amore conjugali. 391
7. De amicitiæ vinculo. 398
8. De liberalitate. 409

QUINTI LIBRI
Cap. X.

1. De humanitate & clementia. 417
2. De gratitudine. 436
3. De ingratitudine. 446
4. De pietate in parentes. 466
5. De pietate fraterna. 478
6. De pietate erga patriam. 482
7. De patrum amore & indulgentia in liberos. 493
8. Qui ſeveri adverſus liberos. 497
9. Qui moderati adverſus ſuſpectos liberos. 501
10. Qui filiorum obitum forti animo tulerunt. 504

SEXTI LIBRI
Cap. IX.

1. De pudicitia. 509
2. Quæ libere dicta aut facta. 521
3. De ſeveritate. 532
4. De graviter dictis aut factis. 543

5. De

5. De juſtitia. 551
6. De fide publica. 558
7. De fide uxorum erga maritos. 563
8. De fide ſervorum erga dominos. 564
9. De mutatione morum aut fortunæ. 570

SEPTIMI LIBRI
CAP. VIII.

1. De felicitate. 589
2. De ſapienter dictis aut factis. 592
3. De vafrè dictis aut factis. 608
4. De ſtratagematis. 622
5. De repulſis. 630
6. De neceſſitate. 635
7. De teſtamentis reſciſſis. 643
8. De ratis teſtamentis & inſperatis. 647

OCTAVI LIBRI
CAP. XV.

1. De judiciis publicis inſignibus. 652
2. De privatis judiciis inſignibus. 665
3. De mulieribus, quæ cauſas apud magiſtratus egerunt. 668
4. De quæſtionibus. 669
5. De teſtimoniis irritis vel ratis. 670
6. De his qui commiſerunt quæ in aliis vindicârant. 674
7. De ſtudio & induſtria. 677
8. De otio laudato. 694
9. De vi eloquentiæ. 696
10. De pronunciatione & apto motu corporis. 701
11. De effectibus artium raris. 705
12. Optimis artium magiſtris concedendum eſſe. 711
13. De ſenectute memorabili. 713
14. De cupiditate gloriæ. 722
15. Quæ cuique magnifica contigerunt. 729

NONI LIBRI
CAP. XV.

1. De luxuria & libidine. 741
2. De crudelitate. 754
3. De ira & odio. 776
4. De avaritia. 777
5. De ſuperbia & impotentia. 779
6. De perfidia. 783
7. De ſeditionibus. 787
8. De temeritate. 790
9. De errore. 794
10. De ultione. 796
11. De improbè dictis & ſceleratè factis. 800
12. De mortibus non vulgaribus. 810
13. De cupiditate vitæ. 821
14. De ſimilitudine formæ. 826
15. De his qui per mendacium ſe in alienas familias inſeruerunt. 830.

CATALOGUS AUCTORUM,

Quorum integræ Notæ in VALERIUM MAXIMUM citantur. Qui in ipſis notis occurrunt, eorum numerus adeo magnus, ut prætermittere eorum nomina viſum fuerit.

A.

Ntonius Matthæus.

B.

Badius, *paſſim.*
Bartholinus.
Bayſius.
Becmannus.
B. Rhenanus.
Briſſonius.

C.

Caſaubonus.
Cluverus.
Colerus, *paſſim.*
Corradus, *paſſim.*

D.

D. Marius Niger.

F.

Freinshemius.
Fungerus.

G.

G. Fabritius.
Gyraldus.

H.

H. Hugo.
Hoſpinianus.

L.

Lipſius, *paſſim.*

M.

Marcilius.
Marlianus.

N.

Neapolis.

O.

Oliverius, *paſſim.*
Ortelius.

P.

P. Crinitus.
Peucerus.
Pighius, *paſſim.*
Politianus.
Pontanus.

S.

Salmaſius.
Scaliger.
Seldenus.
Sigonius.
Sleidanus.
Stewechius.
Streinius.

T.

Thyſius.
Tirinus.
Torrentius.

V.

Ubaldus.
Voſſius.

VALE.

VALERII MAXIMI EXEMPLORUM MEMORABILIUM LIBER PRIMUS.

AD TIBERIUM CÆSAREM AUGUSTUM.

PROLOGUS.

[1] POPULI *Romani, exterarumque gentium facta ſimul ac dicta memoratu digna, quæ apud alios latius diffuſa ſunt, quam ut breviter cognoſci poſſint, ab illuſtribus electa auctoribus deligere conſtitui: ut*[2] *documenta ſumere volentibus longæ inquiſitionis labor abſit. Nec mihi cuncta complectendi*

1. P*opuli Romani, exterarumque gentium.*] Liber Manuſcriptus, quem nobis præſtitit D. Jacobus Suſius, vir omnifaria eruditione ac virtute conſpicuus, ita exorditur præfationem. Vulgo: *Urbis Romæ exterarumque gentium facta.* Prior mihi lectio placet. Proprie namque magis dicimus, *facta populi Romani*, quam *urbis Romæ*. Sic Livius Hiſtoriæ ſuæ exordio ait: *Si res populi Romani perſcripſero*; non, *Si res Urbis Romæ perſcripſero.* Et Salluſtius in proœmio de Conjuratione Catilinæ: *Statui res geſtas pop. Romani perſcribere*; non, *Urbis Romæ*. Pighius.

1. *Documenta.*] Exempla & monumenta virtutis vel vitii. Virtutis, ad ſuadendum; vitii, ad deterrendum: ut alterum miremur, alterum fugiamus. *Oliv.*

1. *Volu-*

ctendi cupido inceſſit. Quis enim omnis ævi geſta, modico [1] voluminum numero comprehenderit? Aut quis compos mentis, domeſticæ peregrinæque hiſtoriæ ſeriem, [2] felici ſuperiorum ſtylo conditam, vel attentiore cura, vel præſtantiore facundia, traditurum ſe ſperaverit? Te igitur huic cœpto, penes quem hominum, Deorumque conſenſus, [3] maris ac [4] terræ regimen eſſe voluit, certiſſima ſalus patriæ Cæſar, invoco: cujus cœleſti providentia virtutes, de quibus dicturus ſum, benigniſſime foventur: vitia ſeveriſſime vindicantur. Nam ſi priſci Oratores ab Jove Opt. Max. bene orſi ſunt, ſi excellentiſſimi vates à numine aliquo principia traxerunt: [5] mea parvitas eo juſtius ad favorem tuum decurrerit, quod [6] cætera divinitas

1. *Voluminum numero.*] Utpote novem libris. Hoc inter *volumen* & *librum* intereſt; quòd *volumen* ſignificat partes operis, non autem totum librum: *liber* vero & pro toto codice & pro volumine accipitur. Idque Plinii Oratoris teſtimonio comprobatur: qui dixit; *Libri tres in ſex volumina, propter eorum amplitudinem diviſi.* Idem.

2. *Felici ſuperiorum ſtylo.*] Bongarſii Codex habet, *Fœlicis ſæculi ſtilo.* Appoſitè.

3. *Maris.*] De latiſſimo populi Romani dominio Dionyſius Halicarnaſſæus ita loquitur: *Univerſa maris domina eſt Roma, non ſolum illius, quod intra Herculis columnas habetur, verum & ipſius Oceani, qui eſt navigabilis.* Maris quidem revera nullum dominium eſt, ſed recte potentiori cedere dicitur. Vide Seld. & Grot. de Mari libero.

4. *Terra.*] Ea fuit veterum multorum adulatio, quaſi totius univerſi Regimen penes Romanos fuiſſet. Ridet hæc Septentrio, & nunquam in totum devictus Oriens. Vide Lipſium de Magnitudine Romana.

5. *Mea parvitas.*] Utitur vocabulo Tullius de univerſitate, ſed in ſignificatione quantitatis. Quæ cerni non poſſent propter parvitatem. Valerius autem pro vilitate ponit, vel parvitate; qua in ſignificatione ejus primitivo *parvus*, ſæpe veteres ſunt uſi. Huic contraria vox eſt granditas, Tullio uſurpata in Bruto, pro Demoſthenica σεμνότητα, id eſt, gravitate verborum. *Pighius.*

6. *Cætera divinitas.*] Cæteri, inquit, Dii tantum opinione colliguntur, id eſt, tantummodo homines opinantur cæteros eſſe Deos, qui eos nunquam viderint: Cæſares autem vident; ergo cæterorum quidem Deorum fides eſt, ſed incerta; Cæſarum autem præſens & certa: quia Dii Cæſares oculis ipſis conſpiciuntur: ergo quia de Cæſaribus fides eſt certior atque præſentior, quam de cæteris

tas opinione colligitur, tua præſenti fide [1] paterno avitoque ſideri par videtur: quorum eximio fulgore multum [2] ceremoniis noſtris inclytæ [3] claritatis acceſſit. Deos enim reliquos accepimus, Cæſares dedimus. Et quoniam initium à cultu Deorum petere in animo eſt, de conditione ejus ſummatim diſſeram.

cæteris Diis; tanto juſtius ego tuum numen invocavi, quam cæterorum Deorum ab Oratoribus & Poëtis invocantur. *Oliver.*

1. *Paterno avitoque ſideri.*] Julium & Auguſtum intelligit; nam ambo conſecrati poſt mortem, ut auctores ſunt Suetonius, Plutarchus, Dio, Plinius, & alii. Qui item ſtellæ crinitæ in conſecratione Julii Cæſaris viſæ meminerunt. Virgilius:

Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum.

Horatius:

—— Micat inter omnes
Julium ſydus, velut inter igneis
Luna minores.

Pighius.

2. *Ceremoniis.*] Ceremonia, ritus ſacer. Ab oppido Cære dictam voluit Feſtus. Nonnulli, & melius, à Cerere. Hinc Gloſſa: *Ceremonia*, *Δημιουργία.* Joſeph. Scaliger *Cerum ſanctum* veteribus dici oſtendit: unde Janus dicitur *Cerus manus*, id eſt, creator bonus, in Saliari carmine. Hinc *Ceremonia* vocabulum deducit.

3. *Claritatis acceſſit.*] Quemadmodum faſtos correxerint Julius & Auguſtus, pontifices maximi, & quæ ſacra ceremoniaſve, vel novas introduxerint, vel vetuſtate abolitas in uſum revocârint, quaſque item ædes ſacras, ac templa reſtaurârint, vel novas fecerint, latius intelliges ex Dione, Suetonio, Plutarcho, Ovidii Faſtis, & aliis. *Pighius.*

CAP. I.

DE RELIGIONE.

OBSERVATA.

1. *A populo Rom.*
2. *L. Metello Pont. Max.*
3. *Ti. Graccho & Coſſ.*
4. *Sacerdotum Collegiis.*
5. *Q. Fabio Dict. & C. Flaminio Magiſt. Eq.*
6. *P. Craſſo Pont. Max.*
7. *Æmilia Veſtalis diſcipula.*
8. *M. Marcello v. Coſ.*
9. *Furio Bibaculo Pratore.*
10. *L. Albinio.*
11. *C. Fabio Dorſone.*
12. *Q. Petillio Spurino Prat.*
13. *L. Tarquinio Rege.*
14. *M. Atilio Regulo.*
15. *Senatu Romano.*

NEGLECTA.

16. *A C. Terentio Varrone.*
17. *Ap. Caco & gente Potitia.*
18. *Milite Romano & Brenno Gallo.*
19. *P. Turullio prefecto claſſis.*
20. *Q. Fulvio Flacco Cenſ.*
21. *Q. Pleminio legato Proprat.*

Externa exempla obſervatæ vel neglectæ Religionis.

1. *Pyrrhus Epirotarum Rex.*
2. *Maſaniſſa Numidarum.*
3. *Dionyſius major Siculorum.*
4. *Thymaſitheus Liparitanorum.*
5. *Alexandri Regis milites.*
6. *Perſa.*
7. *Athenienſes.*
8. *Diomedon Athenienſium Dux.*

OBSERVATA.

1. [1] MAIORES noſtri * ſtatas † ſolenneſque ceremonias, Pontificum ſcientia; bene ‡ gerendarum rerum

1. M*Ajores.*] Exorditur à primis ceremoniarum Romanarum fundamentis; quem locum haud dubio Valerius ex Ciceronis Oratione de Aruſpicum Reſponſis eſt mutuatus. Itaque cum varia & obſcura ejus lectio reperiatur in exemplaribus, vulgari illa rejecta, quæ ſtatas ſolemneſque cæremonias pontificum ſcientia, bene gerendarum rerum auctoritate, augurum obſervatione, Apollinis prædictione, vatum libris, portentorum depulſis, Etruſca diſciplina explicari dicit. Probare hanc malim, quæ Ciceronis ſententiæ & verbis quam maxime convenit, & quemadmodum ipſe Cicero quaternis ſententiam clauſulis finit. Age, nunc utriuſque auctoris verba per dictas clauſulas ſingulatim conferamus, ut vero ſenſu in lucem producto, ex altero (quantum fieri poterit) alter corrigatur. Valerius quidem ſic habet: *Majores*

rum auctoritates, [1] Augurum obſervatione; [2] Apollinis prædictiones, * vatum libris; portentorum depulſa, † Etruſca diſci-

jores noſtri ſtatas ſolemneſque ceremonias pontificum ſcientia; bene gerendarum rerum auctoritates, augurum obſervatione: ſupple (ut poſtremo adjicit) *explicari voluerunt.* Sebaſtianus Cortadus, *auctoritatem* legit, ſed placet pluralis ille numerus in aliis item clauſulis ab utroque auctore obſervatus. Eodem fere modo has primas exprimit Cicero, ubi ſe primum habere dicit auctores ac magiſtros religionum colendarum majores ſuos: *Qui ſtatas* (inquit) *ſolemneſque cæremonias pontificatu: rerum bene gerendarum auctoritates, augurio*, ſupple (ut poſtea addit) *contineri putarunt.* Sed hæc de prioribus clauſulis: jam ſequentes duas conferamus. Ciceronis verba ſic continuantur: *Fatorum veteres prædictiones Apollinis, vatum libris, portentorum explanationes, Etruſcorum diſciplina contineri putarunt.* Quæ eadem brevius hoc modo refert Valerius: *Apollinis prædictiones, vatum libris portentorum depulſa Etruſca diſciplina explicari voluerunt.* Depulſam, procurationes appellat; mala enim quæ portentis deſignabantur, ſacrificiis, precibus, ac ſuppliciis per aruſpicinam (quæ Etruſcorum diſciplina eſt) ordinatis procurabantur, depellebanturque. Quod vocabulum me ſollicitat, uti ſentiam, in Cicerone potius *expiationes*, quam *explanationes* legendum eſſe; licet de Divinatione lib. primo utrumque aruſpicum diſciplina doceri velit, monſtrorum quippe interpretationes & procurationes. *Pighius.*

* *Statas ceremonias.*] Statæ ceremoniæ, ut vult Feſtus Pompejus, dicebantur ſacrificia, quæ certis quibuſdam diebus & ſtatutis celebrabantur. Unde Cato; *Sacra ſtata & ſolennia ſancta deſeruiſti.* Oliv.

† *Solennes.*] Anniverſaria ſacrificia, quæ ſingulis quibuſq; annis fiebant: nam *ſolennis* à ſolo & anno componitur. *Id.*

‡ *Gerendarum rerum, &c.*] Quia ſacrificia, quæ pro rebus gerendis ſuſcepiſſent, augurum authoritate confirmata ſolemnia habebantur, & ſi imperator, rem cum hoſte commiſſurus, taurum Marti immolaſſet, & poſtea victoriam conſecutus eſſet, id ſacrificium ex re bene geſta comprobatum ſolenne habebatur: nam ex eo quod rem bene geſſiſſent, intelligebant ea ſacrificia Diis accepta fuiſſe; & ita confirmata authoritate, ſolennia haberi incipiebant. *Oliver. Gerendarum rerum.*] Tantum non verbis Ciceronis, uti ſolet Orat. de Haruſpic. reſp. & l. 1. de Nat. Deor. De Augurum diſciplina exactiſſime ſcripſerat Varro in libris antiquitatum, ut teſtatur Auguſt. Citatur & illud Varronis contra Extiſpices: Non ſolum otioſos, ſed ſordidiſſimos fuiſſe Deos, ſi in jecorum & viſcerum ſterquilinio ſua occuluerunt conſilia, hominibus ab inſanis ſacerdotibus manifeſtanda. Multus Varro in reprehenſione ceremoniarum & Deorum; inde *Romanum Cynicum* vocat Tertullianus. Apud Nonium aliquoties citatur *Pſeudolo Apolline*, ubi non dubitem legere *Pſeudapolline*, in quo libro, puto, Menippæa acerbitate arguerat falſimonias oraculorum. Porro Ethruſcas diſciplinas Tagetis & Baccheditis quindecim voluminibus explicaverat etiam Labeo, teſte Fulgentio. *Coler.*

1. *Augurum obſervatione.*] Ut quæ captis auſpiciis augures Diis grata & probata fuiſſe dixiſſent, ea ſolennia haberentur. *Oliver.*

2. *Apollinis prædictiones.*] Ut quæ ſacrificia Phœbades oraculo Apollinis fieri debere dixiſſent ac Diis placere, haberentur ſolennia: ſicut ſæpe conſultus Apollo quomodo ſacrificia fieri deberent, vel ad iram Deorum placandam, vel ad victoriam conſequendam, vel ſi aliud opus eſſet; reſpondebant Phœba-

diſciplina explicari voluerunt. Priſco etiam inſtituto [1] rebus divinis opera datur, cum aliquid [2] commendandum eſt, precatione: cum expoſcendum, voto: cum ſolvendum, [3] gratulatione: cum [4] inquirendum vel extis, vel forti-

des vel tauro, vel agno, vel hoc ritu, vel illo, vel Jovi, vel Marti, vel his, vel illis ſacrificium eſſe faciendum. *Phœbades* Apollinis vates dicunrur; erant autem virgines ſic à Phœbo denominatæ, quæ templum Apollinis ingreſſæ, cum ad ipſius adyta, hoc eſt, penetralia veniſſenr, Apollinis ſpiritu afflatæ, futura prædicebant. *Idem.*

* *Libris vatum.*] Præcipue Sibyllinis.

† *Etruſca diſciplina.*] Secundum morem Hetruſcorum, quem à Tagete in agro Tarquinienſi didicerunt: nam inde ſacra & ceremonias omnes Romani ſumpſerunt. Conſtat enim Hetruſcos omnis divini cultus ſtodioſiſſimos fuiſſe. Hæc autem omnia Cicero in Orat. contra P. Clodium planiſſime oſtendit: *Qui illorum*, inquir, *prudentiam non dicam aſſequuntur; ſed quanta fuerit, perſpicere poſſunt, qui ſtatas ſolenneſque ceremonias, pontificum rerum bene gerendarum authoritates, auguria, fatorum veteres prædictiones Apollinis, vatum libros, portentorum explanationes, Hetruſcorum diſciplina contineri putarunt; quæ tanta eſt, ut noſtra memoria primum Italici belli funeſta principia, poſt Syllani Cinnanique temporis extremum pene diſcrimen, tum hanc recentem urbis inflammandæ delendique imperii conjurationem non obſcure paulo ante prædixerit.* Oliver.

1. *Rebus divinis opera datur.*] Id eſt, ſacrificia Diis exhibentur; nam divinis operam dare, nihil aliud eſt niſi ſacrificare. *Idem.*

2. *Commendandum eſt, precatione.*] Ut cum aliquod bellum ſuſciperent, & Diis exercitum populi Romani commendarent, Diis ſacrificabant; deinde cum jam bello ſuſcepto prælium inituri eſſent, numinibus aliquid vovebant, vel templum, vel aram, vel munus aliquod, ſi pop. Rom. victoriam conceſſiſſent; poſtremo victoria potiti, quam à Diis petierant, in actione gratiarum vota perſolvebant. Et hos ritus oſtendit inſtituiſſe majores. *Idem.*

3. *Gratulatione.*] Quia Diis gratias agebanr pro re bene geſta: nam *gratulari*, cum ad Deos refertur, eſt gratias agere; alias vero, cum alio pariter de re aliqua lætari ſignificat. *Idem.*

4. *Inquirendum vel extis, vel ſortibus.*] Sunt, inquit, & alii ritus ſacrificandi à majoribus inſtituti, ut cum irati ſunt Dii, & ſacrificiis iram eorum placare volumus: primo inquirendum eſt cur irati ſint; & poſtquam explorata fuerit ira Deorum, pro qualitate piaculi adhibendum eſt ſacrificium. Exploratur autem ita Deorum vel per exta, vel per ſorres. Per exta hoc modo: ſi triſtia fuiſſent, vel pallida, vel aliqua parte mutilata; ſignificabant Deos iratos eſſe; ſi vero læta, vigentia, & inregra, Dii ſignificabantur eſſe placati. *Vel ſortibus.*] Duplex fuit apud priſcos præcipue divinandi genus per ſortes. Unas quidem ſortes *Virgilianas* appellabanr, cum aperto Virgilii codice deſtinati qui occurriſſent verſus excipiebantur. De quo genere Helius Spartianus in Adriani vita, quo quidem tempore, cum ſollicitus de Imperatoris erga ſe judicio, Virgilianas conſuleret ſortes, in hos incidit verſus:

Quis procul ille autem ramis inſignis olivæ
Sacra ferens? noſco crines incanaque menta
Romani regis, primam qui legibus urbem
Fundavit: Curibus parvis, & paupere terra.

Alte-

[1] ſortibus, [2] impetrito: cum ſolenni ritu peragendum, ſacrificio. [3] Quo etiam oſtentorum [4] ac fulgurum denunciationes procurantur.

[1] Tan-

Alterum fuit ſortium genus vetuſtiſſimum, à ſacerdotibus confictum, reſponſiſque otaculorum non diſſimile; quod inſcripta foliis arborum tabelliſque diverſorum eventuum elogia ad Deorum pulvinaria erant ita diſpoſita, ut quod petitioni conducete videretur, artificio quodam in ſpem vel in metum ſuſcitantem inducerent. Hinc illud Livii lib. XII. *Sortes attenuatas.* Unamque excidiſſe ita ſcriptum; *Mavors telum ſuum concutit.* quomodo fierent procurationes, idem Livius docet.

1. *Sortibus.*] Sortes captabantur teſſellis taliſve jactatis, & ex teſſerarum ſuperficie de eventu judicabant. Hinc ad Buram, Achaiæ oppidum, Oraculum Herculis fuit, ex talis abacoque conſtitutum. Nobiles & Præneſtinæ ſortes. Similis fuit vanitas Geomantica, quæ ſedecim figuris conſtabat, & ex iis prædictiones eliciebantur, quorum nomina erant, Acquiſitio, Amiſſio, Lætitia, Triſtitia, Fortuna Major, Fortuna Minor, Conjunctio, Carcer, Albus, Rubus, Puella, Puer, Populus, Via, Caput, Cauda. Sed de his alias. Sin autem ſortes auctæ, ſicut in cæteris oſtentis, omnia proſpera portendebantur, ſin diminutæ, triſtia. Ita Livius *Præneſtinas ſortes attenuatas* dixit. *Thyſ.*

2. *Impetrito.*] Ita Adrian. Turnebus pro *impertito* corrigit; quod ſane vetuſtum augurale eſt vocabulum. Feſtus dici vult quaſi *impetratum*, hoc eſt, firmum ac ſecurum, immo ſtabile, ceu in petra fixum, ſicut alii interpretantur. Hinc ſacra impetrita in inquirendis rerum eventibus, ante oracula, auſpicia vel ſortilegia fiebant, conciliandorum numinum cauſa, ut certa, firma ac ſecura petentibus denuntiarent. Itaque & auguri Ciceroni hoc ipſum ſuum verbum reddi debet de Divinatione II. cum dicit: *Qui evenit, ut is qui impetrire velit, convenientem hoſtiam rebus ſuis immolet?* Ubi æque perperam *impertire*, in vulgatis habetur exemplaribus. Sic & Plinius reſtituendus lib. XXVIII. cap. 2. *Præterea alia ſunt verba impetritis, alia depulſoriis, alia commendationibus.* Non recte enim vulgo legitur: *impetrantis, depulſoris, commentationis.* Ita valde impurus eſt ille Plinii locus, ut ex ipſo Valerio colligere eſt, qui hæc tria etiam ſacrorum genera recenſet. Apud ſolum (ni fallor) Plautum hoc ipſum genuinum vocabulum, quod ex aliis bonis auctoribus ſciolorum imperitia omnino exterminatum eſt, remanſit? qui ſic in Aſinaria:

Impetritum, inauguratu'ſt quovis admittunt aves.

Pighius.

3. *Quo etiam oſtentorum ac fulgurum.*] Non eodem dicit ſacrificio purgari denuntiationes fulgurum & oſtentorum: quo purgabant ea, quæ ſortibus vel extis inquiſita ſunt; ſed alio ſacrificio, videlicet ſacrificio oſtentorum. Ut, verbi gratia, ſi lapidibus pluiſſet, novendiali ſacrificio expurgabatur, quia novem diebus ſacrificiis operam dari oportebat. Livius id multis in locis docet, ſcilicet libro quinto ſecundi Punici belli. *Per aliquot*, inquit, *dies Conſules divinis rebus operam dederunt, & per omnes dies ſacrum novendiale fuit.* Oliver.

4. *Ac fulgurum.*] Ut ſi tecta publica de cœlo tacta fuiſſent, majoribus hoſtiis expiari oportebat. *Oliver.* Locus ille bidental dictus, atque ſacer habebatur, ac certis ceremoniis, prout libris fulguralibus Tagetis, & aliorum Etruſcorum continebatur, ſacra eo loci fiebant: neque id ſemel ſolum, ſed in poſterum etiam religioſe locus colebatur, aris etiam ibi poſitis, & reliquo ſacrificiorum appa-

[1] Tantum autem ſtudium antiquis non ſolum obſervandæ, ſed etiam amplificandæ religionis fuit, ut è [2] florentiſſima tum & opulentiſſima civitate, [3] decem principum filii S. C. ſingulis Etruriæ populis, percipiendæ ſacrorum diſciplinæ gratia traderentur.

Cereri quoque, quam [4] more Græco venerari inſtituerant, [5] ſacerdotem à [6] Velia; cum id oppidum nondum civitatis nomen accepiſſet, Calcitanam peterent, vel, ut alii dicunt, [7] Calliphennam: ne Deæ [8] vetuſti ritus perita deeſ-

apparatu. Fulguribus autem conditis lapis imponebatur, in medio, ut veriſimile, foramen habens. Quod veluti templum vel ara fulguri fuit. Certo quoque ritu fulguratorum corpora non concremabantur apud Romanos. Vide *Salmaſ.* in Sol. p. 1142.

1. *Tantum autem.*] Studium commendat antiquorum, quod adhibuêre ad religionem colendam. Cum, inquit, Hetruſci eo tempore cæteris gentibus religione præſtarent, ſenatuſconſulto decem principum filii ſingulis civitatibus Hetruriæ tradebantur, ut plene diſciplinam ſacrificandi perciperent; cujus rei Cicero meminit lib. de Divinatione; dicit enim: *Bene apud majores noſtros ſenatus, tum cum florebat imperium, decrevit, ut de principum filiis ſex electi, ſingulis Hetruriæ populis in diſciplinam traderentur, ne ars tanta propter tenuitatem hominum, & religionis authoritatem adduceretur ad mercedem & quæſtum.* In quo tamen à Valerio de numero diſſentit. *Oliver.*

2. *Florentiſſima tum.*] Reſpicit illud, quia dici poſſet, hoc ideo faciebant Romani, ut, placatis Diis, urbem ſuam ex parva magnam, ex paupere ditem facerent: immo, inquit, civitas tum erat florentiſſima & opulentiſſima. *Idem.*

3. *Decem principum filii.*] Conſtat Etruriæ populos duodecim fuiſſe. itaque cum pro numero eorum, ſingulis populis ſingulos principum filios attributos velit; vide, num *Duodecim principum* corrigi, magis è re & veritate ſit. Cicero tamen de Divinatione in hoc facto denarium duntaxat numerum (ſi & ipſe correctus) agnoſcit. *Lipſius.*

4. *More Græco.*] Ne, ſi mutato ritu ſacrificaretur, piaculum committeretur. *Oliver.*

5. *Sacerdotem.*] Tum ſtudium fuit, ut etiam ſacerdotem peterent: quæ docta & perita Antiſtes ſacrificia Deæ ſuo ritu & more celebraret. Fiebant autem Cereri ſacra à ſolis matronis, teſte Livio lib. 11. ſecundi Punici belli: *Sacrum,* inquit, *anniverſarium Cereris intermiſſum eſt, quia nec lugentibus facere id fas eſt, nec ulla tempeſtate matrona luctus expers fuerat.* Idem.

6. *Velia.*] Oppidum Lucaniæ, quod olim Helia, ad ſinum Pæſtanum. Elea quoque dicitur à præterfluente ejus nominis fluvio; ſicuti & Strabo eam nominat.

7. *Calliphennam.*] Sic M. S. unus, & Cicero. Vulgo *Caliphenam.* Contigit A. U. DCLVI.

8. *Vetuſti ritus perita.*] Nimis ſuperſtitioſe veteres, ritus & Deos juxta colebant. Servius ad 8. Æneid. *Cautum fuerat & apud Athenienſes & apud Romanos, ne quis novas introduceret religiones. Unde & Socrates damnatus eſt, & Chaldæi vel Iudæi urbe ſunt pulſi.* Idem de Gracchis Prudentius lib. 1. contra Symmach.

Jam

deeſſet antiſtes. Cujus cum in urbe pulcherrimum templum haberent, [1] Gracchano tumultu moniti [2] Sibyllinis libris, ut vetuſtiſſimam Cererem placarent, [3] Ennam (quoniam

Jam quid plebicolas percurram carmine Gracchos
Jure poteſtatis fultos, & in arce ſenatus
Præcipuos, ſimulacra Deûm juſſiſſe revelli? Coler.

1. *Gracchano, &c.*] Plerique, immo omnes vulgati codices legunt, *Gracchano interitu pollutum*; ut non temere dubitet Glareanus, quomodo Cereris templum Gracchano interitu pollutum fuerit, cum Tib. Gracchus in Capitolio, Cajus autem in luco Furinæ trans Tiberim occiſi ſint, ut auctores ſunt Livius, Plutarchus, Appianus & alii. Porro Cereris templum fuiſſe ad Circum Maximum ex Tacit. lib. II. & P. Victore cognoſcimus. Hunc igitur ſcrupulum à ſciolo, neſcio quo, qui auctoris mentem non intellexit, inductū nobis eximunt manuſcripta exemplaria, in quibus verba illa, *interitu pollutum*, minime habentur. Campenſe enim exemplar ita legit: *Gracchano tumultu moniti ex Sibyllinis libris*. Aliud Theodori Pulmanni eadem hoc modo prodit: *Gracchano motu moniti Sibyllinis libris*. Tertium collegii Winckeliani, *Gracchano motu* habet. Auctoris autem intentio eſt, hoc toto paragrapho exemplis probare, veteres Romanos externorum etiam religiones non ſpreviſſe, Etruſcam didiciſſe, Cereri ſacerdotem Græcam à Velia accepiſſe, & civitate (ut addit Cicero) donaſſe. Cujus Deæ licet in urbe pulcherrimum haberent templum; Gracchani tamen tumultus tempore moniti, inter alia ex Sibyllinis libris, vetuſtiſſimam Cererem placandam eſſe: Ennam potius (unde ſacra ejus orta credebant) decem viros ad Deam rite propitiandam mittere voluiſſe. Idem Lactantius Divinarum Inſtitutionum libro ſecundo tradit; *Denique Gracchanis* (inquit) *temporibus turbata rep. ſeditionibus & oſtentis, cum repertum eſſet in carminibus Sibyllinis antiquiſſimam Cererem debere placari; legati ſunt Ennam miſſi*. Multo etiam luculentius Cicero de ſignis Verrina ſexta hæc refert: *Itaque apud patres noſtros atroci ac difficili reipub. tempore, cum Tib. Graccho occiſo magnorum periculorum metus ex oſtentis portenderetur, P. Mucio, L. Calpurnio Coſs. aditum eſt ad libros Sibyllinos, in quibus inventum eſt, Cererem antiquiſſimam placari oportere. Tum ex ampliſſimo collegio decemvirali ſacerdotes populi Romani, cum eſſet in urbe noſtra pulcherrimum & magnificentiſſimum templum, tamen uſque Ennam profecti ſunt. Tanta enim erat auctoritas & vetuſtas illius religionis, ut cum illuc irent, non ad ædem Cereris, ſed ad ipſam Cererem proficiſci viderentur.* Hæc Cicero, ex cujus item verbis colligere eſt, pro 15. *viris*, 10. *viros* in Valerio reponi debere. Nondum enim aucto collegio, ex 10. viris ſacrorum, 15. viri eo tempore facti erant: quando adhuc Mariano bello ac Cinnanis temporibus 10. viri fuerint, idque anno urbis DCLXXX. L. Scipione, C. Norbano Coſs. quibus conflagratum eſt Capitolium, ut ex Dionyſii Halicarnaſſ. lib. IV. manifeſtum eſt. *Pighius*. Contigit A. V. DCXX. Cic. Verr. VI.

2. *Sibyllinis libris.*] Variæ fuêre Sibyllæ; quæ Tarquinio libros obtulit, Cumana fuit. Sibylla autem tantæ fuit apud Romanos autoritatis, ut tres Sibyllæ ſtatuas poſitas fuiſſe tradat Plinius, illiuſque libris maxima habita autoritas. Præter Sibyllinos cæteros fatidicos libros combuſtos, Suetonius in Auguſto ſcribit: *Et his quoque delectu habito, condidit duobus forulis auratis ſub Palatini Apollinis baſi.*

3. *Ennam.*] Oppidulum Siciliæ non

niam ſacra ejus inde orta credebant) decem viros ad eam propitiandam miſerant. Item [1] matri Deûm ſæpenumero imperatores noſtri, compotes victoriam, ſuſcepta vota [2] Peſſinuntem profecti ſolverunt.

2. [3] Metellus verò pontif. max. Poſtumium conſulem, [4] eundemque flaminem Martialem, ad bellum gerendum [1] Afri-

procul ab Ætna monte: de qua dicit Strabo lib. VI: *Intra Inſulam eſt Enna, modicis quidem poſſeſſa inquilinis ſuper collem jacens, in quo Cereris ædes eſt.* Ea montanas amplectitur planicies totas arabiles. *Oliver.* De Cerere Ennæa ita Cicero in Verrem: *Vetus eſt*, inquit, *opinio, Judices, quæ conſtat ex antiquiſſimis Græcorum literis, atque monimentis, Inſulam Siciliæ totam eſſe Cereri & Liberæ conſecratam. Hoc cum cæteræ gentes ſic arbitrantur, tum ipſis Siculis tam perſuaſum eſt, ut animis eorum inſitum atque innatum eſſe videatur: nam & natas eſſe has in iis terris Deas, & fruges in ea terra primum natas arbitrantur, & raptam eſſe Liberam, quam eandem Proſerpinam vocant, ex Ennenſium nemore, qui locus, quod in media inſula eſt ſitus*, Umbilicus Siciliæ *appellatur.*

1. *Matri Deûm.*] Quæ Cybele dicta, eadem exiſtimatur cum Aſtarte Sidoniorum, & cum Luna quoque Ægyptii confundebant, ut teſtatur Plutarch. de Iſide & Oſiride; quin & eadem Urania Afrorum, de qua Herodian. lib. V. Mylitta Syris Genitrix dicitur, ילד enim gignere. Quæ & Perſis Mithra, ſive Mather, quod genitricem & matrem Perſis denotat. *Thyſ.*

2. *Peſſinuntem.*] Oppidum eſt Phrygiæ, ubi Cybeles ſimulachrum colebatur, quod cum è Peſſinunte oraculo Apollinis Romam tranſlatum eſſet, apud Scipionem Naſicam conſenſu ſenatus collocatum eſt, quia reſponſum fuerat ab oraculo, ut cum Romam Dea veniſſet, tum curarent, ut eam qui optimus eſſet Romæ, hoſpitio acciperet: de cujus adventu ſuo loco dicemus lib. VIII. cap. ult. *Oliver.*

3. *Metellus vero Pontif. Max.*] Sub cujus poteſtate cæteri omnes pontifices & ſacerdotes poſiti erant. Unde etiam maximus dictus eſt: quia reliqui omnes ipſo erant inferiores. Contigit autem A. V. DXI. Livius XIX. & XXXVII.

4. *Eundemque flaminem.*] Id eſt, Sacerdotem. *Flamines*, ut Varro teſtatur, dicti ſunt, qui capur vinctum habent filo, & cognomen accipiunt ab eo Deo, cui ſacra faciunt: ſed partim ſunt aperta, ut Martialis, Vulcanaris; obſcuriora partim, ut Dialis à Jove, Furialis à Furia, cujus in faſtis feriæ erant furiales. Livius vero ſcribit, Numam flaminem Jovi aſſiduum ſacerdotem creaviſſe, inſignique eum veſte & curuli regia ſella adornaſſe, huic duos flamines adjeciſſe, Marti unum, alterum Quirino. Creati ſunt etiam à Pontifice Maximo Flamines, & à Dictatore in oppidis, ſeu municipiis. Cic. & Livius. Ergo *flamen* dictus videtur quaſi filamen, à filo lanæ, quo caput vinctum habebat, quod aperto omnino capite eſſe non liceret; Dion. tamen Halicarnaſſæus libro II. *Aſſumpta*, inquit, *omni divini cultus inſtitutione atque conſcripta, in octo diviſit partes, quot erant etiam ſacrorum ordines: tradidit autem unam ſacrorum miniſteriorum conſtitutionem, triginta Curionibus, quos dixi hoſtias immolare publicas pro curiis; ſecundam vero iis qui vocantur à Græcis* Στεφανηφόροι, *à Romanis vero flamines, quos à geſtatione pileorum & inſularum, quas adhuc ferunt, flamina vocantes hoc nomine appellant.*

1. *Aſi-*

[1] Africam petentem, ne à ſacris diſcederet, multa indicta, urbem egredi paſſus non eſt: religionique ſummum imperium ceſſit: quod tuto ſe Poſtumius certamini commiſſurus non videbatur, ceremoniis Martis deſertis.

3. [2] Laudabile XII. faſcium religioſum obſequium: laudabilior quatuor & viginti in conſimili re obedientia, à Ti. enim Graccho ad collegium augurum literæ ſunt ex provincia miſſæ, quibus ſignificabat, ſe, cum libros ad ſacra populi pertinentes legeret, animadvertiſſe, [3] vitio tabernaculum captum, [4] comitiis conſularibus, quæ ipſe feciſſet; eaque re ab auguribus ad ſenatum relata, juſſu ejus C. Figulus è Gallia, Scipio Naſica è [5] Corſica Romam redierunt, & ſe conſulatu abdicaverunt.

4. [6] Conſimili ratione * P. Clœlius Siculus, M. Cornelius

1. *Africam.*] Tertia veteribus pars orbis, quæ & Libya veteribus à colore dicitur, λίβυς enim *nigrum* denotat: Ab Orientis parte Nilo terminatur, pelago à cæteris. Vide Strab. & Melam. Africa autem proprie dicta, ſive Minor, eſt Ptolemæo Africæ pars ad mare mediterraneum, inter Mauritaniam & Cyrenen regiones. Vide & Leon. African.

2. *Laudabile.*] Contigit A. V. DXCI. Cic. de Nat. Deor. I.

3. *Vitio tabernaculum captum.*] Plutarchus ita definit, quid ſit capere vitio tabernaculum. *Si tabernaculum*, inquit, *cepiſſet is, quod augurium capturus eſſet, ita ut antequam auſpicium ceperit, aliquid aliud egiſſet quod ad augurium non pertineret; tum id tabernaculum vitio captum eſſe dicebatur, & ſi auſpicia cepiſſet in eo, nihil valebant.* Cicero quoque lib. de Divinat. ita inquit: *Quid apud te ſcriptum de Tiberio Graccho? nonne & Augurum & Aruſpicum comprobat diſciplina? qui cum tabernaculum vitio cepiſſet imprudens, qui inauſpicatò pomœrium tranſgreſſus eſſet, comitia conſulibus creandis habuerit.*

4. *Comitiis conſularibus.*] Quæ ad creandos conſules habuerat. Comitia, ut, ſcribit Aſconius, fuerunt ædilitia, prætoria, tribunitia, & conſularia. Aulus vero Gellius dicit, comitia alia fuiſſe curiata, alia centuriata, alia tributa. *Comitium* autem erat locus, teſte Varrone, quo coibant comitiis curiatis magiſtratus creandi cauſa: nam in campo Martio eligebatur magiſtratus habitis comitiis. De ordine autem comitiorum multa apud Livium, plura autem apud Dionyſium lib. VIII. ubi de Coriolani damnatione loquitur, videre licet. *Idem.*

5. *Corſica.*] Hæc Inſula non procul eſt à Sardinia, IX. ſtad. Author Strabo.

6. *Conſimili ratione, &c.*] Vulgo, *Conſimili ratione poſt P. Cœlius, M. Cornelius, M. Cethegus.* MSS. Codd. omiſſo vocabulo, *poſt*, hæc ita legunt: *Conſimili ratione P. Clœlius Siculus, M. Cornelius Cethegus.* Et recte, nam antea hæc contigere, quam quæ de Tib. Graccho retulit. De P. Clœlio Siculo nihil me legiſſe memini, modo non is ſit, qui anno urbis CCCLXXVI. inter trib. militum nominatur à Livio lib. VI. M. Cethego, & Q. Sulpicio Flaminium ablatum,

lius Cethegus, & C. Claudius, propter [1] exta parum curioſe admota aris Deorum immortalium, variis temporibus, belliſque diverſis, [2] flaminio abire juſſi ſunt, [3] coactique etiam: [4] At Sulpicio inter ſacrificandum [5] apex è capite prolapſus, ſacerdotium abſtulit.

5. [6] Occentus autem ſoricis auditus, Fabio Maximo dictaturam, C. Flaminio magiſterium equitum deponendi cauſam præbuit.

6. [7] Adjiciendum his, quod P. Licinio pontifici maximo [8] virgo Veſtalis, quia quadam nocte parum diligens [r] æterni

tum, circa urbis ıↄcxxxıı. annum, ex Plutarchi Marcello colligere eſt. Idem quoque Cethegus non multo poſt ædilis curulis eſt factus, deinde prætor, cenſor, & conſul. De C. Claudio Diali flamine abdicare juſſo, refert idem Liv. lib. xxvi. quod quidem anno urbis ıↄcxliii. factum fuiſſe conſtat. Cæterum hæc exempla Campenſe exemplar ſub uno titulo non inepte connectit. *Pigh.* Contigit A. V. DXLIII. Liv. xxvi.

* *Publius Clœlius.*] Titi Clœlii aliquot noti ex Livio: nullus Publius, niſi Publius Cornelius Craſſus Tribun. mil. Conſ. pot. Anno V. C. CCCLXXVII. Legitur in Codice altero Bongarſii: *Poſt Clœlius.* Scripſerint fortaſſe an Valerius noſter: *Conſimili ratione poſtea Clœlius Siculus.* Prænomina raro addit Valerius. *Colerus.*

1. *Exta parum curioſe.*] Quia cæſa victima & immolata ſacerdotes propria lance impoſita debebant exta diligenter altaribus admovere, deinde quaſi ſacrata ſuſcipere, & ſic veſci: quod cum illi negligenter feciſſent, Sacerdotio privati ſunt. *Oliver.*

2. *Flaminio.*] Sacerdotio flaminis; nam ſicut à pontifice pontificatus dicitur, ſic à flamine, hoc eſt, ſacerdote, flaminium ſacerdotium.

4. *At Sulp.*] Contigit A. V. DXXXII. circiter.

3. *Coactique.*] Quia ſacerdotio abire nolebant.

5. *Apex.*] Contigit A. V. DXXXII. circiter. Plut. Marcell. Erat autem *apex* in ſummo flaminis pileo virga lanata, ut ſupra diximus, hoc eſt, in cujus extremitate modica lana erat alligata. Virgilius:

Ecce levi ſummo de vertice viſus Iüli
Fundere lumen apex, & circum tempora paſci.

6. *Occentus, &c.*] Vix, inquit, creati fuerant Dictator & Magiſter equitum, cum ſacrificantes vocem ſoricis audivere, & magiſtratum deponere coacti ſunt. Plin. ait: *Concentu ſoricum dirimi auſpicia annales teſtati ſunt.* Oliv. Alii *Concentus* legunt, ſed rectius *Occentus*, quaſi obſtrependo ſonus factus videatur. *Badius.* Plutarchus non Fab. Maximo, ſed Minutio hoc ait accidiſſe. Vide Plin. lib. 8. cap. 57. *Coler.* Contigit A. V. DXXXII.

7. *Adjiciendum.*] Contig. A. V. DXLVII.

8. *Virgo Veſtalis.*] Virgines Veſtales perpetuum ignem ſervabant, ut ad ſimulachrum cœleſtium ſyderum cuſtos imperii flamma vigilaret, teſte Floro, qui dicit: *Numa Pompilius focum imprimis Veſtæ Virginibus colendum dedit, ut ad ſimulachrum cœleſtium ſyderum cuſtos imperii flamma vigilaret.* Alii dicunt quod ideo ſervabant, ut ſignificarent ſe ita perpetuo puras & inviolatas

[1] æterni ignis cuſtos fuiſſet, digna viſa eſt quæ flagro admoveretur.

7. [2] Maximæ vero virginis Æmiliæ diſcipulam, extincto igne, tutam ab omni reprehenſione Veſtæ numen præſti-

violatas eſſe debere, ſicut inviolatus ſervabatur ignis. His etiam, teſte Livio, ſtipendium de publico dari ſtatuit Numa Pompilius, qui hoc ſacerdotium inſtituit, ut aſſiduæ templi antiſtites eſſent, eaſque virginitate & aliis ceremoniis venerabiles & ſanctas fecit.

1. *Æterni ignis.*] Perpetuo obſervandi. Piaculum enim erat ignem extingui, quem Veſta repræſentabat. De qua Ovidius:

Nil aliud Veſtam quam puram intellige flammam, &c.

Quod nomen à Chaldæis profluxit, אשתה id eſt Eſta iis ignem denotat. Vide quæ diximus ad Salluſtium p. 35.

2. *Maximæ vero virginis Æmiliæ diſcipulam.*] Mendosè *maxime.* Reperitur enim in Mſ. Campenſi, atque etiam Gemblacenſis vetuſto codice, quem vir optimus atque doctiſſimus Auguſtinus Hunnæus nobis procuravit, *Maximæ vero virginis Æmiliæ diſcipulam.* Correcte quidem. Dicebatur enim *Virgo Maxima*, quæ vel ſenior natu collegio Veſtalium præſidebat, vel diutiſſime in eo ſacerdotio fuerat: cujus erat inſtruere ac docere reliquas. Maximarum vero virginum ſtatuæ plures ad ædem Veſtæ honoris cauſa Romæ fuerunt poſitæ, quarum baſes marmoreæ inſculptis titulis adhuc reperiuntur, è quibus hoc loco adduxiſſe unam ſufficiat: COELIAE. CLAVDIANE. V. V. MAXIMAE. A. DIIS. ELECTAM. MERITO. SIBI. TALEM. ANTISTITEM. NVMEN. VESTAE. RESERVARE. VOLVIT. COELIA. NERVIANA. SOROR. VNA. CVM. PIERIO. CONIVGE. AC. LIBERIS. ORANTES. VT. PER. SAECVLA. FACERE. DII. PERMITTANT. Sic Suetonius in Domitiano: *Mox Corneliam virginem maximam abſolutam olim, dehinc longo intervallo repetitam, atque convictam defodi imperavit.* Tacitus in fine libr. 11. pro *maxima* vetuſtiſſimam appellat. *Et Vibidiam* (inquit) *virginum Veſtalium* vetuſtiſſimam *oravit pontificis maximi aures adire; clementiam expetere.* Hæc Tacitus de Meſſalina à Claudio jam damnata. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 11. de Æmilia eandem; quam Valerius, refert hiſtoriam, eamque tunc ignis cuſtodiam uni ex novitiis adhuc ceremonias diſcenti commiſiſſe dicit. Hinc Valerius Æmiliæ diſcipulam vocat. *Pigh.* *Maximæ vero virginis.*] Dionyſius Halicarnaſſæus: *Deficiente*, inquit, *aliquando negligentia quadam igne, cuſtode tunc ejus Æmilia alterique virginum nuper electarum, & tunc diſcentium tradente ejus curam, perturbationem fuiſſe tota in urbe multam, & inquiſitionem per pontifices, ne pollutio aliqua circa ignem ſacerdotibus extitiſſet: tunc Æmiliam ferunt inſontem quidem, ſed dubitabundam ex humano caſu pontificibus, ſacerdotibus, & aliis virginibus, manus ſuper aram tendentem ita dixiſſe: Veſta Urbis Rom. cuſtos, ſiquidem pie & juſte ſacra tibi perfeci, annis paulo minus triginta: & animum purum habens, & corpus caſtum, demonſtra mihi, ſiſque auxilio, neque parvi pendas ſacerdotem tuam morte mori miſerrima, ſi vero impium aliquod geſtum eſt à me, meo ipſius ſupplicio urbis pollutionem expia. hæc dicentem & ſcindentem à carbaſea veſte, qua tunc amicta erat, faſciam, poſt preces factas jeciſſe ſuper aram dicunt: & ex frigido multo ante nullamque ſervante ſcintillam cinere flammam emicuiſſe multam per carbaſum: ita ut nec civitati luſtratione, nec novo opus eſſet igne.* Oliver.

1. Car-

præſtitit; qua adorante, cum [1] carbaſum, quam optimam habebat, foculo impoſuiſſet, ſubito ignis emicuit.

8. [2] Non mirum igitur, ſi pro eo imperio augendo cuſtodiendoque pertinax Deorum indulgentia ſemper excubuit, quod tam [3] ſcrupuloſa cura, parvula quoque momenta religionis examinare videtur: quia nunquam remotus ab exactiſſimo cultu ceremoniarum oculos habuiſſe noſtra civitas exiſtimanda eſt. In qua cum Marcellus quintum conſulatum gerens templum Honori, & Virtuti, [4] Claſtidio prius, deinde [5] Syracuſis potitus, nuncupatis [6] votis debitum conſecrare vellet; à collegio pontificum impeditus eſt, negante [7] unam cellam duobus Diis recte dicari. Futurum enim, ſi quid prodigii in ea accidiſſet, ne dignoſceretur, utri rem divinam fieri oporteret: nec duobus [8] niſi certis Diis una ſacrificari ſolere. Ea pontificum admonitione

1. *Carbaſum, quam optimam habebat.*] Pulmanni codex, atque Gemblacenſis, *quem optimum* habebat. Idem eſt: æque enim maſculino ſingulariter reperiri *carbaſus* ac fœminino, pluraliter in neutro, Phocas, Probus & Caper tradunt. Nonius docet *carbaſum* eſſe pallium è ſerico, vel tenui lino, quo fæminæ divites amiciuntur. *Pighius.*

2. *Non, &c.*] Contigit A.V. DCLV.

3. *Scrupuloſa.*] Sollicita & exquiſita diligentia, ut nihil omnino prætermitteretur; nam *ſcrupulus* lapillus brevis eſt, quæ brevitate ſua fere non videtur, ſed calcatus ſollicitudinem creat: unde *ſcrupulum* ſollicitudinem & difficultatem dicimus. Terentius: *Injeci ſcrupulum*; & *ſcrupuloſum* ſollicitum & anxium dicimus.

4. *Claſtidio.*] Urbe Galliæ Ciſalpinæ.

5. *Syracuſis.*] Siciliæ urbs & colonia ampliſſima. Hanc Cicero libro IV. in Verrem, & Plutarchus in vita Marcelli, quatuor urbibus conſtare tradunt; Neapoli nempe, Achradina Ἀχραδίνη, Tyche Τύχη, (Ityca Ἰτύκη, Diodorus legit libro II.) & Inſula, Livius Acradina & Tica ſcribit. Quinque urbes intra mœnia continere, perhibet Strabo lib. VI. Epipolas pro quinta parte annumerari putat Caſaubonus. Ea pars quæ Ciceroni inſula eſt, Straboni Ortygia dicitur. Hanc Inſulam quoque incolis Naſon vocari, Livius auctor eſt, lib. XXV. Eandem Homothermon ab initio appellatam ſcribit ex Nicandro Fazellus. Lege de hac Florum II. cap. 6. *Ortelius.*

6. *Votis.*] Votum duplex eſt, conceptivum & nuncupativum. Conceptivum eſt, quod animo & mente ſolum percipitur, ſed verbis non exprimitur: Nuncupativum vero, quod nominativa voce declaratur atque vovetur: ut ſi dixero: Si valetudinem recuperavero, ſtatuam argenteam in templo Apollinis conſtituam & erigam. Qui vota nuncupaſſent, ea libellis inſcripta porticibus affigebant. *Oliver.*

7. *Unam cellam.*] Quam imperiti *capellam* vocant, id eſt, ſacellum.

8. *Niſi certis Diis.*] Ut Polluci & Caſtori,

tione effectum eſt, ut Marcellus, ſeparatis ædibus, Honoris ac Virtutis ſimulacra ſtatueret. Neque aut collegio pontificum auctoritas ampliſſimi viri, aut Marcello adjectio impenſæ impedimento fuit, quo minus religionibus ſuus tenor, ſuaque obſervatio redderetur.

9. [1] Obruitur tot etiam illuſtribus [2] conſularibus L. Furius Bibaculus, exemplique locum vix poſt Marcellum invenit. Sed pii ſimul ac religioſi animi laude fraudandus non eſt: qui prætor à patre ſuo [3] collegii Saliorum magiſtro juſſus, ſex lictoribus præcedentibus, arma [4] ancilia tulit: quamvis vacationem hujus officii, honoris beneficio haberet. Omnia namque poſt religionem ponenda ſemper noſtra civitas duxit, etiam in quibus ſummæ majeſtatis conſpici decus voluit. Quapropter non dubitaverunt ſa-

cris

ſtori, ut Apollini & Dianæ, ut Veneri & Adonidi, ut Cybelæ & Atti. Hæc numina ſocietatem inter ſe habere dicebantur, itaque ambobus unà ſacrificabantur, præſertim Caſtori & Polluci, ita tamen ut utrique ſuus haberetur honos, & ideo Marcellus coactus hac admonitione & ſuperſtitione Pontificum non unam ædem duobus Diis, ſed duas ædificare & conſecrare. *Oliver.*

1. *Obruitur.*] Contigit A.V. DXVI.

2. *Conſularibus.*] Diſtinctius aptiuſque ſcribo, *tot* & *tam*; item, *Conſulatibus.* Nam de Marcello retulerat quintum Conſule. Itaque recte, *Conſulatus multos*, non pariter, *Conſulares* legeris. Nec enim plures præceſſere. *Lipſ.*

3. *Collegii Saliorum.*] Salii, ut Livius tradit libro XII. in urbe fuêre à Numa conſtituti, & Marti gradivo conſecrati, qui totidem ancilia per urbem cum ſaltibus geſtabant, tripudiis canentes veterem Mamurii memoriam. *Collegii Saliorum.*] Servius Danielis ad VIII. Æneid. *Salii ſunt, qui tripudiantes aras circumibant. Saltabant autem ritu veteri armati poſt victoriam Tiburtinorum de Volſcis. Sunt autem Salii Martis & Herculis, quoniam Chaldæi ſtellam Martis Herculem dicunt, quos Varro ſequitur, & Tiburtes Salios etiam dicaverunt. Quidam hos à ſaltu appellatos tradunt, quos alii à Numa inſtitutos, ut arma ancilia portantes ſaltarent. Ergo bene à ſaltu appellati. Horum numerum Hoſtilius addidit: nam duo ſunt genera Saliorum, ſicut in Saliaribus Carminibus invenitur, Collini & Quirinales à Numa inſtituti: ab Hoſtilio vero Pavorii & Pallorii inſtituti. Habuerunt ſane & Tuſculani Salios ante Romanos. Alii dicunt Salium quendam Arcadem fuiſſe, qui Trojanis junctus, hunc ludum in ſacris inſtituerit: nonnulli tamen hos à Dardano inſtitutos volunt, qui Samothracibus Diis ſacra perſolverent. Quidam etiam dicunt Salios à Morrio Rege Vejentanorum inſtitutos; ut Aleſus Neptuni filius eorum Carmine laudaretur, qui ejuſdem regis familiæ auctor ultimus fuit.* Vetus Gloſſarium: Salius ἱερεὺς ὁ τοῖς διοπετῆ ὅπλα θεραπεύων. ὑμνῳδός. πρύτανις. Adi Feſtum. *Colerus.*

4. *Ancilia.*] Ancile de cœlo delapſum ut fingebant, Numa conſecravit.

1. Ita

cris imperia ſervire: ita [1] ſe humanarum rerum futura regimen exiſtimantia, ſi divinæ potentiæ bene atque conſtanter fuiſſent famulata.

10. [2] Quod animi judicium in privatorum quoque pectoribus verſatum eſt. Urbe enim à Gallis capta, cum Flamen Quirinalis Virgineſque Veſtales ſacra onere partito ferrent, eaſque [3] pontem Sublicium tranſgreſſas, & clivum, qui ducit ad [4] Janiculum, deſcendere incipientes, [5] L. Albanius plauſtro conjugem, & liberos vehens aſpexiſſet; propior publicæ religioni, quam privatæ charitati, ſuis, ut plauſtro deſcenderent, imperavit: atque in id virgines & ſacra impoſita, omiſſo cœpto itinere, [6] Cære in oppidum pervexit: Ubi cum ſumma veneratione recepta, grata memoria, ad hoc uſque tempus hoſpitalem humanitatem teſtantur: Inde enim inſtitutum eſt, ſacra [7] Cæremonias vocari, quia Cæretani ea, in fracto Reip. ſtatu, perinde ac florente, coluerunt. Quare agreſte illud & ſordidum plauſtrum, tempeſtive capax cujuſlibet fulgentiſſimi triumphalis currus, vel æquaverit gloriam, vel anteceſſerit.

11. [1] Ea-

1. *Ita ſe humanarum rerum*] Magis placet Pulmaniani exemplaris lectio: *Ita ſe humanarum rerum velut curam gerere exiſtimantia.* Quæ quidem ſententia pulchrior & nitidior videtur. *Pighius.*

2. *Quod animi judicium.*] Contigit A.V. CCCLXIII.

3. *Pontem ſublicium.*] Feſtus ait quorundam opinione eſſe vocabulum hoc Volſcorum. Scaliger *ſublicum* non ſecus atque *obliquum* dici exiſtimat, ab inuſitato *liquis.* Liquis autem, ut Vetus autor loquitur de Figuris, eſt, quæ minuendi laboris cauſa, & ſalva rectorum ratione angulorum ſecundum ipſam extremitatem ſubtenditur. *Scalig.* Pons autem ſublicius, & Pons ſacer, & Pons Herculis, & Pons Æmilius à Lampridio, & ab Antonio Pons Lepidi dictus; circiter pedes ſexcentos à Palatino diſtat. Fundamenta parum ſupra Navalia in fluminis alveo apparent, ex ſolido marmore: unde aliquando pons marmoratus dictus, omnium primus & antiquiſſimus, hodie nullus. *V. Fabritius.* Vide & Marlianum.

4. *Ianiculum.*] Urbi ab Anco Mons hic additus; nunc à flavis arenis mons aureus vel Montorius dicitur.

5. *L. Albanius.*] Ita lib. Dan. Florus & Livius, *L. Albinius.* An rectius erat *Albinus*? Coler.

6. *Cære in oppidum pervexit.*] Ita correcte magis in antiquo: vulgo, *Cere in oppidum pervexit.* Pigh. *Cære in oppidum.*] Lib. Dan. *Cæreoppidum*: quod agnoſco lubens. De hoc oppido Livius, Plinius. Agillam olim dictum fuiſſe multis docet Servius VIII. Æneid. Strabo lib. V. *Coler.*

7. *Caremonias.*] Vide ſupra pag. 3.

1. *Eadem*

11. [1] Eadem reipublicæ tempeſtate [2] C. Fabius Dorſo memorabile exemplum ſervatæ religionis dedit.[3] Namque Gallis [4] Capitolium obſidentibus;ne ſtatum [5] Fabiæ gentis ſacrificium interrumperetur, [6] Gabino ritu cinctus, manibus humeriſque ſacra gerens, per medias hoſtium ſtationes,

1. *Eadem tempeſtate.*] Contigit A.U. CCLIII.

2. *C. Fabius Dorſuo.*] *Dorſo* videtur ſcribendum, ut Mento, Pedo, Gulo, Fronto, Capito, qui item ejus generis cognomina ſunt. Quædam manuſcripta exemplaria perperam, *dorſo ſuo*, habent. An vero hinc Fabio cognomen, quod ſacra dorſo ac humeris per hoſtium caſtra tulerit? *Pigh.*

3. *Namque Gallis, &c.*] Scilicet Senonibus.

4. *Capitolium.*] Capitolium in monte Tarpeio ſitum, Superbi maxime opus. Quod his fere verbis deſcribit Dionyſius: *Situm eſt in alta crepidine, habetque in ambitu octo jugera, ſic ut latera ſingula ducentorum fere pedum ſint, exiguæ latitudinis & longitudinis differentia, niſi quod iſta illam vincit vix pedibus quindenis. Qua parte frons ejus meridiem ſpectat, triplici columnarum ordine circumcingitur, ab aliis lateribus duplici. In ipſo ſunt tres cellæ ex ordine, à lateribus communione parietum clauſæ, media eſt Jovis, utrinque altera Junonis, altera Minervæ, ſub eodem laqueari, eodemque tecto.* Hæc hactenus Dionyſius. Capitolium autem ita vocabant, quam Græci ἄκραν, quod eſſet κορυφὴ τῆς πόλεως. At fabula capitis inventi ad generis nobilitatem. Capitolium ergo Latina vox, ut Pergamus in Phrygia. *Scaliger.* De ejus magnificentia non opus eſt multa adferre. In illo Tarquinii Capitolio primitus ænea erant limina, & trium menſarum argentea vaſa in cella Jovis, Jovemque in culmine cum quadrigis aureis ædiles poſuerant. Poſt Carthaginem everſam laquearia inaurata fuerunt. Catulus autem tegulas æreas inauravit. Suo tempore in inaurationem ſolam 12000 talenta impenſa refert Plutarchus, id eſt, noſtra computatione, ſeptem milliones. *Lipſ.* Recte itaque dixit Virgilius:

Hinc ad Tarpeiam ſedem, & Capitolia ducit,
Aurea nunc, olim ſylveſtribus horrida dumis.

5. *Fabiæ gentis.*] Antiquiſſima gens, quæ ad Aborigines primos Latii populos originem refert, ſtirpem ad Fabium Herculis filium, ut ſcribit Plutarchus in Maximo. Fuêre in ea gente, Vibulani, Ambuſti, Maximi, Pictores; addidit & Labeones ex antiquis denariis F. Urſinus. *Ne ſtatum Fabiæ gentis ſacrificium interrumperetur.*] Sic etiam Atrebatenſis collegii MS. Codex. Quæ antiqua lectio videtur eſſe, remanens item in Gemblacenſi. *Stata ſacrificia* vocat Feſtus, quæ certis diebus fieri debent, citatque M. Catonis verba in L. Veturium, cum ei equum Cenſor adimeret, cum dicit: *Quod tu, quod in te fuit, ſacra ſtata ſolennia, capite ſancta deſtruiſti.* quod vocabulum & Livio reſtitui poterit ubi de hac eadem re ſcribit lib. v. legendumque ita: *Sacrificium erat ſtatum in Quirinali colle Fabiæ genti.* Pighius.

6. *Gabino ritu.*] Videlicet toga in tergum rejecta ſub lacerto, ita ut ad dexteram partem laciniam traherent, & ſub veſte exteriore laciniæ manus dextra teneretur: hoc factum eſt, quia cum Gabini ſacra celebrarent, hoſtes ſupervenêre; illi autem, rejecta per tergum lacinia veſtis, ut eſſent expeditiores, hoſtem inſecuti fuderunt atque fugarunt. De hoc ritu Lucanus:

nes, in [1] Quirinalem collem pervenit: ubi omnibus ſolenni more peractis, in Capitolium, poſt divinam venerationem victricium armorum perinde ac victor, rediit.

12. [2] Magna conſervandæ religionis etiam P. Cornelio, & Bæbio Tamphilo Coſſ. apud majores noſtros acta cura eſt. Siquidem in agro [3] L. Petillii ſcribæ ſub [4] Janiculo cultoribus

Turba minor ſequitur ritu ſuccincta Gabino. Oliver.
Vide & Serv. & Iſidor. lib. xix. cap. 24.

1. *Quirinalem collem.*] Qui à Quirini æde nomen accepit. Habet ab ortu Viminalem; à meridie Cæſaris & Nervæ forum; ab Occidente, Urbem planam; à Septentrione Collem Hortulorum, & Campum Martium. Dicitur & Agonius, quod Circo Flaminio eruptione Tiberis inundato, ludi Agonales in eo fierent. Si victoris liber emendatus eſt, Clatræ & Apollinis dicitur à templo quodam. Hodie autem Mons Caballinus dicitur, à duobus equis marmoreis, qui ſtant ibidem in excelſa baſi, cum ſuis ductoribus, prope ædem S. Saturnini, qui à Phidia & Praxitile ſunt facti, ſi titulus verus eſt. *G Fabricius.*

2. *Magna conſervandæ religionis.*] Livius de Bello Macedonico lib. xl. *Eodem*, inquit, *anno in agro L. Petilii Scribæ ſub Ianiculo, dum cultores altius moliuntur terram, duæ lapideæ arcæ octonos ferme pedes longæ, quaternos latæ, inventæ ſunt, operculis plumbo devinctis, literis Latinis Græciſque utraque arca inſcripta erat, in altera Numam Pompilium, Pomponis filium, regem Rom. ſepultum eſſe; in altera libros Numæ Pompilii ineſſe: eas arcas cum ex amicorum ſententia dominus aperuiſſet, qui titulum ſepulti regis habuerat, inanis inventa ſine ullo veſtigio corporis humani, ac ullius rei per tabem tot annorum omnibus abſumptis; in altera duo faſces candelis involuti, ſeptenos habuere libros non integros modo, ſed, recentiſſima ſpecie; ſeptem libri Latini de Jure Pontificio erant, ſeptem Græci de Diſciplina Sapientiæ, quæ illius ætatis eſſe potuit.* Addit Antias Valetius Pythagoricos fuiſſe, vulgatæ opinioni, qua creditur Pythagoræ auditorem fuiſſe Numam, mendacio probabili accommodata fide; primo ab amicis, qui in re præſenti fuerunt, libri lecti, mox pluribus legentibus cum vulgarentur, Q. Petilius Prætor Urbanus ſtudioſus legendi hos libros à L. Petilio ſumpſit, & erat familiaris uſus, quod ſcribam eum quæſtorem Q. Petilius in decuriam elegerat. Lectis rerum ſummis cum animadvertiſſet pleraque diſſolvendarum religionum eſſe, L. Petilio dixit, ſeſe eos libros in ignem conjecturum eſſe, prius quam id faceret, ſe ei permittere, uti ſi quid, ſeu jus, ſeu auxilium ſe habere ad eos libros repetendos exiſtimaret, reperiretur, id integra ſua gratia eum facturum. Scriba Tribunos plebis adiit, à Tribunis ad Senatum res eſt rejecta; Prætor ſe & jusjurandum dare paratum eſſe ajebat, libros eos legi ſervarique non oportere: Senatus cenſuit ſatis habendum, quod prætor jusjurandum polliceretur, libros primo quoque tempore in comitio concremandos eſſe, pretium pro libris, quantum Q. Petilio Prætori, majorique parti tribunorum plebis videretur, domino eſſe ſolvendum, id ſcriba non accepit, libri in comitio, igne per victimarios facto, in conſpectu populi cremati ſunt. De numero librorum Plin. lib. xiii. Nat. Hiſt. varias refert ſcriptorum opiniones, ut alii xiv. alii plures, alii pauciores fuiſſe dicant. *Oliver.* Contigit A. V. DLXXII.

3. *Lucii Petillii Scribæ.*] Varro non Petillii, ſed Terentii agrum fuiſſe dicit, teſte

toribus terram altius [1] verſantibus, duabus arcis lapideis repertis: quarum in altera ſcriptura indicabat, corpus [2] Numæ Pompilii Pomponis filii fuiſſe: in altera libri reconditi erant, Latini ſeptem de jure pontificum, totidemque Græci de diſciplina ſapientiæ: Latinos magna diligentia aſſervandos curaverunt: Græcos, quia aliqua ex parte ad ſolvendam religionem pertinere exiſtimabantur, L. Petillius Prætor Urbanus ex auctoritate Senatus per [3] victimarios igne facto, in conſpectu populi cremavit. Noluerunt enim priſci viri quicquam in hac aſſervari civitate, quo animi hominum à Deorum cultu avocarentur.

13. Tarquinius autem rex M. Tullium [4] Duumvirum, quod librum ſecreta civilium ſacrorum continentem, cuſtodiæ ſuæ commiſſum, corruptus Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, [5] culeo inſutum in mare abjici juſſit: [6] Idque ſupplicii genus [7] multo poſt parricidis lege irrogatum

teſte Auguſtino de Civit. Dei, quod ita ſolvitur, intelligamus agrum fuiſſe Petillii, ejus cultorem fuiſſe Terentium. *Badius.*

* *Janiculo.*] Vide ſupra pag. 16.

1. *Verſantib.*] Fodiendo invertentib.

2. *Numæ Pompilii, &c.*] In aliis, *Numæ Pomponis filii.* Sic enim Livius lib. XL. cujus eadem fere verba refert Valerius: *Quæ formulam quaſi nobis repræſentant epitaphii vetuſti.* Pighius.

3. *Victimarios.*] Per miniſtros victimarum, qui victimas ligabant, cultrum, aquam, & molam parabant, & reliqua, quæ ſacris erant neceſſaria, victimarii dicebantur. erant igitur miniſtri ſacrificiorum. *Oliver.*

4. *Duumvirum.*] Duo primum fuêre tantummodo, qui libris Sibyllinis præficiebantur; & hi erant patritii: deinde decem præfecti ſunt; poſtea XV. uſque ad Syllana tempora; poſtremo quinquaginta fuerunt, & licet fuerint plures, in his tamen decemvirorum nomen remanſit. *Idem.*

5. *Culeo inſutum.*] Culeus erat corium lupinum, in quo gallus, ſerpens, & ſimia includebantur: deinde qui ejuſmodi ſupplicium meruiſſet, inſuebatur hoc culeo, & in proximum fluentem projiciebatur. Pœna autem erat gravis, quia gallus ſerpentem, ſerpens ſimiam, ſimia hominem inſequebatur. Hoc autem ſupplicii genus parricidis irrogatum eſt. P. Malleolus, matre interempta, primus omnium inſutus culeo, in mare præcipitatus eſt. *Idem.*

6. *Idque.*] Contigit A. V. DLIII.

7. *Multo poſt.*] Vulgo, *non multo poſt.* Quia uſque ad tempora Syllæ & Marii, qui ſexcenteſimo fuerunt ab urbe condita anno; hoc lege Pompejana datum eſt ad populum. *Oliv.* *Idque ſupplicii genus non multo poſt.*] Eradenda vox negativa, *non*, quæ in nullo manuſcriptorum habetur. Quadringenti enim amplius anni fuêre poſt regum tempora, quando primus ea pœna periit Romæ matricida Malleolus. *Pighius.* *Multo poſt.*] Poſt bellum Cimbricum & victoriam

tum eſt. Juſtiſſime quidem: quia pari vindicta parentum ac Deorum violatio expianda eſt.

14. [1] Sed in his quæ cuſtodiam religionis attinent, neſcio an omnes M. Atilius præceſſerit, qui ex victore ſpecioſiſſimo, inſidiis Aſdrubalis, & Xanthippi Lacedæmonii ducis, ad miſerabilem captivi formam deductus, ac [2] miſſus ad S. P. Q. R. legatus, ut ex ſe & uno, & ſene, complures Pœnorum juvenes penſarentur: in contrarium dato conſilio, Carthaginem repetit: [3] non ignarus ad quam

ctoriam Marii. Auctor Florus, & Oroſ. lib. v. cap. 16. *Coler.*

1. *Sed in his quæ cuſtodiam.*] Hic M. Atilius Regulus fuit, qui primo Punico bello poſt graviſſimas Carthaginienſibus clades illatas, tandem inſidiis Haſdrubalis & Xantippi Lacedemonii ducis captus, & Carthaginem ductus, Romam miſſus eſt ad Senatum, ut ipſius permutatione omnes Carthaginienſium captivi reſtituerentur; contentique ſolo ejus ſacramento, nullo alio de ritu valide illum aſtrinxerunt. Hoc in Senatu cum Attilius expoſuiſſet, primus de hac re ſententiam rogatus, negavit pro ſe uno & ſene tot juvenes & validos hoſtibus eſſe reddendos, in cujus ſententiam facto ſenatuſconſulto non reddi ſcilicet captivos, cum, ut in patria remaneret, à familiaribus & liberis enixe rogaretur, qui dicerent nefas non eſſe perfidis fidem non ſervaſſe, nulla ratione adduci potuit, ut à fide deſiſteret. Maluit ergo ad certum ſupplicium redire, quam jusjurandum violare: poterat hic ſaluti ſuæ conſulere, ſed quamvis ſe ſciret ad ſæviſſimum hoſtem rediturum, tamen religionem ſervandam eſſe putavit, novis namque & exquiſitis exemplorum modis excruciatus eſt. Etenim reſectis palpebris in machinam conjectus eſt, cui erant aculei præfixi, vel claviculi pedibus acutis in interiorem partem verſi, tractaque eſt per totam civitatem machina, & in omnes partes verſata, denique, poſt multos cruciatus in mare dejecta. Cicero in Oratione contra Piſonem: *Nec mihi M. Attilius Regulus, quem Carthaginienſes reſectis palpebris illigatum in machina necaverunt vigilando, ſupplicio videtur affectus. Supplicium enim fuiſſe venenum à Carthaginienſibus datum, quo tempore Romam ad Senatum pro captivorum permutatione legatum miſêre; quod ejuſmodi fuit, ut non ſtatim eum interimeret, ſed mortem in diem proferret eo conſilio; poſtea vero graſſante ſenſim veneno, cor tabeſceret.* Alii aliter ferunt de hujus viri ſupplicio, dicunt enim quod eum Carthaginienſes in atris & profundis tenebris claudebant, ac diu retentum, poſt ubi Sol viſus erat ardentiſſimus, repente educebant, & adverſus ictum Solis oppoſitum continebant, atque intendere in cœlum oculos cogebant, palpebraſque ejus, ne connivere poſſet, ſurſum deorſum ductas inſuebant. Tuditanus autem ſomno diu prohibitum, atque ita vita privatum refert: idque ubi Romæ cognitum eſt, nobiliſſimos Pœnorum captivos liberis Reguli à Senatu deditos, & ab his, in armario muricibus præfixo deſtitutos, eadem inſomnia cruciatos, interiiſſe. *Oliver.* Contigit A. U. CDXCVIII.

2. *Miſſus.*] Contigit A. U DIII.

3. *Non ignarus.*] Hoc idem affirmat Cicero in Paradoxis: dicit enim; *Neque ego M. Regulum ærumnoſum, nec infelicem, nec miſerum unquam putavi: non enim magnitudo animi cruciabatur à Pœnis, non ejus gravitas, non fides non*

quam crudeles, quamque etiam merito [1] infeſtos ſibi Deos reverteretur: [2] Verum his juraverat, ſi captivi eorum redditi non forent, ad eos ſe rediturum. [3] Potuerunt profectò Dii immortales efferatam mitigare ſævitiam: ceterum quo clarior eſſet Atilii gloria, Carthaginienſes [4] moribus ſuis uti paſſi ſunt: [5] tertio Punico bello religioſiſſimi ſpiritus tam crudeliter vexati, urbis eorum interitu juſta exacturi piacula.

15. [6] Quanto noſtræ civitatis ſenatus venerabilior in Deos! qui poſt Cannenſem cladem decrevit, ne matronæ ultra [7] trigeſimum diem luctus ſuos extenderent, uti ab his

non ulla virtus, non denique tot virtutum præſidio munitus animus, tantoque conatu virtutum ſeptus, cum corpus caperetur, capi ipſe certe non potuit. Item lib. III. de Off. *Nec vero tum ignorabat ſe ad crudeliſſimum hoſtem, & ad exquiſita ſupplicia proficiſci, ſed jusjurandum ſervandum putabat.*

1. *Infeſtos Deos.*] Quippe quorum multa funera ediderat. *Idem. Infeſtos Deos.*] Abeſt vox poſterior à lib. Dan. & abeſt jure. intelligit Carthaginienſes. *Coler.*

2. *Verum his juraverat.*] *Quia* vulgatum in Campenſi non habetur, & ſuperfluum eſt, hiulcamque reddit clauſulam. *Pighius.*

3. *Potuerunt profectò Dii.*] Hic quaſi deplorat, indignam Atilii Reguli mortem: dicit enim, ſi quid pietatis eſt, potuerunt Dii lenire efferatam Carthaginienſium crudelitatem.

4. *Uti moribus ſuis.*] Qui ſemper perfidi & immanes fuerant.

5. *Tertio Punico bello.*] Tametſi nunc quidem id Carthaginienſibus conceſſêre, Dii tamen poſt aliquot annos de illis graves, quamvis ſeras, ſumpsêre pœnas; nam urbem eorum delevit Scipio Æmilianus. Primum namque bellum confecit Lutacius, ſecundum Africanus ſuperior, tertium Scipio Æmilianus, qui dictus eſt Africanus inferior. Conſtat autem, teſte Eutropio, Carthaginem anno DCC. poſtquam condita fuit, deletam. *Oliver.*

6. *Quanto noſtræ civitatis Senatus.*] Poſt Cannenſem cladem, quæ accepta eſt Terentio Varrone & Paulo Æmilio Coss. apud Cannas Apuliæ vicum, hac maximè clade nobilitatum, ubi ſupra XL. hominum millia à Pœnis cæſa fuiſſe traduntur cum Paulo Æmilio Conſule, tantus mœror civitatem inceſſit, ut omnes, in luctu & ſqualore poſiti eſſent, nec ulla domus tanti mœroris expers inveniretur; & propterea Cereris ſacra, quæ non niſi per matronas in candida veſte celebrari licebat, ſuo ritu perfici non poſſent, quia lugentibus intereſſe non liceret, Senatus juſſit ne ultra XXX. diem flerent matronæ, ut ſacra Cereris perficere poſſent. Liv. lib. XXII. de Bello Punico ſecundo: *Tum privatæ quoque* (inquit) *per domos clades vulgatæ ſunt, adeoque totam urbem complevit luctus, ut ſacrum anniverſarium Cereris intermiſſum ſit, quia nec lugentibus id facere eſt fas, nec ulla in illa tempeſtate matrona luctus expers fuerit. Itaque, ne ob eandem cauſam alia quoque ſacra publica desererentur, Senatusconſulto diebus triginta luctus eſt finitus.* Oliver. Contigit A. U. DXXXVII.

7. *Trigeſimum.*] Alioqui per annum lugere cogebantur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

his ſacra Cereris peragi poſſent: quia majore pene [1] Romanorum virorum parte in execrabili ac diro ſolo jacente, nullius penates mæroris expertes erant. Itaque matres ac filiæ, conjugeſque, & ſorores, nuper interfectorum abſterſis lachrimis, depoſitiſque doloris inſignibus, [2] candidam induere veſtem, & aris [3] dare thura coactæ ſunt: Qua quidem conſtantia obtinendæ religionis, magnus cœleſtibus injectus eſt rubor ulterius adverſus eam ſæviendi gentem; quæ ne injuriarum quidem acerbitate ab eorum cultu abſterreri potuerat.

NEGLECTA.

16. [4] Creditum eſt, Varronem conſulem apud Cannas cum

1. *Romanorum virorum.*] Sic MSS. Vulgo: *Romanarum virium parte.* Mulieres enim, licet occiſis viris afflictæ, feſtiva Cereris ſacra obire coactæ ſunt. *Pigh.*

2. *Candidam induere veſtem.*] Quod in candida veſte Cereri ſacrificaretur à matronis, teſtatur Ovid. lib. x. Metamorphoſ.

Feſta piæ Cereris celebrabant annua matres;
Illa quibus nivea velatæ corpora veſte
Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum. Oliver.

3. *Dare thura.*] Suffitu credebantur Dii delectari. Antiquiſſimis tamen temporibus thura in uſu non fuêre. Arnob. lib. VII. contra Gentes: *Percunctamur de thure, unde aut quo tempore noſſe illud, aut ſcire poteritis, ut merito exiſtimetis aut eſſe Diis dandum, aut eorum acceptiſſimum voluntati: novella enim propemodum res eſt, neque annorum inexplicabilis ſeries, ex quo ejus notitia profluxit in has partes; & delubris meruit intereſſe divinis: neque enim temporibus, quemadmodum creditur & perhibetur, heroïcis, quidnam thus eſſet, ſcitum eſt, ſcriptoribus ut comprobatur à priſcis, quorum in libris poſita nulla ejus mentio reperitur, neque genitrix & mater ſuperſtitionis Hetruria opinionem ejus novit aut famam, ſacellorum ut indicant ritus, neque quadringentis annis quibus Albana res viguit, in uſum cuiquam venit, ſacra res cum fieret, neque ipſe Romulus, aut religionibus artifex in comminiſcendis Numa, aut eſſe ſcivit, aut naſci.*

4. *Creditum eſt, Varronem Conſulem.*] Necdum diſcedit à Cannenſi clade, ſed ejus occaſione poſt laudatam religionis obſervantiam tranſit ad exempla neglectæ religionis à Romanis. Quo loco vulgati codices peperam novum caput conſtituunt. *Pighius. Creditum, &c.*] Tranſit ad neglectam religionem. Hic autem Varro, qui C. Terentius dictus eſt, loco non ſolum humili, ſed etiam ſordido natus erat, teſte Livio. nam patrem ejus lanium fuiſſe dicit, ipſum inſtitorem mercis, filioque hoc ipſo in ſervili ejus artis miniſterio uſum. Is juvenis ex eo genere quæſtus pecunia à patre relicta, animum ad ſpem liberioris fortunæ adjecit, togaque & forum placuere, proclamando pro ſordidis hominibus cauſiſque adverſus rem famamque bonorum; primo in notitiam populi, deinde ad honorem pervenit. *Oliver.* Contigit A. V. DXXXIII.

1. *Tam*

cum Carthaginienſibus [1] tam infeliciter dimicaſſe ob iram Junonis: quod cum [2] ludos Circenſes [3] ædilis faceret, in Jovis Opt. Max. templo eximia facie puerum [4] hiſtrionem ad excubias tenendas poſuiſſet: quod factum poſt aliquot annos memoria repetitum, ſacrificiis [5] expiatum eſt.

17. [6] Hercules quoque detractæ religionis ſuæ, & gravem & manifeſtam pœnam exegiſſe traditur. Nam cum [7] Potitii ſacrorum ejus ritum (quem pro dono genti eorum ab

1. *Tam infeliciter.*] Quia, ut ſupra diximus, cæſa fuiſſe feruntur plus quam XL. millia Romanorum, & ſupra XX. millia capta cum ipſo imperatore Paulo.

2. *Ludos Circenſes.*] Ludi erant iidem qui & Romani, ſicut idem Cic. teſtatur. Hi fiebant in honorem Jovis, Junonis, & Minervæ. Et referebant veluti ludos Olympicos Græcorum. Præmittebatur his ludis pompa Circenſis. Hinc Sponſiones pro victoria aurigarum, qui quatuor coloribus diſtincti, de quibus Caſſiodorus lib. III. Var. Epiſt. LI. *Colores autem in vicem temporum quadrifaria diviſione funduntur, Praſinus virenti verno, Venetus nubilæ hyemi, Roſeus æſtati flammeæ, Albus pruinoſo autumno dicatus eſt, ut quaſi per duodecim ſigna digrediens, annus integer ſignaretur; ſic factum, ut Naturæ miniſteria ſpectaculorum compoſita imagine luderentur.* Vide & Tertullianum lib. de Spectac. cap. 9. & Bullengerum de Circenſib. Lud.

3. *Ædilis faceret.*] Aliud officium erat Ædilis Curulis, aliud Plebeji. Quidnam autem eſſet officium Curulis, Cicero Verr. ult. oſtendit: *Nunc ſum*, inquit, *deſignatus Ædilis. Habeo rationem quid à populo Rom. acceperim, mihi ſanctiſſimos ludos maxima cum ceremonia Cereri, Libero, Liberaque faciendos, mihi Floram matrem, populo plebique ludorum celebritate placandam; mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani ſunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Jovi, Junoni, Minervæ eſſe faciendos; mihi ſacrarum ædium procurationem, mihi totam urbem tuendam eſſe commiſſam, ob earum rerum laborem & ſolicitudinem fructus illos datos antiquiorem ſententiæ dicendæ locum, togam prætextam, Sellam Curulem.* Ædiles plebeji ædibus tantum præerant Ic. l. II. ff. de Orig. jur. ita loquitur: *Itemque ut eſſent qui ædibus præeſſent, in quibus omnia ſcita ſua plebs deferebat, duos ex plebe conſtituerant, qui etiam ædiles appellati ſunt.* Oliver.

4. *Hiſtrionum*] Sunt qui velint *Hiſtrionem* ab Iſtria dictum, quia qui primus Romæ ſcenicam artem exercuit, ab Iſtria venerit; alii non ab Iſtria, ſed ab Hetruria accitos Romam Hiſtriones fuiſſe dicunt. Erant autem Hiſtriones, qui Latine Ludii dicuntur, qui perſonati in ſcena comœdias & tragœdias agebant voce & corporis geſtu, de quibus Cicero in Paradox. *Hiſtrio*, inquit, *ſi paululum ſe moveat extra numerum, aut ſi verſus pronunciatus eſt ſyllaba una brevior aut longior, exibilatur, exploditur.* Hiſtriones autem infames erant l. IV. C. de his qui not. infam.

5. *Expiatum.*] Expurgatum: quia infamis conditionis puerum excubiis Jovis præfecerat.

6. *Herculis quoque.*] Contigit A. V. CDXLI.

7. *Potitii ſacrorum ejus ritum.*] Hercules, ut auctor eſt Livius, poſt occiſum Cacum propter abactas boves, cum eſſet ad Euandrum deductus, ſe Jovis filium & Caci mortem virtute probavit;

ab ipſo aſſignatum, velut hæreditarium obtinuerant) [1] auctore Appio Cenſore, ad humile ſervorum miniſterium tranſtuliſſent: qui erant numero ſuper xxx. puberes, [2] intra annum extincti ſunt, nomenque Potitium in duodecim familias diviſum, prope interiit. Appius verò [3] luminibus captus eſt.

18. [4] Acer etiam ſui numinis vindex Apollo, qui Carthagine à Romanis oppreſſa, veſte aurea nudatus, id egit, ut ſacrilegæ manus inter fragmenta ejus abſciſſæ [5] invenirentur. * Brennus Gallorum dux, † Delphis Apollinis

ob quam rem ab Euandro benigne eſt hoſpitio ſuſceptus & pro numine habitus, denique Ara maxima eſt ei conſtituta, quod Herculi Delphicus Apollo in Italia fore prædixerat, & Carmenta mater Euandri multo ante fuerat vaticinata. Cum ergo de ſuo armento ad ſua ſacrificia boves dediſſet, inventi ſunt duo ſenes, Pinarius & Potitius, quibus, qualiter ſe vellet coli, oſtendit: ſcil. ut mane & veſperi ei ſacrificaretur. Perfecto itaque matutino ſacrificio, cum circa Solis occaſum eſſent ſacra repetenda, Potitius prior advenit; Pinarius poſtea extis jam conſumptis. Unde iratus Hercules, ſtatuit ut Pinariorum familia tantum miniſtra eſſet epulantibus Potitiis & complentibus ſacra. unde & Pinarii dicti ſunt à πείνα, quæ Græce dicitur *fames*. nam ſenem illum, ut vult Servius, conſtat alio nomine fuiſſe nuncupatum. Unde Virgilius:

—— Primuſque Potitius auctor,
Et domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri.

Oliver.

1. *Auctore Appio.*] Quia Appius auctor fuerat, ut hoc ſacrificium transferrent ad miniſterium ſervorum. Sciendum eſt, quod, teſte Macrobio Saturn. lib. 1. Sacris Herculis mulieres intereſſe non licebat. *Idem.*

2. *Intra annum.*] Feſtus, intra diem trigeſimum, cum Valerio ſentit Serv. ad VIII. Æn. cum ait: *In ſacris Herculis nec ſervi intererant nec liberti: adeo ut Appius, qui ſacra hæc tranſtulit in libertos, vel ut quidam volunt, in ſervos publicos & caruerit oculis & intra annum omnem familiam perdiderit.* Idem Servius ad illud (*Herculei cuſtos Pinaria templi*) intra breve tempus extinctos fuiſſe refert. Porro Valerius ſcribit nomen *Potitium* prope interiiſſe: Feſtus, omnes interiiſſe. *Coler.*

3. *Luminibus captus.*] Oculis & luce privatus. De hoc Appio dicemus lib. VII. cap. de Senectute. Fuit autem qui cum Pyrrho Epirotarum Rege pacem, quibus ille petebat conditionibus, fieri diſſuaſit anno ab Urbe condita CCCCLXI. teſte Eutropio lib. ſecundo. *Oliver.*

4. *Acer etiam ſui numinis vindex Apollo.*] Apollo nihilo ſegnius & ipſe ſuum numen ultus eſt. Cum enim Scipio Africanus inferior Carthaginem militibus diripiendam conceſſiſſet, quidam Apollinis templum ingreſſus, ejus ſimulacrum aurea veſte indutum ſpoliare tentavit; qua re indignatus Apollo, id egit, ut ſacrilegæ manus inter fragmenta veſtis & fimbrias à corpore abſciſſæ reperirentur. Contigit A. U. DCVII.

5. *Invenirentur abſciſſa.*] Non dicit à quo, quaſi à numine factum ſit, cum forte à petentibus partem prædæ factum putet. *Badius.*

* *Brennus*

nis [1] templum ingreſſus, Dei voluntate in ſe manus vertit.
19. [2] Nec minus efficax ultor contemptæ religionis filius

* *Brennus Gallorum Dux.*] Affert ſecundum exemplum de vindicta Apollinis in ſacrilegium Brenni, ducis Gallorum in Gallogræcia; qui cum Delphicum templum ſpoliâſſet, in furorem verſus, ſibi manum intulit. *Brennus Gallorum dux.*] In Campenſi: *Brennus quoque Gallorum dux.* At in MSS. pleriſque libris omnino omiſſum hoc exemplum eſt. Et ſane inter externa potius referri debet. *Pighius. Brennus Gallorum dux.*] Audi Juſtinum lib. XXIV. de Brenno ſic diſſerentem: *Habebat*, inquit, *Brennus lecta ex omni exercitu peditum ſexaginta quinque millia, Delphorum ſociorumque non niſi quatuor millia militum erant, quorum contemptu, Brennus ad acuendos ſuorum animos, prædæ ubertatem omnibus oſtendebat: ſtatuaſque cum quadrigis, quarum ingens copia procul viſebatur, ſolido auro fuſas eſſe, pluſque in pondere, quam in ſpecie habere prædæ adfirmabat. Hac adſeveratione incitati Galli, ſimul & heſterno mero ſaucii, ſine reſpectu periculorum in bellum ruebant. Contra Delphi plus in Deo, quam in viribus ſpem ponentes cum contemptu hoſtium reſiſtebant, ſcandenteſque Gallos è ſummo montis vertice partim ſaxis, partim armis obruebant. In hoc partium certamine, repente univerſorum templorum antiſtites, ſimul & ipſi vates ſparſis crinibus cum inſignibus atque infulis, pavidi vecordeſque in primam pugnantium aciem procurrunt: adveniſſe Deum clamant, eumque ſe vidiſſe deſilientem in templum per culminis aperta faſtigia, dum omnes opem Dei ſuppliciter implorant, juvenem ſupra humanum modum inſignis pulchritudinis, comiteſque ei duas armatas virgines, ex propinquis duabus Dianæ Minervæque ædibus occurriſſe, nec oculis tantum hæc ſe perſpexiſſe, ſed audiſſe etiam ſtridorem arcus, ac ſtrepitum armorum. Proinde nec cunctarentur Diis anteſignanis hoſtem cædere, & victoriæ Deorum ſocios ſe adjungere ſummis obſecrationibus monebant. Quibus vocibus incenſi omnes certatim in prælium proſiliunt. Præſentiam Dei & ipſi ſtatim ſenſere. Nam & terræ motu portio montis abrupta, Gallorum ſtravit exercitum: & confertiſſimi cunei, non ſine vulneribus hoſtium diſſipati, ruebant. inſecuta deinde tempeſtas eſt, quæ grandine & fulgure ſaucios ex vulneribus abſumpſit. Dux ipſe Brennus cum dolorem vulnerum ferre non poſſet, pugione vitam finivit. Alter ex ducibus, punitis belli autoribus, cum decem millibus ſociorum citato agmine à Græcia exedit.*

† *Delphis.*] Ubi celeberrimum illud Apollinis oraculum, quam prædicendi vim ſpiritui terræ tribuit Cicero de Divinat. I. & Diodor. lib. VI. & X. Defeciſſe exiſtimant plerique, quod vis illa telluris exhauſta eſſet vetuſtate. Sed revera Diabolus illi præerat, cui ſilentium indixit adventu ſuo Servator. Ita repente cuncta admodum obmutuêre oracula. Quantæ opulentiæ fuerit hoc templum, ex eo apparet, quod Phocenſes ad bellum ſacrum plus quam decem talentorum Myriades acceperint. Inde opes templi, quæ quotannis donariis augebantur, exiſtimari poſſunt.

1. *Templum.*] De hac ſpoliatione templi meminit Juſtinus.

2. *Nec minus efficax ultor.*] Devictis partibus Bruti & Caſſii Cæſaris interfectorum, Octavius, Antonius & Lepidus, inter ſe orbem diviſerunt. Octavius cadentem plagam, Lepidus meridianam obtinuit. Et cum Octaviam Octavii ſororem Antonius duxiſſet uxorem, ut inita confœderatio vim majorem poſſet habere, ſe contulit in Ægyptum, ubi captus eſt illecebris Cleopatræ reginæ, divortii libellum paulo poſt miſit Octaviæ. Qua re indignatus Auguſtus, bellum intulit Antonio; quem cum Cleopatra navali

lius quoque ejus [1] Æſculapius, qui conſecratum templo ſuo lucum [2] à Turullio præfecto Antonii, ad naves ei faciendas, magna ex parte ſuccíſum dolens, inter ipſum nefarium miniſterium devictis partibus Antonii, imperio Cæſaris deſtinatum morti Turullium, manifeſtis numinis ſui viribus eum in lucum, quem violaverat, traxit: effecitque Deus, ut ibi potiſſimum à militibus Cæſarianis occiſus, eodem exitio, & everſis jam arboribus pœnas lueret, & [3] adhuc ſuperantibus, impunitatem conſimilis injuriæ pareret: ſuamque venerationem, quam apud colentes maximam ſemper habuerat, multiplicaret.

20. [4] Q. autem Fulvius Flaccus impune non tulit, quod in cenſura [5] tegulas marmoreas ex * Junonis † Laciniæ templo

prælio apud Leucadem Ambraciæ promontorium ſuperavit. Cujus cladis acceptæ cauſam illam fuiſſe dicunt, quod Antonius præfectum quendam in lucum Æſculapio conſecratum ad ligna ſuccidenda navium conficiendarum gratia miſiſſet, nam caſus ita tulit, ut eo ipſo tempore quo ligna cædebantur, Antonii partes devincerentur, ubi Lucum cædendo violaverat. *Oliv.* Cont. A. V. DCCXXIII.

1. *Æſculapius.*] Medicinæ præſes, ideoque Apollinis filius. Hinc & ob vigilantiam, quæ in Medico requiritur, gallus ei ſacer fuit. Unde & canis uberibus altus credebatur. Quod ſerpens eidem ſacer fuerit, qui in ſe rediret, eo innuĕrunt annuam cœli converſionem atque aëris mutationem, quæ, ut varia effecta miſeris mortalibus communicat, ita periti Medici eſt avertere. Pauſanias tradit immolatam eidem fuiſſe capram, forte quod febri illam ſemper corripi Naturæ periti tradant. Ejus ſimulachrum barbatum, patris vero imberbe, merito ridet feſtiviſſimus Lucianus in Jove Tragœdo.

2. *A Turullio præfecto.*] Alii, *Turilio.* Turullium etiam vocant MSS. Codices, & Dion Caſſius Hiſtor. lib. 11. *P. Turullium*, referens eadem & quæ ad illuſtrandum hoc exemplum pertinent; nempe inter Cæſaris Dictatoris percuſſores proſcriptum, poſtea bello Actiaco partibus Antonii adhæſiſſe, & ab eodem jam victo, & gratiam ſibimet ambiente proditum ac traditum Auguſto fuiſſe, ejuſque juſſu in inſula Co (ubi lucum Æſculapii claſſis parandæ cauſſa ſucciderat) velut in vindictam numinis occiſum fuiſſe. Scribe igitur in Valerio, *eum in lucum*, pro, *eum in locum.* Atque mox, *effecitque Deus, ut,* pro; *effecitque ut.* Ita enim volunt vett. lib. *Pigh.*

3. *Adhuc ſuperantibus.*] Id eſt, extantibus, impunitatem conſimilis injuriæ ne evertantur, peperit. *Badius.*

4. *Quintus autem Fulvius Flaccus.*] Abbreviator Livii: *Fulvius*, inquit, *Flaccus Cenſor templum Junonis Laciniæ tegulis marmoreis ſpoliavit, ut ædem quam dedicaverat tegeret.* Hujus fuit uxor Sulpitia, quæ, ut Naſica, judicio Senatus omnium optimus; ſic matronarum ſententia, omnium caſtiſſima judicata fuit. *Oliver.* Contigit A. V. DLXXIX.

5. *Tegulas.*] Quærere libeat, cur eas tegulas tranſtulerit Fulvius. Rationem reddit Servius, ubi de nomine & templo

plo [1] in ædem Fortunæ Equeſtris, quam Romæ faciebat, tranſtulit. Negatur enim, poſt factum, mente conſtitiſſe: quin etiam per ſummam ægritudinem animi expiravit, cum ex duobus filiis [2] in Illyrico militantibus, alterum deceſſiſſe, alterum graviter audiſſet affectum. Cujus caſu motus ſenatus, [3] tegulas * Locros reportandas curavit: decre-

plo Junonis Laciniæ lib. III. Æneidos: *In hoc templo illud miraculi fuiſſe dicitur, ut ſi quis ferro in tegula templi ipſius nomen incideret, tamdiu illa ſcriptura maneret, quamdiu is homo viveret, qui illud incidiſſet.* Coler.

* *Junonis.*] Utplurimum Juno cum Luna confunditur, quæ & Samia dicta, tanquam בעלת שמים, id eſt Baalet Schamaim, ſive regina cœli. Unde & Βήλθης Heſychio. Eadem Urania, Cœleſtis. Auguſtinus eandem Pœnis Aſtartem vocari Quæſt. XVI. ad Jud. II. affirmat. Ita illa πολυώνυμος. Vide tamen Voſſium de Idol.

† *Laciniæ.*] Lacinius latro fuit nobiliſſimus, qui extrema Italiæ multis latrociniis infeſtabat. Hunc Hercules, cum occidiſſet, ad expiationem loci placationemque Junonis, qui ſibi irata dicebatur, ei templum dedicavit, & à nomine latronis *Junonem Laciniam* appellavit. Virgil.

Hinc ſinus Herculei, ſi vera eſt fama, Tarenti
Cernitur; atollit ſe Diva Lacinia contra.

Niſi Lacinia dicatur à Lacinio promontorio. Alii dicunt à rege conditore fuiſſe nominatum templum illud: de quo diverſas ſcriptorum ſententias invenio, ubi ſitum fuerit. Nam Valerius cum dicat in fine hujus exempli, cujus caſu motus Senatus, tegulas Locros reportandas curavit, innuere videtur, Locris fuiſſe templum iſtud. At Livius Crotonæ fuiſſe oſtendit, cum in deſcriptione illius urbis dicat: *In urbe nobile templum ipſa urbe erat nobilius Laciniæ Junonis, ſanctum omnibus circa populis.* Et iterum: *Templum*, inquit, *inclytum divitiis etiam, non tantum ſanctitate.* At Strabo lib. VI. poſt fines Crotoniatas eſſe vult. *Poſt Scyllaceum*, inquit, *Crotoniatarum fines ſunt, & Japygum terna promontoria, deinde Laciniæ Junonis templum ſuperiore ætate locupletiſſimum, doniſque frequentiſſimis plenum.* Theocritus vero in Eclogis parte orientali propinquam Crotonem eſſe ſignificat. Conſtat tamen promontorium Lacinium in regione Locrenſi fuiſſe, teſte Plin. Nat. Hiſt. lib. III. in Deſcriptione Locrorum. *Oliver.*

1. *In ædem Fortunæ.*] Templum Deæ Fortunæ, quæ inſidens equo fabricata fuerat & erecta. *Oliver. Fortunæ Equeſtris.*] Erat & templum Fortunæ Plebeiæ.

2. *In Illyrico.*] Illyricum latiſſime patens Europæ regio, ſed Plinius inter Arſiam & Titium flumina comprehendit. Cui reſpondet hodie Slavonia. *In Illyrico.*] In bello, quod geſſit pop. Rom. adverſus Perſen Macedoniæ regem & Illyricos.

3. *Tegulas Locros reportandas curavit.*] Pulmanni Codex habet, *loco reportandas:* fortaſſis legendum, *illico reportandas.* Neque enim nomen loci Livius ipſe exprimit, ex quo videtur Valerius deſumpſiſſe hanc Hiſtoriam. Et ſane conſtat Laciniæ Junonis celeberrimum illud templum, non Locris fuiſſe, ſed ad Crotonem, vix paſſuum milibus ſex ab urbe diſtans, quod ipſum pulcherrime deſcribit idem Livius lib. XXXIV. Meminere Strabo lib. VI. Virgilius Æneid. III. ac Commentator Servius, item Stephanus de Urbibus, & alii. *Pighius.*

* *Locros.*]

[1] decretique circumſpectiſſima ſanctione impium opus cenſoris [2] retexuit.

21. [3] Tam me hercule, quam [4] Q. Pleminii legati Scipionis

* *Locros.*] Locri urbs eſt magnæ Græciæ. Populi autem vocantut Epizephyrii, à Zephyrio promontorio. Quos colonos fuiſſe Locrorum in Græcia conſtat. Erant enim in Græcia Locri, Ozolæ, Epicnemidii, & Opuntii. Ab Opuntiis juxta Virgilium Epizephyrii originem traxêre. Naricios enim appellavit illo verſu:

Heic & Naricii poſuerunt mœnia Locri.

Narix autem uibs Opuntiorum. *Thyſ.*

1. *Decretique circumſpectiſſima ſanctione.*] Vulgo, *ſanctitate.* Campenſ. exempl. *ſanctiſſima circumſpectione:* nec quidem ſatis apte. Hoc tamen ea variatione colligitur, priorem illam lectionem puriorem fore, ſi pro *ſanctitate*, *ſanctione* legas. Decreta enim ac leges ſanctionibus quibuſdam firmari ac muniri ſolent; ſc. vel pœnæ alicujus adjectione, vel adverſarum aliarum legum expreſſa derogatione. Cujus pulcherrimum exemplum extat Romæ in ænea Lateranenſis Eccleſiæ tabula. *Pighius.*

2. *Retexuit.*] Delevit. Tranſlatio ſumpta à textoribus. nam qui texunt fila, in ordinem redigunt, qui vero retexunt opus, in ordinem redactum delent. Ergo retexuit, delevit, & emendavit. *Oliv.*

3. *Tam.*] Contigit A. U. DXLIX.

4. *Pleminii legati.*] Pleminium legatum Scipio Locris cum præſidio pop. Rom. præfecerat: is præter multa facinora, quæ fœda nimis & indigna in Locrenſes ediderat, templum quoque Proſerpinæ, quod ibi nobiliſſimum & opulentiſſimum fuerat, nimia avaritia tactus, diripuit. nam ibi theſaurum ingentem repoſuerunt Locrenſes; quem ex ipſius Proſerpinæ luco confecerant, cum ibidem magni & quotidiani proventus reportarentur. Quare legatus theſauri cupiditate captus, pecuniam ſurripuit; quod ubi reſcivit Senatus, legatum Romam vinctum deduci juſſit. Cognita deinde cauſa, ubi culpæ affinem eſſe intellexit, in carcerem trudi juſſit, ubi pediculari morbo, ut quidam volunt, ante cauſæ dictionem, conſumptus eſt. Verum non minus ipſa ſe Dea, quam ejus numen ſenatus vindicavit. Conſtat enim, teſte Liv. lib. XIX. ſecundi Punici Belli, poſt direptionem ſacræ pecuniæ tantum omnibus ſacrilegio contactis injectum eſſe furoris, ut numinis inſtinctu omnes inter ſe, Dux in Ducem, miles in militem hoſtili quadam rabie converterentur; nam rapto poculo argenteo ex oppidani cujuſdam domo, pernitioſa ſtatim orta eſt ſeditio inter Pleminium & Tribunorum milites, ubi accenſa pugna, vulneratis cæſiſque nonnullis, cum Pleminius de Tribunis, tanquam ſeditionis auctoribus pararet ſumere ſupplicium, illorum milites ex recenti victoria ferociores facti, ex omnibus locis ad opem ferendam concurrunt; qui cum violata virgis tribunorum corpora vidiſſent, in multo impotentiorem iram accenſi, ſine reſpectu non majeſtatis modo, ſed etiam humanitatis, in legatum, mulctatis lictoribus, impetum faciunt, ipſumque à ſuis interceptum & ſecluſum hoſtiliter laceraruntr, & prope exanguem naſo auribuſque mutilatis relinquunt. Quibus rebus ad Scipionem delatis, qui tunc erat Meſſanæ, poſt paucos dies Locros cum exercitu venit, & cognita cauſa, tribunis ſontibus judicatis, & in vincula conjectis, ut Romam ad Senatum mitterentur, Meſſanam rediit. Pleminius impotens iræ, tribunos ad ſe attrahi juſſit, laceratoſque omnibus ſuppliciis, quæ pati corpus ullum poſſit, interfecit; nec ſatiatus vivorum pœna, inſepultos projecit. Simili crudelitate in

Locren-

pionis in theſauro Proſerpinæ ſpoliando ſceleratam avaritiam juſta animadverſione vindicavit. cum enim vinctum Romam protrahi juſſiſſet, is ante cauſæ dictionem in carcere [1] teterrimo genere morbi conſumptus eſt: pecuniam Dea ejuſdem ſenatus imperio, & quidem ſummam duplicando, recuperavit.

Externa exempla, obſervatæ vel neglectæ religionis.

1. [2] Quod quidem ad Pleminii facinus pertinuit, bene à patri-

Locrenſium principes eſt uſus, quos ad conquerendas injurias ad P. Scipionem profectos audivit. Hunc igitur catenis vinctum Romam tractum fuiſſe ferunt, & in carcerem conditum, & ante dictionem cauſæ mortuum. Clodius tamen Licinius in lib. III. rerum Romanarum refert hunc ludis votivis, quos Romæ Aphricanus iterum Conſul faciebat, conatum per quoſdam, quos pretio corruperat, aliquot locis urbem incendere, ut frangendi carcerem fugiendique haberet occaſionem. Patefacto deinde ſcelere, delegatum in Tullianum ex Senatuſconſulto, ibique teterrimo mortis genere conſumptum. *Oliv.*

1. *Teterrimo genere morbi conſumptus eſt.*] Alias, *genere mortis*. Liv. lib XXXVI. in Tullianum ſeu inferiorem poſtea carcerem demiſſum atque necatum ſcribit, cum de urbe per ſceleratos homines incendenda habuiſſe concilia compertus eſſet. Sed hæc Livius ex Clodii Licinii rerum Roman. lib. III. refert; alii mortuum prius in vinculis, quam de eo populi judicium perficeretur, volunt. *Pighius.*

2. *Quod quidem ad Pleminii, &c.*] Pyrrhus cum è Sicilia rediens, Locros claſſe præterveheretur, inter alia fœda, quæ in Locrenſes facinora edidit, theſauros quoque Proſerpinæ intactos ad eam diem ſpoliavit, atque ita pecunia in naves impoſita ipſe terra eſt profectus. Claſſis poſtero die fœdiſſima tempeſtate lacerata fuit, omneſque naves, quæ ſacram pecuniam habuerant, in littora Locrenſia revectæ. Liv. lib. XXIX. ubi de Pleminio loquitur; *Nam avaritia*, inquit, *ne ſacrorum quidem ſpoliatione abſtinuit, nec alio modo templa violata, ſed Proſerpinæ etiam intacti omni ætate theſauri, præterquam quæ à Pyrrho, qui cum magno piaculo ſacrilegii ſui manubias rettulit, ſpoliati dicebantur.* Ergo ſic ante regiæ naves laceratæ naufragiis, nihil in terram integri, præter ſacram pecuniam Deæ, quam aſportabant, extulerant. Tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis, ad ultionem templi furorem adjecit: hac igitur tanta tempeſtate & clade ſuperbiſſimus rex edoctus Deos eſſe, pecuniam omnem conquiſitam in theſauros Proſerpinæ referri juſſit, nec tamen illi unquam poſtea proſperi quicquam evenit, pulſuſque Italia, turpiter ſatis ignobili atque inhoneſta morte, temere nocte ingreſſus Argos, occubuit. Senatus igitur, quantum ad Pleminium pertinet, Deam ultus eſt, quod vero ad Pyrrhum ſpectat, Dea ſe ipſa vindicavit. *Oliver.* *Quod quidem ad Pleminii facinus.*] Ita eſt in Vet. Cod. Alii legunt: *Quæ quod ad Pleminii facinus.* Externa hoc paragrapho exempla incipiunt cultæ vel neglectæ

patribus conſcriptis vindicatum eſt. Quod ad violentas regis [1] Pyrrhi ſordeis attinuerat, ſeipſam potenter atque efficaciter Dea defendit. Coactis enim Locrenſibus, ex theſauro ejus, magnam illi pecuniam dare, cum onuſtus nefaria præda navigaret, vi ſubitæ tempeſtatis tota cum claſſe vicinis Deæ littoribus illiſus eſt; in quibus pecunia incolumis reperta, ſanctiſſimi theſauri cuſtodiæ reſtituta eſt.

2. At non ſimiliter [2] Maſiniſſa rex; cujus cum præfectus claſſis [3] Melitam appuliſſet, èque fano Junonis denteis eburneos eximiæ magnitudinis ſublatos, ad eum pro dono attuliſſet: ut comperit unde advecti eſſent, [4] quinqueremi reportandos Melitam, inque templo Junonis collocandos curavit, inſculptos gentis ſuæ literis, ſignificantibus regem ignorantem eos accepiſſe & libenter Deæ reddidiſſe. [5] Factum Maſiniſſæ plus animo, quam Punico ſanguini conveniens: quamquam quid attinet [6] mores natione pendi?

glectæ religionis, ut in Pulmanni codice annotatum quoque invenio: igitur eo loco interſerendus eſt titulus. *Pighius.*

1. *Pyrrhi ſordes.*] Avaritiam: ſic enim majores avaritiam *ſordes* appellarunt, quia nihil hominem faciat ſordidiorem, quam avaritia.

2. *Maſiniſſa.*] Galæ Maſſæſulorum Regis filius, cum Micipſa & Romanis Syphacem regno expulit, conſtantiſſimæ in Romanos fidei; nam & moriens P. Scipionem Æmilianum, obſidentem Carthaginem è caſtris evocavit, & regni inter liberos dividendi ipſe poteſtatem fecit. *Maſiniſſa rex.*] Sic in MSS. & in Cicerone. Alii habent, *Maſiniſſa rex Numidarum.* Quapropter è ſcholiis irrepſiſſe in contextum Valerii ſuſpicor. *Pighius.*

3. *Melitam.*] Inſula eſt in Siculo mari poſita, haud longè à Sicilia periculoſo disjuncta mari, ut reſtatur Plinius libro III. Nat. Hiſtor. & Cicero Verrin. In hac autem fuit oppidum ejuſdem nominis, à quo non longe in promontorio Fanum Junonis fuit antiquum, ſumma cum reverentia celebratum, de quo ſublati fuêre dentes eburnei ſupra dicti. Ovidius de Faſtis.

Fertilis eſt Melitæ ſterilis vicina Coſiri
Inſula, quam Libyci verberat unda freti. Oliver.

4. *Quinqueremi.*] Habente quinque remorum ordines.

5. *Factum Maſiniſſæ plus animo, quam Punico ſanguini conveniens.*] Ita etiam habetur in Campenſi exemplari. In aliis eſt: *Factum Maſiniſſæ animo, magis quam Punico ſanguini conveniens.* Recte trunca ſuppletur oratio. *Pighius.*

6. *Mores natione pendi.*] Sicut de Themiſtocle legitur, quem Seriphio cuidam reſpondiſſe ferunt: nec tu ſi Athenienſis eſſes, clarus unquam extitiſſes, nec ego ſi Seriphius eſſem ignobilis, cum ille patriam diceret Themiſtocli dediſſe nobilitatem. *Oliver.*

1. *Syra-*

di? in media barbaria ortus, ſacrilegium reſcidit alienum.

3. [1] Syracuſis [2] Dionyſius genitus, tot ſacrilegia ſua, quot jam recognoſcimus, jocoſis dictis proſequi voluptatis loco duxit: fano enim [3] Proſerpinæ ſpoliato [4] Locris, cum per altum ſecundo vento claſſe veheretur, ridens amicis, Videtiſne ait, quam bona navigatio ab ipſis Diis immortalibus ſacrilegis tribuatur? Detracto etiam [5] Jovi Olympio magni ponderis aureo amiculo, quo eum tyrannus [6] Hiero è manubiis Carthaginienſium ornaverat, injectoque ei laneo pallio, dixit; æſtate grave amiculum eſſe, hieme frigidum: laneum autem ad utrumque tempus anni aptius. Idem [7] Epidauri Æſculapio [8] barbam auream demi

1. *Syracuſis, &c.*] Bene, inquam, dixit, non oportere mores natione perpendi, cum Maſiniſſa in media barbarie natus, ſacrilegium emendaverit; Dionyſius vero Syracuſis genitus, quam conſtat urbem Græcarum fuiſſe præſtantiſſimam, ubi ſtudia humanitatis exercerentur, non tamen ab ingenio ſuo diſcedere potuit, quin ſacrilegia multa committerentur Syracuſis, ac ſi diceret, in qua urbe mores & Philoſophorum præcepta vigebant. Syracuſæ omnium Græcarum urbium maxima atque pulcherrima fuit. *Oliver.*

2. *Dionyſius.*] Scilicet ſuperior.

3. *Proſerpinæ.*] Nihil notius raptu Proſerpinæ, in cujus honorem templum erectum. Orpheus tamen & Pauſanias in Attica rem geſtam tradunt, qua Cephiſus amnis Eleuſinem præterit. Deo quoque appellatur Heſychio. Unde Deois Proſerpina apud Auſonium. Simul illa cum Cerere in Eleuſiniis ſacris colebatur. Theſmophoria in honorem Proſerpinæ raptus maximo cum luctu menſe Pyanepſide habebantur, quem *ἀπόρρητον* ideo menſem appellavit Plutarchus.

4. *Locris.*] Vide ſupra pag. 28.

5. *Jovi Olympio.*] Templum fuit Jovis Olympii in urbe Acarnania haud procul à Syracuſis, ſicut vult Cicero in Verrinis: *Alia*, inquit, *urbs eſt, haud procul à Syracuſis, cui nomen eſt Acarnania, in qua Olympii Jovis antiquiſſimum fanum eſt.* Oliverius. *Jovi Olympio.*] Varia fuêre Jovis cognomina; nam & pater Chaonius & Anxyrus, Eleus, Tarpeius, Feretrius, Panomphæus, Ammon, Cænæus, Eliceus, atque ita porro, dictus. De Olympio ita Firmianus: *Poteſt mons Olympus figuram Poëtis dediſſe, ut Jovem dicerent cœli regnum eſſe ſortitum: quod Olympus ambiguum nomen eſt & montis & cœli. Olympum autem habitâſſe Jovem Veteres teſtantur. Qui erat mons Theſſaliæ. Olympum etiam* Οὐρανοῦ δίφρον, *cœli ſedem appellârunt Veteres. Quin & ſupra ventos & nubes hunc montem poſuit antiquitas.*

6. *Hiero.*] Lib. Dan. *Gello.* Gelo is fuit, ſatis notus ex Cic. lib. v. de Nat. Deor. Clemens Alex. tribuit hoc Dionyſio filio. *Colerus.*

7. *Epidauri.*] Unde & Æſculapius *Epidaurius*, ſæpe dictus eſt. Ovidius de Ponto:

Afferat ipſe licet ſacras Epidaurius herbas,
Sanabit nulla vulnera cordis ope.

8. *Barbam auream.*] Apud Sicyonios ſimulachrum

demi juſſit: quod affirmaret, non convenire patrem Apollinem imberbem, ipſum barbatum conſpici. [1] Idem menſas argenteas, atque aureas è fanis ſuſtulit: quodque in his more Græciæ ſcriptum erat, [2] bonorum Deorum eas eſſe, uti ſe bonitate eorum prædicavit. Idem [3] victorias aureas, [4] pateras, & coronas, quæ ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, tollebat, & eas ſe accipere, non auferrre, dicebat: per quam ſtultum eſſe argumentando, à quibus bona precamur, ab his porrigentibus nolle ſumere. [5] Qui tametſi debita ſupplicia non exſolvit, dedecore tamen filii,

mulachrum ejus imberbe extitiſſe ex ebore & auro annotat Pauſanias, & Lucianus in Jove Tragœdo.

1. *Idem menſas argenteas.*] Mos fuit apud antiquos, ut menſæ argenteæ in Deorum templis conſecrarentur, in his autem inſcribebatur titulus: τῶν ἀγαθῶν θεῶν, id eſt, bonorum Deorum. *Oliver.*

2. *Bonorum Deorum.*] Græcis οἱ μεγάλοι, δυνατοὶ, χρηστοὶ, ut Latinis Magni, Potes, Boni Dei. De quibus lege Servium ad 1. Æneid. & Athenæum. *Coler.*

3. *Victorias aureas.*] Deæ Victoriæ ſtatuas. Mosfuit apud majores nr Imperatores ex hoſtibus parta victoria, ſtatuas quaſdam & imagines Deæ Victoriæ conſecrarent. Quintilianus de Inſtitutione Oratoria lib. IX. *Themiſtocles* inquit, *aureas Victorias conflare volebat.* Oliver. *Victorias aureas.*] Victoriam præpetem ſive alatam fingebant, quod ejus fama ſtatim ſe humo tollat, amplexaque gloriam, longe lateque per ſummum volet æthera, perque immenſos rerratum tractus exſpatietur. Itaque alatum extitir ejus in Olympia ſimulachrum, ipſiuſque alias ſignum accipiter eſt, volucres reliquas agilitate remigii alatum ſuperans. Porphyrius: Τὰς δὲ Μούσας ἐπτέρωσαν καὶ τὰς Σειρῆνας, κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τήν τε Νίκην, καὶ τὴν Ἶριν, καὶ τὸν Ἔρωτα, καὶ τὸν Ἑρμῆν, id eſt, *Muſas autem & Sirenas alatas fecêre; eodemque modo & Victoriam, & Irin, & Amorem, & Mercurium.* Ovidius lib. II. Triſt.

Auſoniumque ducem ſolitis circumvolat alis,
Ponat ut in nitida Laurea ſerta coma.]

Funger.

4. *Pateras.*] Patera poculi genus patens, cujus & in conviviis & in ſacris uſus erat. Cicero: *Patera, qua mulieres ad res divinas ntcrentur.* Græcis phiala. Iſidor. lib. XX. cap. 5.

5. *Qui tametſi debita ſupplicia.*] Cicero de natura Deorum lib. ult. oſtendit hunc fœliciter mortuum. Dicit enim: *Hunc non Olympius Jupiter fulmine percuſſit, non Æſculapius miſero diuturnoque morbo intabeſcentem interemit, atque in ſuo lectulo mortuus in triumphantis modum in regum illatus eſt, eamque poteſtatem, quam per ſcelus nactus eſt, quaſi juſtam & legitimam hæreditatis loco filio ſuo tradidit; ſed tamen eam diutius retinere non potuit, nam regno pulſus, ludimagiſter factus eſt, & in trivio literas docuit, & hoc modo patris pœnas filius dedit.* Sed de hujus ſacrilegi regis morte Juſtinus vehementer à Cicerone diſſentit; non enim fœliciter mortuum in ſuo lectulo jacentem, ſed à ſuis crudeliter necatum fuiſſe, dicit in fine libri vigeſimi primi. Dicit enim Dionyſius, quem paulo ante non Sicilia, non

lii, mortuus pœnas rependit, quas vivus effugerat. Lento enim gradu ad vindictam ſui divina procedit ira: tarditatemque ſupplicii gravitate compenſat.

4. [1] In quam ne incideret Thymaſitheus * Liparitanorum

lia non Italia capiebat, aſſiduis belli certaminibus victus fractuſque, ad poſtremum inſidiis ſuorum interficitur. Sed [k] magis Ciceroni credendum eſt. At Cornelius Nepos dicit hunc manu forti bellique peritum fuiſſe, [l] & quod in tyranno non facile reperitur, minime libidinoſum, non luxurioſum, non avarum fuiſſe, nulliuſque rei cupidum niſi ſanguinis, perpetuique Imperii, ob eamque rem crudelem. *Oliver.*

* *Dedecore tamen filii.*] De quo multa Juſtinus libro vigeſimo primo, ſed quod ad hanc rem pertinet, dicit illum in ſegnitiem lapſum, ſaginam corporis ex nimia luxuria, oculorumque valetudinem contraxiſſe. adeo ut non Solem, non pulverem, non denique ſplendorem ipſius lucis ferre poſſet; pulſum deinde Syracuſis, Corinthum ſe receпiſſe, ibique humillima quæque tutiſſima exiſtimantem, in ſordidiſſimum vitæ genus diſceſſiſſe; non contentum in publico vagari, ſed potare; nec conſpici in popinis lupanaribuſque, ſed totis diebus reſidere; cum perditiſſimo quoque de minimis rebus diſceptare, pannoſum & ſqualidum videri; riſum libentius præbere, quam captare; in macello proſtare, & quod emere non poterat, oculis devorare; noviſſime ſe ludimagiſtrum profeſſum, pueros in triviis docere. Unde Ovidius lib. de Ponto:

Ille Syracuſia modo formidatus in urbe,
Vix humili duram reppulit arte famem. Oliver.

1. *In quam ne incideret Thymaſitheus.*] Thymaſitheus Liparitanorum princeps, valde diſſimilis fuit Dionyſio; nam ille multa ſacrilegia committebat, hic commiſſa corrigebat; licet enim piraticam exerceret, tamen ut ſenſit prædam ex Romanis captam, Apollini conſecratam eſſe, reddendam curavit. Camillus cum in obſidione Vejorum decimam prædæ partem voviſſet Apollini, ſi potiretur urbe, per aliquot annos urbe capta, edixit pop. Rom. religionem tueri, quare coactus pop. Rom. decimam prædæ partem exolvere, tanta in Camillum exarſit invidia, ut illum die dicta miſerit in exilium; verum ut religione ſolveretur, ex hac decima crateram fieri juſſit Apollini deportandam, quæ cum deportaretur, atque claſſis Romanorum ad Liparem inſulam perveniſſet, capitur à Liparitanis piraticam exercentibus. Erat tum in ſummo magiſtratu Thymaſitheus, Romanis vir ſimilior quam ſuis, qui Legatos, donumque, & Deum cui mitteretur, & doni cauſam veritus, ipſe multitudinem ſuam, quæ ut divideretur præda, efflagitabat, juſtâ religione implevit, adductoſque in publicum hoſpitium Legatos, cum præſidio etiam navium Delphos proſecutus eſt; Romani inde ſoſpites redierunt, hoſpitium & amicitia cum Thymaſitheo ex Senatuſconſulto publice factum, donaque illi publice data. De hac decima & voto legitur, quod cum propter ejus ſolvendæ maximam difficultatem gravata longis tributis plebe, exhauſtoque diutinis bellis ærario, ſeditio appareret in urbe, matronæ cœtibus ad eam rem conſultandam habitis, communi decreto pollicitæ, tribunis militum aurum & omnia ornamenta ſua in ærarium detulerunt; grata ea res, ut quæ maxime Senatui unquam fuit, honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut pilentis ad ſacra ludoſque, carpentis feſto profeſtoque uterentur. *Oliver.*

rum princeps, [1] conſilio ſibi pariter,atque univerſæ patriæ, utili providit exemplo: Excepta namque in freto à civibus ſuis piraticam exercentibus magni ponderis aurea cratera, incitatoque ad eam partiendam populo, ut comperit à Romanis [2] Pythio Apollini decimarum nomine dicatam, manibus venundantium ereptam Deo [3] Delphos perferendam curavit.

5. [4] Mileſia Ceres, [5] Mileto ab Alexandro capta, milites qui templum ſpoliaturi irruperant, [6] flamma objecta privavit oculis.

6. [7] Perſæ [8] mille navium numero * Delum compulſi, templo

* *Liparitanorum.*] Populorum. Lipare, inſula una ex Æoliis.

1. *Conſilia ſibi pariter.*] Sic in MSS. In quibuſdam, *aliter.* In fine ejuſdem exempli verba hæc, *manibus venundantium ereptam*, in vulgatis libris deſiderantur, quæ ſuo loco reſtituimus, ex Pulmanniano libro & aliis. *Pigh.*

2. *Pythio Apollini.*] Pythius Apollo dictus à Pythone ſerpente, quem interfecit. Ovid. lib. 1. Metamorph.

Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.

פתן hodieque ſerpentem denotat Hebræis, niſi potius in Hammonis familia Put eſt Apollo Pythius. L. Ampelius: *Apollines ſunt quinque, &c. Quintus Ammonis filius in Lybia natus.* Thyſ.

3. *Delphos.*] Vide ſupra pag. 26.

4. *Mileſia, &c.*] Hoc exemplum & multa ſequentia in paucis voluminibus comperiuntur. *Badius.*

5. *Mileto.*] Miletos ſeu Miletus urbs eſt clariſſima in finibus Ioniæ & Cariæ lanitio nobilitata. Unde Ælianus & Mela in Ionia eam ponunt. Sed error inde natus, quod modo Cariæ, modo Ioniæ urbs dicatur, quia cum Iones Cares ſuis finibus expuliſſent, Cariæ urbes Ionicæ appellatæ ſunt. Ejus conditor dicitur fuiſſe Miletus, Euxantii Myconis filius, vel ut Ovidius fabulatur, Solis, & Deiones, qui Minoëm fugiens, ſe in Samum contulit, ubi urbem Miletum, mox ejuſdem nominis in Caria condidit, quæ & Anactoria appellata. Teſtes Euſtathius & interpres Apollonii. Strabo tamen lib. XII. à Sarpedone conditam tradidit. Fuit hic Branchidarum & poſtea Apollinis Didymæi oraculum, Coloniarumque eadem fuit fœcunda mater. *Thyſius.*

6. *Flamma objecta.*] Nihil enim efficacius facit ad excæcationem, quam nimius fulgor ex objectione flammarum in tabulas æneas. *Badius.*

7. *Perſæ mille navium numero.*] In quibuſdam exemplaribus hæc duo exempla de Perſis atque Athenienſibus non reperiuntur, in nonnullis quoque tertium de Diomedonte non habetur. *Pighius. Perſæ, &c.*] Affert exemplum potius ſervatæ quam neglectæ religionis. Nam de neglecta religione verius eſſet exemplum, quod de iiſdem Perſis recitat Sabellicus Ennead. lib. II. qui cum Delphicum templum ſpoliare tentaſſent, fulminibus & fœda tempeſtate, & duorum ſcopulorum è Parnaſſi vertice ſubito caſu, ad quatuor millia obruti ſunt. *Badius.*

8. *Mille navium numero.*] Tot enim Xerxi fuiſſe Æſchylus eſt author, cum centum

templo Apollinis irreligioſas potius manus quam rapaces adhibuerunt.

7. Athenienſes [1] Diagoram philoſophum pepulerunt, quia ſcribere auſus fuerat, primum ignorare ſe, an Dii eſſent: deinde ſi ſint, quales ſint. Iidem [2] Socratem damnaverunt, quod novam religionem introducere videbatur. Iidem [3] Phidiam tulerunt, quandiu is marmore potius quàm

centum octoginta Articas naves contra illas ſtetiſſe dicat. *Idem.*

* *Delum.*] Id eſt, ad eam inſulam, quæ patria Apollinis & Dianæ dicitur, & ubi inſigne habuit templum oraculis clarum. *Idem.*

1. *Diagoram.*] Philoſophus hic vulgo ἄθεος, id eſt, ſine Deo, dictus eſt, eo quos Deos negavit, & omnem Deorum opem: qui, ut Cic. lib. III. de Nat. Deorum dicit, cum Samothraciam veniſſet, atque ei quidam amicus dixiſſet; tu qui Deos putas humana negligere, nonne animadvertis ex tot tabulis pictis, quod multi votis vim tempeſtatis effugerint, in portumque ſalvi pervenerint. Ita ſit, inquit. Illi enim nunquam picti ſunt, qui naufragia fecerunt, in marique perierunt. Quaſi diceret, eos qui ſalvi evaſerant, etiam evaſuros fuiſſe, tametſi nulla nuncupaſſent vota; at qui perierant, licet vero ſimile ſit non minora nuncupâſſe, non minus tamen periiſſe. Unde ex his qui perierant, potius concluderet, aut Deos non eſſe, aut opem nullam ferre. *Diagoram philoſophum.*] Cicero, Suidas, Ælianus. Hunc & alios θεομάστιγας defendit, Juſtinus Martyr Apolog. II. & Clemens Alexandrinus Protreptic. Minutius Felix. *Celer.*

2. *Socratem.*] Socrates, teſte Cicerone in prologo quinti Tuſcul. lib. Philoſophiam evocavit è cœlo, & in urbibus collocavit, domoſque introduxit, & cœpit de vita & moribus, rebuſque bonis & malis quærere; quamobrem, ut ſcripſit Solinus, non ſolum conſenſu hominum, verum etiam oraculo Apollinis fuit ſapientiſſimus judicatus, immerito fuit ab Anyto, homine divite & factioſo, & à Melito accuſatus, & per Ariſtophanem Poëtam Comicum in Comœdia, quas nebulas inſcripſit, falſo criminatus, quod nebulas coleret, & Athenienſium religionibus detraheret, & pubem ſeduceret. Sunt autem qui aſſerant, Socratem prædicâſſe unum ſolum Deum, more Judæorum. De quibus Juvenalis:

Nil præter nubes & cœli numen adorant. Oliver.

3. *Phidiam.*] Phidias ſtatuarius fuit clariſſimus, authore Quintiliano lib. XII. Diis quam hominibus effingendis artifex melior. In ebore vero longe citra æmulum, vel ſi nihil niſi Minervam Athenis, aut Olympium in Elide Jovem feciſſet. Cujus pulchritudo adjeciſſe aliquid etiam receptæ religioni videtur, adeo majeſtas operis Deum æquavit. Verum, ut hoc loco innuitur, cum laudatus, quod Minervam in ebore ſic effinxiſſet, dixiſſetque melius in marmore effingi, quod candor in marmore diuturnior eſſet, (ſicut revera eſt, nam marmor quo vetuſtius, eo ſplendidius; at ebur vetuſtate croceum colorem attrahit,) lubenter ab Athenienſibus auditus eſt: at cum adjeciſſet, etiam vilius ex marmore, quam ex ebore fieri, tacere juſſus eſt, quod male videretur de religione Athenienſium cenſere, ut qui impenſæ parcerent in Deæ cultu, quod illi nollent. *Phidiam.*] Atqui Plinius ex ebore & auro Minervæ ſtatuam ſcribit conſtitiſſe. Aureæ meminit Thucydides & Plutarchus, cujus

quàm ebore Minervam fieri debere dicebat, quod diutius nitor eſſet manſurus: ſed ut adjecit, & vilius, tacere juſſerunt.

8. [1] Diomedon unus ex decem ducibus, [2] qui Arginuſæ eadem pugna Athenienſibus victoriam, ſibi vero damnationem pepererunt: [3] cum jam ad immeritum ſupplicium duceretur, nihil aliud locutus eſt, quam ut vota pro incolumitate exercitus ab ipſo nuncupata ſolverentur.

CAP. II.
DE SIMULATA RELIGIONE.

A ROMANIS.	AB EXTERNIS.
1. *Numa Pompilio rege.*	1. *Minoë Cretenſium Rege.*
2. *P. Scipione Africano majore.*	2. *Piſiſtrato Athenienſi.*
3. *L. Cornelio Sulla.*	3. *Lycurgo Spartiano.*
4. *Q. Sertorio.*	4. *Zaleuco Locrenſi.*

1. [4] NUma Pompilius, ut populum Romanum * ſacris obligaret, volebat videri ſibi cum Dea Ægeria con-

in baſi Phidias nomen ſuum ſcripſerit. Ovidius æneam & eburneam facit l. IV. de Ponto:

Arcis ut Actæa vel eburna vel ærea cuſtos,
Bellica Phidiaca ſtat Dea picta manu.

Strabo: Καὶ ὁ Παρθενὼν ὁ ἐποίησεν Ἴκτινος, ἐν ᾧ τὸ τοῦ Φειδίου ἔργον ἐλεφάντινον. *Coler.*

1. *Diomedon, &c.*] Hoc quoque exemplum ſervatæ, non neglectæ religionis eſt. Quocirca ſuſpicari licet, ut ſublata fuerant multa exempla, ita perperam locata. Quid enim minus negligens religionis ipſo Diomedonte, qui, ne ad mortem quidem proficiſcens, eam negligere potuit? Cum enim contra præſcriptum Magiſtratus, Athenienſibus cum aliis ducibus fœliciter quidem pugnâſſet, ad mortem tamen damnatus eſſet, quod Rempubl. manifeſto diſcrimini commiſiſſet, non recuſavit mortem; ſed unum obteſtatus eſt, ut vota pro ſalute exercitus à ſe nuncupata perſolverentur. *Badius.*

2. *Qui Arginuſæ eadem pugna.*] Sic Campenſis Codex. In aliis: *Qui eadem pugna.* Pighius.

3. *Cum jam ad immeritum ſupplicium duceretur.*] Ita Campenſis Codex. Vulgo, *Cum ad meritum.* Malè. Nam indigne ac injuſte cum collegis prætoribus damnatus & occiſus fuit Diomedon. *Idem.*

4. N*Uma Pompilius.*] Titulus hic totus erat ſublatus, aut forte interciderat; ſed ut conſulto ſublatum putem id facit, quod nihil magis religionem à Numa inſtitutam autoritate ac fide privet, quam dicere ſimulatum eſſe ejus cum Ægeria congreſſum. Si enim Numa credidit, non ſatis auguſta fore populo

congreſſus eſſe nocturnos: ejuſque monitu accepta Diis immortalibus ſacra inſtituere.

2. [1] Scipio Africanus non ante ad negotia publica vel privata ibat, quam in cella Jovis Capitolini moratus eſſet: & ideo [2] Jove genitus credebatur.

3. [3] L. Sulla, quoties prœlium committere deſtinabat, parvum Apollinis ſignum Delphis ſublatum, in conſpectu militum complexus, orabat uti promiſſa maturaret.

4. [4] Q. Sertorius per aſperos [5] Luſitaniæ colles cervam albam trahebat: ab ea ſe, quænam aut agenda aut vitanda eſſent, prædicans admoneri.

EXTERNA.

1. [6] Minos Cretenſium rex unoquoque anno in quoddam

populo quæ indiceret ſacra, niſi Numinis alicujus intercederet autoritas, multum fidei ejus detraheret, quiſquis diceret, fictitium eſſe ejus inventum. Quocirca cum Senatus approbaverit cremandos libros, qui Numæ religionem labefactarent, quanto magis hunc titulum cenſuerit delendum, qui Numæ autoritatem detraxerit? De hoc tamen commento Numæ ſic dicit Livius lib. I. ab Urbe condita: *Omnium primum rem ad multitudinem imperitam, & illis ſæculis rudem efficaciſſimam, Deorum metum injiciendum ratus eſt, qui cum deſcendere ad animos ſine aliquo commento miraculi non poſſet, ſimulat ſibi cum Dea Ægeria congreſſus nocturnos eſſe, ejus ſeſe monitu quæ acceptiſſima Diis eſſent ſacra, inſtituere.* Et paulo poſt: *Lucus erat, quem medium ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aquà, quo quia ſe perſæpe Numa ſine arbitris velut ad congreſſum Deæ inferebat, Camænis cum Lucum ſacravit, quod Dearum ſibi conſilia cum conjuge ſua Ægeria eſſent, & ſoli Fidei ſolenne inſtituit.* Oliver.

* *Sacris obligaret.*] Servius ad lib. VI. Æneid. de Numa: *Qui ferociam populi à bellis ad ſacra contulit. Unde etiam Numa dictus ἀπὸ τῶν νόμων, ab inventione & conſtitutione legis.* Adde Plutarchum. *Coler.*

1. *Scipio Africanus.*] Contigit A.U. DXLII.

2. *Jove genitus.*] In ſpecie tamen ſerpentis: ſicut Alexander Magnus ſe Jovis Ammonis filium, etiam ab eo in ſpecie ſerpentis genitum jactabat, tametſi ſubinde mater id aſſerentem argute reprimebat.

3. *Lucius Sylla.*] Qui primus dictaturam invaſit, & tabulam proſcriptorum propoſuit. Contigit A.U. DCLXXI.

4. *Q. Sertorius.*] Contig. A.U. DCLXXII.

5. *Luſitaniæ.*] Unde dicta Luſitania, incertum. Luſonum gentem ad fontes Tagi pertinere ait Strabo. Eoſdem quoque Belitanos (à Beliis forſan populis) dictos Stephanus affirmat. In terminis variant Geographi. Strabo à Tago ad Artabros, qui juxta promontorium Celticum ſunt, Luſitaniam extendit. Ptolemæus Auſtrale latus Ana fluvio, Septentrionale Durio terminat. Vide & Plin. lib. IV. cap. 21. & P. Melam.

6. *Minos, &c.*] Ponit primum exemplum Minoïs Regis Cretenſium, qui

dam prææltum, & vetuſta religione conſecratum ſpecus ſecedere ſolebat: & in eo moratus tanquam à Jove, quo ſe [1] ortum ferebat, traditas ſibi leges perrogabat.

2. [2] Piſiſtratus in recuperanda tyrannide, quam amiſerat, ſimulatione reducentis ſe in arcem Minervæ eſt uſus: cum per oſtentationem ignotæ mulieris, quæ [3] Phya vocabatur, formatæ ad habitum Deæ, Athenienſes deciperet.

3. Lycurgus conſilio Apollinis graviſſimæ Lacedæmoniorum civitati leges compoſitas ferre ſe perſuaſit.

4. [4] Zaleucus ſub nomine Minervæ apud Locrenſes prudentiſſimus habitus eſt.

CAP. III.

tam juſte regnaſſe & judicaſſe dicitur vivus, ut mortuus ſit habitus judex apud inferos. Unde Virgil. Æneid. VI.

— *Quæſitor Minos urnam movet.* —

Datique putantur illi conjudices Æacus & Rhadamantus, eo quod & ipſi ſevere judicârint.

1. *Ortum ferebat.*] Progenitum ex Europa, cum verius eſſet Xanthi Regis Cretenſium ex Europa filius; ſed quia juſte vixit, & ſancte judicavit, primuſque, ut teſtatur Ariſtoteles in Ethicis & Politicis, Cretenſibus leges dedit, Jovis eſt filius creditus. *Bad.*

2. *Piſiſtratus.*] Hippocratis filius, doctrina & eloquentia inſignis, facile Athenienſium Remp. occupavit, uno Solone refragante. Fuit autem ſæpe ejectus, ſemel quidem à Megadis & aliorum principum adverſæ factionis viris, priuſquam tyrannidem ſtabilire potuiſſet, orta inde inter libertatis aſſertores diſcordia, Megades, pactis cum Piſiſtrato filiæ nuptiis, eum in urbem reſtituit, Phya muliere prægrandi ſtatura novo ſchemate ornata, & in currum impoſita, quæ per urbem circumvecta pro Minerva, Piſiſtratum reſtituendum clamitabat. Idem tamen paulo poſt, quia filiam Megadis, quam uxorem duxit, non ut uxorem tractavit, rurſus expulſus eſt. *Badius.*

3. *Phya.*] Quidam libri *Ero.* Sed Phya dicitur etiam Polyæno Strat. lib. I. *Coler.*

1. *Zaleucus.*] Fuit Ligiſlator Locris Epizephyriis. Onomacriti quidem ſodalem fuiſſe Thaletem, Thaletis vero auditorem Lycurgum & Zaleucum, Zaleuci Charondam quidam exiſtimant, ſed falli eos docet Ariſt. Polit. lib. II. cap. 10.

1. Baccha-

CAP. III.

DE PEREGRINA RELIGIONE REJECTA.

1. *A Senatu Romano.* 2. *A C. Cornelio Pretore.* 3. *A. L. Æmilio Pauli COS.*

1 BAcchanalium ſacrorum mos novus inſtitutus, cum ad pernicioſam veſaniam iretur, ſublatus eſt.

1. Lu-

1. B*Acchanalium ſacrorum mos.*] Quidam Codices hæc exempla ſuperiori capiti ſimulatæ religionis annectunt; alii proxime ſequenti de auſpiciis. Ad neutrum tamen pertinere vel cæco clarum eſt. Scholiolæ marginales exemplaris Campenſis, quæ pro titulis ſæpe ſerviunt, in ſuſpicionem me deducunt, ad titulum peregrinæ religionis rejectæ à Romanis hæc exempla ſpectare. Unde colligo caput iſtud cum proximis conſarcinatum eſſe, atque hæc exempla ejus eſſe quoddam fragmentum. Quapropter titulum his ſuum reſtituere viſum fuit, quamvis integrum caput conſtituere nequeant, cum externis omnibus omiſſa, quædam etiam mutila, atque in epitomen redacta. *Pighius. Bacchanalium.*] A Baccho Bacchanalia dicta, quæ fiebant apud Romanos decimo quinto Kalend. Aprilis, quod Ovidius etiam teſtatur lib. III. Faſt.

Tertia poſt Idus lux eſt celeberrima Baccho.

Originem horum ſacrorum in Italia Servius ad Julium Cæſarem refert, in ſuis commentariis ad Eclogæ 5. Virgil. hos verſus:

Daphnis & Armenias curru ſubjungere tigres
Inſtituit: Daphnis thyrſos inducere Baccho,
Et foliis lentas intexere mollibus haſtas.

Sed fallitur: nam & ante Cæſarem Bacchi ſacra fuerunt, ut indicat Livius lib. XXXIX. *Græcus quidam homo ignobilis, ſed ejuſmodi ſacrorum antiſtes, primo in Hetruriam attulit, ibique ritus eorum docuit. Ex Hetruria ea mali labes mox Romam penetravit.* Eorum ritum turpiſſimum primo ſic deſcribit Livius eodem loco: *Initia*, inquit, *erant, quæ primo paucis tradita ſunt, dein vulgari cæpta per viros & mulieres, additæ voluptates religioni vini & epularum, quo plurimum animi illicerentur. Quum vinum animos & nox, & miſti fœminis mares ætatis teneræ majoribus diſcrimen omne pudoris extinxiſſent, corruptelæ primum omnis generis cæptæ, quum ad id quiſque, quo naturâ pronioris libidinis eſſet, paratam voluptatem haberet: nec unum genus noxæ, ſtupra promiſcua ingenuorum, fœminarumque erant, falſi teſtes, falſa ſigna, teſtimoniaque ex eadem officina exibant, venena identidem inteſtinæque cædes, ita ut ne corpora quidem interdum ad ſepulturam extarent, multa dolo, pleraque per vim audebant.* Sed his mox longe atrociora ſubjicit ex Hiſpalæ libertinæ indicio, quæ ancilla dominæ comes his ſacris aliquando interfuerat. Ea coram Sp. Poſthumio Albino conſule confeſſa eſt, primo ſacrarium id fœminarum fuiſſe, nec quenquam virum eò admitti ſolitum: tres in anno ſtatutos dies habuiſſe, quibus interdiu Bacchis initiarentur: ſacerdotes invicem matronas creari ſolitas fuiſſe: Pacullam vero Miniam Eſoponam ſacerdotem, omnia, tanquam Deorum monitu immutaſſe;

1. [1] Lutatius, qui primum Punicum bellum confecit, à ſenatu prohibitus eſt [2] ſortes Fortunæ Præneſtinæ adire. Auſpi-

mutâſſe; nam & viros eam primam ſuos filios initiâſſe, & nocturnum ſacrum ex diurno, & pro tribus in anno diebus quinos ſingulis menſibus dies initiorum fuiſſe ſacros. Ex quo inde promiſcua ſacra ſint, & permiſti viri fœminis, & noctis licentia acceſſerit, nihil ibi facinoris, nihil ibi flagitii prætermiſſum: plura virorum inter ſe quam fœminarum eſſe ſtupra: ſi qui minus patientes dedecoris ſint, & pigriores ad facinus, pro victimis immolari nihil nefas ducere; nec id multis cognitum, quum nulla vox vociferantium aut queritantium præ ululatu, tympanorum cymbalorumque ſtrepitu exaudiri poſſit, & mortui ex conſpectu illico in ſpecus abdantur. Hanc ſummam inter eas religionem eſſe, viros velut mente capta, cum jactatione fanatica corporis vaticinari, matronas Baccharum habitu crinibus paſſis cum ardentibus facibus decurrere ad Tiberim, demiſſaſque in aquam faces, quia vivum ſulphur cum calce inſit, integra flamma efferre. Raptos à Diis homines dici, quos machinæ alligatos ex conſpectu in abditos ſpecus abripiant: eos eſſe, qui aut conjurare, aut ſociari facinoribus, aut ſtuprum pati noluerunt. Multitudinem ingentem, alterum jam prope populum eſſe, in his nobiles quoſdam viros fœminaſque; biennio proximo inſtitutum fuiſſe, ne quis major xx. annis initiaretur, captari ætates, & erroris & ſtupri patientes. Hæc omnia Livius: refert etiam Valer. Max. lib. VI. Quæ pleraque privatim in ſacrario circa initiationes eorum, quæ his ſacris intereſſe cupiebant, facta arbitror: publice autem non minus horrenda ab iis perpetrata ſunt. nam, ut Varro ait, tanta turpitudinis licentia Liberi patris ſacra in omnibus compitis peragebantur, ut in ejus honorem virilia colerentur pudenda, palam exultante nequitia. Nam Liberi membrum per hunc diem Feſtum magna celebritate ploſtellis per agros prius, mox & in urbem vectabatur, quo toto tempore unuſquiſque ſpurciſſimis abutebatur verbis, donec per forum tranſveheretur membrum illud, cui, inſpectantibus omnibus, matremfamilias honeſtiſſimam neceſſe erat imponere coronam. Sic Deus ille propitiabatur. Atque hæc ſacra Romæ & per totam Italiam vetita, Sp. Poſthumio, & Q. Martio Philippo Coss. Progreſſu vero temporis, turpes & otioſas ſuperſtitiones, ut Tertullianus loquitur, reſtituerunt Romani, abrogatis tamen illis, quæ nimiam & profligatam haberent turpitudinem. Vide Ovidium lib. III. Faſt. Hoc ipſo præterea die, quo Bacchi ſolennia fiebant, & antecedente etiam cum proceſſione pergebant ad templum Caſtoris & Pollucis, quod conſecratum fuit apud aquam Juturnam, iis in locis, quæ appellata fuerunt Argea, ſicut Ovidius loco ſupra citato docet. *Hoſpinian.*

1. *Lutatius, &c.*] Contigit A. U. DLXVII.

2. *Sortes Fortunæ Præneſtinæ.*] Illarum, quæ præ cæteris nobiliſſimæ, & diutiſſime claruerunt, talis traditur inventio. Numerius quidam Suffius, honeſtus homo & nobilis, cum ſomniis crebris, ad extremum etiam minantibus juberetur certo in loco ſilicem cædere, perterritus viſis, irridentibus ſuis civibus id agere cœpit. Perfracto ſaxo, mox ſortes eruperunt, in robore inſculptæ priſcarum litterarum notæ. Is poſtea locus ſeptus religioſe eſt, propter Jovis pueri, qui lactens cum Junone in gremio Fortunæ ſedens, mammam appetens, caſtiſſime colebatur à matribus. Eodem tempore illo loco, ubi poſtea Fortunæ ædes fuit,

Auſpiciis enim patriis, non alienigenis rempublicam adminiſtrari oportere judicabant.

2. [1] C. Cornelius [2] Hiſpallus prætor peregrinus, M. Popillio Lænate, Cn. Calpurnio Coss. edicto [3] Chaldæos intra decimum diem abire ex Urbe, atque Italia juſſit: [4] levibus & ineptis ingeniis, fallaci [5] ſiderum interpretatione quæſtuoſam mendaciis ſuis caliginem injicientes.

[6] Idem, qui Sabazii Jovis cultu ſimulato mores Romanos inficere conati ſunt, domos ſuas repetere coëgit.

3. L. Æmilius Paullus conſul, cum ſenatus [7] Iſidis & * Serapidis

fuit, mel ex oleâ fluxiſſe proditum eſt, aruſpiceſque dixiſſe, ſummâ nobilitate illas ſortes futuras, eorumque juſſu ex olea illa arcam factam, eâque conditas ſortes, quæ Fortunæ monitu ſublatæ ſunt. Diſpoſuerat eas in excavatam columnam inventor, unde quotannis Kalendis Januariis, magna celebritate eximebatur, eaque, qua eductæ erant ſerie, junctæ, integra reſponſa abſolvebant, quæ Oraculi vim habere putabantur. Vide *Peucer.* de Divinat.

1. *C. Cornelius.*] Contigit A. U. DCXIV.

2. *Hiſpallus.*] Lib. Dan. *Hiſpalus.* Nomen ipſum Cornelii. Tabula Capitolina: CN. CORNELIUS L. F. L. N. SCIPIO HISPALUS. *Coler.*

3. *Chaldæos.*] Id eſt, Aſtrologos, ex aſtrorum horoſcopo futura judicantes. Per Chaldæos autem Aſſyrii intelliguntur vel Babylonii. In Græciam primus illam artem Beroſus attulit.

4. *Levibus ingeniis.*] Vulgi: prudentibus enim non poterant perſuadere.

5. *Siderum interpretatione.*] Cuncta admodum fata Chaldæi ex commentitiis cœli ſignis eruebant. Itaque cœlum fatalium rerum veluti tabula. Ita aſtra liberrimæ noſtræ voluntati imperabant. Vide & Gaffarell. de Lit. cœli, & Picum Mirandul. contra Aſtrologiam Judic.

6. *Idem, qui Sabazii Jovis cultu ſimulato mores Rom. &c.*] *Sublato*, ut vulgo legitur, in L. Cauchii codice Batavo non habetur, & abeſſe ſalvâ ſententiâ poteſt. In Campenſi autem adſcriptum (alias, *ſimulato*) quod ſatis placet, modo non omnino vocabulum hoc auferre viſum fuerit. Atqui apud Romanos ſacra Jovis Sabazii, licet priore ſeculo damnata ac prohibita, à poſteris tamen recepta fuiſſe, docent ejus Dei pulvinaria, Domitiani tempore facta, quæ adhuc Romæ viſuntur cum his titulis:

JOVI. SABAZ. Q. NUNNIUS
V. S. L. M. ALEXANDER
ALEXANDER DONUM DEDIT.
Q. NUNNIUS. JOVI SABAZIO.

Literæ ſingulares ſonant, *Votum Solvit Lubens Merito*, ut hoc obiter imperitorum cauſſa adjiciam. *Pigh. Sabazii Jovis.*] Nomen generale, quod & Baccho tributum. Strabo lib. X. Diodorus Siculus lib. IV. Stephanus, ubi de Sabis. Ariſtophanis interpres in Veſpis, qui monet τὸ σαβάζειν, εὐάζειν εἶναι, καὶ τὸν εὐασμὸν σαβασμόν. Mihi tamen potius σεβάζειν, quaſi σεβάζειν fuerit. Arnobius lib. IV. *Sacra & initiationis ritus quibus Sabaziis nomen eſt.* Colerus. Sed à Deo Sebaoth illud nomen originem accepit.

7. *Iſidis.*] Iſis & Ceres eadem. Ceres autem Σίρις, qui Nilus. Unde Dionyſius Afer de Nilo:

Σίρις ὑπ’ Αἰθιόπων κικλήσκεται).

Nilus autem frumenti largiror fœcundiſſimus, qui à שיחור per contractio-

rapidis ſana diruenda cenſuiſſet, eaque nemo opificum attingere auderet; poſita [1] prætexta ſecurim arripuit, templique ejus foribus inflixit.

CAP. IV.
DE AUSPICIIS.

QVAE CEPERE ROMANI.
1. *Attius Navus Augur.*
2. *Ti. Gracchus, T.F. trib. plebis.*
3. *P. Claudius Pulcher, & L. Iun. Pullus Coſs.*
4. *L. Marcellus Pont. Max.*
5. *M. Tullius Cicero.*
6. *M. Iun. Brutus Procoſ.*

EXTERNI.
1. *Alexander Magnus.*
2. *Dejotarus Rex.*

1. [2] L. TARQUINIUS Rex * centuriis equitum, quas Romulus auſpicato conſcripſerat, alias adjicere cupiens;

nem Siris dictis, id eſt, niger, unde & Melo appellatus. Eademque vox in Serapide latitat. Quaſi dicas nigrum bovem. De ejus ſacris alias. *Thyſ. Iſidis & Serapidis.*] Dii Ægyptii, ſed culti olim Romæ. Quod Varro indicat & exagitat opinor aliquot locis, lib. IV. de Ling. Lat.

Iſis & Harpocrates digito qui ſignificant ’ſt.

Idem Eumenidibus:

—— Et medicina Serapi
Utor. ——

Et alibi:

Hoſpes quid miras animo curare Seraphim?
Quid quaſi non curet tantidem Ariſtoteles.

Auguſtinus lib. XVIII, cap. 5. De Civitate Dei: *Aras horum Deorum penitus everterunt Piſo & Gabinius* Coss. Tertullianus Apolog. cap. 6. *Serapidem, Iſidem & Harpocratem cum ſuo Cynocephalo Capitolio prohibitos inferri, id eſt, curia Deorum pulſos Piſo & Gabinius* Coss. *non utique Chriſtiani everſis etiam aris eorum abdicaverunt, turpium & ſuperſtitionum otioſarum vitia cohibentes.* Servius ad illud VIII. Æneid.

Omnigenumque Deum monſtra & latrator Anubis.

Ideo *monſtra* dixit, quia ſub Auguſto necdum Romani Ægyptia ſacra ſuſceperant. *Coler.*

* *Serapidis.*] Niſi Apis cultus antiquior eſſet, non ita vanum eſſet hoc nomine Joſephum cultum. Quippe magnus Ægypti Σιτάρχος & Ædilis fuit. Atque hinc colligunt Ruffinus, Julius Firmicus, Pierius, Baronius, Ioſephum ſub nomine Serapidis ac Oſiridis ab Ægyptiis cultum fuiſſe. Idque patet, tum ex nomine Serapis, quod *Bovem* notat; tum ex nomine *Arſaph*, quo, teſte Plutarcho, Oſiris vocabatur, levi commutatione ex *Ioſeph* facta, tum ex Hieroglyphicis, quibus Oſiridem deſignabant, puta figura bovis ſeu vituli, notis Lunæ & Solis inſigniti: item juvenis imberbis cum modio & calatho in capite. Quæ in Joſephum, ejuſque boves & ſpicas, & ætatem, & Aſtrologiæ peritiam, ad amuſſim quadrant. Subſcribunt Clemens Alexandrinus, Auguſtinus, A Lapide, & Bonfrerius. *Tirinus.*

1. *Prætexta.*] Magiſtratuum toga, cui purpura prætexebatur.

2. L. *Tarquinius Rex.*] Hoc loco incipit caput de Auſpiciis, præcedentia enim exempla, ut dixi, ſpectant alio, docentque alienigena ſacra in bene conſti-

cupiens, [1] cum ab Atio Navo augure prohiberetur, offenſus interrogavit, poſſetne fieri, quod ipſe mente conceperat? Poſſe fieri dicente: juſſit novaculâ cotem diſcindi. Qua Atius allata, adminiſtrato incredibili facto, effectum ſuæ profeſſionis oculis regis ſubjecit.

2. [2] T. Gracchus, cum ad res novas pararetur, auſpicia domi prima luce petiit: quæ illi perquam triſtia reſponderunt. Nam janua egreſſus, [3] ita pedem offendit, ut digitus ei decuteretur: tres deinde corvi in eum adverſum occinentes, [4] partem tegulæ decuſſam ante ipſum propulerunt. Quibus omnibus contemptis, à Scipione Naſica pontifice maximo decuſſus Capitolio, fragmento ſubſellii ictus procubuit...

3. P.Clau-

couſtitutis civitatibus admittenda non eſſe. *Pighius.* *L. Tarquinius.*] De hoc Liv. I. ab Urbe condita: *Ex ea*, inquit, *re, auguriis ſacerdotioque augurum tantus honos acceſſit, ut nihil belli domique poſtea niſi auſpicato gereretur, concilia populi, exercitus vocati, ſumma rerum, ubi aves non admiſiſſent, dirimirentur, neque tunc Tarquinius de equitum centuriis quicquam mutavit, &c.* Badius.

* *Centuriis.*] Centuriæ tres erant, Tatienſes, Rhamnenſes, & Luceres. Tribus appellavir Varro & Plutarchus, contra Livius & alii. Sed potuit populus in tres diviſus fuiſſe partes, & ex iis itidem centuriæ. Tatienſes à Tiro Tario dicti, unde & à prænomine Tatienſes Plinio, Livio, Pompeio. Ramnes à Romulo derivare, ineptum: S. Pompeius lib. x. ſcribit Luceres fuiſſe eos, ex quibus terria pars Urbis conſtituta eſt, qui Romulo adverſus Tatium bellum gerenti ab Ardeæ rege Lucero in auxilium venête.

1. *Cum ab Atio Navo.*] Vulgo: *Cum ab Decio Accio Navio.* Campenſe exemplar *Decius* omittit, & omnino ſuperfluum eſt. Alioquin variatur mirum in modum hujus auguris, licer celeberrimi, nomen apud auctores, de quo non diſplicebit vidiſſe, quæ Sigonius in primum Livii. Nos autem hoc ex vetuſtis exemplaribus reſtituimus. In Valerio vulgato mox ita, *Poſſetne fieri, quod ipſe mente conceperat:* ubi diſcrepat Campenſe exemplar, in eodem tamen ſenſu permanet. Habet enim ſic, *An fieri poſſet, quod animo cogitaret.* Pighius.

2. *Tiberius Gracchus.*] Erat autem homo ſeditioſus, qui, ut plebi placeret, legem Agrariam nunquam ſine ſeditione motam aut tulit, aut ferre paravit. Ea autem exigebarur, ut agri à pop. Rom. acquiſiti, qui fere in patrum conſcriptorum & paucorum nobilium erant poſſeſſione, æquis portionibus civibus dividerentur. Nota eſt de Gracchis (nam Cajus quoque Gracchus frater hujus eadem de cauſa periir) hiſtoria. Contigit A. U. DCXX.

3. *Ita pedem offendit.*] Julius Obſequens cap. 86. Et de pedum offenſione Cicero l. II. de Divinatione, Plin. l. II. cap. 7. Plutarchus Demetrio, Craſſo & Tiberio; Tibullus, Ovidius, alii. *Coler.*

4. *Partem tegulæ decuſſam ante ipſum propulerunt.*] Vulgo, *protulerunt.* Campenſis codex, *propulerunt.* Rectius, nam Plutarchus corvos in ſtillicidio pugnantes tegulam dimotam ante pedes ejus projeciſſe refert. *Pighius.*

1. *Pulla-*

3. P. Claudius bello Punico primo, cum prœlium navale committere vellet, auſpiciaque more majorum petiiſſet, & [1] pullarius non exire cavea pullos nuntiaſſet, abjici eos in mare juſſit, dicens, Quia eſſe nolunt, bibant. Et L. Junius P. Claudii collega neglectis auſpiciis, [2] claſſem tempeſtate amiſit. Quorum ille populi judicio concidit, damnationiſque hic ignominiam voluntaria morte prævenit.

4. [3] Cum Metellus pontif. maximus, Tuſculanum peteret, corvi duo in os ejus adverſum veluti iter impedientes advolaverunt: vixque extuderunt, ut domum rediret. Inſequente noctu ædes Veſtæ arſit: quo incendio, Metellus inter ipſos ignes raptum [4] Palladium incolume ſervavit.

5. M.[1] Ci-

1. *Pullarius.*] Pullis præerat pullarius, qui, quotieſcunque de inchoanda re quapiam, exequendaque, Deorum, per pullos, ſenſa placitaque exploratum ibat (oportebat autem id fieri ſummo mane, & primo diluculo) imperato de more ſilentio, pultem illis, aut offam, cavea recluſa, objiciebat, quod ſi ad oblatam eſcam, mox pulli, è cavea non proſilirent, aut ſecius egreſſi, vel non attingerent eam, vel alarum planctu diſſiparent, vel, relicta eſca, obterrarent, aut occinerent, aut prorſus non veſcerentur, vel avolarent penitus, omen præ ſe ferebant magni terroris & ſolicitudinis, eventuſque triſtiſſimos: & pullarius exitum animo præmetiens, ne quid molirentur, ſed vel deſiſterent ab incepto, vel differrent deliberationes, vel mutarent hoc prorſus, quod præ manibus erat, hortabatur. Quod ſi mox proruerent cum impetu, certatimque in eſcam involarent, & avide depaſcerentur, ita ut, veſcentibus illis, aliquid ex ore relaberetur, & terram paviret quod tripudium faceret ſoliſtimum, inde, ſpe hauſta mirifica, pullarius, ut conſtanter fortiterque cœpta negotia urgerent, jubebat, & ſucceſſus optatos, ac proſpera à Diis omnia ſpondebat. *Peucerus.*

2. *Claſſem tempeſtate amiſit.*] Truncus hoc loco Valerius, ut ex Campenſi colligitur exemplari, quamvis etiam incorrecto, in quo ſic: *Populique judicio damnatus hic ignominiam voluntaria morte prævenit.* Hæc diligentius conſideranti, quædam deeſſe haud dubio videbantur; non enim Junius jam jam damnatus ignominiam prævenire potuit. Quare locum Ciceronis dum confero (ex cujus libris de Deorum nat. II. ac Divin. II. Valerius hæc hauſiſſe videtur) venit in mentem de utriuſque Conſulis exitu auctorem noſtrum cum Cicerone loqui, ſupplendamque hoc modo ſententiam illam eſſe: *Quorum ille populi judicio concidit, damnationiſque hic ignominiam voluntaria morte prævenit.* Accedit & illud argumenti, quod idem codex hæc duo de Claudio & Junio Coss. exempla voce copulativa connectat, quæ perperam in impreſſis libris ſeparantur, quum tamen cauſſa, tempore, & caſu ſint eadem. *Pighius.*

3. *Cum Metellus.*] Scil. Lucius homo patritius & pontifex maximus. *Bad.*

4. *Palladium.*] Id eſt, ſimulachrum Palladis ex Ilio traductum, raptum inter ipſos

5. [1] M. Ciceroni mors imminens auſpicio prædicta eſt: cum enim in villa [2] Cajetana eſſet, corvus in conſpectu ejus [3] horologii ferrum loco motum excuſſit, & protinus ad

ipſos ignes, ſervavit dico incolume, id eſt, illæſum: ipſe tamen orbam luminibus egit ſenectam, authore Plinio lib. VII. De quo Juvenalis Sat. III.

— *Vel quod*
Servavit trepidam flagranti ex æde Minervam.

Palladium.] Erat hoc ſimulacrum Palladis, quod Æneas poſt excidium Trojæ à Diomede acceptum aſportâſſe in Italiam dicitur. Quem ideo *penatigerum* vocat Ovid. Metam. XV. 450. Quamvis alios, bello Mithridatico à Fimbria repertum, auctores eſſe Servius ait ad Æn. II. 166. Aliorum denique alia eſt ea de re ſententia. Vide Dionyſ. II. 27. Hinc ille nummus, Pontano teſte, cum Veſtæ templo, in quo Palladium Romæ ſervabatur. In eodem nummo Æneas fingitur Anchiſen patrem humeris portans, & manu dextera tenens hoc Palladium, ſiniſtra filium Iulum. Hoc vero Palladium, quod occultum Romani neminique videndum colebant, Heliogabalus in cubiculum ſuum tranſtulit. Herodian. V. 5. quamvis Lamprid. in vita ipſius cap. 6. non veram imaginem abſtuliſſe, ſed ex pluribus, quæ ad ſimulacrum illud efficta erant, aliquam, aſſerat. Poſſet autem Romanis hoc loco objici, quod à Strabone lib. VI. Heracleotis: *At multo etiam protervius eſt ab Ilia allata fabulari, quæ Scriptores ponunt. Nam & Heracleæ, & Larinii, & Luceriæ, & Siritide Minerva habetur Iliaca, quaſi ab Ilio allata.* Freinshemius.

1. *Marco Ciceroni, &c.*] Cum Cicero opera Antonii triumviri proſcriptus in Cajetana villa deliteret, miſſi ſunt qui eum occiderent, caputque Romam ferrent, quam rem illi manifeſto augurio corvus præmonſtravit. Contigit A. U. DCCX.

2. *Cajetana.*] Prope Cajetam urbem Campaniæ, quæ vel à nutrice Æneæ, vel à cavitatibus, quas Lacones, juxta Strabonem lib. V. καιάδας vocant, ita dicta, nam & Lacones eam urbem condidiſſe feruntur. De caſu autem Ciceronis ita Plutarchus: *Habuit prædia ibi & villam æſtivo tempore amœnam, quum gratiſſimè ſpirant Eteſiæ. Eſtque eo in loco haud procul à mari ſacellum Apollinis. Hinc ſublatum agmen corvorum magno crocitu ad Ciceronis navem, dum remis terræ appellitur, volavit: qui conſederunt utrinque in antennæ cornibus; partim crocitantes, partim capita funium tundentes. Id omnibus dirum viſum eſt oſtentum. Cicero ibi egreſſus de navi eſt, villamque ingreſſus, ad quietem compoſuit ſe. Heic corvi frequentes conſederunt in feneſtra, ac diros ediderunt ſtrepitus. Unus in grabatum demiſit ſe, togamque, qua opertus erat Cicero, roſtro paulatim à facie detraxit. Quod ſervi contemplantes, ac ſeipſos increpantes, ſi paterentur Dominum in conſpectu trucidari, quum opem ei beſtiæ ferrent, ejuſque curam agerent adflicti, ipſi autem non protegerent, partim precibus, partim vi ſublatum in lectica detulerunt ad mare. Interea ſupervenerunt percuſſores Herennius Centurio, & Popilius Tribunus; quem parricidii quondam reum defenderat Cicero.* Vide & Appian. Bell. Civ. lib. V. Hæc villa & *Formianum* appellatur Ciceroni. Prominenti autem ex lectica, præbentique immotam cervicem, caput ei præciſum eſt, cum eſſet annorum LXIV. *Thyſ.*

3. *Horologii.*] Inventor Horologii creditur Vitruvio Beroſus Chaldæus, poſt eum Ariſtarchus Samius, Eudoxus, Apollonius, Scopas, alii. Umbrarum rationem, quam Græci Gnomonicen vocant, invenit Anaximenes Mileſius: quia autem horæ creſcebant, & decreſcebant apud Romanos pro ratione tempo-

ad ipſum tetendit, ac [1] laciniam togæ eouſque morſu tenuit; donec ſervus ad eum occidendum milites veniſſe nuntiaret.

6. [2] M. Brutus cum reliquias exercitus ſui adverſus Cæſarem & Antonium eduxiſſet, duæ aquilæ ex diverſis caſtris advolaverunt, & edita inter ſe pugna, ea quæ à parte Bruti fuerat, [3] male multata fugit.

EXTERNA.

1. [4] Cum Rex Alexander [5] urbem in Ægypto conſtituere vellet, [6] architectus Dinocrates cum cretam non haberet, polentaque futuræ urbis lineamenta duxiſſet, ingens avium multitudo proximo lacu emerſa, [7] polentam depaſta eſt: quod ſacerdotes Ægyptiorum interpretati ſunt, advenarum frequentiæ alimentis ſuffecturam urbem.

2. [8] Dejotaro vero regi omnia fere auſpicato gerenti ſalutaris aquilæ conſpectus fuit: qua viſa, abſtinuit ſe ab ejus tecti uſu, quod nocte inſequenti, ruina ſolo æquatum eſt.

CAP. V.

temporum, etiam incrementa & decrementa horarum oſtendebant horologia. Vide Salmaſ. in Solin.

1. *Laciniam.*] Pendulam partem togæ. *Badius.*

2. *M Brutus.*] Contigit A. U. DCCXI.

3. *Male multata.*] Afflicta ab adverſario.

4. *Cum rex, &c.*] Contigit A. U. CDXX.

5. *Urbem.*] Scilicet Alexandriam in Ægypto.

6. *Architectus Dinocrates.*] Democratem vocant alii.

7. *Polentaque.*] Genere pultis ex farre candido.

8. *Dejotaro.*] Dejotarus rex Siciliæ fuit, qui, cum aquilam vidiſſet declinantem in tectum, ab ejus uſu ſe quam primum abſtinuit, ſequenti vero nocte corruit tectum. Cicero lib. 1. de Divinatione: *Quid hoſpitem*, inquit, *clariſſimum & optimum virum Dejotarum regem commemorem, qui nihil unquam niſi auſpicato gerit? qui, cum itinere quodam propoſito & conſtituto revertiſſet, aquilæ admonitus volatu, conclave illud, ubi erat permanſurus, ſi ire perrexiſſet, proxima nocte corruit. Itaque ut ex ipſo audieram, perſæpe revertit ex itinere, cum jam progreſſus eſſet multorum dierum viam.* Oliver. Contigit A. U. DCC.

CAP. V.

DE OMINIBUS.

QVAE ACCEPERE ROMANI.
1. *Patres Conſcripti.*
2. *M. Furius Camillus Dictator.*
3. *L. Æmil. Paullus Coſ.*
4. *Cæcilia Metelli.*
5. *C. Marius exul.*
6. *Cn. Pompejus Magn. Procoſ.*
7. *M. Brutus Procoſ.*
8. *C. Caſſius Procoſ.*
9. *Q. Petillius Coſ.*

EXTERNI.
1. *Prienenſes.*
2. *Apolloniatæ.*

[1] OMinum etiam obſervatio contactu aliquo religionis innexa eſt: quoniam non fortuito motu, ſed divina providentia conſtare creditur.

1. Quæ effecit, ut [2] Urbe à Gallis disjecta, deliberantibus P. C. utrum [3] Vejos migrarent, an ſua mœnia reſtituerent, forte eo tempore [4] è præſidio cohortibus redeuntibus,

1. O*Minum, &c.*] Poſt auſpicia tractat Omina, præmittitque, more ſuo, præludium ad aptum tranſitum faciendum. unde facile patet, quod etiam Aldus animadvertit, ſuperius exemplum non pertinuiſſe ad omen. Omen autem eſt, quo vox ex ore alicujus excepta cum ad aliud propoſitum ſit dicta, ad alterius eventum ab excipiente eam applicatur. Neque tamen ab ore duntaxat capitur, nam & factum pro omine ſæpe animadverſum legimus, ut in caſu Camilli proximo loco dicetur, & in procurſu Aſelli ad fontem, quem Marius pro omine ſequutus eſt. Sic equorum lapſus, leporum occurſus, & id genus alia pro ominibus obſervata legimus, miſera mortalium ſuperſtitione, & certiſſima dæmoniorum illuſione, quæ eo ſervitutis genere homines devinctos premebant. Nam quid Aſelli procurſus ad fontem ad Marium pertinuit? Certe ſiti potius quam fame oppreſſus fontem petiit. At Marius ſibi aquas petendas intellexit, quod quia proſpere fecit, obſervatum eſt, & ſcriptis mandatum; at ſi mari periiſſet, nulla ominis mentio fuiſſet: quin adeo omina, auſpicia, auguria, & id genus portenta nihil efficaciæ credebantur habere, niſi in capientibus & rata habentibus, ut voluntaria haberetur ejuſmodi ſervitus. *Badius. Omnium, &c.*] Declarat, quare omen religioni ſubjungat. Cicero lib. de Divin. *Non ſolum*, inquit, *Deorum voces Pythagorei obſervaverunt, ſed etiam hominum quæ vocant omina, quæ majores noſtri æquivalere cenſebant, idcirco omnibus rebus agendis, quod bonum, fauſtum, fœlix, fortunatumque, eſſet, præfabantur.* Oliv.

2. *Urbe à Gallis disjecta.*] Sic & MSS. Codices legunt. Alii, *deleta.* Prius ſane non diſplicet. Non enim prorſus deleta, ſed incendiis erat urbs paſſim vaſtata, ac ruinis diſturbata. Virgilius:
Disjecitque rates. —— Pighius.

3. *Vejos.*] Eſt hæc urbs Etruriæ non procul à Roma, quam Camillus poſt decennalem obſidionem per cuniculos cœpit.

4. *E præſidio.*] E loco ubi præſidia poſita fuerant.

tibus, centurio [1] in comitio exclamaret, Signifer, ſtatue ſignum, hic optime manebimus. Ea enim voce audita, ſenatus ſe accipere omen reſpondit, è veſtigioque Vejos tranſeundi conſilium omiſit. Quam paucis verbis de domicilio futuri ſummi imperii confirmata eſt conditio? Credo indignum Diis exiſtimantibus, [2] proſperis auſpiciis Romanum nomen ortum, Vejentanæ urbis appellatione mutari: [3] inclytæque Victoriæ decus modo abjectæ Urbis ruinis infundi.

2. [4] Hujus tam [5] præclari operis auctor Camillus, cum eſſet precatus, ut ſi cui Deorum nimia felicitas populi Rom. videretur, ejus [6] invidia, ſuo aliquo incommodo ſatiaretur, ſubito lapſu decidit: [7] quod omen ad damnationem, qua poſtea oppreſſus eſt, pertinuiſſe viſum eſt. Merito autem de laude inter ſe victoria, & pia precatio ampliſſimi viri certaverunt: æquè enim virtutis eſt & bona patriæ auxiſſe, & mala in ſe transferri voluiſſe.

3. Quid

1. *In comitio, &c.*] In eo campo, in quo ad ſuffragia populus coire ſolebat.

2. *Proſperis auſpiciis.*] Scilicet Romuli & Remi, quorum alteri ſex, alteri duodecim vultures apparuerunt.

3. *Inclytæ victoriæ.*] Quam Romani ex Vejentibus pepererant, urbe eorum capta direptaque. *Oliver.*

4. *Hujus tam, &c.*] Livius: *Dictator*, inquit, *Camillus, capta Vejorum urbe præcones edicere jubet, ut ab inermi turba abſtineatur, is finis ſanguinis fuit, dedi inde inermes cœpti, & ad prædam miles permiſſu Dictatoris diſcurrit, quæ cum ante oculos ejus aliquanto ſpe atque opinione major majoriſque pretii rerum ferretur, dicitur manus ad cœlum tollens precatus eſſe Dictator, ut ſi cui hominum, Deorumque nimia ſua fortuna populique Romanique videretur, ut eam invidiam lenire ſuo privato incommodo, quam minimo publico, populique Romani liceret, convertentem ſe inter hanc venerationem traditur memoriæ prolapſum cecidiſſe, idque omen pertimuiſſe poſtea eventu rem conjectantibus viſum ad damnationem ipſius Camilli, cladem que captæ deinde Urbis Romæ, quod poſt paucos accidit annos.* Oliv. Contigit A. U. CCCLVIII.

5. *Præclari operis.*] Ut ſcilicet Veii caperentur, & eo non migraretur, aut reſtituerentur mœnia urbis. *Badius.*

6. *Invidia.*] Ob captam urbem Vejorum, quam totius Hetruriæ opulentiſſimam fuiſſe conſtat. Et quia felicitas illa videbatur eſſe nimia, veritus eſt, cui Deorum faceret invidiam. *Oliver.*

7. *Quod omen.*] Damnatus enim fuit die dicta ſibi à L. Apuleio tribuno plebis, de qua damnatione dicemus lib. v. cap. de Ingratis. Merito hinc laudat Camillum. Difficile diſcrimen eſt, inquit, utrum major laus fuerit, viciſſe Vejos, an oràſſe Deos, ut in ſe malum omen converterent. Victoria igitur & pietas inter ſe certârunt, quia non facile diſcernes, utrum laudanda magis ſit victoria Camilli, an ipſa precatio. *Oliver.*

1. Quid,

3. [1] Quid illud, quod L. Paulo conſuli evenit! quam memorabile! cum ei forte eveniſſet, ut bellum cum [2] rege Perſe gereret, & domum è curia regreſſus, filiolam ſuam nomine Tertiam, quæ tum erat admodum parvula, oſculatus, triſtem animadverteret: interrogavit, quid ita eo vultu eſſet? quæ reſpondit, Perſam periiſſe. deceſſerat autem catellus, quem puella in deliciis habuerat, nomine Perſa. [3] Arripuit igitur omen Paulus, èque fortuito dicto, quaſi [4] ſpem certam clariſſimi triumphi animo præſumpſit.

4. [5] At Cæcilia Metelli, dum ſororis filiæ, adultæ ætatis vir-

1. *Quid, &c.*] Contigit A.U. DXXCV.

2. *Rege Perſe.*] Perſes ſive Perſeus vigeſimus, ut placet Livio (nam Juſtinus & Euſebius numerum augent) & ultimus rex Macedonum, cum juventute, opibus regni, & ætate florens hæreditarium à patre relictum contra Romanos bellum moliretur, hoſtis judicatus eſt, & tandem à Paulo Æmilio Romam ad triumphum ductus, cum regnâſſet annos undecim, ut leges apud Liv. Decade 4. & 5 & apud Florum lib. II. cap. 12. quadriennio poſt in libera cuſtodia Albæ deceſſit, ut ſcribunt Paterculus in priore volumine, Val Max. lib. V. cap. I. & Oroſius lib. IV. cap. 20. Plutarchus autem in Æmilio diverſas opiniones affert.

3. *Arripuit igitur omen.*] Perſam Macedonum regem, adverſus quem ſibi decreta fuerat provincia, eo bello periturum, quod & factum eſt, quamvis vivus ductus fuerit in triumphum. Juſtinus lib. XXXIII. *Dum hæc aguntur*, inquit, *metu tam periculoſi belli Rom. Æmilium Paulum Conſulem creant, eique extra ordinem Macedonicum bellum decernunt; qui cum ad exercitum veniſſet, non magnam moram pugnæ fecit. Pridie quam confereretur prælium, Luna nocte defecit: triſte id oſtentum Perſeo, omnibus præſagientibus, finemque Macedonici regni portendi vaticinantibus.* Oliver.

4. *Spem triumphi clariſſimi.*] Quem poſtea de Perſa egit: unde Macedonicus dictus eſt.

5. *At Cæcilia Metelli.*] Cicero lib. de Divinat. *L. Flaccum flaminem Martialem*, inquit, *audivi, cum diceret Cæciliam Metelli, cum vellet ſororis ſuæ filiam in matrimonium collocare, exiſſe ad quoddam ſacellum ominis capiendi cauſa, quod fieri more veterum ſolebat cum virgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet, neque diu ulla vox extitiſſet, puellam defatigatam petiiſſe à matertera, ut ſibi concederet pauliſper, ut ejus ſella requieſceret. Illam autem dixiſſe vere, mea puella, tibi concedo ſedes meas, quod omen res conſecuta eſt. Ipſa enim brevi mortua eſt, virgo autem nupſit ei, cui Cæcilia nupta fuerat.* Oliver. *Cæcilia Metelli.*] Antiquo more loquendi, ut Cornelia Gracchi. Et ut in Mauſoleo non procul ab urbe ad viam Appiam: CAECILIAE. Q. CRETICI. F. METELLAE. CRASSI. Intellige, VXOR. At in nonnullis manuſcriptis codicibus hoc adjungitur, quod tamen ex interlinearibus ſcholiis irrepſiſſe in contextum videtur; nam ille loquendi modus receptiſſimus apud antiquos fuit. Cuinam Metello Cæcilia hæc fuerit nupta, non indicat Cic. de Divin. lib. I. Ex quo Valerii hoc exemplum deſumptum omnino videtur. Ex relatione L. Flacci flaminis Martialis ſe hoc ſcribere teſtatur, quem Conſulem ſcimus fuiſſe anno urbis DCXXII. ut hinc facile colligi

tis virgini, more priſco, [1] nocte concubia nuptialia petit, omen ipſa fecit. Nam cum in ſacello quodam, ejus rei gratia, aliquandiu perſediſſet, nec ulla vox [2] propoſito congruens eſſet audita; feſſa longa ſtandi mora puella, rogavit materteram, ut ſibi pauliſper locum reſidendi accommodaret: cui illa, Eho vero, inquit, libenter tibi mea ſede cedo. Quod dictum ab indulgentia profectum, ad certi ominis proceſſit eventum: quoniam Metellus non ita multo poſt, mortua Cæcilia, virginem, de qua loquor; [3] in matrimonium duxit.

5. [4] C. autem Mario obſervatio ominis procul dubio ſaluti

poſſit, ejus tempore hoc contigiſſe, quo Metelli quatuor Macedonici filii aliique plures fuerunt. Ipſam vero Cæciliam Q. Numidici ſororem fuiſſe, ex auctore de Viris illuſtrib. eſt colligere, qui cap. 62. ſcribit Numidicum ſororis ſuæ virum Metellum laudare noluiſſe, quod is olim ſuum judicium & leges detrectarat. *Pighius*. Contigit A.U. DCXII.

1. *Nocte concubia.*] Intempeſta nocte. Varro de lingua Latina: *Intempeſtum Cælius dicebat, cum tempus agendi eſt nullum, quod alii* concubium *appellarunt, quod fere tunc omnes cubarent: eſt ergo prima pars ſomni*. Oliver. *Concubia nocte.*] Dies apud Romanos à media nocte incipiebat: cujus rei cauſam reddere conatur Plutarchus in Quæſtionibus. Ejus partes erant: Mediæ noctis inclinatio, Gallicinium, Conticinium Diluculum, Mane, Veſpera, Prima fax, Concubia & intempeſta nox: ita dicta, quod non habeat idoneum tempus rebus gerendis. Vide Gell. lib. III. cap. 2. & Macrobium Saturnalium lib. I. cap. 3.

2. *Propoſito congruens.*] Id eſt, pertinens ad nuptias virginis.

3. *In matrimonium duxit.*] Atqui talis conjunctio illicita ante Claudii tempora, quando ea de re in gratiam Principis SCtum factum eſt, qui Agrippinam in uxorem duxit. Tacit. Annal. 11. Nefandos iſtos thoros, & flebilem facem Seneca vocat. Vide l. ult. C. de Inceſt. Nupt. & l. ult. C. ſi Nupt. ex Reſcript. pet. & Cujac. 8. Obſer. 28.

4. *Cajo autem Mario.*] Cum P. Sulpicius tribunus plebis authore Cajo Mario pernicioſas leges promulgâſſet, ut exules revocarentur, ut novi cives libertinique diſtribuerentur in tribus, ut & Conſul & Marius adverſus Mithridatem Ponti regem dux crearetur, & adverſantibus conſulibus, Q. Pompeio & L. Syllæ vim intuliſſet, occiſoque Pompeii Conſulis filio, genero Syllæ, L. Sylla Conſul in urbem cum exercitu venit; & adverſus factionem Sulpicii & Marii in ipſa urbe pugnavit, eamque expulit. Ex quo XII. à Senatu hoſtes, inter quos Conſul Marius & filius judicati ſunt. P. Sulpitius cum in quadam villa lateret, indicio ſervi ſui retractus & occiſus eſt, C. Marius filius in Africam trajecit, C. Marius pater Minturnas delatus in paludibus dilituit; eo Syllani milites cum veniſſent, ac diligenter & accurate ejus veſtigia indagarent, nec eum invenirent, paſtorem haud longe conſpicari, rogant primo indicet Marium; fluctuantem deinde & diſſimulantem minis & terrore perfundunt; qui, ubi ſe à militibus circumfundi, & telis undique peti vidit,

Marium

luti fuit, quo tempore hoſtis à ſenatu judicatus in [1] domum Fanniæ [2] Minturnis cuſtodiæ cauſa deductus eſt: Animadvertit enim, aſellum, cum ei pabulum objiceretur, neglecto eo, ad aquam procurrentem: Quo ſpectaculo, Deorum providentia quod ſequeretur, oblatum ratus, alioquin etiam interpretandarum religionum peritiſſimus; à multitudine, quæ ad opem illi ferendam confluxerat, impetravit, ut ad mare perduceretur: ac protinus naviculam conſcendit: eaque [3] in Africam pervectus, arma Sullæ victricia effugit.

6.[4] Pompejus verò Magnus in acie [5] Pharſalica victus à Cæſare, fuga quærens ſalutem, curſu in inſulam [6] Cyprum (ut aliquid in ea virium contraheret) claſſem direxit: appellenſ-

Marium indicat: itaque capitur Marius, Minturnaſque defertur, & in domum Fanniæ mulieris publice cuſtodiendus traditur, ad quem occidendum ſervus publicus, natione Cimber, miſſus, inermem & ſqualore obſitum, majeſtate tanti viri commotus, ſtricto jam gladio interficere non ſuſtinuit, & tremebundus abjecto ferro refugit, clamitans geminata voce; Non poſſum interficere Marium. Tum Minturnenſes majeſtate viri capti, incolumem præſtiterunt. Hic ergo, cum abiturus exiſſet è domo, animadvertit aſellum neglecto pabulo, quod objectum ei fuerat, ad aquam contendentem, quo viſo omen arripuit, intellexitque ſibi ſalutem navigatione quærendam eſſe, & ſtatim impetrat à Minturnenſibus, ut ſibi publica navis rradatur. Quo facto, ſe contulir in Africam, & ibi vires comparavit, quibus priſtinam fortunam & dignitatem brevi recuperavir, ſicut ſuo loco oſtendemus. *Oliver.* Contigit A. U. DCLXV.

1. *Domum Fanniæ.*] Oliverius dicit *mulieris*, credam *viri* dicendum. Et Terentio viri nomen eſt. *Badius.*

2. *Minturnis.*] Latii urbs & Colonia Ptolemæo aliiſque ad Lirim Fl. Halycarnaſſæo lib. 1. ex cujus ruinis Trajetto ædificatum ſcribit Celſus Cittadinus.

3. *In Africam.*] Ubi comparato exercitu cum ſe Cinnæ conjunxiſſet, urbem cepit, & priſtinam dignitatem cum magno inimicorum exitio recuperavit. *Oliver.*

4. *Pompejus Magnus.*] Cujus magnitudo rotum orbem complexa fuit; nam Cicero in Catilinam invectiva quarta oſtendit, quanta fuerit Pompeii rerum geſtarum magnitudo, dicit enim: *Pompeii res geſtæ atque virtutes continentur iiſdem, quibus Solis curſus regionibus ac terris continetur.* Idem. Contigit A. U. DCCXV.

5. *Pharſalica.*] Id eſt, conflictu apud Pharſaliam urbem Ematbiæ. *Badius.* *Pharſalica.*] Theſſalica; nam regio illa diverſis nominibus fuit appellata, Emonia, Theſſalia, Macedonia, Emathia, Campi Philippici, prout eam diverſi reges occupaverunt. *Oliver.*

6. *Cyprum.*] Inſula hæc in Pamphylio ſinu, à Cypro, Cinyræ regis filia ita appellata, vel ab uberrate Cypri arboris. Strabo, Steph. Plin. Cyprus autem Arabum eſt Alhenna, non Liguſtrum, ut multi volunt.

pellenſque ad oppidum [1] Paphum, conſpexit in littore ſpecioſum ædificium: gubernatoremque interrogavit, quod ei nomen eſſet: qui reſpondit, κακοβασιλεία vocari: quæ vox ſpem ejus, quantulacunque reſtabat, comminuit. Neque id diſſimulanter tulit: avertit enim oculos ab illis tectis, ac dolorem, quem [2] ex diro omine conceperat, gemitu patefecit.

7. [3] M. etiam Bruti dignus admiſſo parricidio, eventus omine deſignatus eſt: Siquidem poſt illud nefarium opus, natalem ſuum celebrans, cum Græcum verſum expromere vellet, ad illud potiſſimum Homericum referendum animo tetendit:

Α'λλά με μοῖρ' ὀλοὴ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός.

Qui Deus [4] Phillippenſi acie, à Cæſare & [5] Antonio ſigno datus, in eum tela convertit.

8. [6] Conſentaneo vocis jactu C. Caſſii [7] aurem fortuna pervellit; quem orantibus [8] Rhodiis, ne ab eo cunctis Deo-

1. *Paphum.*] Oppidum eſt Cypri, ubi præcipue colebatur Venus, quæ Paphia dicta Virgilio:

Inde Paphum ſublimis adit, ſedeſque reviſit
Læta ſuas. ——

2. *Ex diro.*] Id eſt, execrabili omine.

3. *Marci etiam Bruti.*] Nota eſt Hiſtoria, quod Brutus & Caſſius Cæſarem in Senatu multis vulneribus confoderunt. Contigit A. U. DCCX.

4. *Philippenſi acie:*] Nam in campis Philippicis, ubi congreſſus eſt cum Auguſto & M. Antonio, forte ira cecidit, ut ſignum belli futuri proponeretur ab Auguſto & Antonio ſignum Apollinis; nam mos erat, ut commiſſuri prælia, Deum aliquem ſignum pugnæ proponerent; ut C. Marius Martis ſimulachrum, Sylla Delphici Apollinis, Cæſar Veneris genitricis. Ergo quia Apollinis ſignum propoſuit Auguſtus, omen quod factum eſt, verſus ille quodammodo implevit, quia in ea pugna ſuperatus eſt, in qua ſignum fuerat Apollo, Latonæ filius. *Oliver.*

5. *Antonio ſigno datus.*] Virgilius etiam eſt aurhor in Bello Actiaco contra Antonium & Cleopatram Auguſtum uſum Apolline. Quin etiam non nunquam ſeſe pro Apolline geſſit, ad quod alludens idem Maro in Bucol. dixit:

Caſta fave Lucina, tuus jam regnat Apollo. Oliver.

6. *Conſentaneo vocis jactu.*] Pari ratione Caſſius Bruto affinitate conjunctus, quippe qui Juniam Bruti ſororem duxerat uxorem, fecit ſuæ futuræ mortis omen. *Idem.* Contigit A. U. DCCX.

7. *Aurem pervellit.*] Quia enim auris dedicata eſt Memoriæ, vellere aurem, eſt memorem facere. Unde in Bucolicis Maro:

—— *Delius aurem*
Vellit, & admonuit. ——

Badius.

8. *Rhodiis.*] Rhodus & Ophiuſa à ſerpentium multitudine dicta, ut teſtatur Diodo-

Deorum ſimulachris ſpoliarentur, [1] Solem à ſe relinqui reſpondere voluit: ut rapaciſſimi victoris inſolentiam, dicti tumore pertraheret, abjectumque [2] Macedonica pugna, non effigiem Solis, quam tantummodo ſupplicibus ceſſerat, ſed ipſum [3] Solem revera relinquere cogeret.

10. [4] Annotatu dignum illud quoque omen, ſub quo Petillius conſul [5] in Liguria bellum gerens occidit. Nam cum montem, cui [6] Leto cognomen erat, oppugnaret: interque adhortationem militum dixiſſet, Hodie ego utique Letum capiam: inconſideratius præliando, fortuitum jactum vocis leto ſuo confirmavit.

EXTERNA.

1. Adjici noſtris duo ejuſdem generis alienigena exempla non abſurdè poſſunt. [7] Samii, [8] Prienenſibus auxilium

Diodorus lib. v. quos Phorbas interemit. Unde Ophiuchi nomen accepit. Hyginus lib. II. Quin ſi Bocharto aſſentimur, Rhodus nihil aliud quam Ophiuſam denotat. ירוד enim, id eſt, jarod vel Rod ſerpentem denotat. Vide illum de Phœn. Col. p. 398.

1. *Solem à ſe relinqui reſpondere.*] Simulacrum Solis. Hoc autem per ludibrium dixit, quippe quem ferre non poterat præ magnitudine. Memoratur enim à Solino unum ex ſeptem memorabilibus mundi: erat autem centum viginti ſex pedum magna, ænea & fuſilis facta, quam à ſe relinqui Caſſius dicebat. *Oliver.*

2. *Macedonica pugna.*] In Macedonia ad campos Philippicos contra Auguſtum geſta. *Badius.*

3. *Solem revera relinquere cogeret.*] Ita eſt in MSS. exemplaribus: in aliis, *coëgit.* Cæterum de C. Caſſio ſcribit Dion Hiſt. Rom. XLVII. ipſum Rhodios navali prœlio ſuperatos non ſolum armis, navibus, ac pecunia ſpoliâſſe, verum etiam ſtatuis ſacriſque donariis omnibus, nihilque ex his præter Solis currum reliquiſſe. *Pighius.*

4. *Annotatu.*] Contigit A.U. DLXXVII:

5. *In Liguria.*] Ligures imis Alpium jugis adhærentes, inter Varum & Macram Fluvios, implicitoſque dumis ſilveſtribus major aliquando labor eſt invenire, quam vincere. Varus Fluvius eſt grandis, ex Alpibus fluens, Galliam Tranſalpinam à Ciſalpina ſeparans, vetuſtiſſimus Italiæ terminus. Macra Fluvius eſt ex initio Appennini fluens, inter Ligurum montes, & demum juxta Lunam civitatem defluit in mare Tyrrhenum. *Oliver.*

6. *Leto.*] Liguriæ mons eſt, ut teſtatur & Livius, quem Leander hodie *l'Alpi del Peregrino* vocari dicit.

7. *Samii.*] Cum Prienenſes gravi bello premerentur, auxilium petierunt à Samiis; Samii, ut qui ab illis eſſent alieni, quaſi irridentes, ſe Sibyllam *(ita enim nonnulli legunt)* miſſuros reſponderunt; nam ex Sibyllis una fuit Samia. Prienenſes ergo, quod irridentes Samii promiſerant, læto animo acceperunt. Et hanc quaſi ducem belli conſtituentes, glorioſam ex hoſtibus victoriam reportaverunt. *Oliver.*

8. *Prienenſibus.*] Priene civitas eſt Ioniæ,

lium adverſus [1] Carras implorantibus, [2] arrogantia inſtincti, pro claſſe & exercitu [3] cymbulam eis deriſus gratia miſerunt. Quam illi velut divinitus datum præſidium interpretati, libenter acceptam, vera fatorum prædictione, victoriæ ducem habuerunt.

2. Neque [4] Apolloniatæ quidem pœnitentiam egerunt. quod cum bello [5] Illyrico preſſi, [6] Epidamnios, ut ſibi opem ferrent,

niæ, Biantis patria. Author Strabo XIV. ubi nominatis XII. civitatibus, in quibus Priene, ſubjungit; nam hæ ſunt XII. Ioniæ civitates. Et paulo inferius, ubi de ſingulis mentionem facit; *poſt Menandri*, inquit, *oſtia, eſt Prienenſium littus, ultra quod Priene eſt & Mycale mons feris & arboribus plenus.* Idem paulo poſt: *Priene*, inquit, *à quibuſdam Cadme appellatur, quoniam Philotas ejus conditor è Bœotia venit.* Idem.

1. *Carras.*] Carræ populi inſulani, piraticam exercentes, famoſi fuerunt, victi à Minoë, ut Thucydides & Salluſtius dicunt. Author Servius in expoſitione illius carminis Virgilii:

Hic Lelegas, Carraſque, ſagittiferoſque Gelonos.

At Strabo dicit populos eſſe Cariæ regionis, quæ contermina eſt Ioniæ, videlicet inter Ioniam & Liciam poſitæ. Hos etiam aliquando ſub Minoë fuiſſe dicit, & inſulas habitâſſe. Hinc arbitror Inſulanos inde dictos fuiſſe, & *Carres Carrium*, declinavit. Sunt & Carræ primæ declinationis in Syria, eodem teſte lib. VI. in deſcriptione Syriæ, dicit enim: *Tigranocerta & loca quæ ſunt circa Carras Nicaphorium & Chordiraza & Sinnaca, in qua Surina Parthorum imperator Craſſum dolo captum interemit.* Unde Lucanus.

Aſſyrias Latio maculavit ſanguine Carras. Oliver:

2. *Arrogantia inſtincti.*] Pulmanni codex, *Arroganti inſtinctu.* Atque illud etiam recte. Sic enim Cicero, *quæ inſtinctu divino funduntur*, de Divinat. I. & alibi ſæpe. *Pighius.*

3. *Cymbulam eis deriſus gratia miſerunt.*] Ita Manuſcripta exemplaria; non, ut in aliis, *Sibyllam.* Nec profecto inepte, nimirum, pro claſſe cymbulam irriſus gratia miſſam licet intelligere. Ἄλογον namque videtur atque abſurdum, fœminam unam in auxilium mittere. Duo alii codices, quos contuli, *lembunculum* poſuêre pro *cymbula*, quæ vox librariorum culpa proculdubio ex interlinearibus annotatiunculis in locum alterius irrepſit. Omen autem accepiſſe Prienenſes videntur ex ipſo navigii nomine; eſt enim κύμβη Græcis non ſolum lembus vel navicula, ſed etiam caput, vertex, fiducia, ac ſumma rerum, κορωνὶς ϗ κεφάλαιον. Atque ita cymbulam illam interpretati Prienenſes libenter receperunt, atque etiam victoriæ ducem habuerunt. Erant autem Samiis in uſu cymbæ biremes, à Polycrate tyranno primum inventæ, forma fere rotunda & concava, in alvi prope effigiem fabricatæ, Duridis opus ac figmentum, Samænas appellabant ex quo genere miſſam unam fuiſſe veriſimile videtur. Meminêre Samænarum Suidas, Plutarchus, & Athenæus, qui Samias item vocari dicit. *Pighius.*

4. *Apollionatæ.*] Apollonia plurium urbium nomen fuit, unius in Epyto, de qua nunc agitur; alterius in Creta: tertiæ in Thracia; quartæ in Syria. *Oliver.*

5. *Illyrico.*] Plinius hanc regionem inter Arſiam & Titium flumina conſtringit.

6 *Epidamnios.*] Epidamnus Thucydidi Dalmatiæ aut Macedoniæ colonia, & oppi-

ferrent, oraſſent: atque illi flumen vicinum mœnibus ſuis nomine [1] Æantem in adjutorium ſe mittere dixiſſent, Accipimus, quod datur, reſponderunt: eique primum in acie locum, perinde ac duci aſſignaverunt. Ex inſperato enim ſuperatis hoſtibus, ſucceſſum ſuum in omen acceptum referentes, ex tunc Æanti ut Deo immolaverunt, & deinceps in omnibus prœliis uti ducem conſtituerunt.

CAP. VI.

DE PRODIGIIS.

QUAE EVENERE ROMANIS.

1. *Ser. Tullio Regi.*
2. *L. Marcio Centurioni.*
3. *Populo Rom. ac Vejentibus.*
4. *L. Sullæ Procoſ.*
5. *Populo Rom. diverſis temporibus.*
6. *C. Flaminio Coſ.*
7. *C. Hoſtilio Mancino Coſ.*
8. *Ti. Graccho Procoſ.*
9. *M. Claudio Marcello Coſ. V.*
10. *Cn. Octavio Coſ.*
11. *M. Licinio Craſſo Procoſ.*
12. *Cn. Pompeio Magno Procoſ.*
13. *C. Iulio Cæſari Dictatori.*

EXTERNIS.

1. *Xerxi Perſarum regi.*
2. *Midæ Phrygum regi infanti.*
3. *Platoni Phil. infanti.*

PRodigiorum quoque, quæ aut ſecunda, aut adverſa acciderunt, debita propoſito noſtro relatio eſt.

1. [1] Ser.

& oppidum; propter inauſpicatum nomen à Romanis Dyrrachium appellatum fuiſſe, tradunt Livius, Strabo, Plinius, & Mela. Quibus aſſentitur quoque Dion lib. XLI. ita tamen, ut ſubdubitet, num duo diverſa ſint oppida. Appianus autem II. Civil. hoc plane adfirmat, ait enim Epidamnum paullum remotum à mari, Dyrrachium vero prope ipſum mare: (in peninſula, teſte Strabone) Epidamnique navale eſſe dicit. Additque hoc falſo à quibuſdam Epidamnum dictum: poſtea tamen ſic nominatum à Corcyrenſibus, quod Dyrrachii nomen ominoſum habebatur, vetuſtam autem appellationem viciſſe, & Dyrrachii nomen manere. Diſcrepat à cæteris omnibus Appianus, hic namque Dyrrachii nomen ominoſum, cæteri Epidamni faciunt; hic nominis mutationem Corcyrenſibus, alii Romanis tribuunt. *Ortel.*

1. *Æantem.*] De hoc Flumine Steph. de Urbibus, Plio. lib. III. c. 23. Strab. lib. VI. & VII. è Lacmooe Pindi promootorio erumpere, ac præter Apolloniam fluere io mare Adriaticum teſtatur: Aoum quoque vocari ab Hecatæo aliiſque antiquioribus. Ex quo quidem nomioe ſuſpicor Apolloniatas omen accepiſſe; *ἄκος* enim ſalus vel medela eſt. *Pighius.* *Æantem.*] Quia veterum ſuperſtitio tenuit, Fluviis ejuſdem nomiois Deos præeſſe, unde Tyberis & Tyberinus invocatur apud Maronem; non abſurdum forte eſſet dicere, Apolloniatas Fluminis ſui, tanquam Dei imaginem, & non Æantem ſibi ducem conſtituiſſe; ſed in priore ſententia Oliverium ſequimur. *Badius.*

1. [1] Ser. Tullio etiam tum puerulo dormienti, circa caput [2] flammam emicuiſſe, domeſtici oculi annotaverunt. Quod prodigium [3] Priſci Tarquinii regis uxor Tanaquil admi-

1. *Ser. Tullio, &c.*] Contigit A. U. CL. circiter.

2. *Flammam emicuiſſe.*] Ingens hoc naturæ miraculum Liv. Plinius, Florus Valer. hic Maximus, Apulejus, Dion. Halicarnaſſæus, aliique diligentes autores expoſuerunt, quos operæ non erit adduxiſſe. Quod ſi ocyus quis actæ rei ſeriem expectat, audiat ſolum Dionyſium lib. IV. Antiq. Rom. cujus vicariis utar vocibus: *Quum aliquando circa meridiem in regio thalamo conſediſſet, ſomnoque eſſet oppreſſus, flamma è capite ipſius emicuit. Idque non tantum mater ejus, & regina, quæ per thalamum inambulabant, inſpectârunt, ſed & omnes, qui cum mulieribus tum forte aderant: nec prius totum ejus caput flamma collucere deſiit, quam à matre acurrente excitaretur, quo facto, flamma ſimul cum ſomno diſperſa, evanuit.* Breviter omnia complectitur Ovidius lib. VI. Faſt.

Signa dedit genitor, tum cum caput igne corusco
Contigit, inque comis flammeus arſit apex.

Flàmma *lux* vocatur optimo jure, quia flamma lux ignis eſt, à quo illa oritur. Lucem puram fuiſſe inde colligimus, quod pilos colluſtrando, haud quaquam combuſſerit, qualis illa forſan in Meſopotamia Moſi viſa. Parem aleam expertus eſt apud Virgilium lib. II. Æneid. Aſcanius:

Ecce levis ſummo de vertice viſus Iüli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora paſci.
Nos pavidi tripidare metu, crinemque flagrantem
Excutere, & ſanctos reſtinguere fontibus ignes.

Diverſus Laviniæ Novercæ ſplendor, quia lucem flamma urens comitabatur, ut cecinit Maro lib. VII. Æneid.

Præterea caſtis adolet dum altaria tædis,
Et juxta genitorem aſtat Lavinia virgo,
Viſa (nefas) comis comprendere crinibus ignem,
Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari.

De Lucio Martio narrant Livius lib. XXV. Valerius lib. I. cap. 6. Pœnos aggreſſuro & ducem Aſdrubalem, flammam concionanti fuſam è capite ſine ipſius ſenſu, cum magno pavore circumſtantium militum. *Bartholinus.* Vide & Cardanum lib. VIII. de Rerum Varietat. cap. 43. & Scaligerum Exercitat. 274.

3. *Priſci Tarquinii regis uxor.*] Quæ ut prodigiorum peritiſſima, cognovit Ser. Tullium puerum dormientem, cujus caput flamma corripuiſſet, elatum aliquando evaſurum, qui etiam regiæ majeſtati in rebus afflictis ſuccurreret. Itaque cum quidam familiarium aquam ad extinguendum incendium afferret, ut Livius autor eſt, à regina prohibitum ferunt, ſedatoque tumultu, moveri puerum vetuiſſe, donec ſua ſponte experrectus eſſet: tum, adducto in ſecretum viro Tanaquil, videſne tu puerum hunc, inquit, quem tam humili cultu educamus? Scire licet lumen quondam rebus noſtris dubiis futurum, præſidiumque regiæ afflictæ: proinde materiam ingentis publice privatimque decoris omni indulgentia noſtra nutriamus; inde puerum liberorum loco cœptum haberi erudirique artibus, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur. Eveuit facile quod Diis cordi eſſet, juvenis evaſit veræ indolis regiæ, nec cum quæreretur gener Tarquinio, quiſquam Romanæ juventutis ulla arte conferri potuit, filiamque ei rex deſpondit, quo deinde cæſo,

admirata, [1] Servium [2] ſerva natum, in modum filii educavit, & ad regium faſtigium evexit.

2. [3] Æque felicis eventus illa flamma, quæ ex L. Marcii ducis

cæſo, Tanaquilis arte & conſilio in regnum ſubſtitutus fuit. Plinius de Vir. illuſt. *Servius*, inquit, *Tullius*, *P. Corniculani & Criſiæ captivæ filius, cum in domo Tarquinii Priſci educaretur, flammæ ſpecies caput ejus amplexa eſt.* Sunt qui velint Vulcani filium fuiſſe. Unde illud:

Namque pater Tullî Vulcanus, Criſia mater,
Præſignis facie Corniculana fuit.
Hanc ſecum Tanaquil, ſacris de more peractis,
Juſſit in ornatum fundere vina focum.
Hic inter cineres obſcœni forma virilis
Aut fuit, aut viſa eſt: ſed fuit illa magis.
Juſſa foco captiva ſedet, conceptus ab illa
Servius à cœlo nomina gentis habet.
Signa dedit genitor tunc cum caput igne coruſco
Contigit, inque comis flammeus arſit apex. Oliver.

1. *Servium ſerva natum.*] Plerique codices habent, *Servium ſerva natum*, omiſſo Tullii regis prænomine: ad quod ipſum alluſio tamen non eſt inepta, ſi retineas. Idcirco enim *Servium* appellatum eſſe tradit Dionyſius, quod è ſerva matre natus erat. *Pighius.*

2. *Serva natum.*] Livius ſentit non eſſe ſerva natum, ſed captiva. Dicit enim: *Hic quacunque de cauſa tantus illi honos habitus, credere prohibet, ſerva natum eum, parvumque ipſum ſerviſſe. Eorum magis ſententiæ ſum, qui Corniculo capto Servii Tullii, qui princeps in illa urbe fuerat, gravidam viro occiſo uxorem, cum inter reliquas captivas cognita eſſet, ob unicam nobilitatem ab regina Rom. prohibitam ferunt ſervitio: partum Romæ edidiſſe, in Priſci Tarquinii domo. Inde tanto beneficio, & inter mulieres familiaritatem auctam, & puerum, ut in domo à parvo educatum in charitate atque honore fuiſſe: fortunam matris, quod capta patria in hoſtium manus venerit, ut ſerva natus crederetur, feciſſe.* Nam omnis captiva ſerva dicitur. *Oliver.*

3. *Æque felicis.*] Cum cæſis in Hiſpania duobus Scipionibus, deleti Rom. exercitus, amiſſæque Hiſpaniæ viderentur, vir unus retinuit, eaſdemque reſtituit. Erat in exercitu Romano L. Marcius, Septimii filius, eques Romanus, impiger juvenis, animi & ingenii aliquanto majoris, quam pro fortuna, in qua erat natus, ad ſummam indolem acceſſerat Cn. Scipionis diſciplina, ſub qua per tot annos omnis militiæ artem edoctus fuerat: is, ex fuga collectis militibus, & quibuſdam de præſidiis deductis, haud contemnendum fecerat exercitum, conjunxeratque ſe T. Fontejo P. Scipionis legato, ſed tamen præſtitit eques Romanus authoritate inter milites & honore, ut caſtris circa hibernum communitis, eum ducem exercituum comitiis militaribus creaverint. Hic igitur in magna rerum difficultate cum ad conſilium prima ſpecie temerarium magis quam audacem adjeciſſet animum, ut ultro caſtra hoſtium oppugnaret, ne ſubita res & nocturnus terror, nam id proxima nocte facturus videbatur, ſuæ fortunæ conſilium perturbaret, alloquendos prius & adhortandos milites ratus, advocata concione orationem habuit; cui concionanti flammam fuſam è capite dicunt ſine ejus ſenſu, magno pavore circumſtantium militum: quo prodigio moti, alacriori animo eum ducem ſecuti, majorem hoſtibus cladem intulerunt, quam acceperant; nam nocte atque die bina hoſtium caſtra ceperunt, & ad internecionem hoſtes prope ceciderunt. Hic ergo virtute ſua ultus eſt Cn. & P. Scipionum cum majori parte exercitus,

ducis duorum exercituum, quos interitus P. & Cn. Scipionum in Hiſpania debilitaverat, capite concionantis eluxit. Namque ejus aſpectu pavidi adhuc milites, priſtinam recuperare fortitudinem admoniti, octo & triginta millibus hoſtium cæſis magnoqne numero in poteſtatem redacto, bina caſtra Punicis opibus referta ceperunt.

3. [1] Item cum bello acri & diutino [2] Vejentes à Romanis intra mœnia compulſi, [3] capi non poſſent, eaque mora non minus obſidentibus, quam obſeſſis intolerabilis videretur, exoptatæ victoriæ iter miro prodigio Dii immortales patefe-

cædem, quos Celtiberi transfugientes prodiderant ducibus Carthaginienſibus, Magoni & Giſgoni: quam victoriam conſecutus è nulla re magis quam celeritate. De quo Frontinus lib. II. cap. 10. *L. Marcius eques Rom. qui reliquiis exercitus præfuit, cum à propinquo bina caſtra Pœnorum paucis milibus paſſuum diſtarent, cohortatus milites, proxima caſtra intempeſta nocte adortus eſt, & cum hoſtem victoriæ fiducia incompoſitum aggreſſus, ne nuncios quidem cladis reliquiſſet, breviſſimo tempore militi ad requiem dato, eadem nocte raptim famam rei geſtæ prægreſſus, altera eorum caſtra evaſit. ita bis ſimili uſus eventu deletis utrobique Pœnis, amiſſas pop. Rom. Hiſpanias reſtituit.*

1. *Item cum bello, &c.*] Et hujus Hiſtoriæ autor eſt Livius ab urbe cond. lib. v. Cicero quoque lib. de Divinat. *Quid quod in Annalibus*, inquit, *habemus, Vejenti bello cum Lacus Albanus præter modum excreviſſet, Vejentem quendam nobilem ad nos profugiſſe, eumque dixiſſe, ex fatis quæ Vejentes ſcripta haberent, Vejos capi non poſſe, dum lacus is redundaret: & ſi lacus emiſſus lapſu & curſu ſuo ad mare profluxiſſet, pernicioſum pop. Romano, ſin autem ita eſſet eductus, ut ad mare pervenire non poſſet, tum ſalutare noſtris fore; ex quo illa mirabilis à majoribus noſtris aquæ Albanæ facta deductio eſt. Cum autem Vejentes bello feſſi legatos ad Senatum miſiſſent, tum ex his quidam dixiſſe dicitur, non omnia illum transfugam auſum eſſe Senatui dicere; in eiſdem enim fatis ſcriptum Vejentes habere, fore, ut brevi à Gallis Roma caperetur, quod quidem ſexennio poſt Vejos captos factum eſſe audivimus.* Hæc Cicero. At Livius cum prodigium aperuiſſet, ut Lacus Albanus præter modum excreſceret, ita ut per agros diffunderetur, nulla ejus inundationis cauſa extrinſecus apparente, non ſolum ad Rom. veniſſe, quæ ſupra diximus, referentem, ſed Delphos quoque oraculum ſciſcitatum legatos miſiſſe Romam refert, qui reſponſum retulerunt, non prius Vejos capi poſſe, quam lacus ille per agros unda proflueret. Oraculi autem verba hæc fuêre: ROMANE AQVAM ALBANAM CAVE LACV CONTINERI, CAVE IN MARE MANARE SVO FLVMINE SINAS, EMISSAM PER AGROS RIGABIS, DISSIPATAMQVE RIVIS EXTINGVES, TVM TV INSISTE AVDAX HOSTIVM MVRIS, MEMOR, QVAM PER TOT ANNOS OBSIDES VRBEM, EX EA TIBI HIS, QVAE NVNC PANDVNTVR FATIS, VICTORIAM DATAM. *Oliver.* Contigit A.U. CCCLVI.

2. *Vejentes.*] Italiæ populi, ſocii Fidenatibus. Liv. I. & Eutrop. I. cui XIIX. m. p. ab Urbe ſunt.

3. *Capi non poſſent.*] Quia mœnia eſſent alta & loco editiſſimo poſita, ut non ſolum ædificiis, ſed etiam natura loci tuta eſſent. *Oliver.*

1. *Albanus*

reſecerunt. Subito enim [1] Albanus lacus, neque cœleſtibus imbribus auctus, neque inundatione ullius amnis adjutus, ſolitum ſtagni modum exceſſit: cujus rei explorandæ gratia legati ad [2] Delphicum oraculum miſſi, retulerunt præcipi [3] ſortibus, ut aquam lacus ejus emiſſam, per agros diffunderent: ſic enim Vejos in poteſtatem populi Romani venturos. Quod prius quam legati renuntiarent, aruſpex Vejentium à milite noſtro (quia domeſtici interpretes deerant) raptus, & in caſtra perlatus futurum dixerat. Ergo ſenatus duplici prædictione monitus, eodem pene tempore, & religioni paruit, & hoſtium urbe potitus eſt.

4. [4] Nec parum proſperi ſucceſſus eſt, quod ſequitur. L. Sulla

1. *Albanus lacus.*] In Latio ſitus, ut apud Livium eſt. Lago di Caſtel Gando Iſo vocat Leander.

2. *Delphicum oraculum.*] Hoc quod poſterius frequentatum fuit oraculum, ſedem habuit ad radices Parnaſſi, ubi templum condiderant incolæ, ſupra ſpecum oppido muroque cinctum, & templum ipſum ob nativam præcipitiem, munierant aditu adeo difficili, & anguſto, ut objecta lapidum mole, acceſſum omnem undique præcluſerint, exiguâ ſemitâ relictâ, qua conſulturi oraculum abſque comitatu incederent. In medio templi exigua planities erat, & in ea hiatus, ex quo ſpiritus acer, & vehemens terribili ſonitu excuſſus, vatem tripodi inſiſtentem, & afflatus expectantem corripiebat, agitatamque & concuſſam in furorem verrebat, ſtatis diebus, quibus fari licebat. Ferunt annuatim ſex menſes continuos apud Lycios, totidemque in Delo oracula percontaturis patuiſſe: in reliquis locis, non quovis tempore, ſed ſtatis definitiſque diebus tantum: utpore vel Idibus, vel Kalendis, vel augeſcente vel deficiente Luna, vel ineunte aut deſinente die, ſciſcitari licuiſſe. Religionem in conſulendo Pythio oraculo eam ſervari oportebat, ne prometet quicquam niſi totam prius victimam contremiſcere, ac velut micare cerneret. His legitime peractis Dæmon ex obſeſſa Pythia, (ἐκ τοῦ ἀτμοῦ enim ἔνθεος γίνεται, ex ſpiritu enim Dei afflata credebatur) concepta & fere metris Græcis ſcite admodum atque argute, ſed ambigue nimis ac captioſe illigata reſponſa pronuntiabat: cumque in ſuam ſeſe recepiſſet atque abdidiſſet ſpecum, Pythia ceu exonerata ſpiritu, & ad ſeſe reverſa conſiſtebat ac conquieſcebat. Fuit autem omnium templorum Ethnicorum locupletiſſimum, ſtatuis ex ſolido auro, argentoque conflatis immenſi ponderis, & aliis innumeris ac pretioſiſſimis donariis refertum. Vide ſupra pag. 26.

3. *Sortibus.*] Oraculo: nam ſortes pro oraculis ſæpiſſime ponuntur, eo quod ſortes è vaſe ducerentur, quibus oracula reddebantur ad ea, de quibus interrogaretur ſacerdos. *Oliver.*

4. *Nec parum proſperi ſucceſſus.*] Hoc contigit Sociali bello, cujus cauſa inde nata eſt, quod Druſus trib. pleb. promiſerat ſociis Latini nominis, ſi cum Senatu ſentirent, ejuſque partes adverſus equeſtrem ordinem, cum quo propter judicia graviter diſſidebat, tuerentur, daturum operam, ut in civitatem Romanam acciperentur; ſed occiſo paulo poſt Druſo, cum præmium Latinis ne-

L. Sulla Procoſ. [1] ſociali bello cum in agro [2] Nolano ante [3] prætorium immolaret, ſubito [4] ab ima parte aræ* prolapſam anguem

nis negaretur, irati à ſocietate populi Romani defecerunt, & Romanis bellum indixerunt. Diverſi contra hos ſunt miſſi imperatores, inter quos & L. Sylla, qui profectus in Samnium adverſus Nolam primo duxit exercitum. Nolani extra mœnia cum copiis & præſidiis poſuerunt caſtra. Sylla igitur cum Deos de pugna conſuleret, anguis ſubito apparuit. Interrogato Aruſpice quid anguis ille portenderet, reſponſum eſt, ut magno animo invaderet, quo facto, victoria potitus eſt. *Oliver.* Contigit A. U. DCLXIV.

1. *Sociali bello.*] Quod geſtum eſt contra eos, qui à ſocietate pop. Rom. defecerunt, quod alio nomine bellum Latinum vocatur.

2. *Nolano.*] Nola Picentinorum urbs in Italia Ptolemæo, Diodoro, & Strab. In Samnio ponit Epitome Livii 89. Vide Cluver. de Ital.

3. *Prætorium.*] Dicebatur tabernaculum, quod duces exercituum, vel Imperatores, ſive Conſules, ſive Dictatores, ſive Prætores, ſive Tribuni militum conſulari poteſtate ii eſſent, occupabant. Nomen autem inde habet, quod initio Conſules, qui plerumque bella adminiſtrabant, Prætores dicerentur. Ita Quæſtorium, erat tabernaculum Quæſtorum. Forma prætorii fuiſſe videtur rotunda, teſtudinea, id eſt, curvata in cameram rotundiorem. Hac cauſa fortaſſe Joſephus cum templo componit, quod templa pleraque talia: aut etiam quod eminebat in mediis caſtris, ut in urbe aliqua templum. An & quia religio ibi & pars ſacrorum? Certe in eo Augurale fuit, ubi ſacrificare & auſpicari Imperator ſolebat: nam ante illud ara fuit, in quo ſolenniter libamenta aliqua illata & cremata, quotidianæ religionis ergo: Auguratorium vocat Hyginus, qui & ſitum ejus parte dextra prætorii docet, ut tribunal læva. Tota igitur area ſive pedatura prætorii erat quaternûm jugerum, ſeu potius verſuum. Verſum autem dicunt centum pedes quoquo verſus quadratum. Pedatura vero Latinis eſt quod Græcis ποδισμὸς, etſi podiſmi ipſa Græcanica voce crebro in hac re Vegetius uſus: ποδισμὸς autem dimenſio, aut & dimenſum ipſum per pedes, ſicut σταδιασμὸς per ſtadia. Ad verbum eſt pedatura. Et accipiunt non pro ipſa menſura tantum, ſed pro ſpatio, areaque, quam ſic demenſi. Situs prætorii in medio non quidem caſtrorum, ſed aliorum ducum. Nam ſemper veteri & novo more, in medio Tribunorum, aliorumque Ducum, Prætoris locus. Profecto, ut in acie Prætor ſeu Conſul (confundimus hic iſta) poſt Haſtatos & Principes ante Triarios ſtabat, media fere acie, & ad latera Tribuni: ita hic, niſi quod pro Triariis, Ablecti, & Extraordinarii, & Evocati ſubſtituti. Et hic ſitus magnæ rationis fuit. Primum non longe ab hoſte, & ad Prætoriam portam, quæ illum fere ſemper ſpectabat: nimirum ut obſervet, ſi quid ille moliatur aut moveat, & nuncios quoque & exploratores ſtatim admittat; cauſa altera, ut duces omnes circum ſe habeat, quorum conſilio, cum opus, ſtatim utatur, item jubeat aliquid aut mandet: tertia, ut in conſpectu habeat ſubjecta caſtra, & militem totum, videatque, ſi quid peccent, aut turbent. Ipſe ille aſpectus coërcebat milites, qui ſciebant, ſemper ſub oculis ſui Ducis ſe verſari, eoque in omnibus magis compoſite ſe gerebant: nec Ducis tantum, ſed Ducum; quoniam Quæſtor, Legati, Tribuni omnes fere huc ſpectabant. Denique cauſa etiam hic, honor & dignitas, quod media omnia honeſtiora, imo & tutiora. *Lipſius.*

4. *Ab ima parte aræ.*] Ita Pulmani lib. &

Gembla-

anguem proſpexit. Qua viſa, Poſtumi aruſpicis hortatu continuo exercitum in expeditionem eduxit, ac fortiſſima [1] Samnitum caſtra cepit. Quæ victoria futuræ ejus ampliſſimæ potentiæ gradus & fundamentum extitit.

5. [2] Præcipuæ admirationis etiam illa prodigia, quæ [3] P. Volumnio, Ser. Sulpitio Coss. in Urbe noſtra inter initia motuſque bellorum acciderunt. Bos namque, [4] mugitu in ſermonem humanum converſo, novitate monſtri audientium animos exterruit. [5] Carnis quoque in modum [1] nimbi

Gemblacenſis, vulgo, *ab una parte:* prius placet. Cicero enim de Divinar. I. ex quo forſan hoc exemplum Valerius deſumpſit, ſic ait: *Ab infima ara cum ſubito anguis emergeret.* Plutarchus cum adverſus urbem ab Nola exercitum duceret, Sullæ prodigium hoc eveniſſe ſcribit. *Pighius.*

* *Prolapſam anguem.*] Serpentum allapſus multis magnis viris ſalutaris fuit ominis. Aureliano Imper. apud Vopiſcum; Maximino, apud Julium Capitolinum; Auguſto ipſi apud Dionem lib. XLVII. Eo Virgilius ſpectat lib. V.

Dixerat hæc: adytis cum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit,
Amplexus placide tumulum, lapſuſque per aras.

Colerus.

1. *Samnitum caſtra.*] Samnites ſunt populi Italiæ, qui inter Picenum, Campaniam & Apuliam jacent. De quibus Florus lib. I. cap. 16. *Populus Romanus Samnites invaſit, gentem, ſi opulentiam quæris, aureis & argenteis armis, diſcolori veſte uſque ad ambitum armatam: ſi inſidiarum fallaciam, ſaltibus fere & montibus fraude graſſantem: ſi rabiem & furorem, ſacratis legibus humaniſque hoſtiis in exitium urbis agitatam: ſi pertinaciam, ſexies rupto fœdere, cladibuſque ipſis animoſiorem. Hos tamen L. annis per Fabios & Papyrios patres, eorumque liberos ita ſubegit pop. Romanus, ac domuit, ita ruinas ipſarum urbium diruit, ut hodie Samnium in ipſo Samnio requiratur. Poſterioribus quoque temporibus, bello Sociali, & in Civili Mariano ingens eorum apparuit in arma ardor.* Quod Strabo lib. V. oſtendit. Vide *Cluver.* Ital. lib. III. cap. 8.

2. *Præcipuæ admirationis.*] Livius multa refert apparuiſſe prodigia, ante Gallorum adventum, quæ futurum urbis minarentur excidium: dicit enim, cœlum viſum ardere, terra ingenti concuſſa motu eſt. Bovem locutam, cui rei, priore anno fides non fuerat, creditum eſt. Inter alia prodigia, quæ multa fuêre, carne pluit, quem imbrem ingens numerus avium volitando rapuiſſe fertur, quod intercidit ſparſum ita jacuiſſe aliquot dies, ut nihil odor mutaretur. Præcipue non ſolum quæ diximus prodigia admiranda ſunt, ſed etiam quæ ſequuntur. *Oliverius.* Contigit A. U. CCXCII.

3. *P. Volumnio, &c.*] Dum illi erant deſignati Conſules. *Badius.*

4. *Mugitu.*] Bos quæ ante mugire conſueverat, humanis verbis locuta eſt. Nam dixiſſe fertur, *Cave tibi Roma.* Sed primo creditum non eſt. Secundo vero, cum idem prodigium enunciatum eſſet, fides haberi cœpta eſt. *Oliver.*

5. *Carnis quoque in modum nimbi diſſipatæ partes ceciderunt: quarum majorem numerum præpetes diripuerunt aves.*] Campenſe exemplar hæc ita prodit: *Carnes quoque in modum nimbi diſſipatæ ceci-*

[1] nimbi diſſipatæ partes ceciderunt: quarum majorem numerum [2] præpetes diripuerunt aves, reliquum humi per aliquot dies, neque odore tetro, neque deformi aſpectu mutatum jacuit.

Ejuſdem generis monſtra alio tumultu credita ſunt: [3] Infantem ſemeſtrem in foro boario triumphum proclamaſſe.

ceciderunt, quarum majorem partem præpetes, &c. Alii codices ita habent: *Carnes quoque in modum nimbi diſſipatæ ceciderunt in partes, quarum majorem numerum, &c.* Eum in modum pro cujuſque libidine exemplaria diverſimode tranſcripta ſunt. *Pigh. Carnis, &c.*] Livius lib. XI. *Præter hæc*, inquit, *relatum eſt in monumenta: inferiore cælo lacte & ſanguine pluiſſe. M. Acilio, C. Portio* Coss. *& ſæpe alias carne, ſicut L. Volumnio, Ser. Sulpitio* Coss. *eamque non perputruiſſe, quod non diripuiſſent aves.* Oliver.

1. *Nimbi.*] Nimbus ventus cum pluvia, eſt etiam denſitas nubis in tempeſtate obſcura.

2. *Præpetes aves.*] Sunt quarum volatu futura prænoſcimus, hoc eſt, quæ auguria faciunt. Ex l. VI. Agellii c. 6. notandum quod *præpetes aves* ſunt, quæ proſperius prævolant, & ſublimius, quibus opponuntur inferæ. Antiqui *præpetere* dicebant pro *anteire*. Et *præpetere aves* dicuntur, quæ ſe ante auſpicantem ferunt. Πϱοπέτης, prævolans. *Præpetes* itaque ſunt à πϱοπίπτω, juxta Turnebum, id eſt, à prævolando, qui annotat eaſdam quoque magnas aves appellati, ut apud Plautum in Rudente. Ut ita non ſine cauſa Apollinaris Sulpitius in dicto Agellii capite dixerit: præpetes ſibi videri eſſe aves, quas Homerus τανυπτέρυγας expaſſis alis volantes appellaverit: quoniam iſtas potiſſimum augures ſpectarent. Videatur etiam Briſſonius lib. I. Form. *Becman.*

3. *Infantem, &c.*] Contigit A. U. DXXVI. *Infantem ſemeſtrem in foro boario triumphum proclamaſſe.*] Livius lib. XXI. in foro Olitorio contigiſſe ſcribit. Atque hic variant exemplaria. Pulmanni ſic habet: *Puerum infantem ſemeſtrem in foro boario locutum, triumphum protuliſſe.* Winchelianum vero ſic: *In foro boario triumphum locutum.* Livius *infantem ſemeſtrem* dicit. Tertia igitur vox illa *puerum*, cum ſit ſuperflua, è ſcholiis in contextum Valerianum irrepſit. Atqui hic mihi videtur Valerius ab indocto aliquo in epitomen redactus. Nam plura prodigia, quæ diverſis evenêre temporibus, tanquam ejuſdem temporis, ſub uno exemplo conciſe ac temere congeſta animadvertimus: quæ Valerium, ut alia ejus capitis prodigia, ſane exiſtimo meliore ordine copioſius enarraſſe. Nos autem ea, quæ extant tempora diverſa, annotatis ſingulatim annis, ut dignoſci poſſent, ſuis intervallis diſtinximus. *Pigh. Foro boario.*] Lacu Velebro poſtmodum exiccato, atque repleto in ejus parte, quæ à Jano quadrifonte in Aventinum vergit, forum Boarium fuit inſtitutum: quod nomen obtinuiſſe aliqui volunt ab æreo tauri ſimulacro ibi ſtatuto, ubi Romulus ſulcum urbis condendæ deſignare cœpit. de quo Plinius ita meminit: *Proxima laus æris Cyprio in inſula, & ipſa nec æs gignens, ſed officinarum temperatura nobilitata. Bos æreus inde captus in foro Boario eſt Romæ. Alii ob taurum immolatum interfecto Caco, bobuſque recuperatis, Boarium appellatum tradunt.* utramque opinionem attigit Ovidius his carminibus:

Pontibus & magno juncta eſt celeberrima Circo
Area, quæ poſito de bove nomen habet.

Immolat

maſſe. Alium cum [1] elephantino capite natum.

[2] In Piceno [3] lapidibus pluiſſe. In Gallia lupum vigili è vagina gladium abſtuliſſe. [4] In Sicilia ſcuta duo ſanguinem ſudaſſe. [5] Etiam metentibus apud Antium cruentas ſpicas [6] in corbem decidiſſe. [7] Cerites aquas ſanguine miſtas fluxiſſe. Bello etiam Punico ſecundo conſtitit Cn. Domitio bovem dixiſſe, Cave tibi Roma.

6. [8] C. autem Flaminius cum inauſpicato conſul creatus,

Immolat ex illis taurum tibi Iuppiter unum
Victor, & Evandrum ruricolaſque vocat.

Sextus verò Pompejus *Boarium* dictum putar, quod ibi boves venundarentur: cui aſtipulatur Varro, cum inquit: *Quò quidem genera conferrent, forum appellatum, additumque ab eo cognomen: ut forum Boarium.* Quod eriam Livius innuit, memorans in eodem bovem in tertiam conrignationem aſcendiſſe. In hoc foro in honorem L. Seprimii, & M. Aurelii arcus à negotiatoribus & argentariis fuir extructus, qui proximus D. Georgii ædi adhuc extat, cum titulo inſculpro. Vide *Marlianum.*

1. *Elephantino capite.*] Hi ſunt luſus naturæ. Vide Forr. Licet. de monſtr.

2. *In Piceno, &c.*] Umbris atque Sabinis conrinuanrur Picentes, quorum regio dicebatur, Picenum, & ager Picenus. Plin. lib. III. cap. 12. *infra Sabinos Latium, à latere Picenum, à tergo Umbria.* Vide Strabonem lib. V. qui Sabinis oriundos rradit, pico ave duce itineris. Feſtus: *Picena regio in qua eſt Aſculum, dicta, quod Sabini, cum Aſculum proficiſcerentur, in vexillo eorum picus conſederit.* Ad Picum Larinorum regem gentis originem fabuloſe deduxit Silius lib. VIII. In hoc tractu ſiræ olim urbes Ancona, Numana, Porentia, Ciceroni, Velleio Paterculo celebrata oppida. Vide Cluverum lib. II. Iral. cap. II. & lib. IV. cap. 6. nbi de Picentinis; quos à Picenribus originem traxiſſe docet.

3. *Lapidibus pluiſſe.*] Contigit A.U. DXLIV.

4. *In Sicilia.*] Contigit A.U. DXXXVI.

5. *Etiam metentibus apud Antium.*] Anrii cruentas metenribus ſpicas in corbes decidiſſe, Livius & Plutarchus in Fabio tradunr, non in Sicilia, velut ex vulgaris Valerii verbis colligere eſt. Quapropter loco *etiam*, quod in exemplati Campenſi non habetur, *Antii* reponerem; vel potius verba duo prætermiſſa dicerem, quorum veſtigia habemus in Pulmani codice, ubi ſic legitur: *Etiam apud Aritium metentibus, &c.* Sed ſcribendum erit non ſecus ac habet Oroſius, *apud Antium metentibus cruentas ſpicas in corbem decidiſſe,* lib. IV. cap. 15. *Pighius.*

6. *In corbem.*] Id eſt, vas vimineum, in quod colligunrur ſpicæ, dum inrenſius eſt cauma. *Oliver.*

7. *Cærites aquas.*] In Cærete oppido fluxiſſe mixras ſanguine. *Cærites aquas.*] Cære eſt urbs Tuſciæ maritima. Agylla etiam veteribus dicta.

8. *Cajus autem Flaminius*] Livius de Secundo Bello Punico. Cicero de Divinatione: *Quid bello*, inquir, *Punico Secundo? nonne C. Flaminius Conſul ſigna neglexit rerum futurarum magna cum clade reipubl.? qui exercitu luſtrato cum Aretium verſus caſtra moviſſet, & contra Hannibalem legiones duceret, & ipſe, & equus ante ſignum Jovis ſtatoris ſine cauſa repente cecidit: nec eam rem habuit religioni, objecto ſigno, ut peritis videbatur, ne committeret prælium. Idem cum tripudio auſpicaretur pullarius, diem prælii*

tus, apud lacum [1] Traſimenum cum Annibale conflicturus, [2] convelli ſigna juberet, lapſo equo, ſuper caput ejus humi proſtratus eſt: nihilque eo prodigio inhibitus, ſigniferis negantibus ſigna moveri ſua ſede poſſe; Malum, ni ea continuo effodiſſent, minatus eſt. Verum hujus temeritatis, utinam ſua tantum, non etiam pop. Roman. maxima clade pœnas pependiſſet; [3] in ea namque acie XV. millia Romanorum cæſa, VI. millia capta, X. millia fugata ſunt. Conſulis obtruncati corpus [4] ad funerandum ab Annibale quæſitum eſt: qui, quantum in ipſo fuerat, Romanum [5] ſepelierat imperium.

7. [6] Flaminii autem præcipitem audaciam C. Hoſtilius Mancinus veſana perſeverantia ſubſequitur: cui conſuli [7] in Hiſpaniam ituro hæc prodigia acciderunt: Cum [8] Lavinii ſacri-

prælii committendi differebat, tum Flaminius ex eo quæſivit, ſi nec poſtea quidem pulli paſcerentur, quid faciendum eſſe cenſeret. Cum ille quieſcendum eſſe reſpondiſſet, Flaminius, Præclara, inquit, auſpicia, ſi eſurientibus pullis res geri potuiſſent, ſaturis nihil gereretur. Itaque ſigna convelli & ſequi juſſit, quo tempore cum ſignifer primi haſtati ſignum non poſſet loco movere, nec quicquam perficeret plures cum accederent. Flaminius nuntiata ſuo more neglexit; itaque tribus horis conciſus exercitus atque ipſe interfectus eſt. Oliver. Contigit A. U. DCXXVI.

1. *Traſimenum.*] Lacus Thuſciæ. Hodie Lago de Perugia dicitur.

2. *Convelli.*] Servius Danielis, qui multas ſuperioris ævi librariorum culpas arguit: Vellere proprie dixit, inquit, quia Romana ſigna figebantur in caſtris, & cum ad bellum eundum fuiſſet, captatis auguriis avellebantur è terra; nam alibi ea figi non licebat. Sed inter auguria etiam hoc habebatur, ſi avellentem facile ſequerentur: adeo ut cum filio Orodis bello ſit Craſſus occiſus, qui iturus ad Parthiam, avellere ſigna vix potuit. quod etiam Flaminio contigit, qui cum imperaſſet ſigna tolli, eaque non poſſent moveri, effoſſo ſolo, in quo erant fixa, vi magna extrahi præcepit. *Colerus.*

3. *In ea namque acie.*] Unde colligitur XXXI. milia in eo prœlio contra Hannibalem ſtetiſſe. Vide Liv. l. 22.

4. *Ad funerandum*] Ad funus faciendum, ut ſepulturæ mandaret.

5. *Sepelierat.*] Imperium Romanum, quia niſi Dii proſpexiſſent, actum fuiſſet de imperio Romano. Poſſet etiam dici, quod Hannibal, quantum in ipſo fuit, ſepelierat cum conſule imperium Romanum, quia niſi fata reſtitiſſent, potuiſſet imperium Romanum extinxiſſe. Verum quia hæc dicit author ad reprehenſionem temeritatis conſulis, ſequar priorem expoſitionem. *Badius.*

6. *Flaminii*] Contigit A. U. DCXVI.

7. *In Hiſpaniam.*] Quia duxit exercitum contra Numantinos.

8. *Lavinii.*] Legitur & *Lanuvii.* Quæ eſt urbs Latii, ubi Junonis Soſpitæ fanum CC. plus minus ab Urbe ſtadiis, hoc eſt XXV. m. p. fuiſſe ex Diodori XIV. conjicitur, ubi ait Marcium (locum ſic dictum haud procul hinc, teſte Livio l. VI.) totidem à Roma diſtare. Aliud autem

ſacrificium facere vellet, [1] pulli cavea emiſſi in proximam ſilvam fugerunt, ſummaque diligentia quæſiti reperiri nequiverunt. Cumque ab [2] Herculis portu, quo pedibus pervenerat, navem conſcenderet, talis vox ſine ullo auctore ad aures ejus pervenit, Mancine mane. Qua territus, cum itinere converſo [3] Genuam petiſſet, & ibi in [4] ſcapham eſſet ingreſſus: anguis eximiæ magnitudinis viſus è conſpectu abiit: Ergo numerum prodigiorum numero calamitatum æquavit, [5] infelici pugna, [6] turpi fœdere, [7] deditione funeſta.

8. [1] Mi-

autem opidum Lanuvium & Lavinium, nam ut autor eſt Celſus Cittadinus Anglerius, Lavinium propius eſt mari inter Oſtiam, Ardeam, & Veliternum, & nunc vulgo nominatur *Civita Lavina*, & diſtat ab urbe fere xx. m. p. Lanuvium vero eſt propius Viam Appiam, inter Albanum, Ariciam, & Ardeam, & vocatur vulgo *Civita Indovina*, & ab Urbe diſtat xv. m. p. Vide & Scholia Sigonii in Livii l. VIII. & Urſinum de familiis in Papia Gente. *Ortel.*

Lavinii.] Ita MSS. Codices legunt. Recte. Pullos enim avolâſſe in proximam ſylvam ſcribit Valer. & Jul. Obſequens, in ſylvam nimirum Laurentinam, quæ Lavinii erat, non Lanuvii. Vide quæ nos de Lavinis in anno urbis ccccxv. in Magiſtratuum Annalibus. *Pighius.*

1. *Pulli cavea.*] Romani moris fuit, teſte Servio, quod in comitiis agendis & bellis gerendis pullaria captarentur auguria.

2. *Herculis portu.*] Videlicet de Liguria, ubi portus eſt Herculis Monœci. Ideo putant Herculem ſic dictum, vel quod pulſis omnibus illic ſolus habitavit, vel quod in ejus templo nunquam Deorum quiſpiam ſic colitur, ſicut in templo Jovis colitur Minerva & Juno, in templo Veneris Cupido. Strabo de Liguribus loquens, ait: *Monœcus praeterea portus ſtatio quædam eſt, non magnarum, non multarum capax navium, templum habens Herculis cognomine Monœci, quoniam is in eo habitat ſolus.* Oliver.

3. *Genuam.*] Liguriæ urbs, hodieque nomen retinet. Januam ſequioris ætatis autores, inter quos Luitphrandus, appellant.

4. *Scapham.*] Scaphæ, teſte Nonio, naviculæ ſunt, quæ majores naves conſequuntur. Unde Jabolenus JCtus: *ſi navem*, inquit, *cum inſtrumento emiſti, præſtari tibi debebit ſcapha navis.* Cæſar in commentariis: *Quod cum animadvertiſſet Cæſar, ſcaphas longarum navium, item ſpeculatoria navigia militibus compleri juſſit.* Sane crebra eſt apud auctores ſcapharum mentio: nunc vulgo pro *ſcapha*, noſtri nautæ *ſcyphum* appellant, ſic quidem & ab eruditis putatur. Sed certe & *ſcyphus* nomen eſt navigii. Id quod Aurel. Macrobius vir multæ eruditionis apertiſſime oſtendit Sat. v. Sunt & qui ſcaphas Liburnis aſſociari dicant, exploratoriaſque vocari, ut eſt apud Vegetium. Sunt & qui ab Illyricis inventas tradant. Sane venter navis *ſcapha* antiquis dicebatur, teſte Suida. *Gyrald.*

5. *Infelici pugna.*] Quia victus eſt cum ingenti multitudine à paucis: nam fuere xxx. milia Romanorum à IV. milibus Numantinorum ſuperata. Livius lib. LV.

6. *Turpi fœdere.*] Quia ſe in hoſtium poteſtatem dedidit, & injuſſu populi Romani fœdus iniquis conditionibus fecit cum Numantinis.

7. *Deditione funeſta.*] Quia Senatus

8. [1] Minus miram in homine parum conſiderato temeritatem Ti. Gracchi graviſſimi civis triſtis exitus, & prodigio denuntiatus, nec evitatus conſilio, facit. Procoſ. enim cum in [2] Lucanis ſacrificaret, [3] angues duo ex occulto prolapſi, repente hoſtiæ, quam [4] immolaverat, adeſo jocinore, in eaſdem latebras ſe retulerunt. Ob id deinde factum, inſtaurato ſacrificio, idem prodigii evenit. Tertia quoque cæſa victima, diligentiuſque aſſervatis extis, neque allapſus ſerpentum arceri, neque fuga impediri potuit. Quod quamvis aruſpices ad ſalutem Imperatoris pertinere dixiſſent; Gracchus tamen non cavit, ne [5] perfidi [6] hoſpitis ſui Flavii inſidiis, in eum locum deductus, in quo Pœnorum dux Mago cum armata manu delituerat, inermis occideretur.

9. [1] Et

cenſuit ut hoſtibus traderetur, & populus Romanus religione ſolveretur.

1. *Minus miram, &c.*] Contigit A. U. DXII.

2. *Lucanis.*] Ager Lucanus Apuliæ conterminus fuit juxta Bardanum amnem. Lucanos hoſpitales & juſtos vocavit Heraclides de Rebuspublicis. A Samnitibus originem traxiſſe autores ſunt Plin. lib. III. c. v. & Strabo lib. v. eoſque Oenotriis ejectis eorum ſedem invaſiſſe tradit, atque eos cum Brutiis & generis ſui autoribus Samnitibus ita bellorum cladibus attritos docet, ut eorum oppida diſtinguere difficile ſit. Terminos tamen Lucanis ſtatuit ad Tuſcum mare, ſimul cum aliis auctoribus, à Picentinis Silarum, à Brutiis Lacum amnem. Ad ipſum quoque Silari oſtium celebre Junonis Argivæ templum olim ab Jaſone conditum fuiſſe idem memorat. quanquam templum hoc Plin. lib. III. cap. v. ad dextram ponit ripam, in Picentinorum agro. *Cluver.*

3. *Angues duo.*] Multa prodigium faciunt: nam anguis eſt ſubdolum & callidum animal; quod ſignificat hoſtes futuros callidos & aſtutos: jecur præterea membrum vitale eſt, quod mortem Conſuli prædicebat: quod in latebras ſe contulerit, ſignificabat fore ut in inſidiis hoſtes deliteſcerent. *Oliver.*

4. *Immolaverat.*] Qui ſacrificabant victimis jam mactandis molam ſalſam ſolebant inſpergere.

5. *Perfidi.*] Cum apud majores jura hoſpitii ſervata & inviolata fuiſſent. Virgilius:

Juppiter, hoſpitibus nam te dare jura loquuntur.

6. *Hoſpitis ſui Flavii.*] Hoſpes autem fuit Flavius Lucanus, caput ejus partis, quæ cum Romanis ſtabat. nam Lucanorum pars ad Hannibalem defecerat. is mutata voluntate locum gratiæ quærens apud Pœnum, neque tranſire, neque trahere ad defectionem Lucanos ſatis habuit, niſi Imperatoris Romani, & ejuſdem hoſpitis proditi capite & ſanguine fœdus cum hoſtibus ſanxiſſet. Convenit enim cum Magone Carthaginienſium duce, ut ſi Rom. tradidiſſet Imperatorem, liberi cum ſuis legibus in amicitiam Lucani venirent, cujus rei data acceptaque fide Gracchum invitat ad reliquam Lucaniæ partem in deditionem accipiendam, quam à Pœnis

9. [1] Et conſulatus collegium, & erroris ſocietas, & par genus mortis à Ti. Graccho, ad [2] Marcelli memoriam me trahit. Is captarum [3] Syracuſarum, & Annibalis ante [4] Nolana mœnia à ſe primum fugere coacti, gloria inflammatus, cum ſummo ſtudio niteretur, ut [5] Pœnorum exercitum aut in Italia proſterneret, aut Italia pelleret; ſolennique ſacrificio voluntates Deorum exploraret; quæ [6] prima hoſtia [7] ante foculum decidit, ejus jecur [8] ſine capite inventum eſt: proxima caput jocinoris duplex habuit. Quibus inſpectis aruſpex triſti vultu, non placere ſibi exta, [9] quia prima tam triſtia, ſecunda nimis læta apparuiſſent, reſpondit. Ita monitus M. Marcellus ne quid temere conaretur; inſequenti nocte ſpeculandi gratia cum paucis egredi auſus, à multitudine hoſtium in [10] Brutiis circumventus, æque

magnum

nis defecturam pollicebatur, ſi modo Imperatorem Romanum vidiſſent, nam antea partem maximam cœperat. Gracchus igitur verbis hoſpitis fraudem abeſſe credens, cum lictoribus & turba equitum è caſtris profectus, duce hoſpite in inſidias ſe præcipitavit. *Oliv.*

1. *Et Conſulatus.*] Conſules in Apulia Q. Criſpus, & M. Marcellus Hannibali ſe oppoſuerant cum copiis Bello Pun. II. tumulus erat ſylveſtris inter Punica & Romana caſtra à neutris primo occupatus, quia Romani, qualis eſſet pars ejus quæ vergeret ad hoſtium caſtra, ignorabant, quem Hannibal inſidiis captandis aptiorem eſſe crediderat, itaque nocte ad id miſſas aliquot Numidarum turmas medio in ſaltu condiderat, Romanos occupandi loci cupiditas inceſſit, ne ſi occupatus ab Hannibale foret in cervicibus haberent hoſtem: itaque Conſules cum paucis equitibus exploratum profecti, in inſidias præcipitantur, ubi Marcellus pugnando fortiter cecidit, Criſpus graviter ſaucius evaſit. Contigit A. U. DXXXIX.

2. *Marcelli.*] Marcellus primus fuit, qui ad Nolam Hannibalem vinci poſſe docuit, & cum exercitu deleri. Hic quoque fuit ex tribus unus, qui ſpolia opima Jovi Feretrio conſecravit, cæſo Virodomaro Gallorum rege.

3. *Syracuſarum.*] Vide ſupra pag. 14.

4. *Nolana.*] Vide ſupra pag. 60.

5. *Pœnorum, &c.*] Contigit A. U. DXLV.

6. *Prima hoſtia.*] Hoſtia immolabatur, antequam ad hoſtes proficiſcerentur, victima poſt partam victoriam, cum Diis gratias agerent, dicta victima, quod victi ſint hoſtes. *Oliver.*

7. *Ante foculum.*] Ubi aſſervabatur ignis ad ſacrificii uſum.

8. *Sine capite.*] Prima & eminentiſſima parte. Jecur ſubter quidem concavum, ſupra & extrinſecus prominens in fibras quinque (Græci λόβους appellant) diſſectum.

9. *Quia prima tam triſtia, ſecunda nimis læta.*] Alii: *Quia prima trunca, &c.* In uno MS. ſic: *Quia prima tam triſtia, ſecunda tam læta apparuiſſent.* Lego itaque, *tam trunca.* Item Livius primo trunca & turpia exta, dein nimis læta dicit fuiſſe. In Gemblacenſi cod. ſic: *Quia ſecundum truncatam læta.* Pighius.

10. *Brutiis.*] Vide de iis Juſtin. libro XXXIII.

magnum dolorem, ac detrimentum patriæ, interitu ſuo attulit.

10. Jam & [1] Octavius conſul dirum omen quemadmodum timuit, ita vitare non potuit: Ex ſimulacro enim Apollinis per ſe abrupto capite, & ita humi ut evelli nequiret, armis à collega ſuo Cinna diffidens, præſumpſit animo ea re ſignificari exitium ſuum, in quod metu augurii, triſti fine vitæ incidit: ac tum demum immobile Dei caput terra refigi potuit.

11. [2] Non ſinit nos M. Craſſus inter graviſſimas noſtri impe-

bro xxxiii. Dicti à Brutia muliere, quæ Diooyſii milites prodiderat. Diodorus lib. xvi. ideo Brettios appellatos dicit, tanquam fugitivos Lucanorum. Limites ad Hetruſcum mare Laris amnis, ad Siculum mare & Tarentinum Sybaris Fl. *Cluverius.*

1. *Octavius conſul.*] Non ille qui Auguſtus poſtea dictus eſt, ſed collega Cinnæ in conſulatu. *Badius.* *Octavius conſul.*] Octavius & Cinna Conſules fuerunt. Sed Cinoa conſulatum taoquam tyrannidem exercens, ſæviebat in cives, & legem ferre volebat de revocandis, quos Senatus hoſtes judicaverat, & hoc modo tyranoidem affectabat. Octavius vero huic adverſabatur, & ejus conatibus ſumma ope reſiſtebat: igitur cum inter ſe tantopere diſſentirent, & Octavium pars melior civitatis ſequeretur, ex urbe pellitur Cinna; quo ejecto, Cor. Merulam in ejus locum ſubſtituére patres. Eadem tempeſtate Marius è civitate pulſus à Sylla, in Hiſpania iogentes copias comparaverat, qui, ut Cinnam audivit ejectum ex urbe, ad eum ſtatim legatos de conjungendis exercitibus miſit, Cinna ſe id facturum libenter reſpoodit, ad hæc velle Marium legionibus præeſſe, utpore qui belli dux periſſimus eſſet. Marius negat ſe privatum Cooſuli præferri oportere, cæterum nihil quod ad priſtioam dignitatem recuperandam pertineat, prætermiſſurum. Igitur in Italiam traductis copiis, quas in Hiſpaoia contraxerat, Marius Cinnæ coojungitur, exercitum ad urbem ducunt, ſed primo Oſtiam, quæ octo milibus paſſuum diſtat ab urbe, poſt Aventinum capiunt, poſtremo exercitum ad urbem ducunt. Cinna Octavium pro tribunali ſedentem obtruncat, caput ejus Roſtris affigit, multi & alii nobiliſſimi cives cæduntur, inter quos & M. Aotonius Orator, cujus caput diu manibus pertractarum Marius menſæ appoſuit, & cum aliis poſtea roſtris affixit. *Oliver.* Contigit A. U. DCLXVII.

2. *Non ſinit nos.*] Cum tres Romani Priocipes quadam ioter ſe conſpiratione conveniſſeot, ut conflatis opibus rempublicam pro ſua voluntate verſareot, provioeias inter ſe partiti ſuot, ita ut Galliam Cæſar, Italiam Pompeius, Parthiam Craſſus obtineret: ſed Parthia provioeia facta eſt, nulla intercedente belli cauſa: neque enim Parthi populum Romaoum ulla injuria laceſſiverant, verum quia Craſſus audiverat, Arſacidem, vel, ut alii dicunt, Orodem Parthorum regem auri & argeoti locupletiſſimum eſſe, inhians ejus opibus, noo prius agere deſtitit cum Cæſare atque Poorpeio, quam obtinuit ut ea ſibi provincia decerneretur, ſperans inde ſe locupletem rediturum magis, quam glorioſum. Conſtat enim Craſſum civem fuiſſe avariſſimum. Cicero lib. III. de Fin. bon. & mal. *Rectius*, inquit,

imperii jacturas numerandas, hoc loco de ſe ſilentium agere: plurimis & evidentiſſimis ante tantam ruinam monſtrorum pulſatus ictibus.

Ducturus erat à [1] Carrhis adverſus [2] Parthos exercitum, ei [3] pullum traditum eſt [4] paludamentum; cum in prœlium exeuntibus album, aut purpureum dari ſoleret: Mœſti & taciti milites [5] ad principia convenerunt, qui * vetere inſtituto

inquit, *dives, quam Craſſus, qui niſi eguiſſet, nunquam Euphratem nulla belli cauſſa tranſire voluiſſet. Sed res ipſi præter ſpem & opinionem evenit: cum enim in Parthiam duxiſſet exercitum, infeliciter pugnans obtruncatur, & obtruncati caput regi offertur, quod habuit ille ludibrio: nam ferunt aurum liquidum cum hac exprobratione infudiſſe:* Aurum ſitiſti, aurum bibe. *Utpote qui ſemper divitiarum ſtudioſiſſimus fuiſſet, ita ut divitis cognomen acciperet.* Unde Florus, *Caput*, inquit, *Craſſi reciſum cum dextera manu ad regem deportatum, ludibrio fuit; neque indigne: aurum enim liquidum in rictum oris infuſum eſt, ut cujus animus arſerat auri cupiditate, ejus etiam mortuum & exangue corpus auro ureretur.* Alii tamen dicunt, quod veritati magis accedit, Parthorum regem edixiſſe, quicunque caput ad ſe Craſſi detuliſſet, ei ſe tantundem auri repenſaturum, & ex eo calliditate ingenii militem uſum, evacuato cranio plumbum liquidum inſtillâſſe, & hanc calliditatem regem probâſſe. *Oliver.* Contigit A. U. DCC.

1. *Carrhis.*] Eſt Meſopotamiæ urbs Ptolemæo, Zozomeno, aliis. Diodorus ad Chaboram Fluvium ſtatuit. Craſſi ſunt nobilitatæ cæde. Urbs nomen accepit à Carrha Syriæ flumine, auctore Stephano. Heron nunc appellatur, ſi D. Nigro fides.

2. *Parthos.*] Parthi iidem cum Perſis pro varietate dialectorum, juxta Teixeram.

3. *Pullum.*] Id eſt, nigrum & atrum. Virgilius:

Rejice, ne maculis infuſcet vellera pullis.

Juvenalis:

Pullati proceres.

Hoc eſt, atra veſte induti.

4. *Paludamentum.*] Hæc appellatio propria eſt Imperatoriæ veſtis: quamquam & tribuitur aliquando aliis etiam militibus. Forma paludamenti erat, ut extrema longitudinis eſſent utrinque anguſta, imis latioribus. Color ejus eximius, & quidem è cocco. Erat etiam album, quo interdum uſi, ſed rarius, crebrius cocceo. Imperatores inter vota & immolationes exibant, & tunc veſtem hanc capiebant: quæ profectio etiam celebris eſſe ſolebat frequentia deducentium proſequentiumque. *Lipſ.* Paludamentum, teſte Nonio, eſt veſtis, nunc chlamys.

5. *Ad principia.*] *Principes* appellantur, qui in ſecunda acie locantur: nam cum Velites primi ita leviter prœlium committant, ut qui primum hoſti cedant, eorum cum hoſte congreſſus dignus non eſſe videtur, quæ pugna appelletur; unde principia, id eſt, principes ſubſequentes inſignes armis viribuſque ferocius pugnant, hique primam pugnam committere dicuntur. Ergo ad principia, hoc eſt, ad primam aciem, quæ poſt Velites & Ferentarios remanet, eo quod ipſi pugnam revera incipiant: nam Velitum præludium magis quam pugna eſſe videbatur. Terentius:

Ego vero poſt principia omnibus ſigna dabo.

Secunda acies erat principum, ſive haſtatorum, tertia ſubſidiariorum. *Oliv.*

ſtituto cum clamore alacri accurrere debebant. [1] Aquilarum altera vix convelli à [2] primipilo potuit: altera ægerrime extracta in contrariam, ac ferebatur, partem ſeipſa convertit. Magna hæc prodigia: ſed & illæ clades aliquanto majores, tot pulcherrimarum legionum interitus, tam multa ſigna hoſtilibus intercepta manibus, tantum Romanæ militiæ decus Barbarorum obtritum equitatu, [3] optimæ indolis filii cruore paterni reſperſi oculi, corpuſque imperatoris inter promiſcuas cadaverum ſtrues, avium ferarumque laniatibus objectum: [4] Vellem equidem placidius, ſed quod relatu verum eſt. Sic Dii ſpreti excandeſcunt: Sic humana conſilia caſtigantur, ubi ſe cœleſtibus præferunt.

12. Cn.

* *Vetere inſtituto.*] De quo Livius libro IV. poſt Polybium, qui lib. XV. hoc inſtitutum ab illo verſu Homerico,

Οὐ γὰρ πάντων ἦεν ὁμὸς θρόος οὐδ' ἴα γῆρυς, deducit. *Colerus.*

1. *Aquilarum.*] Aquila, ut notum, eſt ſignum militare.

2. *Primipilo.*] Primipilus erat caput & ductor omnium centurionum. Etiam in collegam ſuum ſiniſtrum Primipilum, jus aliquod habebat. Nam hæc de dextro accipienda & ſummo, niſi tamen imperium hoc habuère per vices. Imperabat quidem ſuæ duntaxat centuriæ, ſed quia mandata Imperatoris, aut Tribunorum ſæpe per illum edebantur in vulgus, etiam in acie, in agmine illum aſpectabant, & ad ejus nutum ſiſtebant, aut procedebant, ideo quia Aquilam regebat, primum ſignum. Et ita præerat Aquilæ, ut etiam ſub iter ipſe evelleret refixam, & ſignifero ſuo in manus daret: quinetiam in ipſa acie aſſiſtebat, & tuebatur. Quia igitur Aquila in Primipili tutela, & ei velut aſſignata, inde manavit, ut Aquila pro ipſo illo munere & Primipilatu uſurparetur. Huic muneri non modo dignitas, ſed & opes adjunctæ. In Codice Juſtiniani & Theodoſii, Primipili munus miniſterium magis fuit, quam honos: ſic enim dicti, qui ad paſcendos milites ſolenniter ad limitem deſtinantur. *Lipſ.* Ideo autem *Primipilum* pro adminiſtratione militaris annonæ uſurpari cœpit, quia Primipili centurionibus mandabatur, ut eam annonam ſuis militibus præberent, eoſque bene curatos Reip., cum uſus foret, præſtarent. l. 3. l. 7. & 8. C. de Coh.

3. *Optimæ indolis.*] L. Craſſus dicebatur. Hic bello Gallico ſub Cæſare militans, multa facinora virtutis ediderat, & cum pater in hanc expeditionem proficiſceretur, eum à militia Cæſaris excivit, cum ægre Cæſar illum dimitteret, quem ante conſpectum patris cæſum fuiſſe conſtat. *Oliver.*

4. *Vellem equidem placidius, ſed quod relatu verum eſt.*] Nec Badius, nec Glareanus ſemet plane hic explicant; abrupta enim & obſcura eſt ſententia. Tria exemplaria, Suſianum, Gemblacenſe & Campenſe, uno addito vocabulo, *quod*, textum illuſtrant. Vulgo, *Sed relatu verum eſt.* Hoc eſt: Vellem quidem placidius ac levius me de his poſſe loqui, ſed quod relatu verum. *Pighius.* *Vellem, &c.*] Vellem, inquit Valerius, hanc cladem placidius dicere poſſe, ſed omiſſis

12. Cn. etiam Pompejum Jupiter omnipotens abunde monuerat, ne cum C. Cæſare [1] ultimam belli fortunam experiri contenderet; egreſſo à [2] Dyrrachio adverſa agmini ejus fulmina jaciens, [3]examinibus apum ſigna obſcurando, ſubita triſtitia implicatis militum animis, [4]nocturnis totius exercitus terroribus, ab ipſis altaribus [5] hoſtiarum fuga: ſed invictæ leges neceſſitatis, pectus alioqui ab amentia remotum, prodigia iſta juſta æſtimatione perpendere paſſæ non ſunt. [6] Itaque dum ille elevat auctoritatem ampliſſimam, & [7] opes privato faſtigio excelſiores, omniaque ornamenta, quæ [8] ab ineunte adoleſcentia ad invidiam uſque contraxerat, ſpatio [9] unius diei confregit. Quo conſtat [10] in delubris Deûm, ſua ſponte ſigna converſa: militarem clamorem,

omiſſis gratioſis verbis cogor vera fateri. *Oliv. Vellem equidem placidius.*] Subintellige, *Dii puniiſſent.*

1. *Ultimam belli fortunam.*] Quia de ſumma rerum pugna iſta fuit, ubi cum univerſo exercitu fortunam belli expertus eſt.

2. *Dyrrachio.*] Vide ſupra pag. 55.

3. *Examinibus apum.*] Lucanus:

Nec non innumero cooperta examine ſigna.

Quod prodigium ſignificabat multitudinem nocituram eſſe Pompeio. Unde Vegetius de re militari: *Nil magis obfuit Pompeio, quam exercitus numeroſa copia: quod etiam ſenſiſſe fertur. Dixit enim, nihil aliud portendere apes, quam numeroſam militum copiam.* Oliv.

4. *Nocturnis.*] Conſtat flammam quandam clariſſimam in caſtris Pompeii emicuiſſe in Cæſaris caſtra vergentem, quæ ſignificabat magnam Pompeii gloriam ad Cæſarem tranſituram, ex eoque terrorem injectum univerſo exercitui, qui & aliis viſis monſtris territus eſt. *Oliver.*

5. *Hoſtiarum fuga.*] Lucanus:

Admotus ſuperis diſcuſſa fugit ab ara Taurus. ——

Nam cum altaribus hoſtias admoviſſet, illæ ſtatim fugam proripuerunt. *Idem.*

6. *Itaque dum ille elevat.*] Namque ex autoritate ſua Pompeius cum Cæſare pugnam ſuſcepit. Senatus enim prodigiis cedendum eſſe dicebat. *Oliv. Elevat.*] Adhuc magis in altum tollit propriam autoritatem.

7. *Opes privato.*] Pompeii opes jam incœperant majores eſſe quam civicæ; neque enim contentus erat cum cæteris æquo jure vivere, ſed omnes opibus ſuperare volebat.

8. *Ab ineunte adoleſcentia.*] Adhuc adoleſcens, antequam conſul eſſet, de Africa triumphavit, quod nulli Romano ad eum diem contigiſſe legitur.

9. *Unius diei.*] Sc. in acie Pharſalica.

10. *In delubris.*] Julius Celſus lib. de Bell. Civ. prodigia iſta commemorat. Dicit enim: *Elide in templo Minervæ repetitis atque enumeratis diebus, quo die prælium ſecundum Cæſar fecit, ſimulachrum Victoriæ, quod ante ipſam Minervam collocatum erat, & ad ſimulachrum Minervæ ſpectabat, ad valvas ſe templi limenque convertiſſe: eodem die Antiochiæ in Syria bis tantus exercitus clamor & ſignorum ſonus exauditus eſt, ut in muros armata civitas diſcurreret.*

morem, ſtrepitumque armorum, adeo magnum [1] Antiochiæ, & [2] Ptolemaide auditum, ut in muros concurreretur: ſonum tympanorum [3] Pergami abditis delubris editum: palmam viridem [4] Trallibus [5] in æde Victoriæ, [6] ſub Cæſaris ſtatua inter coagmenta lapidum juſtæ magnitudinis enatam: Quibus apparet cæleſtium numen & Cæſaris gloriæ faviſſe, & Pompeii errorem inhibere voluiſſe.

13. [7] Tuas aras, tuaque ſanctiſſima templa, Dive Juli, veneratus oro, ut propitio ac faventi numine tantorum caſus virorum ſub tui exempli præſidio ac tutela deliteſcere patiaris. [8] Te enim accepimus eo die, quo * purpurea veſte

Hoc idem Ptolemaide accidit. Pergami in occultis & reconditis templis, quo præter ſacerdotes adire nefas eſt, quæ Græci adyta appellant, tympana cecinerunt. Item Trallibus in templo Victoriæ, ubi Cæſaris ſtatuam conſecraverant, palma per eos dies intecta inter coagmenta ex pavimento extitiſſe oſtendebatur. Oliv.

1. *Antiochiæ.*] Quæ civitas eſt in Syria, quam condidit Seleucus Antiochi filius. Sexdecim alioqui urbes condidiſſe à nomine Antiochi Seleucum Antiochi filium Appianus in Syriacis autor eſt.

2. *Ptolemaide.*] Quæ civitas eſt Pentapoleos inter Ægyptum & Africam, olim, teſtibus Servio & Strabone, Barce appellata.

3. *Pergami.*] Pergamum Thraciæ urbs mediterranea Ptolemæo, Pergamus autem Phrygiæ Majoris urbs eidem & Joſepho 11. Bell. Jud. cap. 16. Sicuti autem Phryges cum Germaniſmo multa communia habuiſſe facile probari poteſt, tum ex Herodoto lib. 11. Platone in Cratylo, Clemente Alexandrino, ita ipſum hoc civitatis nomen hoe ſatis indicat. A monte enim (*Berg* Germanis) Pergamum dictum.

4. *Trallibus.*] Urbe Lydiæ aut potius Phrygiæ In finibus Cariæ: nam in utriſque ſunt Tralles. *Badius.*

5. *In æde Victoriæ.*] Vid. ſup. pag. 32.

6. *Sub Cæſaris ſtatua.*] Trallenſes Cæſari ſtatuam quandam erexerant, ſub qua per juncturas lapidum pavimento palmam pullulâſſe conſtat *Oliv.* *Sub Cæſaris ſtatua.*] Julius Obſequens, verbis Valerii Plutarchus, Dio, ipſe Cæſar. Philippus Poëta Epigrammatarius laurum enatam non palmam ſcribit:

Φοῖβον ἀνηναμένη ποτὶ δάφνη, τὴν ἀνέτειλε
Καίσαρος ἐκ βωμοῦ κλῶνα μελαμπέταλον.

Sed Philippus nihil penſi habuit, modo Victoriæ ſignum poneret. *Colerus.*

7. *Tuas aras.*] Hic aperte Cæſari adulatur, conſtat enim ab Auguſto fuiſſe Cæſari dedicatas aras & templum: ergo non ſine adulatione commemorat Cæſarem fuiſſe temerarium, quod & ipſe contemptis prodigiis in periculum ſuum corruerit, ideo veniam petit, ſi contra eum dicturus ſit. *Oliv.* Contigit A. U. DCCX.

8. *Te enim accepimus.*] Cum Senatus novos & inuſitatos honores Cæſari decreviſſet, die ſtatuto, quo accepturus eos in Senatum venturus erat, ſacrificavit, nec cor victimæ, quam immolabat, inventum eſt. Reſponſum itaque eſt ab Aruſpice id prodigium ad ſalutem ejus pertinere: itaque cum Cæſar in Senatum ire recuſaret, Decius Brutus,

veſte velatus aurea in ſella conſediſti, ne maximo ſtudio ſenatus exquiſitum, & delatum honorem ſpreviſſe videreris: prius quam exoptatum civium oculis conſpectum tui offerres, [1] cultui religionis, in quam mox eras tranſiturus, vacaſſe: mactatoque opimo bove cor in extis non reperiſſe: ac reſponſum tibi à [2] Spurinna aruſpice, pertinere id ſignum ad vitam & conſilium tuum, quod utraque hæc corde continerentur. Erupit deinde eorum [3] parricidium, qui

Brutus, qui autor & princeps conjurationis erat, inſtabat, & monebat, ac liberius arguebat non decere Senatum univerſum pro uno, & eo cui magnificentiſſimos honores demandare velit, nequicquam convocatum eſſe: ſuſpicionem eo die tantæ inſolentiæ aufugeret: itaque Cæſar perſuaſus in Senatum venit, ubi, teſte Suetonio, tribus & triginta plagis interfectus eſt. Honores autem quos illi Senatus decreverat, erant, ut perpetuo Dictator eſſet, ut omnibus provinciis niſi Italiæ præeſſet, ut terra marique coronam geſtaret præterquam in Italia. Suetonius alia præter hæc prodigia apparuiſſe commemorat, Cæſaris futuram cædem ſignificantia, ut illud, cum Capuæ everterentur lege Julia vetuſtiſſima ſepulchra, tabula ænea in monumento, in quo dicebatur Capys conditor Capuæ ſepultus, inventa eſt, literis verbiſque Græcis hac ſententia: quando oſſa Capyis detecta eſſent, fore ut Iülo prognatus manu conſanguineorum necaretur, magniſque mox Italiæ cladibus vindicaretur. Cujus rei, ne quis fabuloſam aut commentitiam putet, autor eſt Cornelius Balbus familiariſſimus Cæſaris. Rurſus illud: Equorum greges quos in trajiciendo Rubicone flumine conſecraverat, ac vagos & ſine cuſtode dimiſerat, comperit pertinaciſſime ſe à pabulo abſtinere, ubertimque flere, quod Virgilius tetigiſſe videtur in Ecloga Daphnidis, &, ut quidam volunt, deplorat, cum dicit:

Non ulli paſtos illis egêre diebus
Frigida Daphni boves ad flumina, nulla neque amnem
Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

Item aliud immolante Aruſpice, avem regaliolum cum laureo ramulo Pompejanæ curiæ ſe inferentem volucres varii generis ex proximo nemore proſecutæ ibidem diſcerpſerunt. *Oliv.*

* *Purpurea.*] Triumphali.

1. *Cultui religionis.*] Ideo dixit, quia poſt mortem in Deorum numerum tranſlatus eſt, ergo religionis, in quam tranſiturus eras: quemadmodum tu eo die ſacrificabas, ita tibi paulo poſt quoque ſacrificandum erat in numerum Deorum relato. *Oliv.*

2. *Spurinna aruſpice.*] Spurinna prædixerat Cæſari diem mortis ſuæ, ut caveret: erant autem Idus Martiæ, hoc eſt, à Kalendis uſque ad Idus. nam omnes illos dies ei periculoſos eſſe prædixerat. Unde legitur, quod cum Idus adveniſſent ſine ulla noxa ſua, Spurinnam irridens, & tanquam falſum vatem redarguens Cæſar, dixit: Adſunt Kalendæ, ô Spurinna: cui, adſunt quidem, reſpondit, ſed nondum præterierunt. Item cum in Capitolium iret Cæſar multitudine ſtipatus, dixiſſe Spurinnam ferunt: Sol tendit ad occaſum: qui reſpondiſſe dicitur, Sol bene tendit. *Oliv.*

3. *Parricidium.*] Scilicet Bruti & Caſſii, & aliorum, qui manus intulerunt Cæſari, maximè Caſſii, qui primus letale vulnus inflixit.

qui dum te hominum numero ſubtrahere volunt, Deorum concilio adjecerunt.

EXTERNA.

Claudatur hoc exemplo talium oſtentorum domeſtica relatio, ne ſi ulterius Romana apprehendero, è cæleſti templo ad privatas domos, non conſentaneos uſus tranſtuliſſe videar. Attingam igitur externa: quæ Latinis inſerta literis, ut [1] auctoritatis minus habent, ita aliquid gratæ varietatis afferre poſſunt.

1. In exercitu [2] Xerxis, quem adverſus Græciam contraxerat, equæ partu leporem editum conſtat, [3] eodem montem Athon vix tandem tranſgreſſo. Quo genere monſtri

1. *Auctoritatis.*] Minus ponderis apud nos, quia domeſtica exempla magis movent, quam externa. *Thyſ.* *Auctoritatis.*] Quam haberent, ſi Græca in ea forma, qua Græce ſcripta ſunt, recitarentur. *Badius.*

2. *Xerxis.*] Videtur poſt Cyrum nomen gentilitium fuiſſe Perſarum Regibus Ξέρξης & Ἀρταξέρξης, præter nomen, quod habebant ante Imperium. Omnes Reges, poſt illum Memorioſum, dictos Artaxerxas, ait Diodorus Siculus xv. Etiam Darius ab Alexandro victus, dicitur Artaxerxes Iacchiadæ ad Danielem xi. ℣ſ. 5. Ex אחשורוש autem, omiſſis gutturalibus, & ש, quod fieri ſolet, in ξ verſo fit Xvverx. Et quia vv durior eſt in media voce, etiam hæc à Græcis omiſſa, factum eſt Xerx, & cum Græca terminatione Xerxes. *Art* eſt additamentum quoddam honorificum, ut *Sha* apud Perſas poſteriores. Significat magnum, interprete Heſychio. *Scaliger, Grotius.* *Xerxis.*] Hoc exemplum traditur ab Herodoto.

3. *Eodem montem Athon vix tandem tranſgreſſo.*] Locus hic haud dubie corruptus ac diſturbatus eſt, cujus ſynceram lectionem ex Atrebatenſis collegii codice, ordinem ex Campenſi reſtituimus. Ex Herodoto namque liquet, non diu poſtquam Helleſpontum tranſiiſſet Xerxes cum copiis, prodigium leporis ex equa nati contigiſſe. Legendus eſt itaque locus hoc modo: *Leporem editum conſtat eodem montem Athon vix tandem tranſgreſſo. Quo genere monſtri, &c.* Pighius. *Montem Athon.*] Mons eſt Macedoniæ tantæ altitudinis, ut uſque ad inſulam Lemnon umbram protendere fingatur. Diſtat autem Lemnos à Macedonia LXXXVI. milibus paſſuum. Statius lib. v. Thebaïdos:

—— Ingenti tellurem proximus umbra
Veſtit Athon, nemorumque obſcurat imagine portum.

Hic igitur mons quanquam eſſet altitudinis admirandæ, ut ſupra diximus, tamen juſſu Xerxis, mille quingentis paſſibus abſciſſus eſt, & navigabilis factus, ut tradit Herod. Unde Juvenalis:

Velificatus Athos.

Structum etiam fuiſſe pontem ſupra mare Helleſponticum ab Abydo urbe Aſiæ uſque in Seſton urbem Europæ idem teſtatur Herodotus, quod & Lucanus tetigir, cum dixit:

Talis fama canit tumidum ſuper æquora Xerxem

Con-

monſtri [1] tanti apparatus ſignificatus eſt eventus. Nam qui mare claſſibus, terram pedeſtri operuerat exercitu, ut fugax animal, pavido regreſſu regnum ſuum repetere eſt coactus.

Prius quam [2] Athenas deleret, Lacedæmonis invadendæ conſilium agitanti, admirabile inter cœnam prodigium incidit. Infuſum namque pateræ ejus vinum, in ſanguinem nec ſemel, ſed iterum & tertio converſum eſt. Qua de re conſulti [3] Magi, monuerunt ut ab incepto abſtineret: & ſi quod veſtigium in vecordi pectore ſenſus fuiſſet, cavere potuiſſet, ante de [4] Leonida & Spartanis abunde monitus.

2. Midæ

Conſtruxiſſe vias, multum cum pontibus auſus,
Europamque Aſiæ, Seſtonque admovit Abydo,
Inceßitque fretum rapidi ſuper Helleſponti:
Non Eurus Zephyrumque timens, cum vela rateſque
In medium deferret Athon. ——
Oliver.

1. *Tanti apparatus.*] Quia, ſicut Demoſthenes tradit, quatuor milibus & ducentis navibus, & decies centenis militum inſtructus, Mardonio uni ex ducibus ſuis in Græcia relictis copiis, cum paucis admodum, exigua rate, utpote piſcatoria ſcapha, trepidus in ſuum regnum refugit: nam in Græciam alii alium numerum traduxiſſe ferunt. Ego vero totum exercitum fuiſſe legi quinquies mille millia & ducenta octoginta duo millia, quæ ſumma potius oſtentatione, quam fide digna, quum modum omnem excedere videatur. *Oliver.*

2. *Athenas.*] Quas relictas ab Athenienſibus, qui arma ferre poterant, Xerxes ſolo adæquavit, fugientibus in Lacedæmonem conſilio Themiſtoclis, & relictis imbellibus. *Idem.* *Athenas.*] Athenæ urbs nobiliſſima Græciæ, à Cecrope Ægyptio condita, juxta amnem Idiſſum, ingeniorum & eruditionis fons, quam ab Attio *Quadriurbam* appellatam ſcribit Feſtus, clariores, quam ut debeant indicari. Euripidi Ἑλλάδος Ἑλλάς, Græciæ Græcia, Diodoro κοινὸν πάντων ἀνθρώπων παιδευτήριον, Demoſtheni oculus Græciæ, Ariſtidi ſapientiæ Prytaneum dicitur. De qua Urbe vide *Athenas Atticas Meurſii.* Ἀθηνᾶ, ſive Minerva iis nomen dedit, Ἀθηνᾶ autem refert Hebræorum Adonai. *Thyſ.*

3. *Magi.*] Dicebantur apud Syrios ſapientes, vel quos Romani Augures appellant. מגש Syris indagatorem denotat. Tarich Muſulmannicum حكيم vocat, id eſt, ſapientem. Dicit enim جاماسب حكيم *Ghamasb* Sapientem, ubi forte legendum ماهاسب *Mahasb*, ita ut ſit Magus idem quod ſapiens.

4. *Leonida.*] Nam Leonidas Spartanorum rex cum trecentis militibus apud Thermopylas, Perſis in Græciam ex Aſia tranſeuntibus, occurrit, & ita cum Xerxis exercitu pugnavit, ut ipſum regem aliquoties à ſede ſua conſternatum in fugam converteret; ſed multitudine militum oppreſſi ſunt Spartani. Hæc Hiſtoria ſuo loco plenius tractabitur in cap. de Fortitudine. *Oliverius.*

1. Mida

2. [1] Midæ verò cujus imperio [2] Phrygia fuit ſubjecta, puero dormienti formicæ in os grana tritici congeſſerunt. Parentibus deinde ejus, quorſum prodigium tenderet, explorantibus, augures reſponderunt, [3] Omnium illum mortalium futurum ditiſſimum. Nec vana prædictio extitit:

1. *Midæ vero.*] De quo Poëtæ fabulati ſunt, quicquid manibus attigiſſet in autum converſum. Cic. *Midæ illi Phrygio, cum puer eſſet, dormienti, Formicæ in os grana tritici congeſſerunt, ditiſſimum fore prædicatum eſt: quod evenit.* Fuit autem hic Gordii filius, Phrygiæ Majoris rex, qui Ancyram urbem condidit, cujus Plinius & Ptolemæus meminêre. Cujus infinitæ opes in Proverbium abiêre. Notus ex Suida, Stephano, Ariſtophanis interprete, Juſtino, Ovidio, cui & *Berecynthius Heros* dicitur. Is ab Orpheo ſacris iniriatus Juſtino dicitur. *Midæ.*] Notiſſima eſt apud Græcos hiſtoria de Sileno à Mida ſatyro quondam capto: qui mitanda quædam & omnibus ignota illum docuerit. Oſtendebatur in Phrygia non procul Celænis fons quidam, Xenophonti viſus & narratus in primo Ἀναβάσ. ubi captum Silenum, quum loco aquæ vinum eſſet infuſum, fama publica tenebat. plurima autem apud Midæ aures, ut ait doctor Afer, philoſophatum eſſe hunc Silenum, pro certo habitum, quale illud apud M. Tullium in primo Tuſculanarum: *Fertur de Sileno fabella quædam: qui cum à Mida captus eſſet, hoc ei muneris pro ſua miſſione dediſſe ſcribitur: docuiſſe regem*, NON NASCI HOMINI LONGE OPTIMVM ESSE: PROXIMVM AVTEM QVAM PRIMVM MORI. Sed & de rebus Phyſicis arcana quædam à Sileno Midam κατηχηθῆναι, auctor Theopompus Chius, & ex eo alii multi. In his Strabo, Tertullianus, Ælianus, & Philoſtratus. Itaque doctiſſimus omnium Poëtarum Virgilius, carmen de principiis & conditu rerum & vetuſtiſſimis rebus aliis ſcriptutus, Sileno potius, quam alii ulli de tantis rebus diſſerendi parteis attribuit: quod qui temere à prudemiſſimo vate putant factum, imperiti ſunt, aque inepti. Midam vero etiam ipſum de Satyrorum genere fuiſſe, Philoſtrato, aliiſque placet. plures virum faciunt, Phrygiæ regem, ex Herodoto & Poëtis notiſſimum. *Caſaub.*

2. *Phrygiæ.*] Aſiæ Minoris regio, quæ apud Strabonem & Ptolemæum in majorem & minorem dividitur, minorem etiam Helleſpontiacam appellavit Strabo. Ex notitia quoque imperii Orientalis liquet Phrygias duas fuiſſe, Pacatianam & Salutarem. Plures populos olim Phrygiam comprehendiſſe, ex Claudiano liquet, cum dicit:

Finibus obliquis Lydi Piſidæque feroces,
Continuant Auſtrale latus: Gens una fuêre
Tot quondam populi, priſcum cognomen & unum
Appellata Phryges. ——

Phrygiam Joſephus Thogarma in S. Scriptura eſſe exiſtimat, quam & Hieroſolymitanus Barbariam appellavit, ſicut & Latini Scriptores. Unde Horatius:

Græcia Barbariæ lento colliſa duello,

Id eſt, Phrygiæ. Antiquitus Phryges Βρύγας juxta Herodotum appellati, quin & Brigantes appellatos putavit Stephanus. Etſi proprie Brigantes in Hibernia, Britanniaque, quorum ambotum meminit Ptolemæus. *Thyſius.*

3. *Omnium.*] Quia nullus propemodum fuit ante Midam, qui tantum auri omniumque divitiarum poſſidêret.

1. *Utili*

titinam Midas cunctorum pene regum opes abundantia pecuniæ anteceſſit: infantiæque incunabula [1] utili Deorum munere donata, onuſtis auro atque argento [2] gazis penſavit.

3. Formicis Midæ, jure meritoque apes Platonis prætulerim: illæ enim caducæ ac fragilis, hæ ſolidæ & [3] æternæ felicitatis indices extiterunt, dormientis in cunis parvuli labellis mel inſerendo. Qua re audita, prodigiorum interpretes ſingularem eloquii ſuavitatem ore ejus emanaturam dixerunt. At mihi quidem illæ apes non montem [4] Hymettum [5] thymi flore redolentem; ſed Muſarum [6] Heliconios colles omni genere doctrinæ virentes, Dearum inſtinctu

1. *Utili Deorum.*] Quia tritico nihil utilius. Quæ verba ſunt ſatis aperta, habent tamen ſenſum obſcurum: nam dubitem an intellexerit author Midam pro Deorum munere ab incunabulis ſuſcepto illis repoſuiſſe incunabula auro & argento referta, an potius Midam pro grano tritici ſibi in os congeſti auri & argenti vim coacervaſſe, & ita prodigio Deorum, facto ſuo reſpondiſſe. *Badius.*

2. *Gazis.*] Gaza lingua Perſica ſignificat apud Latinos divitias: ſicut enim ſub divitiarum genere intelligimus multas opes, ita lingua Perſica ſub nomine *gazæ* intelligimus maximas divitias.

3. *Æternæ felicitatis.*] Vis tanta eſt eloquentiæ, ut immortalem hominem efficere poſſit; nam Platonis nomen, ut videmus, viget apud omnes. Virtus enim, in cujus genere ponitur eloquentia, cum ſapientia conjuncta, eſt hominis certa poſſeſſio, quæ ſola clara æternaque habetur, ut nec eripi, nec ſurripi poſſit, non naufragio, non incendio amitti; non vi tempeſtatum, non impiorum perturbatione mutari, qua qui præditi ſunt, ſoli felices ſunt, ſoli divites, qui poſſident res fructuoſas & ſempiternas.

4. *Hymettum.*] Hymettus mons eſt Atticæ regionis, qui, teſte Solino, omnium Græcorum montium obtinet principatum, & floribus ſemper abundat. Ovidius:

Vertice de ſummo florentis ſemper Hymetti.

Pari ratione Juvenalis:

—— Dulcique ſenex vicinus Hymetto.

Ex hoc eodem monte marmorum cruſtæ, & trabes marmoreæ ſuccavabantur, dicente Horatio in Odis contra Mecænatem, qui in ædificando nimis ſumptuoſus eſſe videbatur:

Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar,
Non trabes Hymettiæ. Oliver.

5. *Thymi.*] Herbæ fragrantis, quâ veſcuntur avidiſſime apes. Unde in Bucolicis Maro:

Dumque thymo paſcentur apes, &c.

6. *Heliconios.*] Helicon mons eſt, ſecundum Plinium atque Solinum, Bœotiæ, eſt juxta Thebas, & auctore Strabone in lib. IX. Phocidi regioni vicinus locatus, procul à Parnaſſo circiter quindecim milia paſſuum, eique æmulus altitudine & circuitu, qui & ipſe Apollini quoque ſacer & Muſis eſt: unde *Heliconiades Muſæ* appellatæ ſunt. Lucretius:

Adde Heliconiadum comites, quorum
unus Homerus.

Non igitur collis eſt Helicon montis Parnaſſi, ut Servius ſenſit atque Tortellius, Muſis ſacratus. *Oliv.*

1. *Certis*

ſtinctu depaſtæ, maximo ingenio dulciſſima alimenta ſummæ eloquentiæ inſtillâſſe videntur.

CAP. VII.

DE SOMNIIS.

ROMANORUM.	EXTERNORUM.
1. *Artorii medici de Auguſto.*	1. *Annibalis Pœni.*
2. *Calpurniæ de Cæſare.*	2. *Alexand. Magni regis.*
3. *P. Decii, T. Manlii Coſſ.*	3. *Simonidis poëtæ.*
4. *Ti. Atii cujuſdam.*	4. *Crœſi Lydorum regis.*
5. *M. Ciceronis exulis.*	5. *Cyri Perſarum regis.*
6. *C. Sempronii Gracchi.*	6. *Himereæ mulieris de Dionyſio.*
7. *Caſſii Parmenſis.*	7. *Matris Dionyſii tyranni.*
8. *Aterii Rufi eq. Rom.*	8. *Amilcaris Pœni.*
	9. *Alcibiadis Athenienſ.*
	10. *Arcadis cujuſdam.*

SEd quoniam divitias Midæ, diſertumque Platonis ſomnum attigi, referam quam [1] certis imaginibus multorum quies adumbrata ſit.

1. Quem locum unde potius ordiar, quàm à Divi Auguſti ſacratiſſima memoria? Ejus medico Artorio [2] ſomnum capienti nocte, quam dies inſecutus eſt, quo in [3] campis Philippicis Romani inter ſe exercitus concurrêre, Minervæ ſpecies oborta præcepit, ut illum gravi morbo impli-

1. C*Ertis imaginibus.*] Quia exitus declaravit imagines illas Somniorum veras fuiſſe.

2. *Somnum capienti.*] Somnium autem ejuſmodi fuit: Cum in campis Philippicis exercitus duo ſtetiſſent Romanorum, hinc Octavii & Antonii, inde Bruti atque Caſſii, & proximo die manus eſſent conſerturi, Artorius Medicus Octavii ſomnium accepit, ut admoneret Octavium, ne poſtero die propter valetudinem in cubiculo jaceret: quod cum feciſſet, ab imminenti mortis periculo liberatus eſt; nam, captis forte caſtris, Brutiani milites Octavii tentorium ingreſſi, lecticam ejus, in qua illum cubantem eſſe putabant, gladiis transfixerunt. Fuit autem Octavius, ut inquit Suetonius, de duodecim Cæſaribus, ſomniorum obſervantiſſimus, ita ut nec ſuum, nec alienum contempſerit unquam. Dicit enim Philippenſi acie, quamvis ſtatuiſſet non egredi tabernaculo, egreſſus tamen eſt amici ſomnio monitus, ceſſitque res proſpere, quum captis caſtris ejus lectica, quaſi ſi ibi cubans remanſiſſet, concurſu hoſtium confixa atque lacerata eſt. *Oliv.*

3. *Campis Philipp.*] Id eſt, Pharſalicis.

implicitum moneret, ne propter adverſam valetudinem proximo prœlio non intereſſet. Quod cum Cæſar audiſſet, lectica ſe in aciem deferri juſſit: ubi dum ſupra vires corporis pro adipiſcenda victoria excubat, caſtra ejus à Bruto capta ſunt. Quid ergo aliud putamus, quam divino munere effectum, [1] ne deſtinatum jam immortalitati caput, indignam cæleſti ſpiritu fortunæ violentiam ſentiret?

2. [2] Auguſtum vero præter naturalem animi in omnibus rebus ſubtiliter perſpiciendis vigorem, etiam recens & domeſticum exemplum, ut Artorii ſomno obtemperaret, admonuit. Audiverat enim Divi Julii [3] patris ſui uxorem [4] Calpurniam nocte, quam is in terris ultimam egit, in quiete vidiſſe multis eum confectum vulneribus in ſuo ſinu jacentem, ſomniique atrocitate vehementer exterritam, rogare non deſtitiſſe, ut proxima die à Curia ſe abſtineret. At illum, ne muliebri ſomnio motus id feciſſe exiſtimaretur, ſenatum, in quo eì parricidarum manus allatæ ſunt, adire contendiſſe. [5] Non eſt operæ inter patrem & filium ullius rei comparationem fieri, præſertim divinitatis faſtigio conjunctos: ſed jam alter operibus ſuis aditum ſibi ad cœlum inſtruxerat; alteri vero longus adhuc terreſtrium virtutum orbis reſtabat. Quapropter ab hoc tantummodo impendentem mutationem ſtatus cognoſci, ab illò etiam deferri Dii immortales voluerunt, ut aliud cœlo decus daretur, aliud promitteretur.

3. [6] Illud etiam ſomnium magnæ & admirationis & clari fuit

1. *Ne deſtinatum.*] Quia etiam vivus templa meruerat, ut Horatius:
Præſenti tibi divinos largimur honores,
Jurandaſque tuum per nomen ponimus aras. Oliver.

2. *Auguſtum, &c.*] Contigit A. U. DCCIX.

3. *Patris ſui.*] Nam Auguſtus Cæſaris adoptivus filius fuit.

4. *Calpurniam.*] Calpurnia uxor imaginata collabi faſtigium domus, maritumque in gremio ſuo confodi.

5. *Non eſt operæ inter patrem & filium.*] Quia occurrebat illud, quod & ipſe pater ſapientius feciſſet; ideo dicit non eſſe comparationem faciendam inter patrem & filium; nam alter paratum iter habebat in cœlum, alter magnarum rerum laborem geſtabat, antequam divinos honores acciperet. *Oliv.*

6. *Illud etiam ſomnium.*] P. Decius ille, Quinti filius, qui primus ex Deciis Conſul

ri fuit exitus, quod eadem nocte duo conſules P. Decius Mus, & T. Manlius Torquatus, [1] Latino bello & gravi & periculoſo, non procul à [2] Veſuvii montis radicibus poſitis caſtris

Conſul fuit, cum eſſet Tribunus militum Valerio & Aulo Cornelio Conſulibus, à Samnitibuſque premeretur Romanus exercitus, cum pericula præliorum iniret audacius, moneretur que, ut cautior eſſet, dixiſſe fertur, quod extat in Annalibus, ſibi in ſomniis viſum eſſe, cum in mediis hoſtibus verſaretur, occidere cum maxima gloria, & tum quidem incolumis exercitum obſidione liberavit: poſt triennium autem, cum Conſul eſſet, devovit ſe, & in aciem Latinorum irrupit armatus, quo ejus facto ſuperati ſunt & deleti Latini. Cujus mors ita glorioſa fuit, ut eandem concupiſceret filius. Livius ab Urbe condita lib. VIII. *Cum Conſules*, inquit, *duobus ſcriptis exercitibus ad Capuam, quo jam Latini ſociique convenerant, caſtra locaſſent, utrique Conſuli eadem dicitur viſa ſpecies in quiete viri majoris humano habitu auguſtioriſque, dicentis, ex una acie Imperatorem, ex altera exercitum Diis Manibus, matrique Terræ deberi. Utrius exercitus Imperator legiones hoſtium, ſuperque eas ſe devoviſſet, ejus populi partiſque victoriam fore. Hos ubi nocturnos viſus inter ſe Conſules contulerunt, placuit avertendæ Deûm iræ cauſa victimas cædi, ſimul ut ſi ex eis eadem quæ ſomno viſa fuerant portenderentur, alteruter Conſulum fata impleret. Ubi reſponſa aruſpicum inſidens jam animo tacitæ religioni congruerunt, tum adhibitis legatis, tribuniſque & imperiis Deûm propalam expoſitis, ne mors voluntaria Conſulis exercitum in acie terreret, comparant inter ſe, ut ab utra parte cedere Romanus exercitus cœpiſſet, inde ſe Conſul devoveret pro populo Romano Quiritibuſque.* Item paulo inferius: *Inſtructis*, inquit, *ſicut ante dictum eſt, ordinibus, proceſſere in aciem. Manlius dextro, Decius lævo cornu præerat. Primo utrinque æquis viribus, eodem ardore animorum gerebatur res; deinde à lævo cornu haſtati Romani non ferentes impreſſionem Latinorum, ſe ad principes recepêre. In hac trepidatione Decius Conſul M. Valerium magna voce inclamat: Deorum, inquit, ope, Valeri, opus eſt, agedum Pontifex publicus populi Romani præi verba, quibus me pro legionibus devoveam. Pontifex eum togam prætextam ſumere juſſit, & velato capite, manu ſubter togam exerta, ſuper telum ſubjectum pedibus ſtantem ſic dicere: Jane, Jupiter, Mars, Pater Quirine, Bellona, Lares, Divi Novenſiles, Dii indigetes, Divi, quorum eſt poteſtas noſtrorum hoſtium, Diique Manes, vos precor, veneror, veniam peto, feroque uti pop. Rom. Quiritium vim, victoriamque proſperetis, hoſteſque pop. Rom. Quiritium terrore, formidine, morteque afficiatis; ſicut verbis nuncupavi, ita pro Republica Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis pop. Rom. Quiritium, legiones auxiliaque hoſtium mecum Diis Manibus Tellurique devoveo. Hæc ita precatus, lictores ad T. Manlium ire jubet, matureque collegæ ſe devotum pro exercitu nuntiare. Ipſe incinctus cinctu Gabino, armatus in equum inſiluit, ac ſe in medios hoſtes immiſit, conſpectus ab utraque acie aliquanto auguſtior humano viſu, ſicut cœlo miſſus, piaculum omnis Deorum iræ, quam peſtem à ſuis averſam in hoſtes ferret. Itaque omnis terror, pavorque cum illo latus, ſigna primo Latinorum turbavit, deinde in totam penitus aciem pervaſit. Evidentiſſimum id fuit, quod quacunque equo invectus eſt, ibi haud ſecus quam peſtifero ſidere icti pavebant, ubi vero corruit obrutus telis, inde jam haud dubie conſternatæ cohortes Latinorum fugam vaſtitatemque late fecerunt.* Oliver.

1. *Latino bello.*] Quo Latini à ſociis Romanis defecerant.

2. *Veſuvii.*] Mons eſt Campaniæ. Virgilius

caſtris viderunt. Utrique enim quidam per quietis ſpeciem prædixit, [1] ex altera acie Imperatorem, ex altera exercitum [2] Diis Manibus, [3] Matrique terræ deberi. Utrius autem dux copias hoſtium aggrederetur, ſuperque eas ſeſe ipſum [4] devoviſſet, victoriam habiturum: Id luce proxima Conſulibus ſacrificio vel expiaturis, ſi poſſet averti: vel ſi certum Deorum etiam monitu viſum foret, executuris, hoſtiarum exta ſomnio congruerunt. Convenitque inter eos, cujus cornu prius laborare cœpiſſet, ut is patriæ fata capite ſuo lueret: quæ, neutro formidante, Decium depopoſcerunt.

4. [1] Se-

gilius II. Georg. ubi male à Servio Liguriæ adſcribitur. Mons hic aliquoties arſit. Vide de luculenro illo incendio, quod ſuo tempore eleganrer depinxir Plinius Sec. in Epiſt. Vide & ſcitu digna de hoc monte apud Caſſiodorum IV. Var. Num. 1.

1. *Ex altera acie.*] Duarum, aut ex Romana, aut ex Latina.

2. *Diis Manibus.*] Mos antiquus expiandorum Manium à Numa primum inſtitutos, ſi Macrobio credimus, qui & Feſtum eiſdem conſtituit. Illos quoque ſanguine placari creditum eſt; unde & victimæ iis mactabantur. Virgil.

—— Cædit quinos de more bidentes,
Totque ſues, totidémque nigrantes terga juvencos.

Diſtinxêre Veteres, juxta Apuleium, inter Lemutes, Larvas, & Manes: ex Lemuribus is, qui poſterorum ſuorum curam ſortitur, pacato & quieto numine domum poſſidet, Lar dicitur Familiaris. Larvæ autem vagantes infeſtæ malis. Cum autem incertum eſt, quæ cuique ſortirio contigerit, Manes & Manium Deum appellant. Manes itaque defunctorum umbræ vel potius animæ. Ita Plato in Timæo & Cratylo, optimam animi noſtri partem Dæmona appellavir. Neque hæc Ethnicorum ſolum fuir opinio. Ipſe Origines Chriſtianus, qui illa ex Platone hauſiſſe videtur, animas humanas in Dæmones mutari aſſeruit lib. περὶ Ἀρχῶν. Platonem tamen aliter interpretatur Proclus. Vide Auguſtin. de Civit. Dei libro IX. cap. 11.

3. *Matrique terræ.*] Hæc & magna mater, omniumque genetrix, unde Orpheus: *Μήτηρ μὲν τε θεῶν ἠδὲ θνητῶν ἀνθρώπων.* Vide ſupra pag. 10.

4. *Devoviſſet.*] Quod ſi periculum aliquod imminere videretur, & Aruſpices nunciarent Deos non placatos eſſe, tum unus aliquis ex Romanis ſeſe pro exercitu ſuo & ſimul exercitum hoſtium devovebat. Licebat autem, quemadmodum Livius libro octavo ait, Conſuli, Dictatorique, & Prætori, quum legiones hoſtium devovebant, & ſe, vel alium, quem velit, ex legione Romana ſcripta, civem devovere. Si is homo, qui devorus eſſet, moreretur, probe factum videbatur: ni moreretur, tum ſignum ſeptem pedes altum, aut majus in terram defodi, & piaculum hoſtia cædi oportebat: ubi illud ſignum defoſſum eſſet, eo Magiſtratum Romanum deſcendere fas non erat. Qui vero ſeſe devovere volebat, ni moreretur, neque ſuum, neque publicum divinum purè facere poterat. Addit deinde: *Ei, qui ſeſe devoveret, Vulcano arma, ſive alicui Divo vovere vellet, ſive hoſtia, ſive quo alio vellet, jus eſſe:* Telo,

F ſuper

4. [1] Sequitur æque ad publicam religionem pertinens ſomnium. Cum [2] plebeiis ludis [3] quidam paterfamilias per [4] Circum Flaminium, [5] prius quam pompa induceretur, ſervum ſuum verberibus multatum, ſub [6] furca ad ſupplicium egiſſet,

ſuper quo ſtans Conſul precatus ſit, hoſtem potiri fas non eſſe: ſi potiatur, Marti Suovetaurilibus piaculum fieri oportere. Qua vero ratione, quibus cæremoniis, & qua verborum forma ſeſe devoverent, idem paulo ante, de Decio Conſule loquens, oſtendit. Vide ſupra.

1. *Sequitur.*] Contigit A.U.CCLXIV. Vide Livium libro II. & Dion. libro VII.

2. *Plebeiis ludis.*] Quos, teſte Aſconio, exactis regibus, pro libertate plebis, aut pro reconciliatione fecerunt. Dionyſius vero Halicarnaſſ. lib. VII. circa finem hos ludos Senatum fieri decreviſſe dicit, cum nuncupata eſſent vota ab Aulo Poſthumio Dictatore pugnaturo cum deſciſcentibus Latinorum urbibus, conantibuſque Tarquinium reſtituere, & decreviſſe quotannis in ſacrificia atque certamina quingentas argenti minas, & uſque ad bellum Punicum hoc impendiſſe in eam ſolennitatem, ipſos deinde ludos, quales eſſent, & quomodo fierent, longa oratione deſcribit.

3. *Quidam paterfamilias.*] Liv. l. II. *Mane ſervum quendam paterfamilias nondum commiſſo ſpectaculo ſub furca caſum medio egerat Circo.* Macrobius Saturnal. lib. I. dicit hoc fuiſſe anno ab urbe condita quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto, & patremfamilias vocatum Annium Maximum. *Idem.*

4. *Circum Flaminium.*] Tres conſtat Circos fuiſſe in urbe Roma, Maximum, Flaminium, & Neronianum. Flaminius autem Circus dictus eſt, non quod Flaminius quiſquam, ut nonnulli putant, ædificari juſſerit, ſed quia in pratis Flaminiis fuerit conſtructus. Unde Livius: *Ea*, inquit, *omnia in pratis Flaminiis conſilio plebis acta, quæ nunc Circum Flaminium appellant.* Oliver. *Circum Flaminium.*] Incœpiſſe videtur circa ædem S. Angeli in piſcina, protenſus ad campum uſque Agonium. Ejus inter ruinas plurimas, veſtigia ſunt apud apothecas obſcuras, prope ædem S. Roſæ, & ſacellum ſepulchri ſancti. Ab Apollinis templo, quod aliis magis conſpicuum fuit, alio nomine Apollinaris. *Georg. Fabritius.*

5. *Priuſquam pompa.*] Solennis apparatus & oſtentatio ad celebrandos ludos induceretur. *Badius. Priuſquam pompa induceretur.*] In Gemblacenſi & Atrebatenſi, *Priuſquam chroma induceretur.* Quod vocabulum, ſi eſt autoris ipſius, ſignificat apparatus & ornamenta ludorum. *Pighius.*

6. *Furcâ.*] Furca trium generum fuit. Una lignum plauſtri, quod temoni ſubjicitur, & ſervis non tam ſupplicii, quam ignominiæ cauſa, ferendum circa vicinos, imponebatur. Inde *furciferi* dicti, qui, ut Donatus ſcribit, ob leve delictum cogebantur à dominis furcam in collo ferre, ſubligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum ſuum; ſimulque monere cæteros, ne quid ſimile admittant. Altera, lignum duplex, cujus media parte collo inſerto vinciebatur laqueo cervix rei; vel ut expeditius ad ſupplicium traheretur, vel, ut aliis placet, ut commodius tergum virgis præberet. Figuram in obſervationibus exhibet Cujacius. Tertium furcæ genus fuit, quo hodie paſſim utimur, cum damnati gula laqueo frangitur. Patibulum Iſidorus appellat, licet id verbum furcæ quoque tribuat Plautus, cruci Arnobius. Patibulum, inquit Iſidorus, vulgo furca appellatur: ſed patibuli minor pœna quam crucis. nam patibulum appenſos

egiſſet, [1] Ti. Atinio homini ex plebe Jupiter in quiete præcepit, ut Conſulibus diceret, ſibi [2] præſultorem [3] ludis Circenſibus proximis non placuiſſe: quæ res niſi attenta ludorum inſtauratione expiata eſſet, ſecuturum non mediocre urbis periculum. Ille veritus, ne cum aliquo incommodo ſuo, [4] religione ſummum implicaret imperium, ſilentium egit. E veſtigioque filius ejus ſubita vi morbi correptus, interiit. Ipſe etiam per quietem ab eodem Deo interrogatus, an ſatis magnam pœnam neglecti imperii ſui pependiſſet, in propoſito perſeverans, debilitate corporis ſolutus eſt: ac tum demum ex conſilio amicorum lectica ad tribunal conſulum, & inde ad ſenatum perlatus, ordine to-

ſtatim exanimat, crux autem affixos diu excruciat. *Anthonius Matthæus.*

1. *T. Atinio homini ex plebe.*] Is Livio, Plutarcho, & Dionyſio vocatur *T. Latinus:* Macrobius Saturnal. I. c. II. *Annium* nominat: Lactant. Divin. Inſtit. II. cap. 8. *T. Antonium.* Atque correcte. Antiqua enim & plebeia eſt familia Atinia. *Pighius.*

2. *Præſultorem.*] Eum à quo facta ſunt præludia & præviæ ſaltationes, hoc eſt, miſerum illum ſervum, qui ad ſupplicium ducebatur, non placuiſſe ſibi. *Badius.* *Præſultorem.*] Cruciarium intellige, qui flagris cæſus ſaltare videbatur. Supplicio quoque afficiendi inſilire in crucem dicebantur, unde & *Cruciſalus* in Bacchidibus Plauti.

3. *Ludis Circenſibus.*] Circenſes ludi, qui & Gymnici ſunt dicti, à gymnicis exercitationibus, quæ in iis exhibebantur, videntur Servio III. Georgic. & VIII. Æneid. tum aliis Grammaticis appellati, quaſi circum enſes, qui poſiti erant ab una parte, ab altera conſtitutis metis circa flumen, ut eſſet ab utroque latere præſens ignaviæ periculum. Aliis à circumeundo placet deduci. Priori ſententiæ video etiam Alex. ab Alexandro aſtipulati lib. v. Genial. Dier. cap 8. Caſſiodorum III. Variarum ad Fauſtum, & alios nonnullos. Sed cur non potius à Circo magno, in quo agitari ſolebant, in Cereris Deæ honorem? Celebrabantur autem equorum curſu, ut indicat Tacitus lib. VI. In pompa vehebantur Deorum imagines circum metas, teſte Varrone. Macrobius: *Vehitur ſimulacrum Dei Heliopolitani ferculo, veluti vehuntur in pompa ludorum Circenſium ſimulachra Deorum.* Ovidius Faſtorum IV.

Circus erat pompa celeber, numeroque Deorum,
Primaque ventoſis palma petetur equis.

Conſpiciebantur & illic aurigarum factiones quatuor, quæ nomina acceperunt à quatuor diverſis panni coloribus, viridi, inquam, cœruleo, coccino, & alio, quibus erant ornati. Verba Sidonii Apollinaris de illis ſunt hæc:

— Micant colores:
Albus & Venetus, virens rubenſque,
Veſtra inſignia: Continent miniſtri
Ora & lora manu, jubaſque totas
Cogunt flexilibus latere nodis.

Utque aurigantium factio erat diverſa, ita diverſus erat favor ſpectantium pro coloris varietate: uſque adeo ut & principes nonnullos hoc inſaniæ flabello exagitatos legamus.

4. *Religione implicaret.*] Metu Deorum, aut inſtauratione religioſa ludorum: *cum aliquo incommodo ſuo,* quia time-

ne totius caſus ſui expoſito, magna cum omnium admiratione, recuperata membrorum firmitate, pedibus domum rediit.

5. [1] Ac ne illud quidem involvendum ſilentio: Inimicorum conſpiratione [2] Urbe pulſus M. Cicero, cum in villa quadam campi [3] Atinatis diverſaretur, animo in ſomnum profuſo, per loca deſerta, & invias regiones vaganti, ſibi C. Marium conſulatus ornatum [4] inſignibus putavit obvium

timebat ut mendax ab illis in carcerem detrudi, aut verberibus affici, aut multam dare. *Badius.*

1. *Ac ne illud quidem.*] Cicero lib. 1. de Divinatione, ubi Quintum fratrem de ſe loquentem inducit: *Venio*, inquit, *nunc ad tuum ſomnium, audivi equidem ex te ipſo, ſed mihi ſæpius noſter Salluſtius narravit, cum in illa fuga nobis glorioſa, patriæ calamitoſa, in villa quadam campi Atinatis maneres, magnamque partem noctis vigilaſſes, ad lucem deinde arcte & graviter dormitare cœpiſſe. Itaque quanquam iter inſtaret, te tamen ſilentium fieri juſſiſſe, neque paſſum eſſe te excitari; cum autem experrectus eſſes hora ſecunda, fere te ſibi ſomnium narraſſe, viſum tibi eſſe, cum in locis ſolis mœſtus errares, C. Marium cum faſcibus laureatis quærere ex te quid ita triſtis eſſes, cumque tute patria expulſum vi eſſe dixiſſes, prehendiſſe eum dexteram tuam, & bono animo te eſſe juſſiſſe, lictorique proximo tradidiſſe, ut te in monumentum ſuum deduceret, & dixiſſe, in eo tibi ſalutem fore, tum & ſe exclamaſſe Salluſtius narrat, redditum tibi celerem & glorioſum paratum, & te ipſum viſum ſomnio delectari; nam illud mihi ipſi celeriter nuntiatum eſt, ut audiviſſes in monumento Marii de tuo reditu magnificentiſſimum illud Senatusconſultum eſſe factum, referente optimo & clariſſimo P. Lentulo Conſule, idque frequentiſſimo theatro, incredibili clamore & plauſu comprobatum, dixiſſe te, nihil Atinati ſomnio fieri poſſe divinius.*

2. *Urbe pulſus.*] Scilicet Roma, (quod bis contigit, ſed prius glorioſe rediit, poſterius juſſu Antonii, connivente Auguſto, crudeli & iniqua cæde ſublatus eſt; de priore ergo proſcriptione loquitur) conſpiratione inimicorum, præſertim nobilium, ut Appii Claudii, & aliorum invidorum moleſte ferentium, quod homo novus tantum gloriæ in toga meruiſſet, quantum quiſquam eorum in armis; unde criminabantur illum, quod Catilinam, Cethegum, & cæteros conjuratos cives Romanos, indicta cauſa damnatos occidiſſet. *Badius.*

3. *Atinatis.*] Qui ab Atina urbe juxta Pomptinas paludes poſita dictus, etſi inde longe remotam ſentiat Cluverus. Virgilius:

—— *Atina potens Tiburque ſuperbum.*

Atina & Atinates urbs & populi Siciliæ apud Ciceronem pro Cn. Plancio. Inter colonias Romanas eam numerat Frontinus.

4. *Inſignibus.*] Sunt *Inſignia* ornamenta quædam externa, quæ adjuncta Conſulibus, aliiſque Magiſtratibus, ad augendum ſplendorem. Horum omnium originem ab Etruſcis eſſe. Livius lib. 1. & Symmachus lib. III. Epiſt. 11. voluerunt: itemque Florus lib. 1. cap. 5. qui diſtincte etiam recenſet. *Inde à Tuſcis*, inquit, *faſces, trabeæ curules, annuli, phaleræ, paludamenta, prætexta: inde quod aureo curru quatuor equis triumphatur: togæ pictæ, tunicæque palmatæ: omnia denique decora & inſignia,* quibus

vium factum: & interrogantem eum, quid ita tam triſti vultu, incerto itinere ferretur: audito deinde caſu, quo conflictabatur, comprehendiſſe dexteram ſuam, ac ſe [1] proximo lictori in [2] monumentum ipſius deducendum tradidiſſe, quod diceret ibi eſſe ei lætiorem ſtatus ſpem repoſitam: nec aliter evenit. Nam [3] in æde Jovis Mariana S. C. de reditu ejus eſt factum.

6. [4] C. autem Graccho imminentis caſus atrocitas palam

quibus Imperii dignitas eminet. Hæc in Conſulibus paulo diverſa fuiſſe reperio, veteri Republica & nova. Veteri Republica hæc in uſu: Faſces duodecim cum lictoribus, ſella curulis, prætexta toga, eaque domi ſumpta primo magiſtratus die ante Deos Penates. Livius lib. XXII. in fine: *Scipio eburneus in manu, ſive ſceptrum.* De quo ſcipione, minus quidem vulgata res: magnis tamen auctoribus eſt mihi certa. Dionyſius lib. III. Tarquinio Regi ſceptrum eburneum attribuit; idque manſiſſe ſucceſſoribus ejus tradit, & Conſulibus ipſis. Livius Gallum quendam ſcipione eburneo percuſſum è M. Papyrio ſcribit, Conſulare hoc ſceptrum intelligens lib. III. Valerius de Priſcis Conſulibus lib. IV. cap. 4. *Nec eis fuit rubori, eburneo ſcipione depoſito, agreſtem ſtivam aratri repetere.* In Valeriani epiſtola apud Vopiſcum in Vita Aureliani: *Nam te Conſulem hodie deſigno, ſcripturus ad Senatum, ut tibi deputet ſcipionem, deputet etiam faſces. Hæc enim Imperator non ſolet dare, ſed à Senatu, quando fit Conſul, accipere.* Caſſiodorus lib. VI. in formula Conſulatus: *Validam manum victoriali ſcipione nobilitat.* In Gloſſis Priſcis: *Scipiones, virgæ Conſulum.* Et Ennodius in Panegytico *ſcipiones*, pro ipſo Conſulatu poſuit: *Serranum ſcipionibus aratra pepererunt.* Nec Juvenalem aliter quam de hoc ſcipione ceperim Sat. X.

Da nunc & volucrem, ſceptro quæ ſurgit eburno.

Præitque nobis, Aquilæ figuram fuiſſe in ſummo illo ſceptro: niſi tamen magis placet, ad ſcipionem triumphalem id referri, quem plane ea forma Iſidorus deſcribit lib. XVII. cap. 2. Et eundem in triumpho Appianus etiam agnoſcit lib. de Bellis Punicis. Atque hæc fere inſignia olim. Poſterior ætas ſub Principibus quædam addidit, quædam immutavit: & id fere in ſuperbiam, ut ſolet, & pompam. *Lipſius.*

1. *Proximo lictori.*] Namque ex lictoribus unum ſemper habebant proximum Conſules.

2. *Monumentum.*] Sacellum Marianum, ubi fuerant ejus monumenta: & ita accidit: nam, ut diximus, cum Cicero totius ferme Italiæ conſenſu reſtitutus eſſet, in Sacellum Marii, in quo factum fuerat Senatuſconſultum de ejus reditu, deductus eſt, & ingenti Senatus conſenſu liberatus, ſummaque cum dignitate reſtitutus. Scimus enim quo modo M. Cicero lege Appii Claudii trib. pl. lata, qua ipſe cives Romanos indicta cauſa damnatos occidiſſet, in exilium pulſus fuerit. *Oliv.*

3. *In æde Jovis Mariana.*] Quam Marius in honorem Jovis condiderat, ibique monumenta ſua collocaverat.

4. *Cajo autem Graccho imminentis caſus atrocitas.*] Titus Gracchus vir magnæ autoritatis, duos filios habuit ſeditioſiſſimos viros, Tiberium & Cajum Gracchum, quorum uterque eodem exitio perierunt: nam Tiberius major natu, dum legem Agrariam contra Senatus autoritatem ferre moliretur, ut ager Stellas, qui bello & armis captus fuerat,

lam atque aperte per quietem denunciata eſt: ſomno enim preſſus, Ti. Gracchi fratris effigiem vidit, dicentis ſibi; Nulla ratione eum vitare poſſe, ut eo fato non periret,[1] quo ipſe propulſus è Capitolio occidiſſet. Id ex Graccho prius, quam tribunatum, in quo fraternum exitum habuit, iniret, multi audiverunt.[2] Cœlius etiam certus Romanæ hiſtoriæ auctor, ſermonem de ea re ad ſuas aures illo adhuc vivo perveniſſe ſcribit.

7.[3] Vincit hujuſce ſomnii dirum aſpectum, quod ſequitur.[4] Apud Actium M. Antonii fractis opibus, Caſſius Par-

fuerat, inter omnes æqualiter divideretur, à Scipione Naſica interemptus eſt; erat enim lex illa magnæ ſeditionis cauſa, quia nobiles de poſſeſſione cedere cogebantur. Itaque cum magnæ eſſent Tiberii opes, & legem omnino laturus eſſet, quam populus, qui ſibi utilem fore videbat, libenter acciperet: Scipio Naſica videns id fieri contra rempublicam, tergiverſanteſque Conſules, inquit: Quicunque vult rempublicam eſſe ſalvam, is me ſequatur, atque ita fractis ſubſelliis, impetum fecit in roſtra, & uno ictu Tiberium occidit. Haud ita multo poſt C. Gracchus Tiberii fratris effigiem vidit in ſomniis dicentis, quantum vellet cunctaretur, tamen eodem ſibi leto, quo ipſe interiiſſet, eſſe pereundum: idque Cælius tradit ſe ab eodem C. Graccho audiviſſe, antequam tribunus plebis factus eſſet. quod etiam evenit. Cum enim creatus Tribunus eſſet, multas leges Senatui perquam inviſas tulit; inter quas & Frumentaria erat, quæ jubebat, ut ſemiſſibus & trientibus frumenta plebi dividerentur; alteram Agrariam eandem quam & frater tulerat; tertiam quoque, ut ſexcenti equites miſcerentur Senatoribus; & equeſtrem ordinem ita pervertit. Hic continuato magiſtratu, & latis legibus turbulentis, in Italiam Colonias deduxit, & unam in ſolo dirutæ Carthaginis, quo ipſe triumvir Coloniam deduxit; denique ſeditioſus cum Aventinum montem cum multitudine armata oppreſſiſſet, à L. Opimio, qui populum convocavit, occiſus eſt, & ita ſomnium adimplevit. *Oliver.*

1. *Quo ipſe.*] Nam ſicut ille à Scipione cæſus eſt, ita hic à L. Opimio interfectus.

2. *Cælius.*] Eſt ille L. Cælius Antipater, qui, ut ex hoc loco patet, Gracchorum temporibus vixit. L. Craſſi magiſtrum fuiſſe docet Cicero in Bruto. Atque hiſtoriam ſuam ſcripſit ad L. Ælium Stilonem, Varronis Magiſtrum. Inter JCtos quoque recenſet JC. in tit. de Origine Juris; ſed plus eloquentiæ, quam ſcientiæ juris operam dediſſe aſſerit. De eo Cicero variis locis. Unus hic ſufficiat ex lib. I. de LL. Fannii ætate conjunctus Antipater paulo inflavit vehementius, habuitque vires, agreſtes ille quidem, atque horridas, ſine nitore ac palæſtra; ſed tamen admonere reliquos potuit, ut accuratius ſcriberent. Hæc ille. Tanti tamen hunc æſtimavit Brutus, ut in Epitomen redegerit, ut teſtatur Cicero ad Atticum lib. XIII. epiſt. 8. *Voſſius.*

3. *Vincit.*] Contigit A. U. DCCXXII.

4. *Apud Actium.*] Epiri promontorium, ubi cum Cleopatra ab Auguſto victus eſt. Unde Maro Æneid. VIII.

In me-

Parmenſis, qui partes ejus ſecutus fuerat, Athenas confugit: ubi [1] concubia nocte, cum ſollicitudinibus & curis, mente ſopita in lectulo jaceret, exiſtimavit ad ſe venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, ſqualidum barba, & capillo demiſſo: interrogatumque quiſnam eſſet, reſpondiſſe [2] κακοδαίμονα. Perterritus deinde tam tetro viſu, & nomine horrendo, ſervos inclamavit: ſciſcitatuſque eſt, ſiquidem talis habitus, aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidiſſent. Quibus affirmantibus neminem illuc acceſſiſſe, iterum quieti & ſomno ſe dedit: atque eadem animo ejus obverſata eſt ſpecies. Itaque fugato ſomno, lumen introferri juſſit, pueroſque à ſe diſcedere vetuit. Inter hanc noctem & ſupplicium capitis, quo eum Cæſar affecit, paululum admodum temporis interceſſit.

8. Propioribus tamen (ut ita dicam) lineis Aterii Rufi equitis Romani ſomnium certo eventu admonitum eſt: qui, cum [3] gladiatorium munus Syracuſis ederetur, inter quietem

In medio claſſes æratas, Actia bella,
Cernere erat, totumque inſtructo Marte videres
Fervere Leucatem, &c.

1. *Concubia nocte.*] Vid. ſup. pag. 50.

2. Κακοδαίμονα.] Malum dæmonem. Duo ſunt ſpiritus, juxta Ethnicos, qui dantur homini, bonus & malus. Unde Virgilius: *Quiſque ſuos patimur Manes.* Quia, ut inquit Servius, cum naſcimur duos genios ſortimur, hoc eſt, duos ſpiritus, unum qui nos hortatur ad bona, alterum qui depravat ad mala. Quibus aſſiſtentibus aut aſſerimur ad meliorem vitam, aut condemnamur ad deteriorem. *Oliver.*

3. *Gladiatorium munus.*] Calamitas Orbi invecta per hos ludos: nullum enim bellum tantam cladem vaſtitiemque generi humano intulit, quam hi ad voluptatem ludi. Numerum dictum hominumque recenſe; mentior, ſi non unus aliquis menſis Europæ ſtetit vicenis capitum millibus aut tricenis. Neronem culpamus aut Caligulam, qui c. aliquot homines vita interfecerunt, ira ſive metu: ecce unus Editor homines ſupra CIↃ. ludens interfecit, & die non toto. Atque hæc delicias vocabant, & cibum oculorum; fiebantque non per unius alteriuſve laſciviam, ſed velut publica lege & decreto. Itaque conventum eſt, ut aliis legibus effuſio iſta fuerit coërcenda. Primo ad ambitum reprimendum, cautum fuit, ne quis daret candidatus. Legem eam tulit M. Tullius Conſul. Cautum etiam de numero aliquid gladiatorum, ſub idem tempus, ſupra quem ne haberent in Urbe. Sicut in Catilinaria conjuratione item remoti gladiatores ab Urbe. Sed Auguſtus certe etiam de numero parium cavit, edixitque A. U. IↃCCXXXII. nec Gladiatores ſæpius quam bis anno dari, nec plurium quam LX. parium. At Tiberius firmus

quietem retiarii ſe manu confodi vidit: idque poſtero die in ſpectaculo conſeſſoribus narravit. Incidit deinde, ut proximo ab equitum loco, [1] retiarius cum [2] mirmillone introduceretur: cujus cum faciem vidiſſet, idem dixit, ab illo ſe retiario trucidari putaſſe, protinuſque inde diſcedere voluit. Illi ſermone ſuo metu ejus diſcuſſo, cauſam exitii miſero attulerunt. Retiarius enim in eum locum compulſo mirmillone & abjecto, dum jacentem ferire conatur, trajectum gladio Aterium interemit.

EXTERNA.

1. [3] Annibalis quoque ut deteſtandum Romano ſanguini, ita

contra iſta, certum numerum in commune præſcripſit. Sed poſt Tiberium Caligula, conculcato hoc edicto, permiſit volentibus cunctis, etiam ſupra numerum definitum, gladiatores præbere. Et Domitianus gratificatus contra eandem legem ingenio ſuo & ſæculo videtur. *Lipſius.*

1. *Retiarius.*] Retiarius plerumque commiſſus cum Secutore, interdum etiam cum Mirmillone: nec enim novum, ut unus cum diverſis componatur, ſicut Mirmillo cum Threce. Retiarium Iſidorus deſcribit: *Retiarius*, inquit, *qui contra alterum pugnantem occulte ferebat rete jaculum, ut adverſarium cuſpide inſiſtentem operiret, implicitumque viribus ſuperaret* [illegible] *quæ armatura pugnabat Neptuno tridentis cauſa.* Origo & exemplum ejus armaturæ non dubie à Pittaco, qui inter Sapientes. Ita enim ille ex provocatione cum Phrynone pugnavit. Juvenalis cum cura ejus arma deſcripſit, & velut ex profeſſo. Non erat ei clypeus, non ſica, non galea, quia fuit contentus ſolo galero: nuda facie ſoli hi ex gladiatoribus. Ita autem docti Retiarii, factique, ut arte quadam collectum ſuſpenſumque dextra manu rete in adverſarii caput jacerent; & ſi erraſſent, effuſe fugerent, donec forte iterum rete collegiſſent. Tridens ſive fuſcina illis pro gladio; inermes & in ſola tunica. Tertullianus tamen ſpongiam iis attribuit, pectori nimirum tegmen. *Lipſius.*

2. *Mirmillone.*] Mirmillones venerunt è Gallia, *Crupellarii* iis forte dicti: quaſi qui ob gravitatem armorum reperent, non irent. Hinc *Crupellares* aut *Prorepos* vocarunt. Certe Mirmillones toti in armis. Videntur inter pugnam ſoliti ſubſidere, ad excipiendum adverſarium, & vitabundi. Mirmillo plerumque cum Threce compoſitus, nonnunquam etiam cum Retiario. Unde eſt illud Feſti: *Retiario pugnanti adverſus Mirmillonem cantatur: Non te peto, piſcem peto, quid me fugis, Galle?* Quia Mirmillonicum genus armaturæ Gallicum eſt, ipſique Mirmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piſcis effigies inerat. *Idem.*

3. *Annibalis quoque.*] Narrat Annibalis ſomnium Livius lib. XXI. In quiete dicit, juvenem ab eo viſum fuiſſe divina ſpecie, qui ſe à Jove diceret ducem in Italiam Annibali miſſum, proinde ſequeretur, neque uſquam à ſe deflecteret oculos; pavidum primo nuſquam circumſpicientem aut reſpicientem ſecutum, deinde cura humani ingenii, cum quidnam id eſſet, quod reſpicere vetitus eſſet, agitaret animo,

tempe-

ni, ita certæ prædictionis ſomnium, cujus non [1] vigiliæ tantum, ſed etiam ipſa quies hoſtilis imperio noſtro fuit. Hauſit enim propoſito & votis ſuis convenientem imaginem, exiſtimavitque miſſum ſibi ab Jove mortali ſpecie excelſiorem juvenem, invadendæ Italiæ ducem: cujus monitu primo veſtigia [2] nullam in partem motis ſecutus oculis; mox humani ingenii prona voluntate [3] vetita ſcrutandi pone reſpiciens, animadvertit immenſæ magnitudinis ſerpentem, concitato impetu, omne quicquid obvium fuerat, proterentem: poſtque eam magno cum cæli fragore erumpentes nimbos, lucemque caliginoſis involutam tenebris. Attonitus deinde quidnam eſſet monſtri, ecquid portenderet, interrogavit. [4] Hic dux: Italiæ vides, inquit,

temperare oculos animo nequiviſſe, eum vidiſſe poſt ſe ſerpentem mira magnitudine cum ingenti arborum & virgultorum ſtrage ferri, ac poſt inſequi cum fragore cœli nimbum. Tum quæ moles ea, quidve prodigii eſſet quærentem, audiviſſe, vaſtitatem Italiæ eſſe. Pergeret porro ire, nec ultra inquireret, ſineretque fata in occulto eſſe. Cicero lib. v. de Divinat. *Annibalem*, inquit, *cum cepiſſet Saguntum, viſum eſſe in ſomniis à Jove in Deorum concilium vocari, quo cum veniſſet, Jovem imperâſſe ut Italiæ bellum inferret, ducemque ei unum ex concilio datum, quo illum cum tem cum exercitu progredi cœpiſſet, ne reſpiceret, imperâſſe, illum autem diutius facere non potuiſſe, elatumque cupiditate, reſpexiſſe. Tum vaſtam belluam & immanem viſam, circumplicitam ſerpentibus, quacunque incederet, omnia arbuſta, virgulta, tecta, pervertere, & eum admiratum quæſiſſe de Deo, Quidnam illud eſſet tale monſtrum? & Deum reſpondiſſe, Italiæ eſſe vaſtitatem, percepiſſeque, ut pergeret protinus, quid retro aut à tergo fieret, ſcire ne laboraret.* Oliver. Contigit A. U. DXXXIV.

1. *Vigiliæ.*] Non ſolum dum vigilaret, ſed etiam dum quieſceret, agitabat animo peſtem Italiæ inferre.

2. *Nullam in partem motis ſecutus oculis.*] Sunt qui legant, *ſecutis*; ut ſit, oculis Annibalis ſecutis. *Primo veſtigia nullam in partem ſecutis oculis.*] Obſcurus & mancus eſt ſenſus ejus loci, qui mihi quidem ex Campenſis exemplaris Scholiolis interlinearibus reſtitui poſſe videtur. Annotatum enim ſupra, *nullam in partem*, ſic, ſupple *motis*. Inde in conjecturam venio, vocabulum hoc ſolum deſiderari. Quare ſi hoc modo legamus, *Primo veſtigia nullam in partem motis ſequutus oculis*; ſententia erit integra, & manifeſta, atque etiam Livianæ narrationi conveniens, qui rem eandem ita perſequitur. Proinde ſequeretur, neque uſquam à ſe deflecteret oculos, pavidum primo nuſquam circumſpicientem, aut reſpicientem ſequutum. Hoc eſt, ut Valerius ait, *nullam in partem motis oculis ſecutus.* Pighius.

3. *Vetita ſcrutandi.*] Imitatio Saluſtiana, *More humani ingenii, cupido ignara viſundi animum vertit.* Sic & Petronius: *Vitio gentis humanæ concupiit ſcire, quis aut quid faceret.*

4. *Hic dux.*] Qui apparuerat ei prius, ut juvenis divina ſpecie.

inquit, vaſtitatem: proinde ſile, & cætera tacitis permitte fatis.

2. [1] Quam bene Macedoniæ Rex Alexander per quietem viſa imagine præmonitus erat, ut vitæ ſuæ cuſtos eſſet diligentior, ſi eum cavendi etiam periculi conſilio fortuna inſtruere voluiſſet! Namque Caſſandri peſtiferam ſibi dexteram ſomnio prius cognovit, quàm exitu ſenſit: exiſtimavit enim ab illo ſe interfici, cum eum nunquam vidiſſet. Interpoſito deinde tempore, poſtquam in conſpectum veniſſet, nocturni metus patefacta imagine, ut Antipatri filium eſſe cognovit, adjecto verſu Græco qui fidem ſomniorum elevat, præparati jam adverſus caput ſuum veneficii, quo occidiſſe Caſſandri manu creditur, ſuſpicionem animo repulit.

3. [2] Longe indulgentius Dii in poëta * Simonide, cujus ſalu-

1. *Quam bene Macedoniæ rex.*] Alexander Macedo vidit in ſomniis imaginem neſcio quam, eum admonentem, ut diligentior eſſet ſuæ vitæ cuſtos, quia peſtifera Caſſandri manu periturus eſſet, quod etiam factum eſt: nam Iolaus Caſſandri frater pincerna erat Alexandri, & nuper venerat, itaque facultatem dedit accuſare volentibus Caſſandrum, & nonnulli proxime venerant, qui dicerent, Antipatrum cum filiis egiſſe, ut Alexandrum veneno necarent; quod cum illi dicerent præſente Caſſandro, tum ille, Quid audes, inquit, dicere homines, qui tam procul venerunt, nulla nobis injuria affectos cavillari? Et ille, inquit, eo magis, quia procul venerunt, calumniari ſe indicant. Hæc ſunt, inquit, Alexander, illa Ariſtotelis ſophiſmata, quibus utitur, ut in utramque partem arguat. Deinde cum vidiſſet Caſſander more priſco adorari Alexandrum, quia res nova eſſet, riſu actum hunc proſecutus eſt. Alexander indignatus, capillis manibus injectis, ipſum terque quaterque terræ colliſit. Haud multo poſt, etſi nonnulli aliter ſentiunt, Caſſander poculum venenatum Alexandro propinavit. Venenum autem frigidam aquam fuiſſe de Nonacride regione teſtantur, quæ guttatim de petra ſtillat; quæ aqua non niſi in ungulis equi vel aſini deferri poteſt. Hanc aquam cum hauſiſſet Alexander, ſubito dolore perfuſus eſt. Alexander natus eſt anno ab Urbe Condita CCCLXXXV. teſte Solino cap. de Aſia, quo die flagravit templum Dianæ Epheſiæ. Cicero de Nat. Deor. lib. II. *Diana cum in partu Olympiadis adeſſe voluiſſem, domo abfuit.* De cujus morte Juſtinus lib. XII. Plinius & Herodotus, ſed imprimis Plutarchus in vita Alexandri. *Oliver.*

2. *Longe indulgentius.*] Hoc ſomnium Cicero lib. I. de Divinat. refert. Dicit enim: *Quid illa duo ſomnia, quæ celeberrime commemorantur à Stoïcis? Quis tandem poteſt contemnere unum de Simonide? qui, cum ignotum quendam projectum mortuum vidiſſet, eumque humaſſet, haberetque in animo navim conſcendere, moneri viſus eſt ne id faceret, ab eo quem ſepultura affecerat, ſi navigaſſet,* eum

ſalutarem inter quietem admonitionem conſilii firmitate roboraverunt. Is enim cum ad littus navem appuliſſet, inhumatumque corpus jacens ſepulturæ mandaſſet, admonitus ab eo ne proximo die navigaret, in terra remanſit: Qui inde ſolverant, fluctibus & procellis in conſpectu ejus obruti ſunt. Ipſe lætatus eſt, quod vitam ſuam ſomnio, quam navi credere maluiſſet. Memor autem beneficii, elegantiſſimo eam carmine æternitati conſecravit, melius illi & diuturnius in animis hominum ſepulchrum conſtituens, quàm in deſertis arenis ſtruxerat.

4. [1] Efficax & illa quietis imago, quæ Crœſi regis animum

eum naufragio eſſe periturum: itaque Simonidem rediiſſe, periiſſe cæteros qui tum navigaſſent.

* *Simonide.*] Suidas Simonidem ait Olympiade LVI. floruiſſe, alii LXII. ſcripſere, & perveniſſe ad LXXVIII. Cambyſæ & Darii regnum, & Xerxis navale prælium deſcripſit: cujus rei apud Suidam, & in Commentariis in Apollonium mentionem nonnunquam factam videmus. Item prælium illud quod ad Artemiſium promontorium commiſſum eſt, verſu Elego compoſuit: quod vero ad Salaminem factum eſt, Lyrico carmine executus eſt. Scripſit & Threnos, hoc eſt, Nænias vel Lachrymas. Horatius:

Ceæ retractes munera næniæ.

Et Catullus:

Mœſtius lachrymis Simonideis.

Quanquam propter affectum & reticentiam locus hic Catulli parum lucide à Grammaticis explanatur. Compoſuit item Laudes, hoc eſt, Encomia & Epigrammata, quorum adhuc pleraque leguntur, ut illud in Megiſteum Vatem Acarnanem ex Melampodis genere, cujus & Herodotus meminit: interitum enim Megiſteus Leonidæ, & ſociorum, ſuique ipſius prædixit: quare constructo ei ab Amphyctionibus tumulo, Simonides ob mutuam hominis familiaritatem carmen compoſuit, quod hodieque extat. Scripſit & Pæanas & Tragœdias: his addidit & Strabo Deliacorum Dithyrambum, quem Memnon inſcripſit. Addit & Herodotus laudes in Eualcidem Eretriorum ducem. Gryphis quoque & hoc genere Poëmatum delectatus. Duo utique ejuſmodi extant Epigrammata, quæ in medium affert Chamæleon, alterum quidem de Hirco & Delphine, alterum de Aſello, qui per luſum Epeus dictus eſt, quæ niſi ab ipſo explicarentur, minus profecto intelligerentur. Inter longævos vero connumeratur: nonageſimum enim annum exceſſiſſe ſcribit in Macrobiis Lucianus, Suidas nonageſimum nonum. Euſebius in Simonidis ætate inconſtans eſſe videtur. *Gyrald.*

1. *Efficax & illa.*] Crœſus rex Lydiæ duos filios habuit, unum mutum, alterum integræ loquelæ: pater autem vidit in ſomniis illum, qui vocalis erat, ferro periturum eſſe. Curavit igitur ut omne telum removeretur ab eo. Ipſum etiam cum æqualibus ſuis, cum quibus vivere conſueverat, ſine telo eſſe volebat. Denique cum nihil agere permittebat, quo poſſet ferro perire. Forte ita accidit, ut eo tempore aper immenſæ magnitudinis totam illam regionem vaſtaret; agreſtes vero ad regiam convenere, petentes Atym, qui venatione delectabatur, quibus Rex ita reſpondit: Inſtrumenta

mum maximo prius metu, deinde etiam dolore confecit. Nam è duobus filiis, & ingenti agilitate, & corporis dotibus præſtantiorem, imperiique ſucceſſioni deſtinatum Atym, exiſtimavit ferro ſibi ereptum. Itaque quicquid ad evitandam denunciatæ cladis acerbitatem pertinebat, nulla ex parte patria cura ceſſavit avertere. Solitus erat juvenis ad bella gerenda mitti, domi retentus eſt. Habebat armamentarium omnis generis telorum copia refertum: id quoque amoveri juſſit. Gladio cinctis comitibus utebatur, vetiti ſunt propius accedere: neceſſitas tamen aditum luctui dedit. Cum enim ingentis magnitudinis aper, [1] Olympi montis culta, & crebra cum agreſtium ſtrage vaſtaret, inuſitatoque malo regium imploratum eſſet auxilium: filius à patre extorſit, ut ad eum opprimendum mitteretur: eo quidem facilius, quod [2] non dentis, ſed ferri ſævitia in metu reponebatur. Verum dum acri ſtudio interficiendi ſuem omnes ſunt intenti, pertinax caſus imminentis violentiæ, lanceam petendæ feræ gratia miſſam, in eum detorſit: & quidem eam potiſſimum dexteram nefariæ cædis

menta ſe quidem daturum, retia, canes, filium vero non conceſſurum, metuens ſomnium quod viderat. Eodem tempore vir quidam externus ad Crœſum venerat, rogans regem, ut cædem ſuam expiaret. Interrogatus quis eſſet, unde veniret? reſpondit: Adraſti filius ſum, vel, ut alii dicunt, Midæ Gordii; fratrem meum invitus occidi, & à patre pulſus rebus omnibus privatus. Tum Rex miſericordia captus, eum cæde expiavit, & in regno retinuit; deinde Adraſti (ſic enim de nomine patris appellabatur) cognita induſtria, Rex ei filium Atym commendavit. Sed cum tandem precibus agreſtium victus eſſet Rex, ut filium concederet, miſit in venationem Adraſto prius magnopere commendatum. Forte caſus ita tulit, ut hunc adoleſcentem in venatione verſantem Adraſtus, cum haſtam torqueret in aprum, infeliciter Atym medium transfixerit, & occiderit; qui cum mortuus ad patrem delatus eſſet, in magnos queſtus lachrymaſque reſolvitur pater, & ipſum præcipue accuſabat Adraſtum, quod cui filium demandaſſet, is potiſſimum occidiſſet. Adraſtus ſe nihil expurgans, mortem non reſpuebat. Rex, ubi vidit illum caſu, non voluntate cædem illam perpetraſſe, & propterea impatienter dolentem, vita donavit quantum in ſe fuit; ſed cum funus Atys perſecutus eſt Adraſtus, in ejus ſepulchro ſeipſum, quaſi inferias, occidit. Vide Herodot. lib. I.

I. *Olympi.*] Vide ſupra pag. 31.

2. *Non dentis.*] Sic quoque Herodotus tradit, hac ratione filio conceſſiſſe, ut ad venationem iret, quia ſcil. non dente, ſed ferro moriturum ſomniaverat.

I. *Hoſpi-*

cædis crimine voluit aſpergi, cui tutela filii à patre mandata erat: Quam quidem Crœſus imprudentis homicidii ſanguine violatam, [1] hoſpitales veritus Deos, ſupplicem [2] ſacrificio expiavit.

5. Nec Cyrus quidem ſuperior invictæ fatorum neceſſitatis

1. *Hoſpitales.*] Quia enim Adraſtum hoſpitio ſuſceperat, veritus eſt, ſi eum non juvaret, Deos hoſpitales, id eſt, hoſpitalitatis autores, habere inimicos.

2. *Sacrificio expiavit.*] Hic mos à Græcis ſumptus, ut qui homicidium perpetraſſet, à Regibus expiaretur. Ovidius Faſt.

Ah nimium faciles, qui triſtia crimina cædis
Fluminea tolli poſſe putatis aqua.

3. *Nec Cyrus quidem ſuperior.*] Aſtyages Medorum Rex vidit in ſomniis filiam ſuam Mandanem urina totam Aſiam undaſſe, ut tradit Herod. ut vero Juſtinus refert, vidit ex naturalibus filiæ, quam unicam habebat, enatam eſſe vitem, cujus palmite omnis Aſia obumbraretur. Conſulti aruſpices, reſponderunt ex filia naſciturum nepotem, qui totam Aſiam imperio ſubigeret, eique regnum adimeret. Quo reſponſo territus Aſtyages, neque claro viro, neque civi filiam ſuam, ne paterna maternaque nobilitas nepotis animos extolleret, ſed ex gente obſcura tum temporis Perſarum Cambyſi mediocri viro in matrimonium tradidit. Ac nec ſic quidem ſomnii metu depoſito gravidam ad ſe filiam juſſit acciri, ut ſub avi oculis partus necaretur. Natus infans datur occidendus Harpago Regis arcanorum participi. Is veritus, ne ſi ad filiam, mortuo rege, veniſſet imperium, quia nullum Aſtyages virilem ſexum genuerat, illa necati infantis ultionem, quam à parente non potuiſſet, à miniſtro exigeret, Mithridati paſtori regii pecoris puerum exponendum tradit. Forte eodem tempore & ipſi paſtori natus filius erat vivus, ut Juſtinus refert; ut alii volunt, mortuus: ejus igitur uxor, audita regii infantis expoſitione, rogat ſummis precibus ſibi perferri oſtendique puerum; cujus precibus fatigatus paſtor, reverſus in ſylvam, invenit juxta infantem canem fœminam parvulo ubera præbentem, & à feris alitibuſque defendentem: motus & ipſe miſericordia, qua motam eſſe canem viderat, puerum defert ad ſtabula, eadem cane anxie proſequente, quem ubi in manum mulier accepit, veluti ad notam alluſit, tantuſque in illo vigor & dulcis quidam blandientis infantis riſus apparuit, ut paſtorem ultro rogaret ſuum pro illo partum exponeret, permitteretque ſibi ſive fortunæ ipſius, ſive ſpei ſuæ gratia puerum enutrire, atque ita permutata ſorte parvulorum, hic pro filio paſtoris educatus, ille pro nepote regis exponitur; nutrici deinde nomen Spacos fuit, quia canem Perſæ ſic vocant. Puer deinde jam adultus cum imperio uſus inter paſtores eſſet, Cyri nomen accepit. Mox rex inter ludentes ſorte delectus, cum per laſciviam contumaces flagellis cecidiſſet, à parentibus puerorum querela Regi delata eſt, indignantibus à regio ſervo ingenuos homines ſervilibus verberibus affectos. Ille, accerſito puero, & interrogato, cum nihil mutato vultu, feciſſe ſe ut Regem, reſpondiſſet, admiratus conſtantiam, in memoriam ſomnii reſponſique revocatur, atque cum & vultus, & ſimilitudo, & expoſitionis tempora, & paſtoris confeſſio convenirent, nepotem agnovit, & quum defunctus ſibi ſomnio videretur, agitato inter paſtores regno, animum minacem duntaxat in illo fregit. Cæterum Harpago amico ſuo infeſtus, in ultio-

ſitatis parvulum argumentum eſt; cujus ortus ad imperium totius Aſiæ ſpectantis, maternus avus Aſtyages, duos prænuntios ſomnii fruſtra diſcutere tentavit: Mandanem filiam ſuam (quod in quiete viderat, urina ejus omnes Aſiaticas gentes inundaſſe) non Medorum excellentiſſimo (ne in ejus familiam regni decus transferretur) ſed Perſarum modicæ fortunæ viro collocavit. Natumque Cyrum exponi juſſit, quia ſimiliter quietis temporibus exiſtimaverat genitali parte Mandanes enatam vitem eouſque creviſſe, donec cunctas dominationis ſuæ partes inumbraret. Sed fruſtratus eſt ſeipſe, nepotis felicitatem, cœleſtium judicio deſtinatam, humanis conſiliis impedire conando.

6. Intra privatum autem habitum Dionyſio Syracuſano adhuc ſe continente, [1] Himera quædam non obſcuri generis fœmina, inter quietem opinione ſua cœlum conſcendit,

ultionem ſervati nepotis filium ejus interfecit, epulandumque patri tradidit. Sed Harpagus ad tempus diſſimulato dolore, odium Regis in vindictæ occaſionem diſtulit. Interjecto tempore, cum adoleviſſet Cyrus, dolore orbitatis admonitus, ſcribit ei, ut ablegatus ab avo in Perſas fuerit, ut occidi eum parvulum avus juſſerit, ut beneficio ſuo ſervatus ſit, ut regem offenderit, ut filium amiſerit, hortatur, ut exercitum paret, & pronam ad regnum viam ingrediatur, Medorum tranſitionem pollicitus. Epiſtolam, quia palam ferri nequibat, regiis cuſtodibus omnes aditus obſidentibus, exenterato lepori inſerit, lepuſque in Perſas Cyro ferendus fido ſervo traditur, additaque retia ſunt, ut ſub ſpecie venationis dolus lateret. Lectis ille literis, eadem ſomnio aggredi juſſus, bellum Medis infert. Aſtyages meriti ſui in Harpagum oblitus, ſummam belli eidem committit, qui exercitum acceptum ſtatim Cyro per deditionem tradit, Regiſque crudelitatem perfidia defectionis ulciſcitur. Quod ubi Aſtyages audit, contractis undique auxiliis, ipſe in Perſas proficiſcitur, & primo impetu Perſarum acies in fugam convertit; quibus fugientibus, matres & uxores eorum obviam occurrerunt, orant ut in prælium revertantur; cunctantibus illis, ſublata veſte, obſcœna corporis oſtendunt, rogantes, num in uteros matrum & uxorum vellent refugere. Hac repreſſi caſtigatione, in prælium redeunt, & facta impreſſione, quos fugiebant, fugere compellunt. In eo prælio Aſtyages capitur, cui Cyrus nil aliud quam regnum abſtulit, ſeque in illo nepotem magis quam victorem egit. *Superior.*] Ideo dixit, quia fuit etiam Cyrus inferior, de quo in Catone Majore multa Cicero dicit, ad quem Alexander cum veniſſet, illi arbores ſua manu inſitas oſtendit. *Oliver.*

1. *Himera quædam.*] Atrebatenſis codex, *Himara quædam.* Legendum, *Himeræa.* Pighius.

1. *Lenti-*

ſcendit, atque ibidem Deorum omnium luſtratis ſedibus, animadvertit prævalentem virum flavi coloris, [1] lentiginoſi oris, ferreis catenis vinctum, Jovis ſolio, pedibuſque ſubjectum: interrogatoque juvene, quo conſiderandi cœli duce fuerat uſa, quiſnam eſſet? audiit illum Siciliæ atque Italiæ dirum eſſe fatum, ſolutumque vinculis, multis urbibus extitio futurum: quod ſomnium poſtero die ſermone vulgavit. Poſtquam deinde [2] Dionyſium inimica [3] Syracuſarum libertati, capitibuſque inſontium infeſta fortuna [4] cœleſti cuſtodia liberatum, velut fulmen aliquod otio ac tranquillitati injecit, Himeræorum mœnia inter effuſam ad officium & ad ſpectaculum ejus turbam intrantem, ut aſpexit hunc eſſe, quem in quiete viderat, vociferata eſt. Id cognitum tyranno, curam [5] tollendæ mulieris dedit.

7. [6] Tutius ſomnium matris ejuſdem Dionyſii: quæ cum eum conceptum utero haberet, parere viſa eſt [7] Satyriſcum: conſultoque prodigiorum interprete, clariſſimum ac po-

1. *Lentiginoſi oris.*] Gloſſarium: Φακώδης, *Lentiginoſus*, *ſparſo ore*. Sumpſit ille quicunque γλωσσόγραφος ex Terentii Heautontimorumeno;

Rufamne illam virginem, cæſiam, ſparſo ore, adunco naſo?

Ubi Grammatici, *ſparſum os*, latum, ſi Dîs placet, interpretantur. Doceo itaque contra Pædagogorum factiones, *ſparſum os* eſſe lentiginoſum. *Coler.*

2. *Dionyſium.*] Occupavit hic imperium vigeſimo quinto ſuæ ætatis anno, & regnavit annis duobus & quadraginta, teſte Cicerone lib. v. Tuſcul. Quæſt.

3. *Syracuſarum.*] Vide ſupra pag. 14.

4. *Cœleſti cuſtodia.*] Quia id ſignificabat, quod pedibus Jovis ſubjectus jacebat, ipſum non exiturum in perniciem, niſi quando Dii eum ſolverent, id eſt, quando permitterent. *Badius.*

5. *Tollendæ.*] Interficiendæ mulieris.

6. *Tutius ſomnium.*] Cicero lib. I. de Divinatione: *Mater*, inquit, *Dionyſii ejus, qui Syracuſanorum tyrannus fuit, ut ſcriptum apud Philiſtum eſt, & doctum hominem & diligentem, & æqualem temporum illorum, cum prægnans hunc ipſum Dionyſium alvo contineret, ſomniavit ſe peperiſſe ſatyriſcum. Huic interpretes ſomniorum, qui Galleotæ in Sicilia tum nominabantur, reſponderunt, eum, quem peperiſſet, clariſſimum Græciæ diuturna cum fortuna fore.*

7. *Satyriſcum.*] Parvum ſatyrum. Multa de ſatyris eorumque generibus fabulata eſt antiquitas. Abſit autem ut putemus extare ullos, aut extitiſſe unquam, in rerum natura Satyros Silenoſve. Sed cum errans aut ludens natura, ſicut ait Plinius, hominem aliquando produxiſſet in lucem cum cornibus, aut alia deformitate contra conſuetas ipſi leges notabilem: paullatim perſuaſêre ſibi mortales rerum imperiti, & naturali quadam inclinatione generis humani ad τερατολογίαν ac rerum mirabilium fictionem & auditionem juxtà ptoni, naſci in ſylvis & abruptis montium

ac potentiſſimum Graji ſanguinis futurum, certo cum eventu cognovit.

8. At Carthaginienſium dux [1] Amilcar, cum obſideret Syracuſas, inter ſomnium audiſſe vocem credidit nunciantem, futurum, ut proximo die in ea urbe cænaret. Lætus igitur perinde ac divinitus promiſſa victoria, exercitum pugnæ comparabat: in quo [2] inter Siculos & Pœnos orta diſſenſione, caſtris ejus Syracuſani ſubita irruptione oppreſſis, ipſum intra mœnia ſua vinctum pertraxerunt. Itaque magis ſpe quàm ſomnio deceptus, cœnavit Syracuſis captivus, non, ut animo præſumpſerat, victor.

9. [3] Alcibiades quoque miſerabilem exitum ſuum haud fallaci

tium tale animalium genus: quod commentum pari levitate à poſteris & acceptum & varie concinnatum eſt, atque à prioribus fuerat excogitatum. Acceſſere phantaſmata illudentium dæmonum, quorum eſt unicum ſtudium, mendacia cujuſcunque generis pro veris ingerere, & omnibus modis in hominum animis illa firmare. Hæc ita accidiſſe fidem faciunt ſimiles naturæ luſus, quorum nulla ætas fuit expers. *Caſaub.*

1. *Amilcar.*] Nomen Punicum, Regemque denotat. Milici etiam, quod Annibalis ſoceri nomen, & hujus filiæ Imilces, quod eſt Regina, & Imilconis Carthaginienſis ducis, non aliunde ſunt petenda. *Melech* enim Rex eſt, *Malcha* Regina; quæ *Milicum* & *Imilcen* pronuntiabant. Silius Italicus lib. III.

Milicus *indigenis late regnarat in oris*
Cornigeram attollens genitoris imagine frontem;
Hinc patriam, clarumque genus referebat Imilce,
Barbarica paulum vitiato nomine lingua.

Ita, qui καθ' ὑπερβολὴν, ut ait Strabo, Tyriis cultus Hercules, dicebatur Μέλκαρθος, ſive Μέλκαρθος, qui depravate Μελικάρθαρος dicitur Euſebio in Oratione de laudibus Conſtantini. *Seldenus.*

2. *Inter Siculos.*] Illos Siculos intelligit, qui cum Carthaginienſibus ſocia arma conjunxerant & confœderati erant.

3. *Alcibiades.*] Lyſander Lacedæmonius Athenienſes diu obſeſſos tandem in ſuam poteſtatem redegit, & omnem reipublicæ ſtatum permutavit, impoſitis triginta prætoribus, qui in totidem evaſere tyrannos. Quorum primus Critias fuit, qui, cum videret Alcibiadem plurimum gratia & auctoritate valere apud Pharnabazum, Perſarum Regem, ſcripſit Lyſandro, niſi daret operam, ut de medio tolleretur Alcibiades, nihil eorum, quæ Athenis conſtituerat, ratum fore. Lyſander, ubi hoc cognovit, miſit ad Pharnabazum nuntium, qui diceret: Lacedæmonios renuntiare illi ſocietatem, quæ cum Rege erat, niſi vel mortuum vel vivum ad ſe mitteret Alcibiadem. Pharnabazus clementiam & fidem ſuam maluit, quam opes regias minui. Itaque duos miſit, Suſamithrem & Mageum, qui Alcibiadem interficerent. Hi cum non auderent ferro aggredi virum fortiſſimum, ligna intulerunt, & tugurium, in quo cum amica quadam erat Alcibiades, incenderunt.

Ille

fallaci nocturna imagine ſpeculatus eſt: Quo enim pallio amicæ ſuæ dormiens opertum ſe viderat, eo interfectus, & inſepultus jacens, contectus eſt.

10. Proximum ſomnium, etſi paullo eſt longius, propter nimiam tamen evidentiam ne omittatur, impetrat. Duo familiares [1] Arcades iter una facientes, [2] Megaram venerunt: quorum alter ad hoſpitem ſe contulit, alter in tabernam meritoriam divertit. Is autem qui in hoſpitio erat, vidit in ſomnis comitem ſuum orantem, ut ſibi cauponis inſidiis circumvento ſubveniret: poſſe enim celeri ejus accurſu ſe imminenti periculo ſubtrahi. Quo viſo excitatus, proſiluit, tabernamque, in qua is diverſabatur, petere conatus eſt. Peſtifero deinde fato humaniſſimum propoſitum tanquam [3] ſupervacuum damnavit, idque viſum pro nihilo ducens, lectum ac ſomnum repetiit. Tunc idem ei ſaucius oblatus obſecravit, ut qui auxilium vitæ ſuæ ferre neglexiſſet, [4] neci ſaltem ultionem non negaret. Corpus enim ſuum à caupone trucidatum, tum maxime plauſtro ad portam ferri ſtercore coopertum. Tam conſtantibus familiaris precibus compulſus, protinus ad portam cucurrit, & plau-

Ille ſtrepitu flammæ excitus, veſtimenta omnia ſuper ignem injecit, & cum familiari ſervo & amica evaſit; ſed tandem à multitudine militum occiditur. Tum mortuum mulier veſte ſua opertum cremavit incendio tugurii. De hoc viro dicetur in cap. de mutatione caſus & fortunæ. *Oliver.*

1. *Arcades.*] Ciceronis eſt, qui ex Chryſippo ſumpſit, cujus locum Suidas commemorat in verbo τιμωρῦντ@. *Colerus.* *Arcades.*] Arcadia, uti notum, regio Peloponneſi, quorum incolas antiqui προσελήνους exiſtimârunt.

2. *Megaram.*] Urbs eſt Megaritidis regionis, juxta ſinum Saronicum, quam coloniam eſſe dixit Plinius. Sed cum plures ejuſdem hujus nominis urbes ſint, veriſimile eſt hanc urbem in Peloponneſo intelligi, cujus meminit Ariſtot. in Mirab.

3. *Supervacuum damnavit, &c.*] In Cauchiano codice hæc diffuſius, quam vulgo legitur: *Supervacuum damnavit: idque viſum pro nihilo ducens, lectum ac ſomnum repetiit.* Atque iiſdem fere verbis hæc Cicero: *Deinde*, inquit, *cum ſe collegiſſet, idque viſum pro nihilo habendum eſſe duxiſſet, recubuiſſe.* De Divin. 1. ex quo loco Valerius exemplum accepit. *Pighius.*

4. *Neci ſaltem ultionem.*] Ne centum erraret annos. Quia inulti & inſepulti centum errare annos credebantur. Virgilius:

Centum errant annos, volitantque ea flumina circum.

Lucanus:

—— *Umbraque erraret Craſſus inulta.*

Oliver.

plauſtrum, quod in quiete demonſtratum erat, comprehendit, cauponemque ad capitale ſupplicium perduxit.

CAP. VIII.

DE MIRACULIS.

QVAE CONTIGERE ROMANIS.

1. *Caſtores viſi bello Latino & Perſico.*
2. *Æſculapius ſerpentis ſpecie apparens.*
3. *Iunonis Monetæ verba audita.*
4. *Fortunæ muliebris verba audita.*
5. *Sylvani verba audita bello Vejenti.*
6. *Mars viſus bello Lucano.*
7. *Dii Penates Alba Lavinium ſponte ſua regreſſi.*
8. *C. Iulius Cæſar poſt mortem viſus.*
9. *Cn. Pompeji M. rogus miraculoſe indicatus.*
10. *Ap. Claudii Procoſ. mors oraculo prædicta.*
11. *Romuli lituus & ſtatua incendiorum flammis intacta.*
12. *Ad ſepulturam elati reviviſcentes.*

EXTERNIS.

1. *Erus Pamphilus poſt decimum diem reviviſcens.*
2. *Athenienſis quidam memoria literarum privatus.*
3. *Mulier ſubito caſu obmuteſcens.*
4. *Ægles Samius mutus, & ſubito vocalis factus.*
5. *Gordias Epirota matre mortua natus.*
6. *Iaſo Pheræus vomica liberatus.*
7. *Simonides Poëta ruina domus exemptus.*
8. *Daphidæ Sophiſtæ mors oraculo prædicta.*
9. *Philippo Macedonum Regi mors prænuntiata.*
10. *Alexandri M. mors miraculoſe præcognita.*
11. *Remigis cujuſdam rarus caſus.*
12. *Admirandi dentes Pruſiæ Regis filii.*
13. *Duplex ordo dentium Diepetenes filiæ Mithridatis.*
14. *Rarus & acutiſſimus viſus Strabonis Lincei.*
15. *Ariſtomenis Meſſenii cor piloſum.*
16. *Antipatri Poëtæ anniverſaria febris.*
17. *Poliſtrati & Hippoclidis Philoſophorum ſimillima vita.*
18. *Miracula quædam naturæ.*
19. *Serpens ad Bagradam.*

MUlta etiam interdiu, & vigilantibus acciderunt, perinde ac tenebrarum ſomniique nube involuta; quæ, quia

quia unde manaverint, aut qua ratione conſtiterint, dignoſcere arduum eſt, merito miracula vocantur.

1. Quorum è magno acervo inprimis illud occurrit. [1] Cum apud lacum [2] Regillum A. Poſthumius dictator, & [3] Tuſculanorum dux Mamilius Octavius magnis viribus inter ſe concurrerent, ac neutra acies aliquandiu pedem referret; [4] Caſtor ac Pollux Romanarum partium propugnatores viſi, hoſtiles copias penitus fuderunt.

Item

1. *Cum apud lacum.*] Hanc Hiſtoriam Livius libro ſecundo commemorat; de miraculo vero nullam prorſus mentionem facit, tantum dicit ædem Caſtori Dictatorem voviſſe; nec id affirmat, ſed ita ferri dicit. Plutarchus vero & Cicero autores ſunt, quod dum Romani cum Tuſculanis bellum haberent, duce Aulo Poſthumio Dictatore, & apud lacum Regillum pugna commiſſa ad multum diei tracta foret, & in neutram partem victoria inclinaret, viſi ſunt Pollux & Caſtor pro Romanis fortiter pugnare, qui copias hoſtium penitus profuderunt. Dionyſius libro ſexto poſt pugnæ narrationem: *In hac*, inquit, *pugna dicitur Poſthumio Dictatori, & qui cum eo erant in acie equitibus, apparuiſſe duos juvenes, & forma & magnitudine longe ſuperiores viris, quos nunc noſtra natura nutrit, pubeſcereque incipientes, ducentes equitatum Romanum, & qui obviam Latinorum irent ferientes haſtis, propellenteſque & cohortantes ſocios: poſtque fugam Latinorum captionemque caſtrorum inclinante jam die in veſperam viſi eſſe in Romano foro eodem habitu adoleſcentes dicuntur duo, bellicas induti lænas, procerique & pulcherrimi, eandem habentes ætatem, faciemque ſervantes, tanquam redeuntium ex prælio, ſpecie pugilum, equoſque madidos ſudore adducentes, iiſque deſcendentem ajunt deinde utrumque equos abluiſſe ad ſcaturiginem, quæ manat juxta templum Veſtæ, lacum faciens profundum: multis dein eos circumſiſtentibus, & ſi quid eſſet ab exercitu novi, diſcere poſtulantibus, narraſſe eos pugnam ut fuerat, & quod viciſſent Romani, nuntiaſſe, diſcedenteſque inde, dicunt eos ex foro à nemine viſos amplius. Die poſtero acceptis literis à Dictatore, cognoverunt de apparitione Numinum in prælio, & eos fuiſſe Caſtoris & Pollucis ſimulachra.* Oliverius.

2. *Regillum.*] Regillus Lacus Plinio, in Latio eſt; in agro Tuſculano, ut ſcribit Livius lib. II. & Florus I. ad Algidi nemoris ingreſſum. Hodie Lago de S. Praſſode dici, tradit Jovius, & Leander, S. Severa Nardus. *Ortelius.*

3. *Tuſculanorum.*] Ultra Lanuvium Ariciamque & Albanum montem verſus ſeptentrionem, ab Urbe Roma verſus orientem erat Tuſculum oppidum, Livio, Dionyſio, Diodoro, Straboni, Ptolemæo, aliiſque celebratum opidum. In collibus ſitum fuit, unde Tuſculani colles, qui cum Albanis cohærent. Ex quibus Tuſculanos colles fuiſſe, in quibus nunc opidum, quod vulgo Freſcati dicitur, conſpicuum eſt. Atque idem fere ſitu opidum eſſe cum Fraſcatio, inde liquet, quod ſtadia circiter centum, id eſt, XII. m. p. & 10. paſſ. Roma abeſſe, teſtantur veteres. Dionyſ. lib. X. Joſeph. Antiq. Judaic. lib. XVIII. cap. 8. Sunt hodieque ibi ingentes ruderum reliquiæ, quæ ſitum Tuſculi ſatis arguunt. A Telegono, qui Ulyſſis & Circes filius fingitur, condita urbs cenſetur. Unde *Circæa mœnia* appellavit Horatius. Ejuſdem autem generis Mamilius Octavius fuit. *Cluver.*

4. *Caſtor, &c.*] Contigit A. U. DXXCV.

Item bello Macedonico P. Vatinius, [1] Reatinæ præfecturæ vir, noctu Urbem petens, exiſtimavit duos juvenes excellentis formæ, albis equis inſidentes, obvios ſibi factos nuntiare, die qui præterierat, Perſen regem à Paullo captum. Quod cum ſenatui indicaſſet, tanquam majeſtatis ejus, & amplitudinis, vano ſermone contemptor, in carcerem conjectus eſt. Poſtquam Paulli literis illo die Perſen captum apparuit, & cuſtodia liberatus, & inſuper agro, & [2] vacatione donatus eſt: [3] Caſtorem vero, & Pollucem etiam illo tempore pro imperio populi Romani excubuiſſe cognitum eſt, quo ad lacum [4] Juturnæ, ſuum equorumque ſudorem abluere viſi ſunt; junctaque fonti [5] ædes eorum, nullius hominum manu reſerata patuit.

1. *Reatinæ præfecturâ.*] Quia præfectus erat Reati, ac ſi diceres Præturæ Viluxcentinæ. Erant quædam præfecturæ, ad quas mittebantur à Prætore Urbano præfecti, ut Fundi, & Formiæ, Privernum, Anagnia, Reate, Norſia, Arpinum, & alia. *Oliv.* *Reatinæ.*] Reate opidum Sabinorum memoratur Livio, Dionyſio, Straboni, Plinio, Suetonio, Feſto, Itinerariis Romanis. Oppidi vetuſtiſſima eſt origo, quippe quod Aborigines, à Sabinis urbe ſua Liſta pulſos, intra ſeſe recepiſſe Dionyſius lib. I. teſtatur, quod ante Bellum Trojanum factum eſſe Cluverus oſtendit. Celebris itaque paſſim apud antiquos autores ejus fit mentio. Cicero tamen ignobili voce Catilin. III. *Præfecturam* appellavit. *Cluver.*

2. *Vacatione.*] Vacatio munerum publicorum excuſationem ſignificat l. 5. §. fin. de Mun. & Honor. & in tit. de Vacat. & exempt. Mun.

3. *Caſtorem.*] Contigit A.U.CCLVII.

4. *Juturnæ.*] De hoc lacu Virgil. Æneid. lib. XII. & Ovid. Faſt. lib. II. Propert. lib. III. Eleg. XXI. Fuit & in foro, juxta Dionyſium, ſed alius ab eo, qui juxta Numicum Fluvium. Uter autem intelligatur, differunt autores. Quod ad Juturnam attinet, qui prope Numicum eſt, hodieque prope Albanum & Sabellum opida, verſus occaſum Solis viſendus ſane fons, VI. millia paſſuum à Numici fontibus diſſitus; qui ex Albani montis radicibus, & , ut vulgo creditur, ex Albano lacu ſubterraneis meatibus ſub ipſa via Appia tanta aquarum vi ſonorus, ut inquit Virgilius, erumpit, uti ſtatim à capite molas circumvolvat, unde non longe progreſſus amnis, in lacum diffunditur haud perinde magnum: ex lacu deinde ad Tiberim defertur, cui miſcetur V. milliari ab Oſtia, ſeptimo vero ab urbe Roma. Lacum hodieque vocant Lago di Turno, alii di Volturno, quum ab initio eſſet Lago di Juturna. *Cluverus.* Hic vero locus in Urbe intelligi videtur, cum addit de Æde Caſtoris, quæ in foro fuit, juxta Dionyſium.

5. *Ædes eorum.*] Caſtorum ædem, quanquam omnes in foro fuiſſe affirmant, in qua tamen parte, non conveniunt. Dionyſius autem, haud procul à Veſtæ fuiſſe innuit his verbis: *Hujus autem inopinatæ, admirabiliſque apparitionis, cum ſigna adhuc Romæ multa, tum vero eſt ædes Pollucis & Caſtoris, quam ſupra forum extruxit civitas, ubi viſa ſunt*

2. [1] Sed ut cæterorum quoque Deorum propenſum huic Urbi numen exequamur: triennio continuo vexata peſtilentia civitas noſtra, cum finem tanti, & tam diuturni mali, neque divina miſericordia, neque humano auxilio, imponi videret: cura ſacerdotum, inſpectis [2] Sibyllinis libris animadvertit, non aliter priſtinam recuperari ſalubritatem poſſe, quam ſi ab [3] Epidauro Æſculapius eſſet accerſitus.

illorum ſimulacra. Et mox: *Specie pugilum, equoſque madidos ſudore ad ſcaturiginem, juxta ædem Veſtæ manantem abluere.* Appianus autem commemorat, Aſellium Prætorem forte ſacra Caſtori & Polluci in foro facientem, cum quidam lapide phialam excuſſiſſet, ad Veſtæ ædem cucurriſſe. Ex quorum verbis apparet, ædem Caſtorum prope Veſtæ, forumque Romanum ita ſitam, ut à fronte hoc, illam vero à tergo habuerit. Hanc Caſtoris ædem A. Poſthumius Dictator bello Latino vovit, ejuſque filius Duumvir creatus dedicavit. Cicero: *Nonne*, inquit, *ab A. Poſthumio ædem Caſtori & Polluci in foro dicatam vides?* Et iterum pro Domo ſua, atque pro Sextio, ejus gradus à Clodio revulſos teſtatur, & S. C. concioneſque in eadem ſæpe habitas. Aſconius vero, L. Metellum hanc inſtauraſſe tradit. Et Plutarchus Cæcilium Metellum Floræ ſimulachro, pulchritudine inſigni, exornaviſſe. Inerat & tabula, monimentum civitatis equitibus Campanis datæ. Ante eandem ædem fuit ſtatua equeſtris togata Q. Marcii Tremuli, qui Samnites bis devicerat, captaque Anagnia populum ſtipendio liberaverat. Et licet hæc ædes geminis fratribus eſſet dedicata, tamen Caſtoris tantum vocabatur: arbitramurque fuiſſe inter porticum Concordiæ, & Cæſaris templum. Illa vero, quam Suetonius refert, Tiberium Cæſarem ſuo, fratriſque nomine de manubiis Caſtori & Polluci dedicaviſſe, niſi de eadem intelligat, ab ipſo inſtaurata; quo in loco fuerit, incertum habemus. *Marlianus.*

1. *Sed ut cæterorum.*] Auguſtinus de Civitate Dei lib. III. *Æſculapius*, inquit, *ab Epidauro Romam abivit, ut peritiſſimus Medicus in urbe nobiliſſima artem glorioſius exerceret.* Ovidius lib. ult. Metamorphoſeωn hanc late deſcribit Hiſtoriam ſive Fabulam. *Oliver.*

2. *Sybillinis.*] Vide ſupra pag. 9.

3. *Epidauro.*] Tres in Europa ſunt hujus nominis urbes, quarum una in Dalmatia, alteræ duæ in Peloponneſo ſitæ ſunt. Unam harum Limeram cognominatam fuiſſe; alterutram quoque Peloponneſiacæ Æſculapii delubro celebrem fuiſſe, ex auctoribus conſtat. Sed cum à neotericis Scriptoribus in attribuendo cognomine, & delubro ſæpius hallucinari, magnoque errore hæc confundi obſervaverimus, coacti fuimus ad ipſos fontes, ex quibus hæc de Epidauris hauſimus, recurrere. Epidaurus igitur prima eſt in Dalmatia, Ptolemæo. Hæc Epidaurum Colonia à Plinio dicitur. & Legio IX. hic ponitur in antiqua inſcriptione. Hæc hodie eſt & emporio, & Republica nobilis. Hanc Europæis Raguſi appellari, extra controverſiam eſt. Turcis vero, ni fallor, Dobronicha vocatur; Ραύσιον Cedreno. Huic Limeræ cognomen, ſed falſo, à pluribus noſtræ ætatis Scriptoribus additur. Hanc Dion & Mela in Parthinis (Dalmatiæ populis) quos Plinius Parthenos nominat, & hodie Raguſienſes poſſent indigetari, ponit. Epidaurus altera, in Peloponneſo, à Plinio, Ptolemæo, Strabone, Pompeioque, in Argia nempe regione, ad Saronicum ſinum, quam Æſculapii delubro

ſitus. Itaque eo legatis miſſis, unicam fatalis remedii opem auctoritate ſua (quæ jam in terris erat ampliſſima) impetraturam ſe credidit. [1]Neque eam opinio decepit: pari namque ſtudio petitum, ac promiſſum eſt præſidium: eveſtigioque Epidaurii, Romanorum legatos in templum Æſculapii (quod ab eorum urbe quinque millibus paſſuum diſtat) perductos, ut quicquid inde ſalubre patriæ laturos ſe exiſtimaſſent, pro ſuo jure ſumerent, benigniſſime invitaverunt: Quorum tam promptam indulgentiam, numen ipſius Dei ſubſecutum, verba mortalium, cœleſti obſequio comprobavit. Siquidem is anguis, quem Epidaurii raro, ſed nunquam ſine magno ipſorum bono viſum, in modum Æſculapii venerati fuerunt, per urbis celeberrimas partes, [2]mitibus oculis, & leni tractu labi cœpit, triduoque inter religioſam omnium admirationem conſpectus, haud dubiam præ ſe appetitæ clarioris ſedis alacritatem ferens, ad triremem Romanam perrexit: paventibus inuſitato ſpectaculo nautis, eo conſcendit, ubi Q. Ogulnii legati tabernaculum erat, inque [3]multiplicem orbem,

lubro celebrem faciunt. Extra urbem tamen fuiſſe hoc delubrum ſcribit Pauſanias in Corinthiacis: quinque nempe m. p. ut habet Livius XLV. Epitaurus hæc antea dicebatur, referente Strabone. apud quem autem Epicarum reſtituendum monet Caſaubonus; à Caribus nempe hunc tractum olim tenentibus. Hanc hodie Pigiada, ut Dom. Niger, vel Cheroniſi vocant, ut Sophianus auctor eſt. Epidaurus tertia in eadem eſt Peloponneſo, ad Argolicum ſinum, in Laconica, Ptolemæo, ſive, ut Pauſanias habet, apud Eleutherolacones. Epidauria hæc Straboni, qui eandem prius Limeram cognominatam dicit, ob portus commoditatem, (λιμὴν enim Græce portus) ac poſtea conciſo vocabulo, Limeram. Sic quoque hanc cognominant Thucydides, Pauſanias, item Stephanus; qui eandem quoque Meliſſiam, *Μελισσίαν*, & Æmeram *Αἰμηρὰν* vocat. Corrupte autem pro Limera *Λιμήρα*, A enim & Λ Græca elementa inter ſe forma non admodum diſſimilia, ſcriptorem fefelliſſe arbitror. Quod monuit aliquando per literas vir non tantum doctiſſimus, ſed & optimus And. Schottus. Monobaſia, vel Monembaſia hæc à poſterioribus Græcis, ut Plethoni, Gregoræ, & Cedreno nominatur. Hæc autem ætas hanc Malvaſiam appellat. Hujus regio & incolæ vocantur à Strabone Epidauria, & Epidaurii. Meminit quoque Plinius Epidaurus inſulæ, quæ ejus tempore deſiit. *Ortelius.*

1. *Neque eam, &c.*] Contigit A. U. CDLXI.

2. *Mitibus oculis.*] Quaſi boni aliquid Romanis promitteret.

3. *Multiplicem orbem.*] In multas ſpiras & gyros:

orbem, per ſummam quietem eſt convolutus. Tum legati, perinde atque exoptatæ rei compotes, expleta gratiarum actione, cultuque anguis à peritis accepto, læti inde ſolverunt: ac proſperam emenſi navigationem poſtquam [1] Antium appulerunt, anguis, qui ubique in navigio remanſerat, prolapſus in veſtibulo ædis Æſculapii, myrto frequentibus ramis diffuſæ, ſupereminentem excelſæ altitudinis palmam circumdedit: perque tres dies poſitis, quibus veſci ſolebat, non ſine magno metu legatorum, ne in triremem reverti nollet, Antienſis templi hoſpitio uſus, urbi ſe noſtræ ad vehendum reſtituit, atque in ripam Tiberis egreſſis legatis, in [2] inſulam, ubi * templum dicatum eſt,

& gytos: ſignificat autem longitudinem ſerpentis, qua multipliciter involutus erat.

1. *Antium.*] Antium, Latinorum portus, in Italia, Ptolemæo teſte. Antiates Livio. Diei itinere diſtare ab Urbe, ſcribit Procopius, cui in Samnitibus ſunt. Anthiam *Ἄνθειαν* vocatam ſcribit Stephanus: & eandem Antium *Ἄντιον* vocat. COL. ANTIAT. LEG. IV. ITALICA, habet nummus Neronis, in Goltzii Theſauro. Cabo d'Antio Petrarchæ, & Leandro Alberto eſt. Antii hodie nihil præter ruinas exſtare, ſed & ejus veſtigiis nunc Neptunium ædificatam, volunt Volaterranus, Blondus, & Ciofanus. *Ortelius.*

2. *Inſulam, ubi templum dicatum.*] Supra pontem Palatinum ad paſ. LXXX. jacet inſula Tiberina, cujus origo hæc eſt: Tarquinio Superbo ob Lucretiæ ſtuprum urbe pulſo, Senatus cætera ejus bona populo auferenda conceſſit: ſed quod in campo Tiberino (quem ipſe Tarquinius ſeverat) fuerat frumentum, aliud in areis adhuc jacens, aliud in culmis, auferri nemini permiſit, verum ut execrabile, jaciendum in flumen eſſe, decrevit. Quod cum æſtivis caloribus eſſet ſolito humilius, paleæ fundo adhærentes, limumque fluctibus advectum excipientes, inſulam hanc paulatim effecêre. Opera deinde hominum factum eſſe opinatur Livius, ut ejus area firma eſſet, etiam ad Deorum templa ſuſtinendum. Habet autem hæc inſula formam biremis, ut intelligamus, partem ſuperiorem proram, inferiorem vero puppim eſſe. Longitudo ejus ſtadiis paulo minus duobus perficitur: latitudo vero paſ. quinquaginta. De hac ſunt Ovidii hi verſus,

Scinditur in geminas partes circumfluus amnis,
Inſula nomen habet, laterumque à parte duorum
Porrigit æquales media tellure lacertos.

Tota erat Æſculapio ſacra, propter ejus ſimulachrum ex Epidauro in eam advectum, ut refert Livius. De eo Plinius etiam ſic meminit: *Atqui anguis Æſculapius Romam advectus eſt, vulgoque paſcitur, & in domibus.* Unde forma navis, qua ſimulachrum advectum dicitur, non modo inſulæ eſt data: verum memoriæ ejus rei cauſa, navis etiam ex lapide Thaſio ſculpta, in ejuſdem inſulæ puppi collocata fuit: quæ etiam hodie viſitur, & in altero ejus latere ſerpentis ſimulacrum. Ædes ejuſdem Dei poſita erat, ubi nunc D. Bartholomæi eſt tem-

eſt, tranſnavit: adventuque ſuo tempeſtatem, cui remedio quæſitus erat, diſpulit.

3. [1] Nec minus voluntarius [2] Junonis in urbem noſtram tranſitus. Captis à Furio Camillo [3] Vejis, milites juſſu Imperatoris ſimulachrum [4] Junonis Monetæ, quod ibi præcipua re-

eſt templum. De qua Sext. Pompejus ſic meminit: *In inſula Æſculapio facta fuit ædes, quod ægroti à medicis aqua maxime ſuſtententur.* Ejuſdem eſſe rutelæ draconem ajunt, quod vigilantiſſimum ſit animal: quæ res ad tuendam valetudinem ægroti maxima eſt. Canes adhibentur ejus templo, quia is uberibus canis ſit nutritus. Bacillum habet nodoſum, quod difficultatem ſignificat artis. Laurea coronatur, quod ea arbor plurimorum ſit remediorum. Huic gallinæ immolabantur. Aliqui vero volunt, ædem hanc in inſula fuiſſe conſtitutam, quod fluxu & motu aquarum aër ſit ſalubrior; alioquin & extra urbem collocari ſolebat, quod Plinius etiam affirmat his verbis: *Ideo Romani templum Æſculapii, etiam cum reciperetur is Deus, extra urbem feciſſe, iterumq; in inſula traduntur.* Hoc templum Lucretium prætorem tabulis pictis ex præda exornaviſſe, commemorat Livius tertio Dec. quintæ. *Marlianus.*

* *Templum dedicatum.*] Nunc S. Joannis Coleritæ, in inſula Tyberina. In hoc incubabant ægroti, valetudinis cauſa: unde qui morbo levatus non erat, apud Plautum his verbis incuſat Deum:

Migrare certum eſt jam nunc è fano foras,
Quando Æſculapii ita ſentio ſententiam.

Prope hoc templum in horto, navis eſt prælonga, ex Thaſio lapide; cujus inſigne eſt caput Tauri, & à latere ſimulacrum ſerpentis. *Fabritius.*

1. *Nec minus voluntarius.*] Livius: *Cum jam humanæ opes egeſtæ à Vejis eſſent, amoliri tum Deum dona ipſoſque Deos, ſed colentium magis quam rapientium modo cæpere: namque delecti ex omni exercitu juvenes pure lotis corporibus, candida veſte, quibus deportanda Romam Regina Juno aſſignata erat, venerabundi templum inire, primo religioſe admoventes manus, quod id ſignum more vetuſto niſi certæ gentis ſacerdos attrectare non eſſet ſolitus: deinde cum quidam, ſeu ſpiritu divino tactus, ſeu juvenili joco, Viſne Romam ire Iuno? dixiſſet, annuiſſe cæteri conclamaverunt.* Inde fabulæ adjectum eſt, vocem quoque dicentis *velle*, auditam; motam certe ſede ſua parvi molimenti adminiculis, ſequentis modo, accepimus levem & facilem tranſlatu fuiſſe, integramque in Aventinum æternam ſedem ſuam, quo vota Romani Dictatoris vocaverant, perlatam, ubi templum ei poſtea idem qui vocaverat Camillus dedicavit. Contigit A. U. CCCLVII.

2. *Junonis.*] Vide ſupra pag. 26. 27.

3. *Vejis.*] Eſt hæc urbs Hetruriæ non procul à Roma, decennali obſidione Camilli nobilis.

4. *Junonis Monetæ.*] Juno Moneta à monendo dicta eſt, ut ſentire videtur Cicero lib. de Divinat. Dicit enim: *Atque ita ſcriptum à multis, cum terræ motus factus eſſet, ut ſue plena procuratio fieret, vocem ab æde Junonis ex arce extitiſſe, quocirca Junonem illam appellatam Monetam.* Oliver. *Junonis Monetæ.*] Valerio congruit Lactantius lib. II. Plutarchus Junonis quidem ſimulacrum à Camillo tranſlatum ſcribit, ſed cognomen non addit. Livius *Junonem Reginam* appellat, & late refert hiſtoriam, Deæque in Aventino monte ædem à Camillo factam ſcribit. Cujus templi atque ſacrorum meminit item lib. XXVII. Aſtipulatur item P. Victor,

pua religione cultum erat, in Urbem tralaturi, ſede ſua movere conabantur. Quorum ab uno per jocum interrogata Dea, an Romam migrare vellet, Velle ſe reſpondit. Hac voce audita, luſus in admirationem verſus eſt. Jamque non ſimulacrum, ſed ipſam cœlo Junonem petitam, portare ſe credentes, læti in ea parte montis [1] Aventini, in qua nunc [2] templum ejus cernimus, collocaverunt.

4. [3] Fortunæ etiam Muliebris ſimulacrum, quod eſt * via Latina

ctor, qui templum Junonis Reginæ Vejis captis à Camillo dedicatum, in Aventino XIII. urbis regione collocat. Atqui Monetæ Junonis ædem in Capitolio fuiſſe ex voto L. Camilli Dictatoris, qui ſuperioris M. Camilli filius fuit, poſt victoriam de Auruncis poſitam, Livius idem lib. VII. Ovid. Faſt. VI. & Macrobius teſtantur. Verum antea quoque priuſquam à Gallis urbs caperetur, vocem ex arce Capitolina ab æde Junonis auditam ſcribit Cicero de Divinatione primo; atque ideo Junonem illam appellatam *Monetam* à monendo. Eandem forte ob cauſſam & hæc Regina Juno, quæ apud Vejos erat loquuta, à Valerio noſtro *Moneta* vocatur. *Pighius.*

1. *Aventini.*] Aventinus ab Anco Rege, creſcente civium numero, ex parte Urbi additus, non totus habitatus, Tatii Regis Romanorum, & Aventini Albanorum ſepulchris celebris. Variis appellatus nominibus, à Remo Romuli fratre, Remurius: à Murciæ Socordiæ Deæ ſacello, Murcius, à Dianæ templo collis Dianæ. Martialis l. XII.

Cum tu forſitan inquietus erras
Clamoſa, Juvenalis, in Suburra,
Aut collem dominæ teris Dianæ.

Propter longitudinem certo deſcribi nequit: ſed tamen tentabimus. Ad ortum in meridiem declinantem reſpicit mœnia; ad meridiem, campum Figulinum; ad occaſum flumen; ad ſeptentrionem, montem Palatinum. Ortum verſus, ſed valde in meridiem flexum, propinqua eſt porta Capena; meridiem porta Oſtienſis, Cæſtii pyramis, mons Teſtaceus; occaſum Navalia, Salinæ, ſpelunca Caci; ſeptentrionem Dianæ templum, & Naumachiæ initium. Aventinus, vel ab Aventino Rege dictus, qui in eo extinctus bello & ſepultus fuerit, ut IV. Faſt. Ovidius ait, vel ab Avente Sabinorum fluvio, ut ſcribit Varro. *Georg. Fabritius.*

2. *Templum ejus.*] Ovidius lib. VI. Faſtorum:

Arce quoque ſumma Junoni templa Monetæ,
Ex voto memorant facta, Camille, tuo.
Ante domus Manli fuerat, qui Gallica quondam
A Capitolino reppulit arma Jove.
Quam bene, Dî magni, pugna cecidiſſet in illa,
Defenſor ſolii, Jupiter alte, tui?
Vixit, ut occideret damnatus crimine regni,
Hunc illi titulum longa ſenecta dabat.

Plutarchus tamen non voviſſe Camillum ædem Junonis Monetæ ſcribit, ſed tantum Manlii ædem dirutam, atque in ejuſdem area templum collocatum.

3. *Fortunæ etiam muliebris, &c.*] Cum Coriolanus in exilium miſſus eſſet, quod frumentum diſtribui populo vetaret, ad Hetruſcos profugit, & ab his Imperator electus, urbem magnis copiis invaſit, & eam gravi obſidione premebat. Miſſi ſunt ad eum primo legati, qui agerent de pace cum eo, qui nihil obtinere potuerunt, iterum iidem miſſi non recipiuntur in caſtra; miſſi

Latina ad quartum milliarium, eo tempore cum æde ſua conſecratum, quo Coriolanum ab excidio Urbis maternæ preces

deinde ſacerdotes cum infulis æque ſine effectu redierunt: ſtupebat Senatus, trepidabat populus, viri pariter ac mulieres imminens exitium lamentabantur: nunc matronæ ad Veturiam matrem Coriolani, Volumniamque uxorem frequentes coëunt. Id publicum conſilium an muliebris timor fuerit, parum conſtat. Pervicere certe, ut Veturia magno natu mulier, & Volumnia duos parvos ex Marcio ferens filios, ſecum in caſtra hoſtium irent, & quam armis viri defendere urbem non poſſent, mulieres precibus lachrymiſque defenderent: ubi ad caſtra ventum eſt, nunciatumque Coriolano adeſſe ingens mulierum agmen, ut qui nec publica majeſtate in legatis, nec in ſacerdotibus tanta effuſa oculis animoque religione motus eſt, multo obſtinatior adverſus lachrymas muliebres erat: deinde familiarium quidam, qui inſignem mœſtitia inter cæteras cognoverat Veturiam, inter nurum nepoteſque ſtantem, niſi me fruſtrantur, inquit, oculi, mater tibi conjuxque adſunt, & liberi. Coriolanus prope ut amens conſternatus à ſede ſua, cum ferret matri obviæ complexum, mulier in iram ex precibus verſa, ſcire, inquit, volo, priuſquam complexum accipiam, an ad hoſtem ne an ad filium venerim, captiva ne an mater in caſtris tuis ſim? in hoc me longa vita, & infelix ſenecta traxit, ut primo exulem, deinde te hoſtem viderem? potuiſti populare hanc terram, quæ te genuit, quæ te aluit? niſi te peperiſſem, Roma non oppugnaretur. Multa inſuper addidit complorando. Quibus, & uxoris, & parvulorum fletibus motus, matrem complexus, expugnaſti, inquit, iram meam; patriam, precibus hujus motus, cujus utero delatus ſum, quamvis merito mihi inviſam, dono; continuoque agrum Romanum hoſtilibus armis liberavit. In cujus rei memoriam Senatus cenſuit templum Fortunæ muliebri dedicandum in Latina via ad quartum lapidem, ubi res acta fuerat; quoniam fortunatiores in liberanda patria fuerant mulieres, quam viri. Nam, ut inquit Livius, non inviderunt laudes ſuas mulieribus viri Romani, adeo ſine obtrectatione alienæ gloriæ vivebatur. Hujus igitur Deæ ſimulachrum bis locutum fuiſſe tradunt auctores: *Rite vidiſtis, tum cum vobis propitia fui. Rite dedicaſtis, quia ſimulachrum illud dedicarunt mulieres.* Plutarchus dicit, quod mulieres collata pecunia ſimulachrum illud compararunt & dedicarunt. *Oliv. Fortuna muliebris.*] Fuit enim & ædes Fortunæ virilis. Variæ enim fuêre ædes Fortunæ conſecratæ, primo Fortunæ virilis, nunc S. Mariæ Ægyptiacæ, ad ripam Tyberis, juxta pontem Palatinum, ex lapide quadrato, cum tectorio ad regulam antiquorum facto, columnæ ex latere utroque ſeptem, duæ in frontibus. Porticus parva columnarum quatuor, & ante aram totidem. Ad ortum æſtivum parieti inſerta columella ex alabaſtro, quæ claro Solis ortu, luce perſpicua, & fulgore luminis incendit parietes. Ovid. III. Faſt.

Dicite nunc quare Fortunæ thura virili
Detis, eo gelidâ qui locus humet aqua.

Simulachrum hujus Deæ duabus undulatis togis fuit opertum, perinde ut olim Reges Romani undulatas & prætextas togas ſoliti ſunt habere: ita ſcripſit Varro lib. I. de vita pop. Rom. *Fuit quoque templum Fortis Fortunæ, nunc S. Colmati, ſub Janiculo, in hortis Cæſaris Dictatoris, quos ipſe pop. Rom. legaverat, ut Tacitus narrat.* Terent. Scaurus: *Fædus Graciæ*, inquit, *camelo arca in hortis Cæſaris, ædi Fortis Fortunæ inciſum, & pro porta poſitum.* De eodem horto & templo Suetonius. Fuerunt & alia Fortis Fortunæ templa, ut ex Var-

preces repulerunt, [1] non ſemel, ſed bis locutum conſtitit, his pene verbis: Rite me matronæ vidiſtis, riteque dedicaſtis.

5. [2] Valerio autem Poplicola Cos. qui poſt exactos reges

ex Varrone & Livio conjicimus. Colebatur ab operariis, & ruſticis, & ſervis. Columella in libro de Hortis:

Allia cum cepis, cereale papaver anetho
Jungite, dumque virent, nexos deferte maniplos,
Et celebres Fortis Fortunæ dicite laudes.

Etiam Fortunæ Mammoſæ in capite viæ Novæ, à qua etiam vicus nomen accepit, dicta vel ab ubertate, vel à forma ſtatuæ. Fortunæ Plebeiæ à Tullo conditum, de quo VI. Faſt. Ovidius:

Plebs colit hanc, quia qui poſuit, de plebe fuiſſe
Fertur, & ex humili ſceptra tuliſſe loco.

Fortunæ Tarpeiæ, de quo templo in Prænestina inſcriptione, quæ in domo Epiſcopi eſt; cognomento Primigenia, ut plurimæ ibidem inſcriptiones docent. Fortunæ Reducis, à Domitiano factum. Martialis lib. VIII.

Hic tibi Fortunæ Reduci fulgentia late
Templa patent, felix area nuper erat.

Claudianus:

Aurea Fortunæ Reduci ſi templa priores
Ob reditum vovêre Ducum, non dignius unquam
Hæc Dea pro meritis amplas ſibi poſceret ædes. Georg. Fabric.

Contigit Anno Urbis CCLXV.

* *Via Latina.*] Hæc per Ferentum, Fruſinum, Fabrateriam oppida ad Caſinum extenſa, ubi in Appiam incidit. In Dacia hæc legitur inſcriptio: L. ANNIO FABIANO III VIRO CAPITALI CVRATORI VIAE LATINAE LEG. X. FRETENSIS LEGATO. Hanc viam Martialis modo Latiam, modo Auſoniam nominat lib. IX.

— Simili venerandus ab Hercule Caſar,
Conſecrat Auſoniæ maxima ſana viæ.

Idem eodem libro:

Herculis in magni vultus deſcendere Cæſar
Dignatus, Latiæ dat nova templa viæ.
Qua Triviæ nemoroſa petit dum regna viator,
Octavum domina marmor ab Urbe legit. Georg. Fabritius.

1. *Non ſemel, ſed bis locutum conſtitit, his pene verbis.*] In Suſiano habetur, *his prius verbis.* Atque abrupta videtur ſententia: nam ſi prius ita, quomodo ergo locutum ſecundò eſt? Plutarchus autem ac Dionyſius tradunt eadem locutum fuiſſe. Legendum igitur eſſe opinor, *his pene verbis*; non, *his prius verbis.* Pigh. *Bis locutum conſtitit, his pene verbis.*] Ita tu Pighi (ignoſce) me abnuente. Quorſum enim aut cui ſententiæ illud, *pene*? Nam ſane iis ipſis verbis locutum vult, non ambigue talibus aut ad eum ſenſum. Abis etiam omnibus libris priſcis tuis alieniſque, qui referunt, *prius his verbis.* Ibam in conjecturas; ſed veritatem, ni fallor, Sambuei nobis codex ingerit, cujus miſit ad nos Excerpta, in eo apte hæc lacuna expleta: *bis pene verbis*, RITE ME MATRONAE VIDISTIS. Deinde, RITE DEDICASTIS. Vult enim omnino Valerius, bis id ſignum vocem ediſſe, ejuſdem mentis, verbi tamen unius immutantis. Scio Dionyſium, Plutarchum, Auguſtinum etiam IV. de Civitate ſcribere, iteraſſe Junonem bis eadem ipſa verba; ſed Valerium ab iis abire, (ut ſæpe) teſtari verbum *Vidiſtis* poteſt, quod aliis illis omiſſum. *Lipſ.*

2. *Valerio autem Publicola.*] Contigit A. U. CCXLIV. Hic plebis amator Publicola dictus, poſt Reges exactos Conſul cum Bruto creatus, in ſuſpicionem

reges bellum cum Vejentibus & [1]Hetruſcis geſſit, illis Tarquinio priſtinum imperium reſtituere, Romanis nuper partam libertatem retinere cupientibus: Hetruſcis, & Tarquinio in cornu dextro prœlio ſuperioribus, tantus terror ſubito inceſſit, ut non ſolum victores ipſi profugerent, ſed etiam pavoris ſui conſortes ſecum Vejentes traherent. Cui rei pro argumento miraculum adjicitur; Ingens repente vox è proxima ſilva [2] Arſia, quæ ore [3] Sylvani in hunc pene modum

nem cum veniſſet affectati regni, quod videlicet ædes ſuas in ſummo Veliæ ædificaret, juſſit omnem ædificandi materiam in planum deferri, tollendæque ſuſpicionis gratia, in radicibus montis atque ima valle conſtruxit ædificium.

1. *Hetruſcis.*] Primis Coſſ. L. Junio Bruto & Valerio Voluſio, poſtea Poplicola dicto, dum exſules Tarquinii res ſuas per vim repetunt, prima hæc arma ſumpta ſunt à populo Romano pro libertate contra Vejentes & Tarquinienſes; qui dum reducere cives ſuos Tarquinios in regnum conabantur, à Romanis ad Arſiam ſilvam victi ſunt. Arunte regis Superbi filio, Brutoque mutua vi & ira pridie Kalend. Martias in prælio occiſis, Poplicola Bruti collega de Hetruſcis poſtridie primus quadrigis in Urbem vectus triumphavit. Tarquinienſes autem hic appellat Livius atque Dionyſius.

2. *Arſia.*] Aliter Dionyſ. lib. v. *Romani*, inquit, *audito, exules ex omnibus Etruriæ urbibus exercitum contra ſe colligere; duoſque populos Vejenteis & Tarquinienſeis, ex profeſſo illos in obtinendo reditu, adjutare; ubi jam hoſteis adventare cognoverunt, occurrendum rati, priores fluvium trajicere occupant: atque inde progreſſi, non procul ab Etruſcis caſtra ponunt in prato Vinio, ad ſylvam heroi Orato ſacram.* Plutarchus in Valerio Poplicola: *Adverſum eos conſules Romanas legiones eduxerunt: aciemque inſtruxerunt in locis ſacris quorum alterum Viſum nemus, alterum Æſuvium pratum vocant.* Mirum ſane dictu, quam hæc inter ſe varient: nec dubium eſſe poteſt, quin ab exſcriptoribus vitiata ſint. quo autem pacto in geminam auctorum ſcriptionem reſtitui queant, nondum ſatis diſpicio. etenim pro vocabulo *Arſia* facit conſenſus inter Livii Valeriique exemplaria. & hinc ſuſpicio Plutarchum quoque ſcripſiſſe, ὧν τὸ μὲν Ἄρσιον ἄλσος, id eſt, *quorum alterum Arſium nemus*; niſi iſtud Οὔρσιον ad Dionyſii Ὄρατον accedere videretur: illi qui heic τὸν Ἰούνιον λειμῶνα, *Junium pratum* reſtituere conantur, nil niſi claritudinem Juniæ gentis ſectantur. Nec tamen fortaſſe mea conjectatio certior fuerit, ſi legero ὧν τὸ μὲν Ἄρσιον ἄλσος, τὸν δὲ Οὐρσίνιον λειμῶνα προσαγορεύουσιν. Id eſt, *quorum alterum Arſium nemus, alterum Urſinum pratum vocant.* De cætero res nimis prope urbem nec procul inde abfuiſſe hæc loca, ex Livii Dionyſiique narratione patet. Circa Janiculum fuiſſe, haud dubium eſt; quando hac recte conveniebant, ab altera parte Vejentes, ab altera Tarquinienſes. Fuerit igitur is campus, qui proxime trans Janiculum inter Aureliam Claudiamque vias poſitus, medius fere inter Janiculum & vicum viæ Claudiæ Borghetto, planitie & fontibus conſpicuus eſt. *Cluver.*

3. *Sylvani.*] Qui ſylvarum pecoriſque Deus, ex ipſa Sylva vocem emiſit. Cui & Romæ templum dedicatum fuit. De hoc antiquum Epigramma, quod Romæ le-

modum miſſa traditur, Uno plus Hetruſci cadent: Romanus exercitus victor abibit. Miram dicti fidem digeſta numero cadavera exhibuêre.

6. [1] Quid Martis auxilium, quo victoriam Romanorum adjuvit, nonne memoria celebrandum eſt? Cum [2] Brutii atque [3] Lucani odio incitatiſſimo, maximiſque viribus [4] Thurinæ urbis peterent excidium, ac præcipuo ſtudio incolumitatem ejus C. Fabricius Luſcinus Cos. protegeret; reſque ancipiti eventu, collatis unum in locum utriuſque partis copiis, gereretur: non audentibus Romanis prœlio congredi; eximiæ magnitudinis juvenis primum eos hortari ad capeſſendam fortitudinem cœpit. Deinde, ubi tardiores animadvertit, arreptis ſcalis per mediam hoſtium aciem ad contraria caſtra evaſit: & admotis, [5] vallum conſcendit. Inde voce ingenti clamitans, factum

mæ legitur: SYLVANO SANCTO, L. VALLIS SOLON PORTICVM EX VOTO FECIT, DEDICAVIT K. APRILIBVS PISONE ET BOLANO COSS. De templo autem Sylvani ſub Viminali, an de alio, cui porticus adjuncta ſit, intelligatur, incertum eſt.

1. *Quid Martis auxilium.*] Miror Glareanum de hac Hiſtoria dubitare, ac velut fabuloſam rejicere, quod ejus memoriam in Livianis reliquiis non reperiat, cum tamen habeat ſuffragatorem Valerius noſter Ammianum Marcellinum. Sed vide quæ nos de his in Magiſtratuum Annalibus. Thurios autem Martis in tutela fuiſſe, nummi antiquiſſimi eorum declarant, & nos alibi docebimus. *Pighius.*

2. *Brutii.*] Vide ſupra pag. 67. 68.

3. *Lucani.*] Vide ſupra pag. 66.

4. *Thurinæ.*] Oppidum eſt Calabriæ in ſinu Tarentino poſitum, Crotoni conterminum, quod olim Turino dicebatur, à Græcis conditum. Autor eſt Strabo. Hæc igitur civitas erat Romanis fœdere & ſocietate conjuncta, & ideo defendebatur à pop. Rom. *Oliver.*

5. *Vallum.*] Eſt aggeſtus è terra & ſudibus, ad labrum interius foſſæ velut murus. Duæ igitur ejus partes, Agger & Sudes. Agger eſt ipſa terra, cum ceſpites circumciduntur è terra, & ex illis velut murus inſtruitur, altus 3. pedibus ſupra terram. Ceſpes fiebat altus ſemiſſem, latus pedem, longus pedem ſemis: nam nec temere, aut pro arbitrio hunc exſcindere licuit, ſed omnia ad normam. Si terra ſolurior, ut ad ſimilitudinem lateris ceſpes non poſſet abſcindi, tum ſane aut foſſa præducebatur, cujus intrinſecus agger excreſcebat; aut ſepibus ductis, vel interpoſitis ſtipitibus, ramiſque arborum, ne terra facile dilabatur, agger erigebatur. Altus ille ſæpe x. pedes, totidemque latus. Sudes, qui proprie valli, & inde compoſitum ex utroque dixere vallum: nam vallum & ſudes idem ſunt Servio. Magis priſci dixere & ſuros: inde ſurculi, & crebriſurum Ennio, vallum crebris ſuris, id eſt, palis, munitum. Sudium tamen vox creberrima. Sudes erant ex quocunque & obvio ligno, robuſto tamen, cum daretur: ex robore eas

factum victoriæ gradum, & noſtros ad aliena caſtra capienda, & Lucanos, Brutioſque ad ſua defendenda, illuc traxit, ubi conſerti dubio certamine tenebantur. Sed idem impulſu armorum ſuorum proſtratos hoſtes jugulandos, capiendoſque Romanis tradidit; xx enim millia cæſa, quinque millia cum Statio Statilio duce utriuſque gentis & tribus atque xx militaribus ſignis capta ſunt. Poſtero die cum Cos. inter honorandos, quorum ſtrenua operà fuerat uſus, [1] vallarem coronam ei ſe ſervare dixiſſet, à quo caſtra

eas facit Valerius, ex acere Propertius. In oppidis etiam iſtæ ſudes. Sudium forma: Non fuerunt ex æquabili & ſimplici ligno, ſed habuerunt duas eminentias, & velut cornua, aut tres, aut quatuor, id eſt, ramos, in majores ſtipite, qui reciſi, ut cornua eminebant: tales præſertim in ſummo erant. Studioſe acutæ fuerunt illæ eminentiæ vallorum, ne quis facile poſſit apprehendendo evellere, lubrico ſcilicet ligno: & contra tranſgreſſum & tranſcenſum. Itaque longiuſculos fuiſſe oportuit hos vallos, cum pars in terram defigeretur, firmamenti cauſa, & pars emineret: etſi implexos & devinctos inter ſe etiam fuiſſe ſciam. Valli modus parte una 2017. pedum, altera pluſculo major 2050. *Lipſius.*

1. *Vallarem coronam.*] Qua donari ſolebant, qui primi vallum aſcendiſſent: erat autem graminea, quia gramen Marti conſecratum. Militares coronæ, ut Gellius tradit, multifariæ ſunt, quarum quæ nobiliſſimæ ſunt, has ferme dicit eſſe, triumphalem, obſidionalem, civicam, muralem, caſtrenſem, navalem. Eſt quoque corona quæ ovalis dicitur. Eſt item poſtrema oleaginea, qua uti ſolebant, qui in prælio non fuiſſent, ſed triumphum procuraſſent. Triumphales coronæ erant aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittebantur. Id vulgo dicebatur aurum coronarium. Hæ antiquitus è lauro fuerant, poſt fieri ex auro cœptæ. Obſidionalis eſt, quam hi, qui liberati obſidione dabant ei duci qui liberaſſet. Ea corona graminea fuit, obſervarique ſolitum, ut fieret è gramine, quod in eo loco generatum eſſet, in quo clauſi erant, qui obſidebantur. Hanc coronam S.P.Q.R. Quinto Fabio Maximo dedit bello Pœnorum ſecundo, quod urbem Romam obſidione hoſtium liberaſſet. Civica corona appellatur, quam civis, ei, à quo ſervatus erat, in præmium & teſtimonium vitæ ſalutiſque receptæ dabat, & fiebat è fronde querna, quoniam cibus victuſque antiquiſſimus ex quercu capi ſolitus ſit: fiebat etiam ex ilice, quod genus ſuperiori proximum eſt. Hac civica corona L. Gellius vir Cenſorius, in Senatu Ciceronem Conſulem donari à republ. cenſuit, quod ejus opera eſſet atrociſſima illa Catilinæ conjuratio detecta indicataque. Muralis corona, qua donabatur ab Imperatore, qui primus murum ſubiiſſet, inque oppidum hoſtium per vim aſcendiſſet. Iccirco quaſi muri inſigni primus decoratus erat. Caſtrenſis corona eſt, qua donabat Imperator eum, qui primus hoſtium caſtra pugna introiviſſet, ea corona inſigne valli habebat. Navalis corona qua donari ſolet maritimo prælio, qui primus in hoſtium navim armatus tranſiluiſſet, ea quaſi navium roſtris inſignita erat. Muralis autem, & Caſtrenſis, & Navalis fieri ex auro ſolebant. Ovalis vero corona myrtea erat, ea utebantur Imperatores, qui ovantes

caſtra erant oppreſſa, nec juvenis, qui id præmium peteret, inveniretur; cognitum pariter, atque creditum eſt, Martem patrem tunc populo ſuo adfuiſſe. Inter cætera hujuſce rei manifeſta indicia, [1] galea quoque [2] duabus diſtincta pinnis, qua cœleſte caput tectum fuerat, argumentum præbuit. Itaque Fabricii edicto, [3] ſupplicatio Marti eſt habita, & à

ovantes introibant urbem, ovandi ac non triumphandi cauſa, cum aut bella non rite indicta, neque cum juſto hoſte geſta forent, aut hoſtium nomen humile & non idoneum fuiſſet, ut ſervorum, piratarum, aut deditione repente facta, in pulvere, ut dici ſolet, incruentaque victotia obveniſſet, cui facilitati aptam eſſe Veneris frondem crediderunt, quod non Martius, ſed quaſi Venereus quidam triumphus foret. Hanc myrteam coronam M. Craſſus bello fugitivorum confecto, cum ovans rediret, inſolenter aſpernatus eſt, Senatuſque conſultum faciendum curavit, ut è lauro, non myrto, coronaretur. *Oliver.*

1. *Galea.*] Ex pellibus hi pilei, & æque omnibus gregariis uſui, ut ex Vegetio diſcere licet: eo fine, quo ne gravis galea videretur his, qui iſtiuſmodi pileos in capite geſtare conſueti eſſent. Illud etiam Romanæ militiæ fuit, ut milites galea ſimplici uterentur, cui lupi pellem aut aliud hujuſmodi imponerent, quod integumentum pariter inſigneque eſſet, ut in prælio ignaviter, aut ſtrenue ſe gerentes facilius agnoſcerentur, teſte Polybio. Ad ſolos ſigniferos hoc trahit Vegetius libro ſecundo cap. 16. Alii aliis rebus in galea uſi, vel ad horrorem, vel ad ornatum. De quibus multa apud Alexandrum ab Alexandro, libro primo Genialium cap. vigeſimo. Etiam pinnæ adhibitæ. Etiam hiantium animalium formæ ſuperpoſitæ galeis. Virgilius VII. Æn. extremo:

Ipſe inter primos præſtanti corpore Turnus
Vertitur, arma tenens, & toto vertice ſupra eſt:
Cui triplici crinita juba, galea alte Chimæram
Suſtinet, Ætnæos efflantem faucibus ignes.

In quem Virgilii locum videndus Adrianus Turnebus lib. XXVIII. Adverſ. c. 16. Plutarchus in Mario galeas equitum Cimbrorum, & plumis, & horrendis hiantium animalium formis inſignes deſcribit. E re militari haud dubie mos, quo etiamnum hodie inſignia familiarum exornata, atque diſtincta videmus, cum galeis inſident leones, lupi, cervi, canes, aquilæ, vultures, dracones, & aliarum beſtiarum ſive capita, ſive cornua, ſive pedes, quæ (quaſi minus Chriſtiana ſint) improbaſſe ſcio virum multæ lectionis, & magni judicii Joannem Ludovicum Vivem in ſuis Symbolis. Originem moris tam antiqui, (cognitus enim ante, quam ſciretur, qui Chriſtiani eſſent) ſpero me nunc primum inveniſſe. Ab Ægyptiis enim deſcendiſſe obſervavi, apud Diodorum Siculum lib. II. ubi illi Reges eorum, caput leonis, tauri, aut draconis principatus inſigne, capite geſtaſſe ſcribit. Ab Ægyptiis porro mutuatos hoc Græcos, & ab his Romanos, ut multa alia, quæ ad diſciplinam militarem pertinebant, magnam mihi veriſimilitudinem habere videtur. Præſertim quod Lacedæmoniis galeæ inventionem videam tribui à Plinio lib. VII. c. 56. *Stewechius.*

2. *Duabus diſtincta pinnis.*] Criſtis. Ita quoque pingi ſolebat. Unde Virgilius:

Viden' ut geminæ ſtent vertice criſtæ?
Et Pater ipſe ſuo Superûm jam ſignat honore?

3. *Supplicatio.*] Supplicatio vel Impera-

Digitized by Google

& à laureatis militibus magna cum animorum lætitia oblati auxilii teſtimonium ei eſt redditum.

7. Referam nunc quod ſuo ſeculo cognitum manavit ad poſteros, [1] Penates Deos Æneam [2] Troja advectos [3] Lavinii collocâſſe: inde ab [4] Aſcanio filio ejus Albam, quam ipſe

peratoris edicto extra ordinem fiebat, vel cum Senatus populo Deûm templa aperire, ac gratias Diis Imperatoris nomine agi, jubebat. Erat enim moris, ut præſides, poſtquam à militibus appellati Imperatores fuerant, lictores laureatos præferrent, litteraſque ad Senatum laureatas de re geſta mitterent, quibus Imperatoris nomen, ac ſupplicationes à Senatu poſtularent. *Sigonius.*

1. *Penates Deos.*] In Campenſi & aliis MSS. *Penetrales.* vocantur, quemadmodum à Catullo quoque. Unde idem Feſtus Penetralia Deorum Penatium ſacratia eſſe docet. *Pigh.* *Penates Deos.*] Romæ templum monſtratur non procul à foro ſitum: ibi poſitæ ſunt Trojanorum Deorum imagines, cum inſcriptione, DENATES, quæ *Penates* ſignificat. Priſci enim homines, quum P nondum eſſet inventum, hujus literæ vim per D mihi videntur expreſſiſſe. Sunt autem duo juvenes ſedentes cum haſtis, quos ſeorſum alter ab altero tenet, artificii antiqui opus. Ajunt Æneam, qui arcem Trojanam in ſuam poteſtatem redegerat, ex adytis ſacra magnorum Deorum (id eſt, Penatium) & Palladium, quod adhuc ſupererat, abſtuliſſe, ſecumque in Italiam portaſſe. *Dionyſ. Halicarnaſſ.*

2. *Troja*] Troja condità anno orbis MMDXXIV. ſtetit CCXCIX. id mihi ſatis bonæ fidei auctores probant: neceſſario capta anno MMDCCCXXIII. & bene: ſunt enim ſic ad primam Olympiadem anni CCCCVII. quod intervallum Chronologi uno ore teſtantur, & eorum ſummus Joſephus Scaliger ad Euſebii annum MCCXII. Capta Troja, Trojani Ænea duce in Thraciam venêre, ubi tota bruma hiemarunt: Ineunte vere in Siciliam tranſlati; morati ſunt ibi ad finem anni incœpti. Anno ſecundo in Italiam iêre: in qua, icto fœdere cum Latino Rege, acceptaque agri parte, Lavinium condiderunt. Adventus igitur Æneæ fuit anno ab orbe condito MMDCCCXXV. *Neapolis* ad Faſt. Ovid.

3. *Lavinii.*] Vide ſupra pag. 64. 65.

4. *Aſcanio.*] Vetuſtum hoc nomen ab Aſcenaz, de quo in S. Scriptura, originem accepit. Quin & in Troade & Phrygia Aſcania regio, & Urbs, & Aſcaniæ inſulæ. Quin & ipſe Pontus, quo ſe diffudit per colonias Aſcenas, corrupte hinc Ἄξενος Græcis dictus. Cujus incolis aſcribunt immanem feritatem. A quo crimine ex antiquorum monumentis eos abſolvit Bochartus in ſuo Phaleg. lib. VIII. cap. IX.

5. *Albam.*] Lavinio ortam eſſe Albam, cognomine longam, omnes affirmant auctores, quotquot hujus originem prodiderunt. Conditor ejus fertur Aſcanius Æneæ filius cognomento Iülus, quem alii Creuſa in Troade, alii Laviniâ Latini filiâ, Lavinii genitum tradunt. Id oppidum eſſe, quod duodecim millia paſſuum à Roma in ipſa via Appia vulgo dicitur Albano, non noſtri modo ævi homines, ſed jam inde CCCC. circiter annis poſt natum Jeſum Eutropius, tum Servius, & alii exiſtimarunt. Hinc Eutropius lib. I. de Tullo Hoſtilio, tertio Romanorum Rege loquens: *Albanos vicit, qui ab urbe Roma* XII. *milliaria ſunt.* Hodie ipſi Albani oppidi incolæ adeo certo perſuaſum habent, oppidum ſuum eſſe vetetrimam Albam illam longam, uti etiam ſuper portam, quæ Romam verſus emittit, lapidem imponi curaverint,

cui

ipſe condiderat, tralatos, priſtinum ſacrarium repetiſſe: & quia id humana manu factum exiſtimari poterat, relatos Albam, voluntatem ſuam altero tranſitu ſignificâſſe. Nec me præterit de motu, & voce Deorum immortalium, humanis oculis, auribuſque percepto, quam in ancipiti opinione æſtimatio verſetur. Sed quia non nova dicuntur, ſed tradita repetuntur, fidem auctores vindicent: noſtrum ſit, inclytis literarum monumentis conſecrata, perinde ac vana non refugiſſe.

8. [1] Facta mentione urbis, è qua primordia civitas noſtra traxit, Divus Julius fauſta proles ejus, ſe nobis offert: quem C. Caſſius (nunquam ſine præfatione publici parricidii

cui ſus illa cum xxx. porcellis inciſa. Verum & priſci illi mortales & noſtri hujus ſeculi homines præcipuum ſuæ opinionis argumentum ex his Livii ſumpſiſſe videntur verbis; *urbem ſub Albano monte condidit.* At unus hoc tradit Livius. Reliqui omnes in monte conditam affirmant. De hac urbe loquitur Dionyſius Halicarnaſſæus lib. 1. his verbis: *Trigeſimo anno poſt conditum Lavinium, aliam urbem, ex oraculo Æneæ reddito, Aſcanius, filius ejus condidit, tranſlatiſque Lavinienſibus & aliis Latinis, quibus commodius habitare placebat, in recens conditam urbem, Albæ ei nomen impoſuit: additumque eſt cognomen ex ſitus forma; ut diſcerneretur ab altera ejuſdem nominis; ac veluti compoſito vocabulo,* Alba longa *appellatur. Nunc ea deſerta jacet; quippe regnante Romæ Tullo Hoſtilio, quoniam videbatur cum ſua Colonia de principatu contendere, ſolo æquata eſt à Romanis, civeiſque ejus urbs Roma, deſtructa matrice intra ſua mœnia recepit. Verum hæc evenerunt poſtea. Olim cum ædificaretur, apud montem & lacum exſtructa eſt; ita uti medium inter utrumque obtineret ſpatium, ac veluti muri utrimque urbem tuebantur, ne facile caperetur: nam & mons admodum altus ac natura munitus eſt; & lacus profundus ac magnus: ex quo reductis clauſtris, in ſubjectos campos aqua diſpenſatur, quantum ejus volunt incolæ.* Hæc Dionyſius. Ergo hujus urbis ſitus jam minime ignorari poteſt; quando & mons hodieque extat & item lacus: vulgo ille Monte Albano, hic Lago d'Albano dicti. Mediam ait fuiſſe urbem inter montem & lacum: idque tam arcto ſpatio, uti hinc lacus, inde mons vice murorum eſſent. Hoc ſane nullo pacto de hodierno oppido Albano, in via Appia mille paſſus ab Aricia diſſito, intelligi poteſt; ut quod duo millia paſſuum ab lacu & locis inter hunc & montem ſitis abeſt. Fuit igitur Alba longa ad orientalem lacus ripam, ſupra prædictum oppidum Albanum, in iis tumulis, qui medii inter montem & lacum intercedunt, ut clarius etiam ex Ciceronis oratione pro Annio Milone patet. *Cluver.*

1. *Facta mentione.*] Exemplum quod ſequitur cum ſuperiori conjungitur hoc modo: Quandoquidem, inquit, Albæ mentionem fecimus, recte nunc de Julio Cæſare dicamus, qui ab Iülo Albæ conditore fuit oriundus, cujus numen Caſſio minatum eſt, cum in campis Philippicis cum Auguſto dimicaret. *Oliverius.*

H 1. *Palu-*

cidii nominandus) cum acie Philippenſi ardentiſſimo animo perſtaret, vidit humano habitu auguſtiorem, purpureo [1] paludamento amictum, minaci vultu, & concitato equo in ſe impetum facientem: quo aſpectu perterritus, tergum hoſti dedit, voce illa prius emiſſa, quid enim amplius agas, ſi occidiſſe parum eſt? Non occideras tu quidem Caſſi Cæſarem. neque enim extingui ulla divinitas poteſt: ſed mortali adhuc corpore utentem violando, meruiſti, ut tam infeſtum haberes Deum.

9. [2] Jam quod L. Lentulus littus prænavigans, in quo Cn. Pom-

1. *Paludamento.*] Vide ſupra pag. 69.

2. *Jam quidem Lucius Lentulus.*] Pompejus in acie Pharſalica victus à Cæſare, in Ciliciam atque inde in Cyprum profugit, tranſiturus in Syriam; ſed ubi cognovit conſenſu omnium Antiochenſium civiumque Rom. qui illic negotiarentur, arcem ante captam eſſe excludendi ſui cauſa, nuntioſque dimiſſos ad eos, qui ſe ex fuga in finitimas civitates recepiſſe dicerentur, ne Antiochiam adirent: id ſi feciſſent, magno eorum capitis periculo futurum: depoſito adeundæ Syriæ conſilio, pecuniaque à ſociis ſublata, & à quibuſdam privatis ſumpta, æris magno pondere ad militarem uſum & in naves impoſito, duobuſque milibus hominum armaris, quos partim ex familiis ſocietatum delegerat, partim à negotiatoribus coëgerat, quoſque ex ſuis quiſque ad hanc rem idoneos exiſtimabat, Peluſium pervenit; ibi caſu Rex erat Ptolemæus, puer ætate, magnis copiis cum ſorore Cleopatra bellum gerens, quam paucis ante menſibus per ſuos propinquos & amicos regno expulerat; caſtraque Cleopatræ non longo ſpatio ab eis caſtris diſtabant; ad eum Pompejus legatos miſit, ut pro hoſpitio atque amicitia patris Alexandria reciperetur, atque illius opibus à calamitate tegeretur; ſed qui ab eo miſſi erant, confecto legationis officio, liberius cum militibus regis colloqui ceperunt, eoſque hortari, ut ſuum officium Pompejo præſtarent, neve ejus fortunam deſpicerent. In hoc erant numero complures Pompeji milites, quos ex ejus exercitu acceptos in Syria Gabinius Alexandriam traduxerat, belloque confecto apud Ptolemæum patrem pueri reliquerat. His tunc cognitis rebus, amici Regis, qui propter ætatem ejus in procuratione erant regni, ſive timore adducti, ut poſtea prædicabant, ne ſolicitato exercitu regio Pompejus Alexandriam Ægyptumque occuparet, ſive deſpecta ejus fortuna, ut plerumque in calamitate ex amicis inimici exiſtunt, his, qui erant ab eo miſſi, palam liberaliter reſponderunt, eumque ad Regem venire juſſerunt. Ipſi clam conſilio inito, Achillam præfectum regium, ſingulari hominem audacia, & L. Septimium tribunum militum ad interficiendum Pompejum miſerunt: ab his liberaliter ipſe appellatus, & quadam Septimii notitia productus, quod bello prædonum apud eum ordinem duxerat, naviculam parvulam conſcendit cum paucis ſuis, & ibi ab Achilla & Septimio interficitur. Hæc ex Commentariis Julii Cæſaris de Bell. Civ. Conſtat igitur corpus ejus in mare projectum, & caput ad regem delatum, poſt aliquos dies corpus ejus à fluctibus maris in littus ejectum cum li-

gnis

Cn. Pompeji [1] Magni, perfidia Ptolomæi Regis interempti, corpus conſciſſæ ſcaphæ lignis comburebatur: ignarus caſus ejus, cum ipſi fortunæ erubeſcendum rogum vidiſſet, commilitonibus dixit, Quid ſcimus, an hac flamma C. Pompejus cremetur? divinitus miſſæ vocis miraculum eſt.

10. [2] Atque hoc quidem hominis tantum: illud autem ore ipſius Apollinis editum, quo Appii interitum veridica [3] Pythicæ vaticinationis fides præcurrit. Is bello civili, quo ſe Cn. Pompejus à Cæſaris concordia peſtifero ſibi, nec Reipub. utili conſilio abruperat, eventum graviſſimi motus explorare cupiens; [4] viribus imperii (namque Achaiæ præerat) antiſtitem [5] Delphicæ cortinæ, in intimam ſacri ſpecus partem [6] coëgit deſcendere: unde ut certæ conſulentibus ſortes petuntur, ita nimius divini ſpiritus hauſtus reddentibus peſtifer exiſtit. [7] Igitur impulſu concepti numinis

gnis ſcaphæ cujuſdam, quæ naufragio perierat, combureretur à Philippo, & à quodam alio Romano ſene, L. Lentulus illac navigans, fumum de longe conſpicatus, commilitonibus ſuis inquit, nunquid ſcimus, an hac flamma Cn. Pompejus cremetur? Plutarchus in Vita Pompeji: *Poſtera*, inquit, *die, L. Lentulus horum ignarus, Cypro navigans juxta littus vectus, ut funeream pyram inſpexit, Philippumque juxta inſidere; Quis, utique, inquit, fatis hic quieſcit, parvo ſpatio interpoſito, ductiſque ſuſpiriis, forte, inquit, tu hic es, magne Pompei.* Strabo oſtendit in Caſio monte fuiſſe ſepultum. *Caſius*, inquit, *mons eſt quidam accumulatus in promontorii modum, aquarum inops; in eo magni Pompeji corpus jacet, & Jovis Caſii montis templum, & non procul inde Magnus jugulatus fuit, & ab Ægyptiis dolo interemptus.* Oliver.

1. *Magni.*] Nam devicto Mithridate & Tigrane, Magnus appellatus eſt.

2. *Atque, &c.*] Contigit A. U. DCCIV.

3. *Pythicæ vaticinationis.*] Vide ſupra pag. 25. & 59.

4. *Viribus, &c.*] Vulgo, *Viribus namque imperii Achaiæ præerat.* Inepte; ſed multo melius diſtinguitur illa parentheſi in MSS. libris, *Viribus imperii (namque Achaiæ præerat.)* Appius Claudius enim Achaiam adminiſtrabat procoſ. erantque in ejus provincia Delphi. Itaque viribus imperii cogere antiſtitem oraculi Delphici potuit. *Pigh.*

5. *Delphicæ cortinæ.*] Apollinei templi. *Cortina* locus dicitur, ubi reſponſa dabantur, ſic dictus, quod illic cortina tenderetur, id eſt, intenderetur & repleretur numine. Nam cum puella antrum ingreſſa eſſet, continuo inſtinctu numinis afflabatur. Sunt etiam qui putant *cortinam* eſſe tripodem Apollinis corio Pythonis tectum. *Oliver.*

6. *Coëgit.*] Quaſi nolentem, propter id quod ſequitur. Nam quanto majore numinis afflatu puella inſtigabatur, cum ſpiritus ille deceſſiſſet, reſponſo dato, tanto debilior efficiebatur virgo. *Oliver.*

7. *Igitur impulſu concepti numinis.*] Ita in Cauchiano, pro *capti numinis*; quod approbo, & prioribus dictis con-

minis inſtincta virgo, horrendo ſono vocis, Appio inter obſcuras verborum ambages fata cecinit. Nihil, inquit, ad te hoc Romane bellum: [1] Eubœæ Cœlam obtinebis. At is ratus conſiliis ſe Apollinis moneri, ne illi diſcrimini intereſſet, in eam regionem ſeceſſit, quæ inter [2] Rhamnunta nobilem Attici ſoli partem, [3] Cariſtumque [4] Chalcidico freto vicinam interjacens, Cœlæ Eubœæ nomen obtinet, ubi ante Pharſalicum certamen morbo conſumptus, prædictum à Deo locum ſepulturæ poſſedit.

11. Poſſunt & illa miraculorum loco poni: Quod deuſto ſacrario [5] Saliorum, nihil in eo præter [6] lituum Romuli integrum

gruentius eſt. Transfertur enim pulchre hoc vocabulum à corpore ad mentem ac animum. *Pighius.*

1. *Eubœæ Cœlam obtinebis.*] In Atrebatenſi ac Gemblacenſi correctiſſime, *Cœlam*, pro, *cellam*, & poſtea *Cœlæ.* Nomen enim eſt regionis in Attica. In Cauchiano, *Cohelam*, atque in aliis *Celam* legimus. *Pigh.* *Eubœæ cœlam.*] Ita & Oroſ. lib. VI. cap. 16. apud quem tamen legitur *Euboicæ cœla*, vitioſe, pro *Eubœæ.* Idemque *Cœla* interpretatur ſinum Euboicum. Utrumque autem dicebatur τῆς Εὐβοίας τὰ κοῖλα, ut Strabo l. x. Et τὴν κοίλην Εὔβοιαν, ut Ptolemæus. Ut Philoſtratus: Ἐῤ-ῥίπτων ὑπερῷραι τὸ σκάφος ἐν Εὐβοίᾳ κοίλῃ. Similiter dicitur κοίλη Συρία. Eubœæ cœlam circumſcribere conatus eſt Lucanus lib. v. *Coler.*

2. *Rhamnunta.*] Civitas eſt Eubœæ, ubi colitur Fortuna. Unde etiam Rhamnuſia appellata eſt. Ovidius libro v. Triſtium:

Exiget ad dignas ultrix Rhamnuſia pœnas.

Lucanus de hoc Appio:

Effugis ingentes, tanti diſcriminis expers
Bellorum, Romane, minas, ſoluſque quietem
Euboici vaſta lateris convalle tenebis.

Item paulo infra:

Heu demens, nullum belli ſentire fragorem,
Tot mundi caruiſſe malis, præſtare Deorum,
Excepta, quis morte poteſt? ſecreta tenebris,
Littoris Euboici memorando condite buſto,
Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Cariſtos,
Et tumidis infeſta colit quæ numina Rhamnus.

Sunt qui dicunt Rhamnuntem eſſe vicum Atticæ regionis, ubi templum Amphiaraï, & Phidiacæ Nemeſis. *Oliverius.*

3. *Cariſtumque.*] Civitas Eubœæ; unde Cariſtium marmor. Strabo l. x. in deſcriptione Eubœæ: *In ripa*, inquit, *ſub monte Cariſtus conſiſtit, cui vicina ſunt Styra & Marmarium.* Paulo infra ſubjungit; *ad Cariſtum lapis naſcitur, quem pectunt, nent, texunt; inde mantilia conficiuntur egregie contexta: ea ubi ſordeſcunt, in flammam projecta, non ſecus emendantur, quam ſi maculas elueris.* Idem.

4. *Chalcidico.*] Nam Chalcis urbs metropolitana eſt in Eubœa.

5. *Saliorum.*] Vide ſupra pag. 15.

6. *Lituum.*] Lituus conditus erat baculus Romuli incurvus; nam lituus dicitur

tegrum repertum eſt. Quod Ser. Tullii ſtatua, cum [1] ædes Fortunæ conflagraſſet, inviolata permanſit. Quod [2] Q. Claudiæ ſtatua in veſtibulo templi [3] Matris Deûm poſita, bis ea æde incendio conſumpta, prius P. Naſica Scipione, & L. Beſtia: [4] Item M. Servilio, & L. Lamia Coſs. in ſua [5] baſi flammis intacta ſtetit.

12. [6] Aliquid admirationis civitati noſtræ [8] Acilii etiam Aviolæ

citur incurvus, & à ſummo leviter inflexus baculus, qui ab ejus, quo canitur, litui ſimilitudine, nomen invenit, ut ait Cicero lib. de Divinat. Hoc autem lituo utebantur augures ad deſignanda in aëre ſpatia, quæ templa appellari voluerunt, unde *(extemplo)* adverbium augurale: inter hæc vero ſpatia captabantur auguria: quomodo captarentur, dicemus ſuo loco. Fuit autem hic lituus, ut tradit Plutarchus in vita Romuli, baculus ipſius Romuli, conſervatus in Palatino colle, uſque ad Gallorum tempora, à quibus capta incenſaque Roma fuit, ſed poſtea ejectis à Camillo hoſtibus, inter altiſſimos cinerum cumulos illæſus, cum omnia ignis conſumpſiſſet, inventus eſt. Eſt etiam lituus, ut dicit Feſtus, genus buccinæ incurvæ, qua qui cecinerit, *Liticen* dicitur. Virgilius:

Et lituo pugnas inſignis obibat & haſta.

Item alibi:

Ipſe Quirinali lituo parvaque ſedebat
Succinctus trabea. Oliv.

1. *Ædes Fortunæ.*] In qua ſtatua Servii Tullii, Regis Romanorum, erecta fuit. Ideo autem in templo Fortunæ poſita quod is imperium Romanum amplum & fortunatum reddidit: hic enim primus fuit, qui cenſum ſtatuit in urbe Roma. *Idem.*

2. *Quintæ Claudiæ ſtatua.*] Campenſe, Winchelianum, & Colonienſia duo exemplaria, quæ his diebus ad me miſit Joh. Metellus Juriſc. ob probitatem atque eruditionem mihi chariſſimus, *Q. Claudiæ* produnt; atque optime. Ejus enim Claudiæ ſtatuam fuiſſe exiſtimo, quæ matrem Deûm Peſſinunte advectam in urbem induxerat atque exceperat, ut auctores Livius XXXIX. Cicero de Aruſp. reſponſ. Ovid. Faſtor. IV. *Pighius.*

3. *Matris Deûm.*] Vide ſupra pag. 10. & 18.

4. *Item, &c.*] Contig. A. U. DCXLII. & A. U. DCCLV.

5. *Baſi.*] Duplici ſenſu Baſis à Vitruvio uſurpatur, quod nec Philandrum latuit. Ait enim ad lib. IV. cap. I. Vitruvii: *Baſim hîc, non tam pro ſolo, id eſt, planta & infima ſcapi parte (ut paulo poſt) quam pro conflexu & apophygi, unde craßitudo columnæ judicanda eſt, accipit. Alioqui ſignificat ipſam ſpiram, quæ ſcapo ſupponitur.* Vocabuli origo eſt ἀπὸ τοῦ βαίνειν, ingredi, inſiſti, conſcendere. Hinc pes ipſe ſedimentum, pedamentum, fulcimentúmve cujuſlibet rei baſis appoſite nuncupatur. *Βάσιν δ' ἄν*, inquit Pollux, *εἴποις τὸν πόδα. Baldus.*

6. *Aliquid admirationis, &c.*] Plinius lib VII. cap. 52. *Aviola*, inquit, *conſularis in rogo revixit, & quum ſubveniri non poterat, prævalente flamma, vivus crematus. Similis cauſa in L. Lamia prætorio viro traditur; nam C. Ælium Tuberonem prætura functum à rogo relatum, Meſſala Rufus & plerique tradunt.* Oliver. Contigit A. U. DCCXX.

7. *Acilii etiam Aviolæ rogus.*] Vulgo, *Atilii.* Hunc conſularem mortuum ſcribit Plinius. At habemus Mu. Acilium Aviolam Conſulem ultimo anno Claudii Auguſti; ſed prior hic eſſe debuit, cum Tiberio Cæſari dedicaverit

Aviolæ [1] rogus attulit, qui & à medicis, & à domeſticis mortuus creditus, cum aliquandiu humi jacuiſſet, elatus, poſtquam ignis corpus ejus corripuit, vivere ſe proclamavit, auxiliumque [2] pædagogi ſui (nam is ſolus ibi remanſerat) invocavit. Sed jam flammis circumdatus, fato ſubtrahi non potuit.

[3] L. quoque Lamiæ prætorio viro æque vocem fuiſſe ſuper rogum conſtitit.

EXTERNA.

1. Quæ minus admirabilia, Eris Pamphilii caſus facit: quem [4] Plato ſcribit inter eos, qui in acie ceciderant, decem diebus

opus hoc ſuum auctor. Quare neceſſe eſt ſuffectum Conſulem antea fuiſſe Aviolam hunc ſub Auguſto, ut videbis in Annalibus noſtris. *Pighius.*

1. *Rogus.*] Pyram pro dignitate & honoribus, quibus in vita functus erat & prout ampliſſimos magiſtratus & imperia geſſerat, modo majorem, modo minorem extruxêre. Fuitque lege XII. Tabularum cautum, ne de lignis politis extrueretur: donec per funerum miniſtros, qui pollinctores dicti ſunt, corpus igne ſuppoſito cremabatur, in qua extruenda id ſervatum eſt, ut præter arida ligna, papyrum quoque, quo facilius crementur, nonnunquam crocum & vinum affatim apponerent. Vide & Kirchmannum de Funer.

2. *Pædagogi.*] Quia mos erat, ut cum cadaver ad rogum proſecuti eſſent, ceteri omnes inde diſcederent, unus tantum remaneret, quoad univerſum corpus exureretur.

3. *Lucio Lamiæ.*] Familia hæc Ælia. Pomponius JC. in tit. Pandect. de Orig. Juris, Æliam patriciam gentem appellat. Verum ſicut aliis in locis parum firmamenti tota illa diſputatio Pomponii habet, ſic in hoc loco cum Ælium Tuberonem patricium fuiſſe ſcribit, perſpicue falſum tradit. Nam ut hoc omittam, tribunos pleb. ex Æliis complures fuiſſe, (quod ſane hac in re ſolet valere plurimum) illud certe ſatis magno documento nobis eſſe debet, quod cum Conſulum alter è plebe, alter è patriciis crearetur, auctore Livio, Ælii cum patriciis ſemper, nunquam cum plebejis comparati ſunt. Qui enim primus Æliorum conſulatum eſt adeptus, collegam Sulpicium habuit, ſecundus Fabium, tertius Servilium, quartus Valerium, uſque ad annum DXXCI. quo quidem anno duo primum è plebe Coss. creati, C. Popillius & P. Ælius: ut in tabulis Capitolinis notatum videmus. Æliorum autem alii Pæti ſunt, alii Tuberones, Ligures, Cati & Lamiæ. Lamiæ vero dicti ſunt à Lamo Formiarum tyranno. Horatius libro Carminum tertio:

Æli vetuſto nobilis ab Lamo
(Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, & nepotum
Per memores genus omne faſtos)
Auctore ab illo ducis originem,
Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ
Littoribus tenuiſſe Lyrim
Latè tyrannus. —— Strein.

Contigit A. U. DCCXI.

4. *Plato.*] De Republica lib. X. & Macrobius in Somnio Scipionis.

1. *Erudi-*

diebus jacuiſſe, biduoque poſtquam inde ſublatus eſſet, impoſitum rogo revixiſſe: ac mira quædam tempore mortis viſa narraſſe.

2. Et quoniam ad externa transgreſſi ſumus, quidam Athenis vir [1] eruditiſſimus, cum ictum lapidis capite excepiſſet, cætera omnia tenaciſſima memoria retinens, literarum tantummodo, quibus præcipue inſervierat, oblitus eſt. Dirum malignumque vulnus in animo percuſſi, quaſi de induſtria ſcrutatis ſenſibus, in eum potiſſimum, quo maxime lætabatur, acerbitate nocendi erupit; ſingularem doctrinam hominis pleno invidiæ funere efferendo: Cui ſi talibus ſtudiis perfrui fas non erat, utilius aliquanto fuit, ad illa aditum non impetraſſe; quam jam percepta eorum dulcedine caruiſſe.

3. [2] Mirabilior tamen ſequentis caſus narratio. Nauſimenis enim Athenienſis uxor, cum filii ac filiæ ſuæ ſtupro interveniſſet, inopinati monſtri perculſa conſpectu: & in præſens tempus ad indignandum, & in poſterum ad loquendum obmutuit. Illi nefarium concubitum voluntaria morte penſarunt. Hoc modo fortuna ſæviens huic vocem, iis vitam ademit; illi propitia donat.

4. [3] Ægles * Samius † athleta mutus, cum ei victoriæ quam adeptus

1. *Eruditiſſimus.*] Plin. lib. VII. cap. 24. Nat. Hiſt. de memoria: *Nec aliud,* inquit, *eſt æque fragile in homine morborum, & caſus injurias atque etiam metus ſentiens, alias particulatim, alias univerſa, ictus lapide oblitus eſt literas tantum, & prealto tecto lapſus matris & affinium propinquorumque cepit oblivionem. Alius ægrotus ſervorum etiam, ſui vero nominis oblitus eſt Meſſala Corvinus Orator.*

2. *Mirabilior tamen.*] Duo MSS. *Miſerabilior tamen.* Non male. Miſerabile enim fuerat Athenienſem illum omni literarum ſcientia & dulcedine ſpoliatum fuiſſe: miſerabilius hoc, matrem ad fortuitum iſtum conſpectum plane obmutuiſſe. Stabilimentum hujus correctionis pendet etiam ab illis verbis: *dirum malignumque vulnus in animo percuſſi.* Vulgati tamen lectio ſervari poteſt. *Coler.*

3. *Ægles.*] Aulus Gellius: *Sed & quiſpiam Samius,* inquit, *Athleta, nomen illi fuit* Αἴγλης, *cum antea non loquens fuiſſet, ob ſimilem dicitur cauſam loqui cœpiſſe: nam cum in ſacro certamine ſortitio inter ipſum & adverſarios non bona fide fieret, ſed ſortem nominis falſam ſubjici animadvertiſſet, repente in eum, qui id faciebat, ſeſe videre quid faceret, magnum inclamavit: atque is oris vinculo ſoluto, per omne inde vitæ tempus non turbide neque adhæſe locutus eſt.* Tale quid-

adeptus erat, titulus & præmium eriperetur, indignatione accenſus, [1] vocalis evaſit.

5. Gorgiæ quoque Epirotæ fortis viri clara fuit origo, qui in funere matris utero elapſus, inopinato vagitu ſuo lectum ferentes conſiſtere coëgit, novumque ſpectaculum patriæ præbuit, [2] ex ipſo genetricis rogo lucem, [3] & cunas aſſecutus: Eodem enim momento temporis, altera jam fato functa parit, alter ante elatus, quam natus eſt.

6. Divinæ fortunæ vulnus [4] Pheræo Jaſoni quidam exitii ejus cupidus intulit. Nam cum inter inſidias gladio eum percuſſiſſet, [5] vomicam, quæ à nullo medicorum ſanari potuerat, ita rupit, ut hominem peſtifero malo liberaret.

7. [6] Æque Diis immortalibus acceptus Simonides, cujus ſalus

quiddam legitur de filio Crœſi Regis, qui quum mutus vixiſſet, in ſalute patris vocem recuperavit, ſicut in capitulo de Pietate dicemus. *Oliv.*

* *Samius.*] Samos Ionica in Icario mari è regione Ioniæ poſita. Quæ Junoni olim ſacra. Eſt & Samos Thracia maris Ægæi, Thraciæ oppoſita. Tertia maris Ionii Inſula eſt propę Sacynthum. *Ortel.*

† *Athleta.*] Pollux Athletarum nomine gymnicos omnes intelligi voluit. Hi autem ſunt, *παλαιςαί*, *δρομεῖς*, *πύκται*, *δισκοβόλοι*, & *ἁλτικοί*. Vide Plautum Bacchid. Act. III. Sc. III. de antiqua puerorum Græcorum inſtitutione loquentem. *Budæus.* Ariſtoteles in primo Rhetoricorum ita diſponit: *Quæ corporis virtus attributa eſt certaminibus, conſtat magnitudine, robore, celeritate. Qui jactare certo modo crura, porroque movere poteſt, curſor eſt, quippe celeritate valens. Qui tum premere, tum continere, is eſt luctator, qui percutiendo pellere, pugil, qui horum utroque modo, pancratio idoneus: qui ad hæc cuncta aptus, quinquertio.* Vide & Mercurialem de Gymnaſt.

1. *Vocalis.*] De muto factus eſt vocalis, quia vocem acquiſivit; nam vocalis dicitur, qui voce utitur.

2. *Ex ipſo genetricis.*] Legitur &, *tantum non ex ipſo, &c.* id eſt, ferme. Ergo hoc dicit: ferme ex ipſo genitoris rogo vitam & cunas aſſecutus, quia parum admodum fuit, quin rogo ſuperinjiceretur, antequam puer vagitum ederet.

3. *Sed etiam cunas.*] Nam matris loculum ſeu feretrum habuit pro primis cunis.

4. *Pheræo.*] Pheræ Peloponneſi civitas ad ſinum Meſſeniacum, Ptolemæo. *Pheræo Jaſoni.*] Sic Cic. lib. I. de Nat. Deor. Sed Plutarchus Prometheum vocat.

5. *Vomicam.*] *Vomica* proprie dicitur ulcus latens, à vomendo, quia ruptum evomit ſaniem. *Vomica*, ſecundum Nonium Marcellum, locus eſt concavus & vetuſtate ambeſus, ſecundum alios genus apoſtematis, per quod emittuntur viſcera. *Oliver.*

6. *Atque Diis.*] Solinus de memorabilibus mundi non intelligit Simonidem, ſed Pindarum Poëtam Lyricum, qui in honorem Pollucis & Caſtoris carmina ſcripſit. Dicit enim: *Pindarum Lyricum è convivii loco cui imminebat ruina, ne cum cæteris interiret, forinſecus Caſtor & Pol-*

ſalus ab imminenti exitio defenſa, ruinæ quoque ſubtracta eſt. Cœnanti enim apud Scopam, in [1] Cranone (quod eſt in Theſſalia oppidum) nunciatum eſt duos juvenes ad januam veniſſe, magnopere rogantes, ut ad eos continuo prodiret: ad quos egreſſus, neminem reperit ibi. Ceterum eo momento temporis [2] triclinium, in quo Scopas epulabatur, collapſum, & ipſum & omnes convivas oppreſſit. Quid hac felicitate locupletius, quam nec mare, nec terra ſæviens, extinguere valuit?

8. Non invitus huic ſubnecto [3] Daphidam, ne quis ignoret quantum interfuerit ceciniſſe Deorum laudes, & numen obtrectaſſe. Hic cum ejus ſtudii eſſet, cujus profeſſores Sophiſtæ vocantur: ineptæ & mordacis opinationis [4] Apollinem Delphis irridendi cauſa conſuluit, An [5] equum invenire poſſet, cum omnino nullum habuiſſet. Cujus ex oraculo

& Pollux vocaverunt, inſpectantibus univerſis; quo effectum eſt, ut ſolus impendens periculum evaderet. Cicero lib. de Oratore 2. *Gratiam*, inquit, *habeo Simonidi illi Chio, quem primum ferunt artem memoriæ protuliſſe: dicunt enim cum cœnaret Cranone in Theſſalia Simonides apud Scopam fortunatum hominem & nobilem, ceciniſſetque id carmen quod in eum ſcripſiſſet, in quo multa ornandi cauſa Poëtarum more in Caſtorem ſcripta & Pollucem fuiſſent, ferunt nuntiatum Simonidi, ut prodiret, juvenes ad januam ſtare duos quoſdam, qui eum magnopere evocarent, ſurrexiſſe illum, prodiſſe, vidiſſe neminem. Hoc interim ſpatio conclave illud, ubi epularetur Scopas, concidiſſe, ea ruina ipſum cum cognatis oppreſſum interiſſe.* Sequitur deinde, quod artem memoriæ invenerit. Hoc idem teſtatur Quintilianus lib. xi. de Inſtitut. Orat. ubi multa alia tradit, & inprimis diſſenſionem eſſe inter auctores, cui carmen illud ſcriptum fuerit, Scopæ, an aliis, quos commemorat, & cujus fuerit domus Pharſali, an Scopæ. Item dicit ſibi videri fabuloſum de Tyndaridis. Scopas autem, ut Plinius refert, fuit etiam ſculptor marmoreus, cujus opera quæ, & ubi Romæ, idem Plinius tradit. *Oliver. Simonides.*] Vide ſupra pag. 91.

1. *Cranone.*] Plinio, Galeno, Stephano, Theſſaliæ urbs in campis Pharſalicis. Ephyra ab Homero dici ſcribit Stephanus.

2. *Triclinium.*] Locus ubi convivabatur. Quintilianus loquens de hoc Simonide, ait: *Vix eo limen egreſſo triclinium illud ſuper convivas corruit.* Cicero vero eundem locum traduxit, conclave dicens.

3. *Daphidam*] Erat Grammaticus, qui mendacii Homerum accuſavit, quod bello Trojano militaſſe Athenienſes ſcripſiſſet. Suidas: Δαφίδας, Τερμισσεύς, γραμματικὸς, γράψας περὶ Ὁμήρου, καὶ τῆς αὐτοῦ ποιήσεως, ὅτι ἐψεύσατο· Ἀθηναῖοι γὰρ οὐκ ἐστράτευσαν ἐπὶ Ἴλιον.

4. *Apollinem Delphis.*] Vide ſupra pag. 25. & 59.

5. *Equum invenire.*] Hæc erat calliditas, ut ſive

oraculo reddita vox eſt, inventurum equum, ſed ut eo perturbatus periret. Inde cum jocabundus, quaſi deluſa ſacrarum [1] ſortium fide, reverteretur, incidit in Regem Attalum, ſæpenumero à ſe contumelioſis dictis abſentem laceſſitum: ejuſque juſſu, ſaxo, cui [2] nomen erat Equi, præcipitatus, ad Deos uſque cavillandos dementis animi juſta ſupplicia pependit.

9. Eodem oraculo Macedonum rex Philippus admonitus, ut à quadrigæ violentia ſalutem ſuam cuſtodiret, toto regno disjungi currus juſſit, eumque locum, qui in Bœotia Quadriga vocatur, ſemper vitavit: Nec tamen denuntiatum periculi genus effugit: nam [3] Pauſanias in capulo gladii, quo eum occidit, [4] quadrigam habuit cælatam.

10. [1] Quæ

ut ſive reſponderet inventurum illum equum eſſe, ſive non, Deus omnino deluſus eſſe videretur, nam ſi reſpondiſſet, invenies, exiſtimabat ſe decepiſſe numen, quia non inveniri poſſit, quod non ſit amiſſum. Si vero dixiſſet non inventurum, itidem credebat poſſe irrideri, quod ipſe videlicet ſciret non poſſe invenire, quod non amiſerit. *Oliver.*

1. *Sortium.*] Vide ſupra pag. 7.

2. *Nomen erat equi.*] Aliter Strabo lib. XIV. qui montem hunc non Equum, ſed Thoraca dictum fuiſſe ſcribit. Unde & proverbium extitiſſe, φυλάττου τὸν Θώρακα. *Colerus.*

3. *Pauſanias.*] Hac de cauſa dicitur Pauſanias occidiſſe Philippum, quod cum interrogaſſet Hermodem, quo pacto ſibi poſſet glorioſum nomen comparare, reſpondiſſe dicitur, ſi virum nobiliſſimum occideret. Hoc autem Valerius ſentit, ſed aliter Juſtinus; dicit enim quod Philippus Macedonum Rex jam ætate provectiori Regis Attali ſororem, vel ut Plutarchus dicit, filiam Cleopatram virginem Olympiadi ſuperduxit uxorem; quod quidem graviter illa ferens, cum Alexandro filio jam tum dicitur iniſſe conſilium contra Philippum. Forte ita accidit, ut Attalus cum Cleopatra filia convivium celebraret, ad quod Pauſaniam adoleſcentem invitarunt, qui cum vino paulo largius invitatus eſſet, eo turpiter abuſi ſunt omnes; adoleſcens poſtquam reſipuit, & contumeliam, quam per vinolentiam paſſus erat, recognovit; ſæpe de injuria ad Philippum conqueſtus eſt; ille jocabundus Pauſaniam dimittere; hic vehementius indies de ea re inſtare, cupere tantam injuriam ulciſci. Sed cum forte quadam occurriſſet Alexander, apud eum conqueſtus eſt de hac injuria. Ille dicitur Græce Jambicum verſum pronuntiaſſe, eum qui dedit, eum qui accepit, ſcilicet interfice, quod etiam factum eſt; nam occupatum anguſtiis Philippum in tranſitu obtruncavit. De quo latius in cap. de Cupiditate gloriæ dicemus. Sed in eo miraculum fuit, quod gladio occiſus, qui quadrigam impreſſam habebat in capulo. *Oliver.*

4. *Quadrigam habuit cælatam.*] Cælata proprie dicuntur vaſa aurea vel argentea, in quibus ſigna vel ſigilla intus aut extra eminentia expreſſa ſunt, quæ ſola cælo fieri, non torno poſſunt. Quintilianus ſculpturam à cælatura materia tantum

10. [1] Quæ tam pertinax neceſſitas in patre, & filio Alexandro conſimilis apparuit. Siquidem Calanus Indus ſua ſponte ſe ardenti rogo ſuperjacturus, interpellatus ab eo, ecquid aut mandaret, aut dicere vellet, Brevi te, inquit, videbo. Nec id ſine cauſa, quia voluntarium ejus è vita exceſſum rapida mors Alexandri ſubſecuta eſt.

11. Regios interitus magnitudine miraculi remigis caſus

tantum diſtinguit lib. III. c. XXXI. his verbis: *Et Cælatura, quæ auro, argento, ære, ferro opera efficit: nam ſculptura lignum, ebur, marmor, vitrum, gemmas præterea, quæ ſupra dixi, etiam complectitur.* Sane ſculptor marmoris dicitur, non cælator, ut contra cælatura auri & argenti, non ſculptura. Et ſculptura quidem æque ac cælatura figuras extantes facit, ſed in ligno, marmore, ebore, & gemmis operatur, cælatura in auro, argento & ære. Virgil. tamen lignum dixit cælatum pro ſculpto, improprie, ſed Poëtice. Alii tamen cælata tecta de laquearibus dixere. Gemmas cælatas non legimus apud auctores, ſed ſculptas aut ſcalptas. Rurſus hic diſtinguunt ſculpturam à ſcalptura. Quas gemmas ſculpi notat Quintilianus, figuras in his extantes fieri & ectypas intelligit, ut in ebore, ligno & marmore quod ſculpitur; at de his, quæ ad ſignandum cavantur, ſcalptura proprie ut diceretur, uſus loquendi obtinuit; licet origine ac ſignificatione idem ſit quod ſculptura. *Salmaſius.*

1. *Quæ tam pertinax.*] Cum Alexander Darium viciſſet, & Babylonem ſubegiſſet, audivit in India eſſe, qui ludum Gymnoſophiſtæ exercerent. Dicebantur autem Gymnoſophiſtæ nudi Philoſophi; ideo autem nudi vivebant, quia dicerent naturam omnibus rebus humanis providiſſe, nec quicquam deeſſe voluiſſe. Quemadmodum igitur & cætera animalia his contenta eſſent, quæ ſibi natura ſuppeditaſſet, ita homines vitam ſuam informare debere, ut nihil præter quod illis natura dediſſet, inquirerent. Hi Philoſophi erant, qui ſummum bonum in voluptate ponebant, ſummum malum in dolore. Hos igitur videndi magno deſiderio captus eſt Alexander, & inter cæteros Calanus quidam præſtare audiebatur; cum hoc maximam familiaritatem inivit Alexander, & eum ſecum adduxit. Sed cum anno vitæ ſuæ LXVIII. ad eos dolores forte perveniſſet, ut eos ulterius ferre non poſſet, nam alvo vexabatur, rogum ſibi ſtruxit, & aurea lectica ſuperimpoſita, incubuit ſtramentis opertus, ut eos dolores aufugeret, in quibus ſummum malum ſtatuebat. Deinde Macedones obſecravit, ut illum lætitiæ diem cum Rege ſimul potantes exigerent, quem paucis poſt diebus Babylone viſurum ſe dixit; atque ita brevi futuram Alexandri mortem prædixit, qui Babylone periit; ſicut ſuo loco dicemus. Alexander vero, mortuo Calano, convivia celebrari juſſit, ſed antequam moreretur, eum rogavit, ſi quid vellet, ut diceret, qui nihil aliud reſpondiſſe fertur, niſi te propediem videbo. Cic. de Divin. lib. I. *Calanus Indus cum deſcenderet in rogum ardentem, ô præclarum, inquit, diſceſſum è vita, cum, ut Herculi contigit, mortali corpore cremato in lucem animus excеſſerit: Cumque Alexander eum rogaret, quid vellet, ut diceret, optime, inquit, propediem videbo te. Quod etiam contigit.* Rurſus de hoc Calano mentionem facit lib. II. Tuſc. Quæſt. & Strabo in deſcriptione Indiæ plurima de his Gymnoſophiſtis atque Calano. *Oliver.*

1. *Quem*

ſus æquat:[1] quem in hexere [2] Tyriorum ſentinam haurientem, cum è navi fluctus abjeciſſet; altero latere repercuſſum, fluctus contrarius in navem retulit. Itaque miſeri ſimul ac felicis comploratíoni permiſta fuit gratulatio.

12. Quid illa? nonne ludibria naturæ in corporibus humanis fuiſſe credenda ſunt? tolerabilia quidem, quia ſævitia caruerunt: ceterum & ipſa miraculis annumeranda. Nam & Pruſiæ regis [3] Bithyniæ filius eodem nomine quo pater, pro ſuperiori ordine dentium unum [4] os æqualiter extentum habuit, nec ad ſpeciem deforme, neque ad uſum ulla ex parte incommodum.

13. [5] Mithridatis verò regis filia Dripetine, Laodice regina

1. *Quem in hexere Tyriorum ſentinam haurientem.*] Vulgo, *quem in litore, &c.* Manent adhuc in ſcriptis Codd. veſtuſtæ lectionis veſtigia quædam. In Campenſi enim legitur, *Quem in dextro latere triere Tyriorum:* In Pulmanniano autem, *in texere Timbrum.* At in Atrebatenſi, Cauchiano, & Gemblacenſi, *Quem in dhexere Tyriorum.* Ex his quidem legi debere colligo, *Quem in hexere Tyriorum.* Penteres enim, hexeres, & hepteres appellantur tam Latinis quam Græcis auctoribus naves, à remorum numero vel ordinibus. Hexeris autem meminit & Liv. XXXVII. *Regia claßis ſeptem & triginta majoris formæ navium erat, in quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat.* Sed & vulgare tolerari poteſt. *Pighius.*

2. *Tyriorum.*] Tyrus & pro Inſula & pro urbe ſumitur. צור Hebræis rupes. Unde nomen accepit. Rupibus autem illa inſula cingebatur. Unde Nonnus in Dionyſiacis lib. XI.

— Ἀκινήτοις δὲ θεμέθλοις
Αὐτομάτη ζαθεῖσα συνώρτισται
ἄζυγι πέτρῃ.

Id eſt,

— *Fundamine cincta*
Firmo immota manet ſaxis radicibus hærens.

Et de Tyro conſtruenda:

Πήξατε δ᾽ ἀμφοτέροις ἐπικείμενον
ἄστυ κολώναις.

Id eſt,

Extruite in mediis fundatam rupibus urbem.

3. *Bithyniæ.*] Prima Aſiæ minoris Bithynia, in Ponti exordio, ad Solis orientis partem adverſa Thraciæ jacet, multis antea nominibus appellata. nam prius Beriria (lege *Bebritia*) dicta, deinde Mygdonia: mox à Bithynio Rege, Bithynia appellata, ipſa eſt & major Phrygia. Val. Flaccus lib. IV.

Proxima Bebricii raduntur limina regni,
Pingue ſolum, & duris regio non invida tauris.

4. *Os æqualiter extentum.*] Os unum tenore continuatum. Solinus: *Quidam cum dentibus procreantur. Cn. Papyrius Carbo, ut M. Curio, dentatus ob id cognominatus. Quidam etiam vice dentium continui oßis armantur ſoliditate; qualem habuit Bithynorum Rex Pruſias.*

5. *Mithridatis.*] Regis Ponti, hoſtis pop. Rom. ad quem debellandum primo Sylla, deinde Lucullus, poſtremo Pompejus miſſus eſt, qui bellum illud confecit. Hunc igitur poſt profligatum exercitum fugientem filiam hanc comitatam fuiſſe Cicero dicit. *Oliver.*

1. Ne

gina nata, duplice ordine dentium deformis admodum, comes fugæ patris, à Pompejo devicti, fuit.

14. [1] Ne illius quidem parvæ admirationis oculi, quem conſtat tam certa acie luminum uſum eſſe, ut à [2] Lilybæo portu, [3] Carthaginienſium egredientes claſſes intueretur.

15. Oculis ejus [4] admirabilius Ariſtomenis [5] Meſſenii cor: [6] quod Athenienſes ob eximiam calliditatem exectum, pilis refertum invenerunt: cum eum aliquoties captum, & aſtutia elapſum, cepiſſent.

16. At Poëta [7] Antipater Sidonius, omnibus annis, uno tantum-

1. *Ne illius quidem parvæ admirationis.*] Hunc Solinus Strabonem nominatum fuiſſe tradit, quem Varronis teſtimonio centum triginta quinque millia paſſuum proſpexiſſe dicit. Solitum exeuntem à Carthagine claſſem Punicam numerumque navium ex Libytana ſpecula manifeſtiſſime notare, quod idem teſtatur Plinius lib. VII. Nat. Hiſt. Cicero tradit Iliadem omnem ita ſubtiliter in membranis ab hoc ſcriptam, ut teſta nucis clauderetur. *Oliver.*

2. *Lilybæo.*] Lilybæum promontorium eſt Siciliæ, multum autem à Sicilia ad Carthaginem diſtare dicitur, &, ut tradit Solinus, centum triginta quinque millia paſſuum interſunt.

3. *Carthaginienſium egredientes claſſes.*] Lacedæmonios ſcribit Plinius lib. XI. cap. 37.

4. *Admirabilis Ariſtomenis.*] Athenienſes cum Meſſeniis bellum grave & longum geſſere. Meſſeniorum dux fuit Ariſtomenes, qui tanta calliditate fuiſſe dicitur, ut ſæpe Athenienſes deciperet, quorum ſæpe urbem ingreſſus, & aliquando captus, atque in vincula conjectus, calliditate ſua aufugerat: quod cum ſemel atque iterum, & tertio feciſſet, conſtituerunt Athenienſes illum rurſus captum interficere, quod etiam fecere: ſed admirati verſutiam hominis, voluerunt ejus capti & occiſi cor inquirere, quod exſecto corpore piloſum invenerunt. *Oliver.* *Ariſtomenis Meſſenii.*] Sumpſit ex Pauſaniæ Meſſeniacis. De eodem Antipater lib. III. Antholog. περὶ ἀνδρείων. *Colerus.*

5. *Meſſenii.*] Meſſene civitas Peloponneſi, eodemque nomine & regio dicitur Ptolemæo & Stephano.

6. *Quod Athenienſes.*] Imo Lacedæmonii, teſte Pauſania. Rhodi enim mortuus eſt. Captus vero à Lacedæmoniis ſæpius & elapſus. Videndus Plinius lib. XI. cap. 36. Stephanus in voce ἀνδανία. *Colerus.*

7. *Antipater Sidonius.*] Fuit hic quidem Poëta promptiſſimus, quem in libris de Oratore M. Tullius claruiſſe ait Cottæ & Craſſi temporibus, non multo ante. Sed de hujus Poëtæ ingenio & memoria, non alterius, quam ipſius M. Tullii verbis agendum. *Quid*, inquit, *ſit Antipater ille Sidonius, quem tu probe Catule meminiſti, ſolitus eſt verſus Hexametros, alioſque, variis modis atque numeris fundere ex tempore, tantumque hominis ingenioſi ac memoriæ valuit exercitatio, ut cum ſe mente ac voluntate conjeciſſet in verſum, verba ſequerentur, & reliqua.* Valer. vero hic noſter & Plinius eum tradunt omnibus annis, uno tantummodo die ſuo natali, febre corripi ſolitum, & eodem denique die conſumptum eſſe in ultima ætate. Meminit Antipatri etiam Cornelius Tacitus in Oratoribus, & Fabius

tantummodo die, quo genitus erat, febri implicabatur. Cumque ad ultimam ætatem perveniſſet, natali ſuo certo illo circuitu morbi conſumptus eſt.

17. Hoc loco apte referantur Polyſtratus, & Hippoclides Philoſophi, eodem die nati, ejuſdem præceptoris [1] Epicuri ſectam ſecuti, patrimonii etiam poſſidendi adeundæque ſcholæ communione conjuncti, eodemque momento temporis ultima ſenectute extincti. Tam æqualem fortunæ pariter, atque amicitiæ ſocietatem, quis non ipſius cœleſtis [2] Concordiæ ſinu genitam, nutritam, atque finitam putet?

18. Quapropter hoc potiſſimum fuerit, aut in [3] liberis potentiſſimorum regum, [4] aut in rege clariſſimo, aut [5] in vate ingenii florentis, aut in [6] viris eruditiſſimis, aut in [7] homine ſortis ignotæ, ne ipſa quidem, omnis bonæ malæque materiæ fœcunda artifex Natura rationem rerum reddiderit. Non magis quam quid ita [8] ſilveſtres capreas, [9] Cretæ genitas, tantopere dilexerit, quas ſagittis confixas ad ſalutare auxilium herbæ [10] dictamni, tantum non ſuis manibus deducit: efficitque, ut concepta ea, continuo & tela & vim veneni

Fabius Quintilianus. Extant ipſius in præſens quædam, quæ leguntur, epigrammata. *Gyrald.*

1. *Epicuri.*] De ejus vita lege Diogenem Laërtium. Cum in voluptate ſummum bonum conſtituit, voluptatem intellexiſſe, quæ ex virtute colligitur, videtur. Diocles eum ſimpliciſſimi victus & ſummæ continentiæ fuiſſe dicit. Alii aliter ſcripſere. Unde Horatius:

—— Epicuri de grege porcus.

2. *Concordiæ.*] Hinc Genethliacorum ſecta ſuſtineri poſſet.

3. *Liberis.*] Sicut in filia Mithridatis.

4. *Aut in Rege.*] Scilicet Pruſia.

5. *In vate.*] Scilicet Antipatro.

6. *Viris eruditiſſimis.*] Polyſtrato & Hippoclide.

7. *Homine ſortis ignotæ.*] Scilicet Strabone, qui tam acutam aciem habuit.

8. *Sylveſtres capreas.*] Plinius lib. xxv. cervas, non capreas, dicit.

9. *Cretæ.*] Maris mediterranei inſula, Jovis incunabulis, & centum olim urbibus clara. Hodie Candia dicitur.

10. *Dictamni.*] Non ubique, ſed in anguſto loco duntaxat provenire auctor eſt Theophraſtus, qui lib. ix. cap. 26. hiſtoriam hujus plantæ accurate tradidit. Vide & Dioſcoridem lib. III. & in eum Matthiolum. De eadem egregie Virgilius lib. XII. ita cecinit.

Hic Venus indigno nati concuſſa dolore,
Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis, & flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres hæſere ſagittæ.

1. *Cepha-*

neni vulneribus reſpuant. Aut in [1] Cephalenia inſula, cum omnia ubique pecora hauſtu aquæ quotidie recreentur, in ea pecudes majore ex parte anni ore aperto [2] ex alto ventos recipientes, ſitim ſuam ſedare inſtituerit. Aut quapropter [3] Crotonæ in templo [4] Junonis Laciniæ aram ad omnes ventos immobili cinere donaverit potiſſimum. Vel quare alteram in [5] Macedonia, alteram [6] in Caleno agro aquam proprietatem vini, qua homines inebrientur, poſſidere voluerit. Non admiratione iſta, ſed memoria proſequi debemus: cum ſciamus recte ab ea plurimum licentiæ vindicari, penes quam infinitus cuncta gignendi labor conſiſtit.

19. Quæ quia ſupra uſitatam rationem excedentia attigimus, ſerpentis quoque [7] à Tit. Livio curioſe pariter, ac facunde relata fiat mentio. Is enim ait in [8] Africa [9] apud Bagradam

1. *Cephalenia.*] Ionii maris inſula Ptolemæo.

2. *Ex alto.*] Caput in altum porrigentes, ut ventos commodius capiant.

3. *Crotona.*] Croto urbs Brutiorum celeberrima. Livius: *Urbs Croto murum in circuitu patentem* XII. *millia paſſuum habuit, ante Pyrrhi in Italiam adventum. Poſt vaſtitatem eo bello factam, vix pars dimidia habitabatur.* Fortitudinem & omnium rerum adfluentiam ita prædicat Scholiaſtes antiquus Theocriti, ut in proverbium abiiſſe dicat, nihil eſſe alias urbes, ſi eum Crotone conferantur. Quæ de ortu Croronis Urbis prolixe à graviſſimis autoribus atque Poëtis traduntur, cum meras ſapiant fabulas, nihil iis auctores aliud voluerunt indicare, quam celebrariſſimæ urbis antiquitatem, locique ſalubritatem. *Cluver.*

4. *Iunonis Laciniæ.*] Vide ſupra pag. 27.

5. *Macedonia.*] Europæ celebris regio, hanc à Septentrione, à Dalmatia Mœſiaque montana ſejungunt: ab occaſu mari Adriatico ſive Ionio: ab ortu Ægæo abluitur. Meridianam oram Epirotica gentes & ipſa Græcia excipit. *Paſſim.*

6. *In Caleno agro.*] A Calibus dicto, quod oppidum eſt in Campania; eſt enim & in Gallia.

7. *A Tito Livio.*] Hoc miraculum Livius narrat in ſecunda decade primi Punici belli, quam nos amiſimus. Aulus Gellius lib. VI. cap. III. *Tubero,* inquit, *in hiſtoriis ſcriptum reliquit, bello primo Punico Attilium Regulum Conſulem in Africa caſtris apud Bagradam flumen poſitis, prælium grande atque acre feciſſe adverſus ſerpentem inuſitatæ immanitatis, eumque magna totius exercitus conflictatione, balliſtis atque catapultis diu oppugnatum, ejuſque interfecti longum corium pedes centum & viginti Romam miſiſſe.* Plinius lib. VIII. *Nota eſt,* inquit, *in Punicis bellis ad flumen Bagradam à Regulo Imperatore balliſtis tormentiſque, ut oppidum aliquod, expugnata ſerpens centum viginti pedum longitudine, pellis ejus maxillæque uſque ad bellum Numantinum duravère in templo.* Oliver.

8. *Africa.*] Vide ſupra pag. 11.

9. *Apud Bragradam flumen, &c.*] Qui præter Uticam labitur, qui diſtat triginta millia paſſuum à Carthagine.

1. *Balli-*

gradam flumen, tantæ magnitudinis anguem fuiſſe, ut Atilii Reguli exercitum uſu amnis prohiberet: multiſque militibus ingenti ore correptis, compluribus caudæ voluminibus eliſis, cum telorum jactu perforari nequiret, ad ultimum [1] balliſtarum tormentis undique petitam, ſilicum [2] crebris & ponderoſis verberibus procubuiſſe, omnibuſque & cohortibus & legionibus ipſa Carthagine viſam terribiliorem. Atque etiam cruore ſuo gurgitibus imbutis, corporiſque jacentis peſtifero afflatu vicina regione polluta, Romana inde ſummoviſſe caſtra. Dicit belluæ etiam corium cxx. pedes longum, in Urbem miſſum.

VALE-

1. *Balliſtarum.*] Formam Balliſtæ ſatis ubertim Ammianus tradidit his verbis: *Dolantur axes duo querni vel iliceti, curvanturque mediocriter, ut prominere videantur in gibbos: hique in modum ſerratoriæ machinæ conneƈtuntur, ex utroque latere patentius perforati; quos inter, per cavernas funes colligantur robuſti, compagem, ne diſſiliat, continentes.* Ab hac medietate reſtium ſtylus exſurgens obliquus, & in modum temonis jugalis erectus, ita nervorum modulis implicatur, ut altius tolli poſſit & inclinari; ſummitatique ejus unci ferrei copulantur, è quibus pendet ſtuppea vel ferrea funda: cui ligno fulcimentum proſternitur ingens cilicium, paleis conſertum minutis, validis nexibus illigatum, & locatum ſuper congeſtos ceſpites, vel latericios aggeres. Nam muro ſaxeo hujuſmodi moles impoſita, disjectat quicquid invenerit ſubter, concuſſione violenta, non pondere. Cum igitur ad concertationem ventum fuerit, lapide rotundo fundæ impoſito, quaterni altrinſecus juvenes repagula, quibus incorporati ſunt funes, explicantes, retrorſus ſtylum penes uncinum inclinant; itaque demum ſublimis aſtans magiſter, clauſtrum, quod totius operis continet vincula, reſerat malleo forti percuſſum. Unde abſolutus ictu volucri ſtylus & mollitudine offenſus cilicii, ſaxum contorquet, quidquid incurrerit colliſurum. Et omentum quidem appellatur, quod ex eo omnis explicatio torquetur: Scorpio autem, quoniam aculeum deſuper habeat erectus. Cui etiam Onagri vocabulum indidit ætas novella, ea re, quod aſini feri, cum venatibus agitantur, ita eminus lapides calcitrando poſt terga emittunt, ut perforent pectora ſequentium, aut diffractis oſſibus capita ipſa diſplodant. *Lipſius.*

2. *Crebris & ponderoſis.*] Jaciebant vulgo, & minoribus Balliſtis, lapides fere centenûm pondo: atque eo ſenſu Lucilio ipſa balliſta centenaria dicitur. At majoribus amplius jaciebant, & vel talenta tria, id eſt, pondo ccc. Noſtra iſta fulmina hodie non capiunt aut pervehunt hoc pondus. Igitur non ſolum contundebant, ſed diffringebant omnia & disjiciebant. *Lipſius.*

Tituli

VALERII MAXIMI LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

DE MATRIMONIORUM RITU, ET NECESSITUDINUM OFFICIIS.

1. *Nuptiarum auſpicia.*
2. *Epulæ ſeu convivia.*
3. *Matrimonium non repetentes laudata.*
4. *Primum repudium.*
5. *Matronalis libertas ac decor.*
6. *Conjugalis concordia.*
7. *Verecunda conſanguinitas.*
8. *Chariſtia.*
9. *Senectus honorata.*
10. *Iuventus obſervata, exemplíſque inſtructa.*

DIves & præpotens Naturæ regnum ſcrutatus, injiciam ſtylum tam noſtræ Urbis, quam cæterarum gentium priſcis ac memorabilibus inſtitutis. Operæ eſt enim cognoſci hujuſce vitæ, quam ſub [1] optimo principe felicem agimus, quænam fuerint [2] elementa, ut eorum quoque reſpectus præſentibus aliquid moribus proſit.

1. [3] Apud antiquos non ſolum publice, ſed etiam privatim

TItuli capitum hujus libri plerique perierunt in libris vulgatis, quos ſuis locis ex U. C. fide reſtituimus. *Pighius.*

1. *Optimo principe.*] Tiberio, nec ſine adulatione hoc dicit.

2. *Elementa.*] Principia.

3. *Apud antiquos.*] Hoc inſtitutum apud Livium libro primo plane dignoſci poteſt, ubi dicit, non prius regnum acceptum fuiſſe à Numa Pompilio ſecundo Romanorum Rege, quam Deos auſpiciis ille conſuleret. Is enim in loco edito aſcendens, lituo ſpatia deſcripſit in cœlo, ab oriente, ab occidente, poſt jam à meridie, à ſeptentrione, proſpiciens quantum oculi ferre poterant: & partem ab oriente appellavit anticam, ab occidente poſticam, à meridie dextram, à ſeptentrione ſiniſtram.

 Deinde

tim nihil gerebatur, niſi auſpicio prius ſumpto: quo ex more [1] nuptiis etiamnum auſpices interponuntur. Qui quamvis [2] auſpicia petere deſierint, ipſo tamen nomine [3] veteris conſuetudinis veſtigia uſurpant.

2. Fœ-

Deinde cum aperto capite ſtetiſſet, animo concepit, quæ auſpicia, & qua parte mitti vellet; quibus miſſis continuo Rex creatus eſt, & in regnum acceptus. *Oliver.*

1. *Nuptiis etiamnum auſpices.*] Sic Tacitus de nuptiis Meſſalinæ tractans lib. 11. & de Neronis cum Pythagora conjugio lib. xv. agens, utrobique auſpicum adhibitorum meminit. Plautus etiam in Prologo Caſinæ,

Ultro, ait, *ibit nuptum, non manebit auſpices.*

Cicero pro Cluentio: *Nubit genero ſocrus, nullis auſpicibus, nullis auctoribus, funeſtis ominibus.* Juvenalis Satyra x.

—Tyriuſque palam genialis in hortis
Sternitur, & ritu decies centena dabuntur
Antiquo: veniet cum ſignatoribus Auſpex.

Symmachus lib. 11. Epiſtol. *Sororem Pompejam olim viro maturam te auſpice in manus optat accipere.* Servius in 1. Æneid. ad illum verſum:

Cui pater intactam dederat, primiſque jugarat
Ominibus. ———

Id eſt, auguriis. Et ſecundum Romanos locutus eſt, qui nihil niſi captatis faciebant auguriis, præcipue nuptias. Ac de hujuſmodi auſpicibus accipiendus eſt ille Suetonii in Claudio locus, quo Valeriam Meſſalinam uxorem ſupplicio adfeciſſe cum Imperatorem narrat, dote prius inter auſpices conſignata. Erat autem proſpetrimi augurii, nuptialibus negotiis accipitris circi altero pede claudi aſpectus, ut Plinius lib. x. c. 8. prodidit. Quinetam his conjugalibus auſpiciis antiquitus Pilumnum & Picumnum Deos deputatos Nonius Marcellus Varronis auctoritate adductus in cap. de doctorum indagine ſcribit. *Briſſonius.*

2. *Auſpicia.*] Ab aſpiciendis avibus, ut dixi, ſive præpetibus, ſive oſcinibus: nam præpetes eranr, quæ volatu ſuo futura prænuntiabant; oſcines vero quæ non volatu tantum, ſed etiam garritu ſignificabant, quæ inſtare viderentur.

3. *Veteris conſuetudinis.*] Quum Auſpices adeundi mos deſiiſſet, qui auſpicia peterent, hi proxenetæ veteris conſuetudinis veſtigia ipſo nomine uſurparunt: quemadmodum hic ex hoc autore colligere licet. Hinc etiam ſcribit Cic. lib. 11. de Divin. *Nihil fere quondam majoris rei, niſi auſpicato, nec privatim quidem, gerebatur. quod etiam nunc auſpices nuptiarum declarant, qui re omiſſa nomen tantum tenent.* Notum eſt iſtud Ciceronis pro Cluen. *Nubit genero ſocrus, nullis auſpicibus, nullis auctoribus.* Qui igitur ad hanc rem adhibebantur proxenetæ, Latine pronubi, & καταρχηστικοὺς auſpices dicebantur, incipientes & felici omine inchoanres. Qua de cauſſa in veteri Gloſſario, utiliter in publicum edito, auſpices pronubi, παράνυμφοι, appellantur: & hi, quod conventum erat, ut rite fieret, tabuliſque mandaretur, curabanr. Juvenalis:

——*Veniet cum ſignatoribus auſpex.*

Lucanus de Nuptiis Catonis & Martiæ:

Junguntur taciti, contentique auſpice Bruto.

Tum unus horum, quod erar conventum, proferebat, ceteris audientibus, &, ut ita fieret, poſtulantibus. Cujus conſuetudinis hoc Martianus Capella lib. 2. in fin. reliquit veſtigium. *Tunc exurgens*, inquit, *virginis mater poſcit de Jove, ſuperiſque cunctis, ut ſub adſpectu omnium, quidquid ſponſalium nomine præparaverat Majugena, traderetur, ac demum dos à virgine non deeſſet. tuncque*

2. Fœminæ cum viris cubantibus [1] ſedentes [2] cœnitabant: quæ conſuetudo ex hominum convictu ad divina penetravit: nam [3] Jovis epulo ipſe in lectulum, Juno & Minerva in ſellas ad cœnam invitantur. Quod genus ſeveritatis ætas noſtra diligentius in Capitolio, quam in ſuis domibus ſervat: [4] videlicet quia magis ad rem pertinet, Dearum quàm mulierum, diſciplina contineri.

3. [5] Quæ uno contentæ matrimonio fuerant, corona pudicitiæ

tuncque tabulas ac Papiam Popæam legem ſinerent recitari. Ideo Tacitus de Meſſalina ſcribit, etiam illam audiiſſe auſpicum verba. Quod confirmat Servius lib. IV. Æneid. *Briſſon.*

1. *Sedentes.*] Viri quidem recubabant ſtrati, mulieres vero ſedebant. Legitur in vita Catonis, quod paulo antequam ſe Uticæ interimeret, ſedens cœnaverit, quemadmodum poſt civile bellum conſueverat; nam ante, niſi cum dormiret, ſemper ſtabat, vel nunquam jacebat. *Oliver.*

2. *Cœnitabant.*] Quia, ut refert Servius, & Juvenalis teſtatur, apud majores prandia non fuerant in uſu. Unde Juvenalis:

—— Quis fercula ſeptem
Secreto cœnavit avus? ——

Et ſunt qui dicant primum, qui prandii conſuetudinem in urbem Romanam introduxit, fuiſſe Marium propter illud carmen,

Exul ab octava Marius bibit.

Ego vero ante Marium & Priſcum & Arpinatem prandia in uſu fuiſſe legi. Plinius lib. XXXIII. ubi loquitur de Quinto Ælio Tuberone: *Quintum Ælium*, inquit, *cum legati Ætolorum in conſulatu prandentem in fictilibus adiſſent, miſſa ab iis vaſa argentea non accepiſſe.* Conſtat autem hunc Ælium multo ante fuiſſe, quam Marium. *Idem.*

3. *Jovis epulo.*] Epulum Jovis erat, quod alio nomine *Lectiſternium* dicebatur. In Capitolio enim ſtratis tribus lectulis convivium apponebatur tribus Diis; Jovi, Junoni, & Minervæ: vel, ut tradit Livius, ſex, ut paulo infra. Jupiter vero, id eſt, ſimulachrum Jovis ſtatuebatur in lectulo recubans, Juno & Minerva in ſellis conſidebant; ſed appoſitis epulis, non ipſi Dii, ſed ſeptem epulones convivia celebrabant. Quare autem inventa fuerint lectiſternia, Livius lib. V. docet. Dicit enim, *gravis peſtilenſque omnibus animalibus æſtas excepit* [urbem] *cujus inſanabili pernicie quando nec cauſa nec finis inveniebatur, libri Sibyllini ex Senatuſconſulto aditi ſunt. Duumviri ſacris faciundis lectiſternio tunc primum in urbe Romana facto, per dies octo Apollinem Latonamque, & Dianam, Herculem, Mercurium atque Neptunum tribus, quam ampliſſime tum apparari poterat, ſtratis lectis placavere: privatim quoque id ſacrum celebratum eſt, tota urbe patentibus januis, promiſcuoque uſu rerum omnium in propatulo poſito, notos ignotoſque paſſim advenas in hoſpitium ductos ferunt, & cum inimicis quoque benigne & comiter ſermones habitos, jurgiis & litibus temperatum, vinctis quoque dempta in eos dies vincula; religioni deinde fuiſſe, quibus eam opem Dii tuliſſent vinciri.* Auguſtinus quoque de Civitate Dei de his mentionem facit. *Oliver.*

4. *Videlicet quia magis ad rem pertinet.*] Ironice videtur hanc rationem adferre. *Pighius.*

5. *Quæ uno contentæ matrimonio.*] Non tantum apud Romanos, ſed etiam apud alias gentes odioſæ ſecundæ nuptiæ. Unde Dido lib. IV. Æneid.

dicitiæ honorabantur. Exiſtimabant enim eum præcipue matronæ ſincera fide incorruptum eſſe animum, [1] qui depoſitæ virginitatis cubile pudicum egredi neſciret: multorum matrimoniorum experientiam, quaſi [2] illegitimæ cujuſdam intemperantiæ ſignum eſſe credentes.

4. [3] Repudium inter uxorem & virum, à Condita Urbe uſque

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam,
Ante, pudor, quam te violem, aut tua jura reſolvam:
Ille meos primus, qui me ſibi junxit, amores,
Abſtulit, ille habeat ſecum, ſervetque ſepulchro.

D. Hieronymus in Epiſt. x. ad Furiam de Camillorum gente: *Habes præterea generis tui grande privilegium, quod exinde à Camillo vel nulla vel rara veſtræ familiæ ſcribitur, ſecundos noſſe concubitus; ut non tam laudanda ſis, ſi vidua perſeveres, quam execranda, ſi id Chriſtiana non ſerves, quod per tanta ſæcula Gentiles fœminæ cuſtodierunt.* Chryſoſtomus Homil. 2. in Epiſt. ad Titum: *Noſtis profecto omnes quod etſi per leges* (Romanas) *ſecundæ nuptiæ permittuntur, multis tamen ea res accuſationibus patet.* Nec non quod ſcribit Plutarchus Problem. 99. his verbis: *Quid eſt quod publicis feſtis, veteri more, virgines non nubunt, viduæ nubunt? an quod virginibus decorum, viduis vero multis præſentibus fœdum nubere? felices namque ac ſanctæ primæ nuptiæ: ſecundæ vero triſtes & deteſtandæ. Pudet enim viris adhuc eis, quibus antea nupſerant, alios accipere, mortuos autem lugent.*

1. *Qui depoſitæ virginitatis cubile pudicum egredi neſciret.*] Additur vulgo *poſt*, quod in MSS. non habetur. Atqui mire depravatus eſt locus, qui tolerabilior erit, ſi legas, *qui depoſitæ virginitatis cubile pudicum egredi neſciret.* Pighius.

2. *Illegitimæ intemperantiæ.*] Aliter, *legitimæ*. Quia licebat quidem ſecundas vel tertias agere nuptias, ſed tamen non ſine ſuſpicione fiebat libidinis cujuſdam intemperatæ, & ideo legitimam intemperantiam appellat. *Quaſi illegitimæ.*] MSS. plerique & vetus ille Dan. *quaſi legitimæ*. Nil verius. Nam legitima quædam Intemperantia, ſunt plura matrimonia, quod multis demonſtrat eruditiſſimus Tertullian. legibus enim non prohibentur. Ea ratione Seneca divortia *legitima adulteria* vocat. Tertullianus appoſite: *Continentia legem nuptiarum honorat; licentia temperat. Illa non cogitur, iſta regitur. Illa arbitrium habet, hæc modum.* Martialis:

Quæ toties nubit, non nubit, adultera lege eſt;
Offendar mœcha ſimpliciore minus.

Colerus.

3. *Repudium.*] Dicit hoc inſtitutum apud antiquos ſervatum fuiſſe ad viceſimum & quingentiſimum annum. Aulus Gellius diſſentit à Valerio lib. IV. cap. III. Dicit enim: *Memoriæ traditum eſt quingentis* (Cujacius emendat ſexcentis) *fere annis poſt Romam conditam nullas rei uxoriæ neque actiones, neque cautiones in urbe Roma, aut in Latio fuiſſe, quum profecto non deſiderabantur, nullis etiam tunc matrimoniis divertentibus.* Servius quoque Sulpit. in lib. quem compoſuit de Dotibus, tum primum cautiones rei uxoriæ neceſſarias viſas eſſe ſcripſit, cum Spurius Carbilius, cui Ruga cognomentum fuit, vir nobilis, divortium cum uxore fecit, quia

uſque ad viceſimum & quingenteſimum annum nullum interceſſit. Primus autem [1] Sp. Carvilius uxorem ſterilitatis cauſa dimiſit. Qui quanquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehenſione tamen non caruit: quia nec cupiditatem quidem liberorum conjugali fidei proponi debuiſſe arbitrabantur.

5. Sed quo matronale decus, verecundiæ munimento tutius eſſet, in jus [2] vocanti [3] matronam corpus ejus attingere non

quia liberi ex ea corporis vitio non gignerentur, A. U. C. DXXIII. M. Attilio, P. Valerio Coss. atque is Carbilius traditur uxorem quam dimiſit, egregie dilexiſſe, cariſſimamque morum ejus gratia habuiſſe, & jusjurandi religionem animo atque amori prævertiſſe, quod jurare à Cenſoribus coactus erat uxorem ſe liberorum habendorum gratia habiturum. Alio loco dicit idem Gellius hoc divortium feciſſe de amicorum conſilio, quod ſterilis eſſet. Dionyſius: *Quod autem lex*, ait, *hæc de mulieribus pulchre ſe habuerit, teſtis fuit diuturnitas: conſtat enim intra quingentos viginti annos nullum Romæ fuiſſe divortium, centeſima & triceſima Olympiade, Conſulibus M. Pomponio & C. Papyrio, qui primus uxorem ſuam dimiſiſſe dicitur, Spurius Carbilius vir non obſcurus, jurare coactus à Cenſoribus liberorum gratia ſe matrimonium colere: erat autem ei conjunx ſterilis, quo tamen facto quoque ob neceſſitatem populo inviſus fuit.* Oliverius.

1. *Sp. Carvilius.*] Mire variant auctores in hoc nomine. Agellius *Sp. Carbilium Rugam* appellat. Plutarchus in Romulo *Sp. Servilium.* Idem probl. cap. 13. *Carbilium.* In comparatione Numæ & Lycurgi *Sp. Corvinum*, ſed legendum ibi, *Καρβίλιον.* Plenius *Carvilium* & *Carbilium* promiſcue. *Colerus.*

2. *Vocanti.*] Scilicet, *viro.* Quamvis nonnulli divortium fecerint, hoc tamen inſtitutum ſervavêre, ut Matronarum corpora, quæ in jus vocarentur, ab obſtetricibus non petractarentur, ut pudicitiæ decus inviolatum maneret. hoc autem fiebat, quia mulier quæ ſterilis eſſe dicebatur, non ſua cauſa hoc fieri dicebat, & ideo adhibebantur obſtetrices, quæ illius corpus petractarent, ſed earum quæ in jus vocabantur, non petractabant. *Oliv.* poteſt ſimpliciter intelligi, ne viro uxorem contrectare licitum eſſet.

3. *Matronam*] Matrona dicta, quæ matrimonio viro eſt juncta, etſi liberi nondum ſint nati. Ita eruditi nonnulli. Iſidorus ait: *Matrona eſt mater primi pueri, quaſi mater nati.* Idem fere affirmat lib. x. cap. ult. cum ſcribit: *Matrona eſt, quæ jam nupſit, & dicta matrona quaſi mater nati, vel quia jam mater fieri poteſt: Unde & Matrimonium dictum.* Diſtinguitur tamen inter matronam, matrem, & matrem familias. Nam dictæ matronæ, quoniam convenerunt in matrimonium: matres, quia genuerunt: matres familias, quia per quandam juris ſolennitatem in familiam mariti tranſierunt. Feſtus Grammaticus tradit appellatas matronas, quibus ſtolas habendi jus erat. Apud eundem legas matronas à magiſtratibus non ſubmoveri ſolitas, ne pulſari, aut contrectari viderentur, & ne gravidæ concuterentur. Sed nec viri earum ſedentes cum uxoribus in vehiculo deſcendere cogebantur. Quod vittatæ inceſſerint caſtiſſimæ matronæ: inſtita etiam, hoc eſt, tenuiſſima faſciola ſtolam ambiente, indicat illud Ovidii 1. de arte amandi:

re non permiſerunt, ut [1] inviolata manus alienæ tactu ſtola relinqueretur. [2] Vini uſus olim Romanis feminis ignotus fuit, ne ſcilicet in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconceſſam Venerem eſſe conſuevit. Ceterum ut non triſtis earum & horrida pudicitia, ſed honeſto comitatis genere temperata eſſet, indulgentibus maritis & [3] auro abundanti, & multa [4] purpura uſæ ſunt: & quo formam ſuam concinniorem

Eſte procul vittæ tenues, inſigne pudoris,
Quæque tegis longos inſtita longâ pedes.

1. *Inviolata ſtola.*] Nolebant nec veſtem quidem attingi mulieris in jus vocatæ, ut honor mulieris omnino ſervaretur. Et eſt *ſtola* proprie veſtis muliebris ad talos uſque demiſſa. *Stola.*] Stolam inter veſtimenta muliebria annumeratam fuiſſe, teſtantur auctores, inter quos fuit Ulpianus: & autorem videtur habere locupletiſſimum Ciceronem in Antoniana ſecunda, in hæc verba, *Sumpſiſti virilem togam, quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti.* Cui ſententiæ videtur accedere Vitruvius lib. I. cum Cariatides Matronas ſtolatas depingi ab antiquis ait, & pro columnarum ornamentis ad fulcienda ædificia rectas erigi. Nonnulli nulla alia ratione à veſte differre putant, quam ea qua veſtimentum ab indumento quis differre putaverit. *Bayſius.*

2. *Vini uſus.*] Unde Aulus Gellius de Noctibus Atticis dicit, non minori pœna affici conſueviſſe mulieres, quæ vinum bibiſſe deprehenderentur, quam ſi aut probrum, aut adulterium commiſiſſent; pœna autem capitalis erat. Dionyſius quoque lib. I. *Delinquens*, inquit, *uxor in aliquo, judicem, & magnitudinis pœnæ dominum ſortiebatur eum, qui læſus erat; cognati namque ſimul cum viro de his judicabant, in quibus erat corporis corruptio, de eo quod peccatorum omnium videtur Græcis minimum, ſi qua inventa eſſet mulier vinum bibens. Nam utraque hæc multari morte conceſſit Romulus.* Metellus, quia uxorem vinum bibiſſe deprehendit, eam interemit. Romæ autem, & in univerſo Latio, vino, quod priſca lingua *temetum* appellatur, mulieres abſtinebant, unde etiam *abſtemiæ* dictæ ſunt: loram, paſſum, murrhinam pro vino bibebant, cognati eorum oſculum afferebant, ut ſi vinum bibiſſent, deprehendere poſſent. *Oliver. Vini uſus*] Præter cæteros lege Arnobium lib. II. Tertullianum Apologet. cap. 6. Huc & illa Varr. fragmenta refer l. I. de vita pop. Rom. Quantopere abſtemias mulieres voluerint eſſe, vel ex uno exemplo poteſt videri. Et iterum: *Antiquæ mulieres majores natu bibebant loram aut ſapam, aut defrutum, aut paſſum, quam murrhinam quidam Plautum appellare putant.* Sariſberienſis Policrat. l. VIII. *Colerus.*

3. *Auro abundanti.*] Quorſum igitur illa Tertull. Apolog. cap. 6. Cum aurum nulla norat præter unico digito, quem ſponſus oppignoraſſet pronubo annulo. Sed Tertullianus de ultima antiquitate loquitur. Nam poſtea præcipuum mulierum geſtamen, aurum. Varro l. I. de vita pop. Rom. *Auri pondo duo millia acceperunt ex ædibus ſacris & matronarum ornamentis, à quibus poſtea id aurum & torques aureæ multæ relatæ Romam atque conſecratæ.* Coler.

4. *Purpura.*] Purpureus color eſt, qui nigricantis roſæ ſplendore ſublucet. Cæterorum omnium colorum gratiſſimus, & tingendis veſtibus maxime expetitus,

niorem efficerent, ſumma cum diligentia capillos [1] cinere rutilarunt. Nulli enim tunc [2] ſubſeſſores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur: ſed pariter & videre ſancte, & aſpici mutuo pudore cuſtodiebantur.

6. Quoties vero inter virum & uxorem aliquid jurgii interceſſerat, in ſacellum [3] Deæ Viriplacæ, quod eſt [4] in Palatio, veniebant: & ibi invicem locuti, quæ voluerant, contentione animorum depoſita concordes revertebantur. Dea nomen hoc à placandis viris fertur aſſecuta: veneranda quidem, & neſcio an præcipuis, ſed exquiſitis ſacrificiis colenda: utpote quotidianæ ac domeſticæ pacis cuſtos, in [5] pari jugo charitatis ipſa ſui appellatione virorum majeſtati debitum ac feminis reddens honorem.

7. Hujuſmodi inter conjuges verecundia, quid inter ceteras neceſſitudines, nonne apparet conſentanea? nam ut minimo indicio maximam vim ejus ſignificem, aliquandiu nec pater cum filio pubere, nec ſocer cum genero lavaba-

petitus, à purpura vocatus. Purpura enim piſcis eſt ex conchatum genere, vivit annis ſeptenis, latet circa canis ortum tricenis diebus. Congregatur verno tempore, mutuoque attritu lentorem quendam veluti ceræ emittit, ſed nobilem illum ſuccum ad tingendas veſtes in mediis faucibus habet, minimum liquoris eſt in candida vena, reliquum corporis ſterile eſt. Vivas conantur capere, quia florem illum morientes cum vita evomunt. Majoribus purpuris detracta concha auferunt ſuccum, minores frangunt Tyrii, & ita eorum rorem excipiunt, qui à loco Tyrius dicitur, quanquam in aliis quoque locis id fiat. *Perottus.* Punicum in purpura cernitur, præcipue Tyria ac rubente. Puniceum autem & Phœniceum colorem differre, ex Libanio oſtendit Salmaſius, atque eam ob cauſam Agellium reprehendit. Color enim Puniceus exuperantiam & ſplendorem ruboris oſtendit, Phœnicius autem qualis immaturæ palmulæ. Vide Salmaſ. ad Solin. pag. 1330. & ſeq.

1. *Cinere rutilarunt.*] Plin. l. XXVIII. cap. 1. *Gallorum hoc inventum rutilandis capillis cinere & ſevo. Erant & ciniflones, qui calamiſtris in cinere calefactis capillos criſpabant.*

2. *Subſeſſores.*] *Subſeſſor* proprie dicitur, qui diliteſcit ad alium occidendum per inſidias: nam *ſubſidere* dicuntur, qui vias obſident, ut per inſidias viatores intercipiant. Virgilius:

—— *Subſedit adulter.*

Unde hoc loco pro oppreſſoribus alieni thori accipitur. *Oliver.*

3. *Dea Viriplaca.*] Sacelli hujus meminit P. Victor, Regione X. Urbis Romæ, & in eadem Onuphrius Panvinius.

4. *In Palatio.*] Ædificia publica multa habuit Capitolinus Mons, quorum hodie ne ruinas quidem per vineta, quæ ibi conſita, diſcernere licet. Vide Marlian. lib. II. Topogr. Rom. lib. XXI.

5. *Pari jugo.*] Conjunctione & pari copula viri & uxoris.

 1. *Cha-*

vabatur. Manifeſtum igitur eſt tantum religionis ſanguini & affinitati, quantum ipſis Diis immortalibus tributum: quia inter iſta tam ſancta vincula, non magis, quàm in aliquo ſacrato loco nudare ſe, nefas eſſe credebatur.

8. Convivium etiam ſolenne majores inſtituerunt, idque [1] Chariſtia appellaverunt, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur: ut ſi qua inter neceſſarios querela eſſet orta, apud [2] ſacra menſæ, & hilaritatem animorum, fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur.

9. [3] Senectuti juventus ita cumulatum & circumſpectum hono-

1. *Chariſtia.*] Ovid. lib. I. Faſt.

Proxima cognati dixêre Chariſtia cari,
Et venit ad ſocios turba propinqua Deos.

VIII. Kalendas Martias erant Chariſtia. Bene Kalendarium Conſtantini Magni:

IX. FERALIA.
VIII. CHARISTIA.
VII. TERMINALIA.

Omittit hæc feſta vetus Romanum; miror. In Rureſtri, poſt Parentalia & Lupercalia, legitur, CARA COGNAT. mallem, CARI COGNAT. id eſt, *Cariſtia cognatorum.* Dies ille totus deditus conviviis. hinc eundem, *Feſtum epularum* dixerunt. Sed mea hæc ſuſpicio: nam hoc nomine diutius dies, quo Petrus Apoſtolus cathedram in Antiochia erexit, vulgo dictus eſt: incidit ille in idem tempus, quo celebrata antiqua Chariſtia. *Neapolis ad Faſtos Ovidii.*

2. *Sacra menſæ.*] Epulas. Nam omnia, quæ menſis apponuntur ſacrata putabantur, quia ex his antequam veſcerentur, primitias ſemper Deo offerebant. *Sacra menſæ.*] Menſæ antiquis erant ſacræ. Syneſius Epiſt. 57. τράπεζα μὲν ἱερὸν τι χρῆμα, δι' ἧς ὁ θεὸς τιμᾶται φιλιόσιος καὶ ξένιος, id eſt, *menſa ſacra quædam res eſt, per quam Deus amicitiæ conciliator atque hoſpitalis honoratur.* Et Arnobius lib. II. *Sacras facitis menſas ſalinorum appoſitu & ſimulachris Deorum.* Thyſius.

3. *Senectuti juventus.*] Apud antiquiſſimos Romanorum neque generi neque pecuniæ præſtantior honos tribui quàm ætati ſolitus: majoreſque natu à minoribus colebantur, ad Deum prope & parentum vicem: atque in omni loco, inque omni ſpecie honoris, priores potioreſque habiti à convivio quoque, ut ſcriptum eſt in antiquitatibus, ſeniores à minoribus domum deducebantur: eumque morem accepiſſe Romanos à Lacedæmoniis traditum eſt: apud quos Lycurgi legibus major rerum omnium honos majori ætati habebatur. Sed poſtquam ſoboles civitati neceſſaria viſa eſt, & ad prolem populi frequentandam, præmiis atque invitamentis uſus fuit: tum antelati, quibuſdam in rebus, qui uxorem, quique liberos haberent, ſenioribus neque liberos, neque uxores habentibus. Sic capite ſeptimo legis Juliæ, priori ex Conſulibus faſces ſumendi poteſtas fit: non qui plures annos natus eſt, ſed qui plures liberos quam collega aut in ſua poteſtate habet, aut bello amiſit. Sed ſi par utrique numerus liberorum eſt, maritus; aut qui in numero maritorum eſt, præfertur: ſi vero ambo, & mariti, & patres totidem liberorum ſunt, tum ille priſtinus honos inſtauratur, & qui major natu eſt, prior faſces ſumit. Super his autem, qui aut cœlibes ambo ſunt, aut parem numerum filiorum habent, aut mariti ſunt, & li-

honorem reddebat, tanquam majores natu adoleſcentium communes patres eſſent. Quocirca juvenes, Senatus die, utique [1] aliquem ex patribus conſcriptis, aut propinquum, aut paternum amicum ad curiam deducebant, affixique valvis exſpectabant, donec reducendi etiam officio fungerentur. Qua quidem [2] voluntaria ſtatione, & corpora & animos ad publica officia impigre ſuſtinenda roborabant, [3] brevique progreſſu morarum in lucem virtutum verecundia & laboris meditatione, ipſi doctiores eunt. Invitati ad cœnam diligenter quærebant, quinam ei convivio eſſent interfuturi: ne ſenioris adventum diſcubitu præcurrerent: ſublataque menſa priores conſurgere & abire patiebantur. Ex quibus apparet cœnæ quoque tempore quam parco, & quam modeſto ſermone his præſentibus ſoliti ſint uti.

10. Ma-

& liberos non habent, nihil ſcriptum in lege de ætate eſt. Solitos tamen audio, qui lege potiores eſſent, faſces primi menſis collegis concedere, aut longe ætate prioribus, aut nobilioribus multo, aut ſecundum conſulatum ineuntibus. *A. Gellius.*

1. *Aliquem ex patribus.*] Vixiſſe etiam majori ex parte adoleſcentiæ cum ſenioribus juventutem, indicat Varro apud Nonium, cujus locum vulgo corruptum, ſic lego: *Multo præditi pudore & pudicitia adoleſcentes, vixerunt cum majore parte ejus gradus antequam ſtipendia facerent.* Vitioſe etiam ſcriptum fuerat, *Varro lib. 11. de vita pop. Rom.* pro *lib. 1.* Nam lib. 1. de Patribus ſcripſerat; ſecundo, de victu pop. Rom. ut ipſe profitetur alibi Varro: *Primo de re familiari, ac patribus, ſecundo de victuis conſuetudine primigenia, tertio de diſciplinis priſcis.* Coler.

2. *Voluntaria ſtatione.*] Statio pro vigilia ſive excubiis μεθ' φορικῶς. Nam apud Suetonium & alios pro excubiis militaribus accipitur, ut & à ICto lib. 3. ff. de re mil. Haud vulgari ſignificatu, Statio hæreditatum dicitur in veteri lapide; PETRONIAE. SABINAE. FILIAE. L. PETRONI. SABINI. PROCVRATOR. AVGG. STATIONIS. HEREDITATVM. *Idem.*

3. *Brevique progreſſu, &c.*] Mire contaminatus eſt locus. Vulgo: *Brevique proceſſu morarum claram in lucem virtutum ſuarum.* MSS. libri omnes *claram* omittunt: Suſianus *morarum* quoque, cui accedit item Pulmannianus. Quæ ſane duo vocabula omitti poſſunt, nec minus vox *ſuarum*: ex ineptis enim gloſſis hæc inſerta videntur. In tota quidem hac ſententia vix quicquam eſt quod ſatisfacit; in cæteris vero quæ ſequuntur, Pulmanni codex præferendus vulgatis, ubi ſic habet, *Verecundia & laboris meditatione ipſi doctiores eunt.* Reſtaurari itaque poteſt utcumque ſententia, partim ex Colonienſi, partim ex aliis jam dictis codicibus: *Brevique progreſſu morarum in lucem virtutum verecundia, & laboris meditatione ipſi doctiores eunt.* Pigh. Placet magis lectio Lipſiana: *Brevique proceſſurarum virtutum verecunda & laborioſa meditatione, ipſi*

10. Majores natu in conviviis [1] ad tibias egregia [2] ſuperiorum opera carmine comprehenſa [3] pangebant, quo ad ea imitanda juventutem alacriorem redderent. Quid hoc ſplendidius, quid etiam utilius certamine? pubertas canis ſuum honorem reddebat: [4] defuncta virium curſu ætas, ingredientes actuoſam vitam favoris nutrimentis proſequebatur. Quas Athenas, quam ſcholam, quæ alienigena ſtudia huic domeſticæ diſciplinæ prætulerim? Inde oriebantur [5] Camilli, Scipiones, Fabricii, Marcelli, Fabii: ac ne ſingula imperii noſtri lumina percurrendo ſim longior, inde, inquam, [6] cœli clariſſima pars Divi fulſerunt Cæſares.

CAP. II.

ne, ipſi doctiores erant. Apud Sarisberienſem talis lectio: *Brevique proceſſu in lucem virtutum ſuarum verecunda laboris meditatione, &c.* Coler.

1. *Ad tibias.*] Tullius lib. 1. Tuſc. Quæſt. *Sero igitur Poëtæ noſtris vel agniti, vel recepti: quamquam eſt in Originibus, ſolitos eſſe in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus.* Item eodem libro Quæſt. IV. *Nam cum carminibus ſoliti illi eſſe dicantur, & præcepta quædam occultius tradere, & mentes ſuas à cogitationum intentatione, cantu, fidibuſque ad tranquillitatem traducere, graviſſimus auctor in Originibus dixit Cato, morem apud majores hunc epularum fuiſſe, ut deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes. Ad tibias.*] Erat tibia dextra vel recta: & ſiniſtra ſeu obliqua; dextra erat tota ex oſſe vel buxo, ſiniſtræ erat codon ex cornu adnexum. Vide Heſychium.

2. *Superiorum opera.*] Hoc unicum priſcorum illorum Italorum Hiſtoriarum & Annalium genus: nec canere tantum, ſed etiam narrare ſolebant pueris majorum fortia facta. Servius ad 1. Æneid. *Apud veteres Hiſtoriæ hoc genus fuit, ut majores natu anteacta poſteris indicarent, quod hic indicat locus.* Lucan. apertius cum eſſet de Antæo locuturus, ait:

Cognita per multos docuit rudis incola patres.

Idem Hiſpanos olim factitâſſe in procinctu, docet idem Servius ex Salluſtio. De Germanis Tacitus. *Colerus.*

3. *Pangebant.*] Canebant.

4. *Defuncta.*] Aliter effœta, id eſt, viribus exhauſta.

5. *Camilli, &c.*] Notiſſima Virtutis nomina apud Romanos.

6. *Cœli clariſſima pars.*] Qui in cœlos tranſlati eſſe putantur.

1. *Tertio*

CAP. II.

DE MAGISTRATUUM ATQUE ORDINUM OFFICIIS, ET INSTITUTIS.

1. *Senatus Rom. fides & taciturnitas.*
2. *Auctoritas Magiſtratuum & obſervantia linguæ Latinæ.*
3. *C. Marius eloquentiam ſpernens.*
4. *Majeſtas conſularis.*
5. *Conſtantia legatorum Rom.*
6. *Vigilantia Senatus.*
7. *Diligentia Tribunorum plebis.*
8. *Abſtinentia Magiſtratus.*
9. *Equitum Rom. probatio & Lupercalia.*

1. ADeo autem magna charitate patriæ omnes tenebantur, ut arcana conſilia P. Conſcriptorum multis ſeculis nemo ſenator enuntiaverit: Q. Fabius Maximus tantummodo, & is ipſe per imprudentiam, de [1] tertio Punico bello indicendo, quod ſecreto in curia erat actum, P. Craſſo, rus petens, domum revertenti in itinere narravit, [2] memor eum triennio ante Quæſtorem factum, ignaruſque nondum à [3] Cenſoribus in ordinem ſenatorium allectum: quo

1. TErtio Punico bello.] Sæpius agitatum eſt de tertio Punico bello, & tertio dixi, quia fuit primum & ſecundum. Primum quod confecit C. Luctatius, in quo Marcus Attilius Regulus captus fuit, & gravi ſupplicio affectus. Secundum, cui finem impoſuit Scipio Africanus ſuperior. Tertium P. Scipio Africanus inferior confecit. Conſtat ſæpius agitatam fuiſſe hanc rem in Senatu, quia duo præſtantiſſimi viri inter ſe diſſentiebant; Cato ſcilicet & P. Scipio Naſica: nam Cato ſentiebat bellum inferendum, & ſuccedente victoria evertendam eſſe Carthaginem, quæ ſæpe fœdera frangeret totieſque rebellaret. At Scipio contra relinquendam eſſe, ut bellum illud exercitatio quædam foret juventuti Romanæ, quæ bellis aſſueta, otioſa eſſe nullo modo poſſet. Verebatur enim id futurum quod evenit, ne ſubacta Carthagine, debellatiſque exteris gentibus, cum deeſſent hoſtes, in ſe ipſos arma converterent; tamen ſecundum M. Catonis ſententiam factum eſt Senatuſconſultum, ut bellum Carthaginienſibus inferretur, & ſubacta Carthago everteretur. *Oliver.*

2. *Memor.*] Dicit quare per imprudentiam hoc fecerit Fabius: credebat enim hunc in numerum Senatorum electum, quia meminerat triennio ante fuiſſe Quæſtorem, & poſt Quæſturam patebat aditus ad ordinem Senatorium. *Idem.*

3. *Cenſoribus.*] Marcus Varro in ſatyra Menippea, quæ Ἱπποκύων inſcripta eſt, equites quoſdam dicit pedarios appellatos: videturque eos ſignificare, qui nondum à cenſoribus in ſenatum lecti erant, ſenatores quidem non erant; ſed quia honoribus populi uſi quidem erant, in ſenatum veniebant & ſententiæ jus habebant; nam & curulibus magiſtratibus functi, qui nondum à cenſoribus

quo uno modo his, qui jam honores geſſerant, aditus in curiam dabatur. Sed quamvis honeſtus error Fabii eſſet, vehementer tamen à conſulibus [1] objurgatus eſt. Nunquam enim taciturnitatem, optimum ac tutiſſimum adminiſtrandarum rerum vinculum, labefactari volebant. [2] Ergo cum Aſiæ rex [3] Eumenes, amantiſſimus noſtræ Urbis, bellum à [4] Perſe adverſus pop. Rom. comparari ſenatui nuntiaſſet; non ante ſciri potuit, quid aut ille locutus eſſet, aut patres reſpondiſſent, quam captum Perſen cognitum eſt. [5] Fidum erat, & altum reip. pectus Curia, ſilentiique ſalubritate [6] munitum, & vallatum undique: cujus limen intrantes, abjecta privata charitate publicam induebant. Itaque non dicam unum, ſed neminem audiſſe crederes, quod tam multorum auribus fuerat commiſſum.

2. Magiſtratus verò priſci quantopere ſuam populique Romani majeſtatem retinentes ſe geſſerint, hinc cognoſci poteſt, quod inter cetera obtinendæ gravitatis indicia, illud quoque magna cum perſeverantia cuſtodiebant, [7] ne Græcis unquam, niſi Latine reſponſa darent. Quinetiam ipſa

ſoribus in ſenatum lecti erant, ſenatores non erant: & quia in poſtremis ſcripti erant, non rogabantur ſententias, ſed, quas principes dixerant, in eas diſcedebant. Hoc ſignificabat edictum, quo nunc quoque conſules, quum Senatores in curiam vocant, ſervandæ conſuetudinis cauſa tralaritio utuntur. Verba edicti hæc ſunt: SENATORES. QVIBVS. Q. IN. SENATV. SENTENTIAM. DICERE. LICET. Verſum quoque Laberii, in quo id vocabulum poſitum eſt, notari juſſimus, quem legimus in mimo, qui (Scriptura) inſcriptus eſt:

Caput ſine lingua pedaria ſententia eſt.

A. Gellius.

1. *Objurgatus.*] Increpitus. Jurgium inter amicos, lis inter inimicos.

2. *Ergo cum, &c.*] Contigit A. U. DXXCI.

3. *Eumenes.*] Pergamenorum Rex, quem Florus ſocium & commilitonem populi Romani vocat, qui Antiochum apud Sardes ingenti prælio ſuperavit. Vide Strabonem lib. XIII.

4. *Perſe.*] Vide ſupra p. 49.

5. *Fidum erat & altum reip. pectus curia, ſilentiique ſalubritate munitum.*] Omnes veteres libri, pro, *cura*, *curia*, ſcribunt. Nec male. namque aptiſſima comparatione, *Curiam*, in qua tractantur conſilia, pectus reipubl. appellat. Atque ita legendum eſſe, verba ejus ſequentia demonſtrant, cum dicit, *Cujus limen intrantes.* Pighius.

6. *Munitum & vallatum.*] Tranſlatio ſumpta ab oppidis & caſtris, quæ muniuntur & vallantur.

7. *Ne Græcis unquam.*] Legitur in Verrinis, quod Cicero dicit ſe accuſatum fuiſſe, quod, cum Syracuſis eſſet, Senatui

ipſa linguæ volubilitate, qua plurimum valent, excuſſa, per interpretem loqui cogebant; non in urbe tantum noſtra, ſed etiam in Græcia, & Aſia: Quo ſcilicet Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur. Nec illis deerant ſtudia doctrinæ, ſed nulla non in re [1] pallium togæ ſubjici debere arbitrabantur: indignum eſſe exiſtimantes, illecebris, & ſuavitate literarum [2] imperii pondus & auctoritatem domari.

3. Quapropter non [3] es damnandus ruſtici rigoris C. Mari, qui [4] gemina lauro coronatum ſenectutem tuam [5] Numidicis & [6] Germanicis illuſtrem trophæis, victor devictæ gentis facundia politiorem fieri noluiſti. credo ne alienigena

tui Syracuſano Græce locutus eſſet. *Ne Græcis unquam.*] Tiberius etiam princeps hujus moris ita fuit obſervans, ut in Senatu neſcio quid Græce dicturus, veniam petierit, teſte Tacito. Simile de Claudio narrat Suetonius. A prætoribus decreta Latine interponi debere ait Tryphonius lib. XLVIII. D. de re jud. adde Cic. IV. Verrin. Tantum omnino ſuæ linguæ tribuerunt Romani, ut beneficii loco ejus uſum alienigenis expenſum tulerit, quod de Cumanis apud Livium legimus. *Coler.*

1. *Pallium togæ.*] Tunicæ toga ſuperinduebatur, vel tunicis potius. Erat autem Romanorum, quemadmodum pallium Græcorum: unde Comœdiæ togatæ dictæ, quæ Romanorum: palliatæ, quæ Græcorum. Solis autem Romanis civibus licuit olim toga uti: & ſane fuit tempus cum fex vulgi non temere unquam Romæ toga uteretur, ſed ſola tunica: Togam Plutarchus τήβεννον, Athenæus τήβενναν vocat cap. 9.

2. *Imperii pondus & auctoritatem domari.*] V. C. *domari*, pro, *danari*, legunt. Optime *Pighius. Domari.*] Satin' Latine? haud reor. Lego ex lib. Dan. *Indignum eſſe exiſtimantes, illecebris & ſuavitati literarum imperii pondus & auctoritatem donare.* Coler.

3. *Damnandus rigoris ruſtici.*] Additur vulgo, *Crimine*; quod ſupereſt, nec habetur in Cauch. cod. videturque ab aliquo ludimagiſtro inſertum operi. *Pighius.*

4. *Gemina lauro.*] Quia triumphantes coronati albis equis junctis in Capitolium, præcedentibus captivis, & ſubſequente exercitu, & univerſo fere populo vehebantur.

5. *Numidicis.*] Nam in Numidia Jugurtham vicit, & provinciam illam Romano ſubegit imperio.

6. *Germanicis.*] Quia Gallos, Theutonas, Senones, Cimbros, & Tigurinos, qui inundatione aquarum patria pulſi, cum in Italiam deſcendiſſent cum liberis & conjugibus eo animo, ut aut novas ſedes impetrarent, aut pulſis Romanis, ipſi regnarent, is virtute ſua fudit atque delevit, Theutonas priores aggreſſus apud Sextias aquas ſub ipſis Alpium radicibus; Cimbros deinde in Italia inter Veronam & Tridentum, in campo quem Canidium vocant, ſive Sanidium. Plinius lib. de Viris illuſtr. *C. Marius*, inquit, *ſepties Conſul, Arpinas: loco humili natus, primis honoribus per ordinem functus, legatus Metello in Numidia criminando Conſulatum adeptus, Jugurtham ante currum egit; in proximum*

gena ingenii exercitatione, patrii ritus [1] ſervus transfuga exiſteres. Quis ergo huic conſuetudini, qua nunc Græcis actionibus aures curiæ [2] exſurdantur, januam patefecit? ut opinor,[3] Molo rhetor, qui ſtudia M. Ciceronis acuit. Eum namque ante omnes exterarum gentium in ſenatu ſine interprete auditum conſtat. Quem honorem non immerito cepit, quoniam ſummam vim Romanæ eloquentiæ adjuverat. [4] Conſpicuæ felicitatis Arpinum, ſive unicum literarum glorioſiſſimum contemtorem, ſive abundantiſſimum fontem intueri velis.

4. [5] Maxima autem diligentia majores hunc morem retinuerunt, ne quis ſe inter conſulem & proximum lictorem, quamvis officii cauſa una progrederetur, interponeret: filio duntaxat, & ei puero, ante patrem conſulem, ambulandi jus erat. Qui mos adeo pertinaciter retentus eſt, ut [6] Q. Fabius Maximus quinquies Cos. vir etiam pridem ſummæ

proximum annum Conſul ultro factus, Cimbros in Gallia apud aquas Sextias, Theutonas in Italia in Campo Sanidio vicit, deque his triumphavit. Oliver.

1. *Servus transfuga exiſteres.*] Cur, *ſervus transfuga?* an non transfugiunt & liberi? Bene emendo, *ſerus transfuga.* Senex, inquit, tu Mari, & poſt duplices triumphos Græcam linguam diſcere ſprevisti; ne ſero velut transfugio te canoſque tuos dehoneſtares. *Lipſius.*

2. *Exſurdantur.*] Obtunduntur.

3. *Molo.*] Orator Alabandenſis, qui Rhodi claruit Ciceronis ætate, cujus meminit Plutarchus in vita Ciceronis, & Strabo lib. XIV.

4. *Conſpicuæ felicitatis.*] Dicit invenire ſe Arpinatem ſummæ felicitatis fuiſſe, ſive illum contemptorem literarum dixeris, ſive amatorem: nam uterque de municipio Arpinate fuerant, Cicero ſcil. & C. Marius. *Oliv.* *Conſpicuæ felicitatis Arpinas.*] Lege *Arpinum.* Municipium enim illud commendat, quod C. Marium, & M. Ciceronem produxerit, illum contemptorem, hunc fontem literatum. *Pighius.*

5. *Maxima autem.*] Semper Conſules Romanos XXIV. lictores præcedebant, & ſecures virgarum faſciculis alligatas geſtabant.

6. *Q. Fabius Maximus.*] Fuit is ex Fabiorum familia. Fabii autem fuere Romani nobiliſſimi ſimul ac potentiſſimi, qui bellum adverſus Vejentes ſoli cum ſuis clientibus & ſervis in ſe receperunt: cumque ex levibus aliquot præliis ſæpius victoriam reportâſſent, tandem ad Cremeram fluvium inſidiis circumventi, ad unum omnes capti ſunt. Ovid. lib. II. Faſt. Ex tanta Fabiorum clade unus tantum ſuperfuit: qui nondum armis per ætatem idoneus, in urbe relictus erat: ex cujus ſanguine per longam nepotum ſeriem natus fuit Fabius ille Maximus, qui Dictator adverſum Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudentia rem Romanam, aliorum Imperatorum temeritate labefactatam, primus reſtituit, adeo ut veriſſime de eo Ennius dixiſſe feratur:

Unus

ſummæ auctoritatis, & tunc ultimæ ſenectutis, à filio conſule invitatus, ut inter ſe & lictorem procederet, ne hoſtium Samnitum turba (ad quorum colloquium deſcendebant) elideretur, id facere noluerit. [1] Idem præſtitit ille Fabius,

Unus homo nobis cunctando reſtituit rem.

Sed, qui primus Fabius, dictus eſt Allobrox, quod apud flumen Iſarum Allobrogum regem cæcidiſſet. *Q. Fabius Maximus.*] Qui Fabiæ gentis ortum à capite reperunt, ad Aborigines primos Latii populos originem generis, ſtirpem ad Fabium Herculis filium referunt, ut ſcribit Plutarchus in Maximo. Habuit hæc gens familias præcipuas quatuor. Prima eorum eſt, qui Vibulani, altera qui Ambuſti, tertia qui Maximi, poſtrema eorum, qui Pictores nominati ſunt. Vibulani à Vibone forſan oppido, quod in Brutiis condidit Hercules. Ambuſti, auctore Feſto, dicti ſunt à Fabio Eburno, quod fulmine ambuſtus ſit. Maximi à Q. Fabio Rulliano, qui cenſor cum P. Decio, omnem forenſem turbam ſecretam in quatuor tribus conjecit, Urbanaſque appellavit. Quæ res adeo graris animis accepta eſt, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac temperatione ordinum adeptus ſit. Livius lib. IX. Pictores autem dicti ſunt à Q. Fabio C. F. qui primus ædem Salutis pinxir. Plin. lib. XXXV. cap. 4. Hic libet monumentum Q. Fabii Maximi ſubjicere: Q. FAB. MAX. DICTATOR. BIS. COS. V. CENSOR. INTERREX II. ÆD. CVR. Q. II. TRIB. MILITVM. PONT. AVGVR. PRIMO CONSVLATV LIGVRES SVBEGIT. EX HIS TRIVMPHAVIT. TERTIO ET QVARTO ANNIBALEM COMPLVRIBVS VICTORIIS FEROCEM SVBSEQVENDO COERCVIT. DICTATOR MAGISTRO EQVITVM MINVCIO, CVIVS POP. IMPERIVM EVM DICTATORIS IMPERIO AEQVAVERAT, EXERCITVI PROFLIGATO SVBVENIT, ET EO NOMINE AB EXERCITV MINVCIANO PATER APPELLATVS EST. CONSVL QVINTVM TARENTVM CEPIT. TRIVMPHAVIT. DVX ÆTATIS SVAE CAVTISSIMVS, ET REI MILITARIS PERITISSIMVS HABITVS EST. PRINCEPS IN SENATV DVOBVS LVSTRIS FACTVS EST. Vide *Streinium.* Fulvius quoque Urſinus Labeones vocat in hac familia; nam in Denariis antiquis videre eſt: Q. FABIVS LABEO. Prætor anno DLVIII. ex Creta inſula navalem egir. Idem anno DLXX. Conſul fuit cum M. Claudio Marcello, & anno DLXXIII. Pontifex factus eſt. Hunc ſcribit Cicero lib. I. Offic. & ad Q. Fratrem arbitrum Nolanis & Neapolitanis datum de finibus à Senatu: agrum de quo lis erat adjudicâſſe populo Rom. Hæc obiter his adjungere viſum fuit.

I. *Idem præſtitit.*] Inter cætera majorum inſtituta illud quoque memoratu dignum eſt, quod neminem voluêre ad Conſulem equo inſidentem venire, ſed honoris gratia, antequam Conſuli appropinquâſſent, deſcendere: quod exemplo ejuſdem Fabii comprobat, qui, cum legatus ad filium Conſulem miſſus eſſet, atque illi filius honoris gratia obviam prodiſſet, nec præmiſiſſet lictorem, qui juberet ſe quamprimum equo deſcendere, & filio peditem præſto eſſe, indignatus noluit ſponte deſcendere, quod ubi animadvertit filius, juſſit proximo lictori, patri ut imperarer ad ſe peditem venire: quod ſummopere laudavit pater, & ſimul paruit edicto filii. Aulus Gellius lib. 2. c. 2. *Facti Conſules Sempronius Gracchus, iterum. Q. Fabius Maximus filius ejus, qui priore anno erat Conſul, ei Conſuli pater Procoſ. obviam in equo vectus venit, neque deſcendere voluit, quia pater erat, & quia*

bius, qui à Senatu legatus ad filium Conſulem [1] Sueſſam miſſus: poſtquam animadvertit eum ad [2] officium ſuum [3] extra oppidum proceſſiſſe, indignatus quod ex lictoribus XI. nemo ſe equo deſcendere juſſiſſet, plenus iræ ſedere perſeveravit:

quia inter eos ſciebant maxima concordia convenire, lictores non auſi ſunt deſcendere jubere; ubi juxta venit, tum Conſul ait; Deſcendere jube, &c. Oliverius. *Idem à Senatu legatus miſſus ad filium Conſulem Sueſſam.*] Cogor hic rurſum conqueri de temeritate ac imperitia librariorum, qui, ut contraherent in anguſtum hiſtorias, duorum Fabiorum, Rulliani & Verrucoſſi acta tempore diverſiſſima, errore vel ſocordia eidem adſcripſerunt; atque auctorem noſtrum, velut & aliis ſparſim locis, frequentiſſime male multatum mutilârunt, ablatis aliquot verbis, ut de priore Fabio Rulliano intelligerentur, quæ de poſteriore Verrucoſſo haud dubie ſcripſit, atque ex duobus exemplis unum compingeretur. Campenſe exemplar nobis utcumque detegit ejus vulneris cicatricem quandam, in quo ſic habetur, *Idem præſtitit Fabius à Senatu legatus ad filium* Cos. *miſſus.* Indicat eandem & manifeſte Cauchianus codex, cum dicit, *Idem qui à Senatu legatus ad filium:* ubi particula, *qui*, de alio Fabio loqui Valerium docet. Ex his omnino conjicio, unius vocabuli additione plenum Valerii ſenſum reſtitui poſſe, ſi legamus, *Idem præſtitit ille Fabius, qui à Senatu legatus ad filium Conſulem Sueſſam miſſus.* Atque eo modo Valerium de Q. Fabio Verrucoſſo loqui intelligemus, qui, ut refert item Livius, filio Conſuli legatus ad Sueſſulam in caſtra venit bello Punico ſecundo. Prior autem Q. Fabius Rullianus octuaginta circiter annis antea filio Conſuli Fabio Gurgiti legatus fuerat bello Samnitico, velut ex Annalibus conſtat latius. *Pighius.* Contigit A. U. DXL.

1. *Sueſſam.*] Infra Teanum verſus occaſum Solis hiberni eſt Sueſſa opidum, cognomine Aurunca ſive Auruncorum; ad diſcrimen Sueſſæ Pometiæ ſive Pometiorum; quæ erat in Volſcis. At quia illa Pometia jam inde ab Tarquinio Superbo everſa, plerumque hæc in Auruncis ſimpliciter auctoribus dicitur Sueſſa, ſine cognomine. Plinius lib. III. cap. V. *Intus colonia, Capuæ, Aquinum, Sueſſa, Venafrum.* Silius lib. VIII.

——— Nec, monte nivoſo
Deſcendens, Atina aberat: detritaque bellis
Sueſſa; atque à duro Fruſino haud imbellis aratro.

Antiquum epigramma:

Hic nunc Campanas moderator ſublevat urbeis,
Unde ergo & populi ſtatuam tribuêre Sueſſæ.

Vulgò nunc vocatur *Seſſa.* De origine ejus ita Livius lib. VIII. *C. Sulpicio Longo, P. Ælio Pæto, conſulibus, inter Sidicinos Auruncoſque bellum ortum. Aurunci à T. Manlio Conſule in deditionem accepti, nihil deinde moverant. eo petendi auxilii à Romanis cauſa juſtior fuit. Sed priusquam Conſules ab Urbe exercitum educerent, fama adfertur, Auruncos metu opidum deſeruiſſe; profugoſque cum conjugibus ac liberis, Sueſſam communiſſe, quæ nunc Aurunca adpellata, mœnia antiqua eorum urbemque à Sidicinis deletam.* Cluver. Eſt & Sueſſula non procul ab Acerris.

2. *Officium ſuum.*] Id eſt, ſibi patri exhibendum.

3. *Extra oppidum proceſſiſſe, indignatus quod ex lictoribus XI. nemo, &c.*] Ita in MSS. melius. Vulgo: *Extra oppidum proceſſiſſe, indignatus quoque quod ex lictoribus nemo.* Nam de numero lictorum

veravit: Quod cum filius ſenſiſſet, proximo lictori ut ſibi [1] appareret, imperavit. cujus voci Fabius continuo obſecutus: Non ego, inquit, fili ſummum imperium tuum contempſi, ſed experiri volui, an ſcires conſulem agere: Nec ignoro quid patriæ venerationi debeatur: verum publica inſtituta privata pietate potiora judico.

5. [2] Relatis Fabiorum laudibus, offerunt ſe mirificæ conſtantiæ viri: qui legati à ſenatu [3] Tarentum ad res repetendas miſſi, cum graviſſimas ibi injurias accepiſſent, unus etiam urina reſperſus eſſet, in theatrum (ut eſt conſuetudo [4] Græciæ) introducti, legationem quibus acceperunt verbis peregerunt: De his, quæ paſſi erant, queſti non ſunt, ne quid

rum etiam Livius ita: *Præter undecim faſces equo prævectus ſenex, ut Conſulem animadvertere proximum lictorem juſſit, &c.* Vix quicquam dubito, quin ex Livio Valerius hæc ambo exempla deſumpſerit, ſed prius de Q. Fabio Rulliano, temporis injuria cum undecimo libro hiſtoriæ Livianæ intercidit. *Pighius.*

1. *Appareret.*] Præſto adeſſet: nam *apparere*, inter alia, *præſto adeſſe* quoque ſignificat. Unde *apparitores* dicti prætorum miniſtri. *Oliver.*

2. *Relatis Fabiorum.*] Vulgo, *Relatis Q. Fabii laudibus.* Contigit A. Urb. CDLXXI.

3. *Tarentum.*] Florus: *Tarentus*, inquit, *etiam Lacedæmoniorum opus Calabriæ quondam, & Appuliæ totiuſque Lucaniæ caput, cum magnitudine & muris portuque nobili, tum mirabilis ſitu; quippe in ipſis Adriatici maris faucibus poſita, in oras noſtras, Hiſtriam, Illyricum, Epirum, Achaiam, Africam, Siciliam vela dimittit. Imminet portui ad proſpectum maris poſitum majus theatrum, quod quidem cauſa miſeræ civitati fuit omnium calamitatum. Ludos forte celebrabant, cum ad remigantem litori Romanam claſſem inde vident, atque hoſtem rati emicant, ſine diſcrimine inſultant. Qui enim, aut unde, Romani? Nec ſatis. Aderat ſine mora querelam inſerens legatio; hanc quoque fœdè per obſcœnam turpemque dictu contumeliam violant. Hinc bellum. Sed apparatus horribilis, quum tot ſimul populi pro Tarentinis conſurgerent, omnibuſque vehementior Pyrrhus, &c. Tarentum.*] Calabriæ hæc ſive magnæ Græciæ urbs eſt. Suidas & Ælianus in Militaribus adſcribit Tarentum Siciliæ. Ex quo patet, hujus tempore hanc Italiæ partem (ut nunc quoque) Siciliam appellatam. In regum titulis enim utriuſque Siciliæ memoria eſt. Taras appellatur Straboni & Ptolemæo. Romanam coloniam eſſe, ex Strabone & Plutarcho diſcimus. Oebalia à Virg. vocatur, teſte Servio. Sed arcem Tarentinam ſic vocari annotavit Philargyrus. Tarento hodie vocatur. Tarentini aliquando Spurii vocati ſunt, ut ſcribit ex Trogo Juſtinus lib. XX. Partheniatas vocatos ſcribit Servius ad III. Æneid. item Phalantiades à Phalanto quodam cive eorundem celeberrimo, ut tradit Stephanus. *Ortel.* Vide & Strabonem lib. VI. & Plinium III. 10. præcipue vero Cluver. Ital. lib. IV.

4. *Græciæ.*] Nam illa quondam magna Græcia appellata eſt.

quid ultra ac mandatum eſſet, loquerentur: [1] inſituſque pectoribus eorum antiqui moris reſpectus dolore, [2] qui ex contumelia graviſſimus naſcitur & ſentitur, convelli non potuit. [3] Finem profecto fruendarum opum, quibus ad invidiam diu abundaveras [4] Tarentina civitas, quæſiſti. Nam dum horridæ [5] virtutis in ſeipſum connexum ſtabilimentum, nitore fortunæ præſentis inflata faſtidioſe æſtimas, in prævalidum imperii noſtri mucronem cæca & amens irruiſti.

6. [6] Sed ut à luxu perditis moribus, ad ſeveriſſima majorum inſtituta tranſgrediar, antea ſenatus aſſiduam ſtationem [7] eo loci peragebat, qui hodie quoque Senaculum appella-

1. *Inſitus pectoribus eorum antiqui moris reſpectus.*] Vulgo, *intimis*. In MSS. aliquibus, *Intuſque*, legitur. In Campenſi rectiſſime, *Inſituſque*, quemadmodum & in Gemblacenſi. *Pighius.*

2. *Qui ex contumelia graviſſimus.*] In Wincheliano copioſius, quam vulgo, *graviſſimus naſcitur & ſentitur.*

3. *Finem profecto.*] Sicut legimus in hiſtoria, nullus unquam in urbem pulchrior aut ſpecioſior triumphus intravit. Ante hunc diem nil niſi pecora Volſcorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum & fracta Samnium vidiſſes arma. Tunc ſi captivos aſpiceres, erant Moloſſi, Theſſali, Macedones, Brutius, Appulus, atque Lucanus. Si pompas, aurum, argentum, purpura, ſigna, tabulæ, Tarentinæque deliciæ, ſed nihil libentius pop. Roman. aſpexit, quam illas, quas timuerat cum curribus ſuis belluas, quæ non niſi ſubmiſſis cervicibus victores equos ſequebantur, ut loquitur Florus.

4. *Tarentina civitas.*] Mollitie nobilis civitas, adeo ut plures feſtos dies apud eos fuiſſe dicat Strabo, quam alios. Vide Flor. lib. I. cap. x.

5. *Virtutis, &c.*] Scil. Romanæ. In ſeipſum connexum ideo dicit, quia nullo extrinſecus adminiculo virtus indiget, ſed ſeipſa contenta eſt: nam Romani tantas vires habebant, ut per ſe bellum ſine aliorum auxilio gerere poſſent. Hoc ideo dicit, quia Tarentini multorum populorum & civitatum armis adjuti fuêre: nam Moloſſi, Theſſali, Macedones, Brutii, Campani, Appuli, Lucani; atque ipſe clariſſimus Græciæ Rex Pyrrhus pro Tarentinis incitatiſſimo animo conſurrexerunt, & ſocia arma junxerunt. Romani ſuis contenti opibus & armis adverſus tot populorum potentiam non ſolum audacter, ſed etiam feliciter bellum geſſere. *Oliver.*

6. *Sed ut à luxu.*] Valerius, quia videbatur quodammodo ab eo egreſſus eſſe quod inſtituerat, inquit, quia diximus de luxu Tarentinorum, & eorum ſuperfluitate, quæ illos ad eam inſaniam deduxerit, ut Romanos irritare auderent, nunc revertar ad rigidiſſima majorum noſtrorum inſtituta. *Oliver.*

7. *Eo loci.*] Lego cum lib. Dan. *Eo loci peragebant.* Et paulo poſt, *Hodieque.* Quem porro locum intelligat Valerius, mihi non liquet. Nam tria fuiſſe Romæ Senacula, teſtatur Feſtus. Varro lib. 2. de vita pop. Rom. locutus fuerat opinor de ſenaculis, unde haud dubie ſumſit Valerius, cujus & illa ex eodem libro

pellatur : nec expectabat ut edicto contraheretur, ſed inde citatus protinus in Curiam veniebat : [1] ambiguæ laudis civem exiſtimans, qui debitis Reipubl. officiis non ſua ſponte, ſed juſſus fungeretur : quia quicquid imperio cogitur, exigenti magis, quam præſtanti acceptum refertur.

7. Illud quoque memoria repetendum eſt, quod [2] tribunis pleb. intrare Curiam non licebat, ante valvas autem poſitis [3] ſubſelliis, decreta patrum attentiſſima cura examinabant : ut ſi qua ex eis improbaſſent, rata eſſe non ſinerent. Itaque veteribus Senatus conſultis T. litera ſubſcribi ſolebat : eaque nota ſignificabatur, ita tribunos quoque cenſuiſſe : Qui quamvis pro commodis plebis excubabant, inque imperiis compeſcendis occupati erant ; inſtrui tamen eos argenteis vaſis, & [4] annulis aureis publice præbitis

bro citantur apud Nonium : *Itaque propter curam locus quoque, quo ſuam quiſque ſenator confert, curiam appellant.* Senaculum ergo proprie ſenum ſtatio, ut Græcis Γερουσία. Gloſſæ veteres : Γερουσία, *hoc ſenaculum.* Illud obiter addo, etiam Græcos locum quendam appellaſſe Σενάτον, præſertim Conſtantinopolitanos. Codinus: Ὅτι τὸ Σενάτον, ὡς οἶμαι, λέγουσιν εἶναι τῶν Κοδικίλλων φυλακτήριον. ἐκεῖσε γὰρ οἱ πατρίκιοι ἐλάμβανον αὐτοὺς ἕως Κωνσταντίνου. *Colerus.*

1. *Ambiguæ.*] Bene dixit *ambiguæ*; quia fortaſſe, niſi cogerentur, non venirent.

2. *Tribunis plebis curiam intrare.*] Quod poſtea mutatum ; nam temporibus Ciceronis poterant tribuni curiam intrare. Tribunorum demum eum in modum crevit auctoritas, ut quicquid Senatus decreviſſet, ita demum ratum haberetur, ſi Tribuni approbaviſſent. Stabant ergo in veſtibulo curiæ, ubi habebatur Senatus (templum enim ingredi antiquitus non licebat) & quæcunque Senatus decreviſſet, Tribunis animadvertenda perferebantur, ut ſi è Rep. fore viderentur, approbarent ; cætera ad arbitrium rejicerent; tum quæ Senatus conſulta approbaſſent, T. literam in tergo adjiciebant, haud alio quidem pacto rata judicatum iri.

3. *Subſelliis.*] Id eſt, ſedibus minorum magiſtratuum.

4. *Annulis aureis.*] Incerta annulorum origo. De iis ita Plinius: *Majorque vitæ ratio circa hoc inſtrumentum eſſe cæpit, incertus à quo tempore. Videmur tamen poſſe in externis auctoritatem ejus intelligere circa Polycratem Sami tyrannum, cui dilectus ille annulus in mare abjectus.* Idem ait nonnullos fabulæ primordium à rupe Caucaſea ſumere, Promethei vinculorum interpretatione fatali : primumque ſaxi hujus fragmentum incluſum ferro, ac digito circumdatum annulum, & hoc gemmam. Atque ab initio quidem, triumphantes tantum, nec hi quidem omnes, aureis utebantur. mox ad equeſtrem ordinem devenere : vilioribus geſtare non licebat. Adeoque proprium hoc equitibus ornamentum erat, ut qui à Principe annulo aureo donarentur, in ordinem equeſtrem allecti intelligerentur. *Annulis aureis.*] C. Plinius Secundus

 annu-

bitis patiebantur, quo talium rerum uſu auctoritas magiſtratuum eſſet ornatior.

8. Quorum quemadmodum majeſtas amplificabatur, ita abſtinentia arctiſſime conſtringebatur. [1] Immolatarum enim ab his [2] hoſtiarum exta, ad quæſtores ærarii delata veniebant;

annulorum origines poſt Trojana tempora deducit, quia nulla apud Homerum eorundem mentio. Fabuloſi Gygis annuli Plato in Politicis meminit. Sed Sacra Scriptura antiquitatis omnis princeps Pharaonis annuli, quem Joſepho tradidit, Geneſ. cap. 41. meminit. & Thamar à Juda annulum popoſcit veluti obſidem, Geneſ. 38. E Græcia autem demum ad Romanos pervenit. Neque frequens primo ejus uſus. Nullam in Capitolio ſtatuam, præter Numæ & Servii Regum, annulis conſpicuam fuiſſe, auctor eſt Plinius. Frequentior uſus ante Cn. Flavium Annii filium non deprehenditur A. U. C. CCCCXLVIII. Qui cum in Ædilem Curulem ad Tribunum pleb. invitis Patribus crearetur, univerſus ordo Senatorius annulos depoſuit. Neque ſemper annulos aureos habuit Senatus. Ferreis enim tantum utebantur, niſi ii qui legationem obirent, quibus aurei publice dabantur. Scribit Plinius multos prætura functos in ferreo conſenuiſſe annulo. Aureus poſtmodum annulus Equeſtri Ordini peculiaris, plebi ſtante Republica vetitus. Siniſtra manu ut plurimum geſtatos Plin. autor eſt. Medio digito, qui καταπύγων dictus Athenienſibus, Romanis non geſtabatur. Ita autem digitis ii conſpicui fuere, ut & ſinguli articuli iis graves eſſent. Unde Martialis:

Sardonychas, Smaragdos, Adamantes, Iaſpides uno
Portat in articulo, Stella, Severe, meus.

Et eo veſania profluxit, ut æſtivos & leviores, ac hyemales & ponderoſiores haberent. Unde Juvenalis:

Ventilat æſtivum digitis ſudantibus aurum.

Sicuti autem majori ordini hæc conceſſa fuit dignitas, ita poſtmodum promiſcua fuit. Vide Dactyliothecam Gorlæi, & Licetum de Annulis.

1. *Immolatarum.*] Quia ipſi qui magiſtratum gerebant, immolabant; nam quanto dignior perſona erat quæ immolabat, tanto dignior Deorum cultus. *Oliver.*

2. *Hoſtiarum exta.*] Servius cenſet dici *hoſtias* ſacrificia, quæ ab his fiunt, qui in hoſtem pergunt; *victimas* quæ poſt victoriam. Contra legitur apud Gellium, hoſtiam immolari à quovis ſacerdote poſt cæſos hoſtes, victimam cadere ejus, qui vicerit. Adſtipulatur Ovidius in Faſtis:

Victima quæ cecidit dextra cervice vocatur:
Hoſtibus à victis hoſtia nomen habet.

Feſtus putat hoſtiam ex eo dictam, quod *hoſtire* tantundem veteribus fuerit atque ferire. Hoſtiarum variæ erant ſpecies: quædam enim eximiæ vocabantur, quod ſacrificiis deſtinatæ eximerentur ex grege. Quædam præcidaneæ, quæ mactabantur ante ſacrificia ſolennia, quod cæderentur præ aliis. Erant & ſuccidaneæ, quæ, ſi primis hoſtiis litatum non erat, cædebantur poſt illas. Amburvales item & ambarvales, quæ circum terminos urbis, vel circa arva duci ſolebant. Injuges, quod nunquam fuiſſent domitæ, aut ſubditæ jugo, ex Trebatii mente apud Macrobium Sat. III. cap. 5. Erant & caviares hoſtiæ, quod caviaria, id eſt, hoſtiæ pars duceretur cauda tenus, atque adeo in ſacrificio collocaretur in Pontificum collegio quinto quoque anno. Erant prodigiæ hoſtiæ, quæ in totum prodigebantur, id eſt, conſumebantur.

Deni-

niebant; ſacrificiiſque pop. Rom. tum Deorum immortalium cultus, tum etiam hominum continentia inerat, imperatoribus noſtris,[1] quam ſanctas manus habere deberent, apud iſta altaria diſcentibus: Continentiæ vero tantum tribuebatur, ut multorum æs alienum, quia provincias ſincere adminiſtraverant, à ſenatu perſolutum ſit. Nam quorum opera publicam auctoritatem ſplendorem ſuum procul obtinuiſſe viderant; eorum dignitatem domi collabi, indignum, ſibique deforme eſſe arbitrabantur.

9. Equeſtris vero ordinis juventus omnibus annis bis urbem ſpectaculo ſui ſub magnis auctoribus celebrabat, [2] die Lupercalium, & Equitum probatione. Lupercalium mos

Denique Aringam hoſtlam intelligit Scaliger, cujus adhærenrla inſpiciebantur exta. *Funger.* De ritibus in hoſtiis ſacrificandis non opus eſt multum diſſerere. Vide paſſim antiquarios.

1. *Quam ſanctas manus.*] Vulgo, *ſacras.* In MSS. omnibus, *Quam ſanctas manus.* Recte. *Sanctus* enim inter alia ſignificat integer & incorruptus. *Pigh.*

2. *Die Lupercalium.*] Id eſt, die quo Lupercalia celebrabant, id eſt, die feſto, in honorem Panos. Lupercalia ludi erant ſolennes inſtituti à Romulo & Remo ſub monte Palatino, ubi expoſiti fuerunt. Nota eſt hiſtoria, quo pacto Romulus & Remus fratres expoſiti fuerunt ab Amulio, cum in ſicco unda illos deſtituiſſet ex proximis montibus lupa deſcendens, in pueros incidit, & infantibus mammas adeo mitis præbuit, ut humanum ſenſum habere videretur. Supervenit interea Fauſtulus regis paſtor, qui pueros Laurentiæ uxori ſuæ educandos tradidit. Scimus deinde quomodo adulti facti Numitorem avum ſuum, occiſo Amulio, in regnum reſtituerunt, & factum eſt, ut in ipſis locis, ubi expoſiti fuerant, Lupercalia exercerentur; quod ludicrum ab Euandro antea inſtitutum fuerat. His ludis paſtores congregabantur, & pellibus immolatarum ovium induti, cibo potuque repleti laſcivientes invicem concurrebant, & ſe mutuis ictibus earum pellium pulſitabant, Lyceum Pana venerantes. Hanc autem opinionem induxerant, ut quæ mulier ſterilis ſe ludentibus obtuliſſet, & eorum ictibus colliſa fuiſſet, fœcunda efficeretur. Unde Juvenalis:

Nec prodeſt agili palmas præbere luperco.

Ovid. Faſt. II.

Nupta quid expectas, non tu pollentibus herbis,
Nec prece, nec magico carmine mater eris.
Excipe fecundæ patientis verbera dextræ,
Jam ſocer optatum nomen habebit avi.
Nam fuit illa dies dura cum ſorte marita,
Reddebant uteri pignora cara ſui.

Lupercales autem dicti ſunt à lupis arcendis; hoc enim ſacrificio exiſtimabant lupos ab ovibus arceri. De Lupercalibus alii alia dicunt; ſunt enim qui tradunt paſtores nudos, modo pellibus cinctos, ejuſmodi ludos celebrare conſueviſſe, lora pro manibus gerentes, quibus quoſque cæderent, larviſque tectas facies habentes. Plutarchus in Antonii vita ſic breviter inquit: *Erat ſolennis Lupercalium dies; Cæſar autem trium-*

mos à Romulo & Remo inchoatus eſt, tunc cum lætitia exultantes, quod his avus Numitor, rex Albanorum, eo loco, ubi educati erant, urbem condere permiſerat ſub [1] monte Palatino, hortatu Fauſtuli educatoris ſui, quem [2] Euander Argivus conſecraverat: facto ſacrificio, cæſiſque capris, epularum hilaritate, ac vino largiore provecti, diviſa paſtorali turba, cincti pellibus [3] immolatarum hoſtiarum, jocantes obvios petiverunt: cujus hilaritatis memoria annuo circuitu [4] feriarum repetitur. [5] Trabeatos verò equi-

triumphali veſte amictus in Roſtris ſidebat, currentes lupercos inſpecturus: currunt enim & nobilium juvenum, & eorum, qui magiſtratum gerunt, complures nudi atque cincti loris albis obvios ferientes. Oliver. *Lupercalia.*] xv. Kalendas Martias erant Lupercalia: his unde initium, ex Hiſtoriis patet. nomen vero habuere à Lupercis, quorum plures ſodalitates. Una Fabiorum, alia Quintiliorum; & hæ antiquiſſimæ: addita poſtea Juliorum à C. illo Cæſare. Cujus inſtitutionis mentio apud Dionem lib. XLIV. verba ſunt: *Ἱερωποιούς τε ἐς τὰς τοῦ Πανὸς γυμνοπαιδίας, τρίτην τινὰ ἑταιρείαν, ἣν Ἰουλίαν ὠνόμασαν.* Tria ergo Romæ Lupercorum collegia, quæ ſacra quotannis rite facerent: hæc aliquantulum remiſſa Auguſti ævo, ſed eodemmet reſtituta. Suetonius lib. II. *Nonnulla*, inquit, *etiam ex antiquis cæremoniis paullatim abolita reſtituit, ut Salutis augurium, Diale flaminium, ſacrum Lupercale.* Manſit hoc poſtea uſque ad Anaſtaſii Imperatoris tempora, Theodorico Amalo in Italia regnante: ſic ex quodam antiquo S. R. regeſto (quod oculatim vidit) teſtatur Onuphrius Panvinius, Veronæ ſuæ decus. Vide & Epiſtolam Gelaſii, P. M. ad Andromachum Tom. II. Concil. *Neapolis ad Faſt. Ovidii.*

1. *Monte Palatino.*] Romuli ſedes, unde & *Romulius* à Tremellio, & à Strabone τῆς ἄκρας nomine, propter primam ſedem regiam, appellatur. Ad ortum habet Cœlium, ad meridiem Aventinum, ad occaſum Capitolinum, ad ſeptentrionem Forum. Adjacet ex eo latere, quod ortum ſpectat, arcus Conſtantini; quod meridiem, Circus maximus; quod occaſum, Romuli ædes, & Velabrum; quod ſeptentrionem, templa quæ in ipſo foro ſunt, & Veſpaſiani arcus. Hunc Virgilius à Palanteo oppido nominatum vult; Propertius & Ovidius, quod ibi pecudes palari, id eſt, errare conſueverint. Hujus montis pars forum verſus, Germali nomen habuit; Cœlium autem verſus, Veliæ. Quia autem prima imperii ſedes in eo conſtituta, cujuſvis principis aulam, aut ſplendidi hominis domum, *Palatium* nominamus. Hodie ſuffoſſionibus & ſubterraneis meatibus totus quaſi penſilis, ruinis deformis, aut hortis occupatus. *Georg. Fabrit.*

2. *Euander Argivus.*] Id eſt, Græcus, quia Arcas.

3. *Immolatarum hoſtiarum.*] Vide ſupra pag. 148.

4. *Feriarum.*] Feſtorum: nam *feriæ* dies feſti dicti ſunt à feriendis victimis.

5. *Trabeatos.*] Plinius Junior tradit Q. Fabium Rullum, primum ex ea familia ob virtutem Maximum, inſtituiſſe, ut equites Rom. Idibus Quintilibus ab æde Honoris equis inſidentes in Capitolium tranſirent. *Oliver. Trabeatos.*] Trabea veſte indutos: nam trabea

equites [1] Idibus Juliis Q. Fabius [2] tranſvehi inſtituit. [3] Idem cenſor cum P. Decio ſeditionis finiendæ gratia, [4] quam comitia in humillimi cujuſque poteſtatem redacta accenderant, omnem forenſem turbam in quatuor tantummodo tribus deſcripſit: eaſque Urbanas appellavit. Quo tam ſalubri facto, vir alioqui [5] bellicis operibus excellens, Maximus cognominatus eſt.

CAP. III.

DE MILITARIBUS INSTITUTIS.

1. *Capite cenſi milites primi.* 2. *Militaris exercitatio.* 3. *Velitum primus uſus.*

LAudanda etiam populi verecundia eſt, qui impigre ſe laboribus & periculis militiæ offerendo, dabat operam, ne imperatoribus [6] capite cenſos * ſacramento rogare eſſet

trabea veſtis erat; quam honoratus quiſque ſuper tunicam ſumebat, nunc prætextam vocant, quæ in extremitate purpuram habebat circumtextam. Contigit A. U. CDXLIX.

1. *Idibus Iuliis.*] Meminère Livius lib. IX. Dionyſius Halicarnaſſæus lib. I. Plinius lib. XV. cap. 4. Auctor de Viris Illuſtribus.

2. *Tranſvehi.*] Diu iſtud inſtitutum neglectum fuit. Auguſtus demum reduxit & excoluit. Suetonius: *Equitum turmas frequenter recognovit, poſt longam intercapedinem reducto more tranſvectionis. Sed neque detrahi quenquam in tranſvehendo ab accuſatore paſſus eſt, quod fieri ſolebat.* Factum id aliquando fuiſſe innuit Plutarchus in Pompeio, & argumento eſt lib. 2. D. de in jus voc. *Coler.*

3. *Idem cenſor.*] Eundem cenſorem libertinos tribubus amoviſſe, Livius lib. IX. teſtatur: *Fabius*, inquit, *concordiæ cauſa, ſimul ne humillimorum in manu comitia eſſent, omnem forenſem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, urbanaſque eas appellavit, adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut Maximi cognomen, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret.* Oliver.

4. *Quam comitia in humillimi cujuſque poteſtatem redacta, &c.*] In MSS. omnibus, *accenderant*, pro, *acceſſerant*, legitur. Pulcherrime, ſi legas, *Quam comitia in humillimi cujuſque poteſtatem redacta accenderant.* De ſeditione enim loquitur, quam forenſis turba plerumque comitiis excitabat. In eadem ſignificatione Virgil. vocabulo utitur:

—— *Martemque accendere cantu.*

Pighius.

5. *Bellicis operibus.*] Nam fuit ille, qui primo remp. calamitoſo illo Annibalis tempore afflictam & prope perditam cunctando reſtituit. *Oliver.*

6. *CApite cenſos.*] Capite cenſi dicebantur, qui pro ſuo nomine æra pendebant, & ſine ſuffragiis erant. Nam horum nihil præter perſonam cenſebant, quorum enim res cenſebantur, in claſſes conjiciebantur. Totus populus

 Roma-

eſſet neceſſe, quorum [1] nimia inopia ſuſpecta erat, ideoque his publica arma non committebantur.

1. Sed hanc diutina uſurpatione firmatam conſuetudinem C. Marius, capite cenſum legendo militem, abrupit. Civis alioqui magnificus, [3] ſed novitatis ſuæ conſcientia, [4] vetuſtati non ſane propitius: memorque, ſi militaris ignavia humilitatem ſpernere perſeveraret, ſe à [5] maligno virtutum interprete velut capite cenſum imperatorem compellari poſſe. Itaque faſtidioſum [6] delectus genus in exercitibus

Romanus in quinque claſſes diſtinctus erat, ita ut qui centum millia æris, vel eo plus poſſiderent, primæ claſſis eſſent, ſecundæ claſſis erant, qui infra centum uſque ad quinque & ſeptuaginta millia cenſum haberent: tertiæ vero, qui quinquaginta millia æris haberent: quartæ ad xxv. deſcendebant cenſum: quintæ, qui xı. poſſiderent: reliqua multitudo, quæ citra hunc cenſum poſſediſſent, vel proletarii, vel capite cenſi dicebantur. Aulus Gell. lib. 16. cap. 10. *Qui in plebe Romana tenuiſſimi pauperrimique erant, neque amplius quam mille quingentum æris in cenſum deferebant*, proletarii *appellati ſunt; qui vero nullo aut perquam pauco ære cenſebantur*, capite cenſi *vocabantur, & erant immunes à militia*. Oliver.

* *Sacramento.*] Id eſt, juramento, quod milites tanquam rem ſacram Imperatori præſtabant.

1. *Nimia inopia ſuſpecta erat.*] Quia qui nihil habent, quod amittere timeant domi, non tam viriliter dimicant, & citius pellici poſſunt ſaltem pecunia propoſita, ut ad hoſtes tranſeant, aut ſuſpecti, quod potius rapinæ quam rei benæ gerendæ intenti forent. *Badius.*

2. *Cajus Marius.*] Dicit C. Marium hanc conſuetudinem abrupiſſe, ut ex verbis Salluſtii in Jugurthino legitur, ubi dicit: *Ipſe interea* (Marius) *milites ſcribere non ex more majorum, neque ex claſſibus, ſed uti cujuſque libido erat, capite cenſos pleroſque. Id factum alii inopia bonorum militum, alii ambitionem Conſulis memorabant; quod ab eo genere celebratus auctuſque erat, & homini potentiam quærenti egentiſſimus quiſque opportuniſſimus erat.* Oliver.

3. *Sed novitatis ſuæ conſcientia.*] Ideo ad militiam capite cenſos admiſit Marius contra conſuetudinem & inſtituta majorum, quia & ipſe ſibi conſcius erat novitatis & inopiæ ſuæ; nam præter virtutem animi & corporis parvas poſſedit divitias, adeo ut à maligno virtutis interprete capite cenſus appellari potuerit Imperator. *Novi* autem *homines* dicuntur, qui ab humili ſtatu ſummum dignitatis gradum aſcendunt, ut Marius, qui ex municipio Arpinati pauper admodum Romam provectus ſummos honores adeptus eſt. *Oliver.*

4. *Vetuſtati.*] Id eſt, nobilibus.

5. *Maligno virtutum interprete.*] Malignus virtutum interpres dicitur, qui virtutem hominis æſtimat non per ipſam, ſed per divitias ac fortunæ qualitatem. Ergo maligno, malevolo, & iniquo.

6. *Delectus.*] Modus delectus fuit talis, Conſules poſitis Sellis curulibus ſedebant, & ſummæ rei præſidebant: tribuni adminiſtrabant & exequebantur per partes. Ipſe delectus fiebat in Capitolio auguſtiſſimo loco. In campo delectum habitum tanquam novum notat Dionyſius: ſed eo factum, quo tribunitiæ interceſſiones vitarentur, quibus

bus Romanis obliterandum duxit, ne talis notæ contagio ad ipſius quoque gloriæ ſugillationem penetraret.

2. [1] Armorum tractandorum meditatio à P. Rutilio conſule Cn. Mallii collega, militibus eſt tradita. Is enim nullius ante ſe imperatoris exemplum ſecutus, [2] ex ludo [3] Cn. Aurelii Scauri [4] doctoribus gladiatorum accerſitis, vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingeneravit: virtutemque arti, & rurſus artem virtuti immiſcuit, ut illa impetu hujus fortior, hæc illius ſcientia cautior fieret.

3. [5] Velitum uſus eo bello primum repertus eſt, quo [1] Ca-

quibus ibi non erat locus. Eligebantur ex tribubus & claſſibus ducta ſorte, vel ut æmulatio tolleretur, ne hæc illi poſthabita videretur, vel querela de onere oriretur, ſi forte delectus non iret per omnes. Præſidentibus itaque Conſulibus, ſedentibus tribunis, tribus vocata in centurias ſuas ivit, exceptis ſenioribus. Ex ſingulis tum centuriis, & pro cenſu ac claſſe, milites citati nominatim. Itaque tabulæ ad manum, in quibus nomina, ætates & opes ſcripta. Aliquando etiam ſorte capti, raro tamen, nec niſi in re tumultus. Quin & hoſte vicino aut repentino aliquo periculo imminente, militem confuſe ac raptim capiebant & educebant. Contumaces vel in vincula conjiciebantur, vel damno affecti, bona eorum direpta & vendita, nonnunquam in ſervitutem rapiebantur, imo ad mortem. *Lipſ.*

1. *Armorum.*] Contigit A. U. DCXLVIII. Bello Cimbrico. Vide Annales Pighii in Scauri Ædilitate. *Armorum.*] Exercitatio & præludium. Dicit autem à P. Rutilio hanc emanâſſe diſciplinam, ut milites ſimulacra pugnæ quædam inſtituerent, antequam ad verum pugnandi cum hoſtibus certamen accederent, diſcebant autem à magiſtris gladiatorum artem vitandi ictus atque inferendi. Legitur de hoc P. Rutilio, quod eum frater ejus Conſulatum impetrare non potuiſſet, dolore perierit. Cicero Tuſcul. IV. *Ægre tuliſſe P. Rutilium fratris repulſam Conſulatus, ſcriptum apud Lamium eſt; ſed tamen tranſiſſe modum videtur, quippe qui ob eam cauſam à vita receſſerit.* Plin. Nat. Hiſtor. libro VII. *P. Rutilius*, inquit, *morbo levi impeditus, nuntiata fratris repulſa in Conſulatus petitione, illico expiravit.* Oliv.

2. *Ex ludo.*] Id eſt, ſchola gladiatoria.

3. *C. Aurelii Scauri.*] Sc. Laniſtæ.

4. *Doctoribus gladiatorum.*] In urbe plures fuêre gladiatorum ludi, nominibus ſuis noti & diſcreti: ut ludus Gallicus, Dacicus, Magnus, Matertinus, Matutinus, Æmilius. Hiſce ludis præerant laniſtæ, tota autem manus, quæ ſub uno laniſta, familia appellabatur, & eum dicebant familiæ præeſſe, atque idem tirones in arte gladiatoria exercebant.

4. *Velitum.*] Priſci Velites vere Anippi dicendi ſunt, hoc eſt, equitibus juncti. Ut enim deſultores veri equites erant, qui de pedibus pugnabant, ita Velites veri pedites erant, ſublati tamen in equos, ut equitibus eadem celeritate adeſſent, eoſque in pugna de pedibus juvarent. Quod hic Valerius ſubobſcure dicit, *equitibus ſe jungere, & rurſus relabi:* Livius explicate ſcripſit l. XXVI. *Ex omnibus legionibus electi ſunt juvenes*

 maxime

[1] Capuam Fulvius Flaccus imperator obſedit. Nam cum equitatui Campanorum crebris excurſationibus equites noſtri, quia numero pauciores erant, reſiſtere non poſſent, [2] Q. Nævius Centurio è peditibus lectos expediti corporis, brevibus & incurvis ſeptenis armatos haſtis, [3] parvo tegmine munitos, [4] veloci ſaltu jungere ſe equitibus, & rurſus celeri motu dilabi inſtituit: quo facilius equeſtri prælio ſubjecti pedites, viros pariter atque equos hoſtium telis inceſſerent. Eaque novitas pugnæ unicum [5] Campanæ perfidiæ debilitavit auxilium. Ideoque auctori ejus Nævio adhuc honos eſt habitus.

CAP. IV.

maxime vigore ac levitate corporum veloces, &c. eos ſingulos in equos ſuos accipientes equites aſſuefecerunt, & vehi poſt ſe, & deſilire perniciter, ubi ſignum datum eſſet. Hactenus Livius. Igitur equites erant ante pugnam, pedites plerumque in pugna: nam & ex equis pugnâſſe ſubinde, Vegetius indicat lib. III. c. 24. *Velites*, inquit, *juvenes erant levi armatura, corpore alacri, qui ex equis miſſilia optime dirigebant.* Auctoritate forſan Dionyſii hæc ſcripſit Vegetius, qui lib. II. cap. II. ſcribit, ex equis pugnâſſe Celeres, ubi campus ad equeſtre certamen erat commodus. Ita ille. Celeres autem Velitibus multo ſunt antiquiores. Velitibus ſimiles Ferentarii noſtri, *Drageons*, niſi quod paulo etiam digniores; quippe qui ſoli propriis equis vectantur, cum illi alienis, & poſt ſingulorum equitum terga. *H. Hugo.*

1. *Capuam.*] Urbs hæc Campaniæ in luxuriam ſemper prona. A Capye dictam Capuam, cum antea Vulturnus diceretur, & Etruſcis extinctis à Samnitibus captam autor eſt Livius lib. IV.

2. *Q. Nævius.*] Locum perplexum, & aliquot modis vitiatum dextre & erudite emaculavit Lipſius: *Q. Nævius Centurio, è peditibus lectos expediti corporis brevibus & infirmis ſeptenis armatos haſtis, parmæ tegmine, &c.* Colerus.

3. *Parvo tegmine.*] Brevi ſcuto.

4. *Veloci ſaltu*] Quia didicerant milites exercendo ſe agili ſaltu in equos conjicere, & deinde pedites in hoſtes deſilire, ita primo impetu equites eſſe dicebantur. Ergo veloci ſaltu, quia in equos aſcendebant agili ſaltu, & cum ad pugnam perventum eſſet, deſiliebant, & ita duplici pugna equitatum hoſtium deludebant. *Oliver.*

5. *Campanæ perfidiæ.*] Quia defecerant à Romanis: hiſtoriam ſi quis videre velit, legat Titum Livium in Secundo Bello Punico, ubi plurima de Campanis recitantur.

1. Proxi-

CAP. IV.

DE SPECTACULIS.

1. *Theatra primum ædificata.*
2. *Loca ordinibus primum attributa.*
3. *Origo ſcenicorum ludorum.*
4. *Origo ſæcularium.*
5. *Primi ſæculares.*
6. *Ornamenta & luxus ludorum.*
7. *Gladiatorium & athleticum primum.*

1.[1] PRoximus militaribus inſtitutis ad urbana caſtra, id eſt [2] theatra, gradus faciendus eſt, quoniam hæc quoque ſæpenumero [3] animoſas acies inſtruxerunt, excogitataque [4] cultus Deorum, & hominum delectationis cauſa, non

1. P*Roximus, &c.*] Dicturus de ſpectaculis, ita tranſit, ut non ex abrupto tranſire videatur, ut dicat non eſſe diſſonum quod in theatris fit, ab eo quod in caſtris fuerit. Dicit ergo: Diximus de bellis quæ foris geruntur, nunc dicendum eſt de certaminibus quæ intra urbem fiunt, videlicet in theatro. *Oliverius.*

2. *Theatra.*] Theatrum primum erat Hemicyclus, inde factum eſt *ἀμφιθέατρον*, ex duobus veluti theatris conſtans, quod ex quadrato lapide primus Pompejus Magnus inchoavit, Caligula perfecit, ab Auguſto deſtinatum, à Veſpaſiano ædificatum, à Tito conſecratum, à Nerone inſano ſumptu deauratum, ut in illo Armeniorum regem exciperet. Celebratur & M. Scauri theatrum, de quo Plinius lib. XXXVI. cap. 15. ubi & duorum theatrorum Curionis meminit. Legitur & L. Mummius deleta Corintho, erexiſſe theatrum, ſed temporarium. *Funger.*

3. *Animoſas acies.*] Aut quia viriliter in arena decertabant, & ex aſpectu animi tyronum ad cædem imbuebantur; aut potiſſimum (nam id ſentit auctor) quia non minore contentione digladiantes in arena contendebant, quam in vera acie. *Badius.*

4. *Cultus Deorum.*] Venationes Saturno primitus attributas fuiſſe, refert Lactantius c. 20. lib. VI. Salvianus vero Maſſilienſis lib. VI. in arenis coli ait Martem; quoniam ſcilicet ludi quidem ipſi, nempe venationes, ac gladiatorii Saturno ſacri, amphitheatrum autem ſacrum Marti. Nam venationes, antequam repertum eſſet amphitheatrum, dabantur in circo. Sic ludi Scenici etiam Romæ uſitati priuſquam theatrum Veneri dedicatum fuiſſet à Cn. Pompeio. Qua de re Tertull. cap. 6. lib. de Spectaculis. Itaque tametſi theatrum proprie ſacrarium eſſet Veneris, tamen etiam Liberi domum fuiſſe, inquit, Tertullianus loco citato. Cereri vero etiam in theatro locum fuiſſe declarat Cæcilius Cyprianus epiſt. CIII. qui ſcenicos inquit ludos ſacros fuiſſe Libero & Cereri. Etiam Apollo, Muſæ, Minerva, Mercurius in theatro præfecti themelicis, ſive, ut inquit Tertullianus cap. 7. lib. de Spectac. iis quæ voce, modis, & organis tranſiguntur. Saturno autem primitus ſacrum munus, utrumque nempe, venatio & gladiatores; quia is Deus apud Romanos antiquiſſimus. Legendus Tertullianus cap. 11. Apologetici adverſus gentes. Prudentius libro I. adverſus Symmachum. Sed alia emergit dubitatio ex Prudentii verbis lib. I. contra Symmachum,

non ſine aliquo pacis rubore voluptatem & religionem civili ſanguine, ſcenicorum [1] portentorum gratia, macularunt.

2. Quæ inchoata quidem ſunt à Meſſalla, & Caſſio cenſoribus; ceterum auctore [2] P. Scipione Naſica omnem apparatum operis eorum ſubjectum [3] haſtæ venire placuit. Atque etiam S. C. cautum eſt, ne quis in Urbe propiuſve paſſus mille ſubſellia poſuiſſe, ſedenſve ludos ſpectare vellet, ut ſcilicet remiſſioni animorum juncta ſtandi virilitas, propria Romanæ gentis nota eſſet.

3. Per quingentos autem & quinquaginta octo annos ſenatus populo miſtus ſpectaculo ludorum interfuit. Sed hunc morem Atilius Serranus, & L. Scribonius [4] Ædiles, ludos [5] Matri Deûm facientes, ſuperioris Africani ſententiam

chum, qui munus gladiatorium Diti ſacrum eſſe ait;

Reſpice terrifici ſcelerata ſacraria Ditis:
Cui cadit infauſta fuſus gladiator arena, &c.

Nec tamen reſponderim, ut nonnulli, Ditem & Saturnum ejuſdem eſſe Dei numen; ſed munus idem etiam alia ratione Diti ſacrum eſſe, quia ſanguine gladiatorum profuſo placabantur Dii Manes: qua de re copioſe Tertullianus cap. 10. lib. de Spectaculis. Ad ſummam igitur hoc dici poteſt, Saturno, ut antiquiſſimo Deorum, munus ſacrum fuiſſe principio, Diti autem, quatenus munera fuerunt Deorum Manium; Marti autem munus gladiatorium, Dianæ venationem attribui cœptam eſſe, cum ab exequiis ad honores viventium ſcilicet magiſtratus, editiones tranſlatæ ſunt. Legendus Tertull. cap. 10. lib. de Spectaculis. *Marcilius.*

1. *Portentorum.*] Ita dixit, quia monſtroſum quodammodo videtur, quod civis inſurgat contra civem ſine cauſa, & tempore pacis.

2. *P. Scipione Naſica.*] Plinius libro XXXVI. c. 15. Florus epit. XXVIII. Auguſtinus de Civit. Dei lib. 1. cap. 31. Tertullianus de Spect. cap. 6. Nam ſæpe cenſores renaſcentia cum maxime theatra deſtruebant, moribus conſulentes. *Coler.*

3. *Haſtæ.*] Auctioni; figebatur enim haſta in auctionibus publicis.

4. *Ædiles.*] Qui ludos edere ſolebant.

5. *Matri Deûm.*] Pridie Nonas Apriles erant Megaleſia feſta magnæ matris Idææ. Vetus Kalendarium notat hunc diem hiſce literis, LVD. MATRIS MAG. illud Conſtantini Magni, LVDI MAGALESIACI, & ſequentes uſque ad natalem Divi Severi. Livius lib. XXIX. *Pertulere Deam pridie Idus Aprilis; uſque dies feſtus fuit: populus frequens bona Deæ in Palatium tulit, lectiſterniumque, & ludi fuere Megaleſia appellata.* Auſim dicere ſcribendum pro *Idus*, Nonas. His ſacris lecticam matris Idææ Galli geſtabant, & ante lecticam multa pretioſa. Quin & vicatim Phrygii generis vir & mulier per eos dies mendicabant, quibus Diva per urbem ferebatur. Dionyſius lib. II. Ἱερῶνται δ' αὐτῆς ἀνὴρ Φρύξ, καὶ γυνὴ Φρυγία, καὶ περιάγουσιν ἀνὰ τὴν πόλιν οὗτοι μητραγυρτοῦντες, ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος, τύπους

tiam ſecuti, diſcretis ſenatus & populi locis, ſolverunt: Eaque res avertit vulgi animum, & favorem Scipionis magnopere quaſſavit.

4. Nunc cauſam inſtituendorum ludorum ab origine ſua repetam. [1] C. Sulpitio Petico, C. Licinio Stolone Coss. intoleranda vis ortæ peſtilentiæ, civitatem noſtram à bellicis operibus revocatam, domeſtici atque inteſtini mali cura afflixerat: Jamque plus in exquiſito & novo cultu religionis, quam in ullo humano conſilio poſitum opis videbatur. Itaque placandi cæleſtis numinis gratia [2] compoſitis carminibns vacuas aures præbuit, uſque ad id tempus Circenſi ſpectaculo contenta, [3] quod primus Romulus, raptis virginibus Sabinis, Conſualium nomine celebravit.

πους τι περιχειρόμενοι τοῖς στήθεσι, καὶ καταυλούμενοι πρὸς τῶν ἑπομένων τὰ μητρῷα μέλη, καὶ τύμπανα κροτοῦντες. Non audio codices, in quibus μηναγυρτοῦντες. nam erogatio illa ſemel annua fuit, non menſtrua. Μητραγυρτεῖν, inquit Euſtathius eſſe, τὸ μετὰ τυμπάνων καὶ τινῶν τοιούτων περιϊέναι, καὶ ἐπὶ τῇ μητρὶ ἀγείρειν τροφάς. Inde Μητραγύρται, qui ſtipem cogebant Matri Deorum cum tabella, ut ait Comicus ἐν Ἡνιόχῳ. His mendicantibus, dicere olim ſolitus Antiſthenes, Οὐ τρέφω τὴν μητέρα τῶν θεῶν, ἣν οἱ θεοὶ τρέφουσιν, teſte Clemente Alexandrino in Protrepico. Obſervandum tamen, hujuſmodi munus, nunquam ut civis Romanus exerceret, Senatum permiſiſſe. Auctor idem Dionyſius: Ῥωμαίων δὲ τῶν αὐθιγενῶν οὔτε μητραγυρτῶν τις, οὔτε καταυλούμενος πορεύεται διὰ τῆς πόλεως, ποικίλην ἐνδεδυκὼς στολήν, οὔτε ὀργιάζων τὴν θεὸν τοῖς Φρυγίοις ὀργιασμοῖς, κατὰ νόμον ἢ ψήφισμα βουλῆς. Extera hæc & inſana ſacra reſpuit urbica gravitas. *Neapilis ad Faſtos Ovidii.*

1. *C. Sulpitio Petico.*] Lib. Dan. *Betico.* Conſules L. Genutium & Q. Servilium.

2. *Compoſitis carminibus.*] Id eſt, hymnis, in quibus Deorum laudes continebantur. Hunc morem Virgilius tetigit, ubi dicit:

Dant motus incompoſitos, & carmina dicunt.

Oliver.

3. *Quod primus Romulus.*] Quod quidem ſpectaculum & ludi ſunt primum à Romulo *Conſualia* dicti; nam Romulus, cum equeſtris imago Neptuni in fundamentis urbis reperta fuiſſet, ei ludos quanto potuit apparatu conſtituit, & populos vicinos ad hos ludos ſpectandos invitari juſſit. Cæteri frequentes convenêre, Sabini etiam paſſim & uxores cum liberis omnes affluere, quippe qui propinquiores erant. Cum benigne hoſpitio ſuſcepti eſſent, novamque urbem tam brevi opibus viriſque auctam perluſtrati eſſent, ad ludos convenerunt; ubi cum omnes ſpectaculo intenti eſſent, juventus Romana ad virgines rapiendas ex compoſito diſcurrit. Eas ſibi uxores adjungunt vi, quod aliter obtineri nequierant: nam cum per legationem Romani ad affinitatem vicinas urbes ſæpius invitâſſent,

idque

lebravit. Verum, ut eſt mos hominum parvula initia pertinaci ſtudio proſequendi, [1] venerabilibus erga Deos verbis juventus, [2] rudi atque incompoſito motu corporum jocabunda, geſtus adjecit. Eaque res Ludium ex Etruria acceſſendi cauſam præbuit: cujus decora pernicitas [3] vetuſto ex

idque ſemper denegatum ſibi fuiſſet, utpote genti novæ, vi graſſandum eſſe cenſuerunt. Romulus igitur poſt raptum Sabinarum, imaginem illam equeſtrem Neptuni *Conſum* appellavit, & ludos *Conſualia*, quaſi conſilium Dei, quia poſt inventam illam imaginem ſubito conſilium cepiſſet rapiendarum virginum per ludorum ſpectaculum. De Conſualibus ita tradit Plutarchus: *Fama diu vulgata, à Romulo cujuſdam Dei aram conditam ſub terra inventam, eique Deo Conſo nomen indiderunt, ſive à conſilio, quod conſiliarius foret, ſive Neptunus equeſtris. Ara eſt in Circo Maximo poſita, quæ reliquum tempus latet: in equeſtribus autem certaminibus aperitur: hæc condita ſub terra eſt, quum conſilium arcanum eſſe oporteat. Ludi igitur in honorem hujus Dei inſtituti, à Romulo* Conſualia *dicta*. Dionyſius Halicarnaſſæus de Antiquitatibus Romanis: *Sacratam,* inquit, *illam ſolennitatem nunc etiam Romani perficiunt*, Conſualia *vocantes, in qua etiam ara ſubterranea conſtructa juxta Circum Maximum, circumfoſſa terra, ſacrificiis, & miſſis in ignem libaminibus, colitur, curſuſque equorum agitur junctorum & non junctorum. Vocatur autem is Deus, cui hæc perficiuntur*, Conſus *à Romanis, ac propterea ſubterranea coli ara eum dicunt, quod hic Deus terram teneat; ego vero alterum quoque ſermonem audivi, quod hi quidem dies feſti Neptuno agantur, quodque curſus & equites huic etiam Deo fiant; ara vero poſtea Genio cuidam ignoto conſtructa fuerit, occultorum conſiliorum duci atque cuſtodi. Neptuno enim ſubterraneo nec domitori terræ, neque à Græcis, neque à Barbaris uſquam ara erigitur. Veritas autem ubi lateat, difficile eſt dicere.* Oliver.

1. *Venerabilibus erga Deos verbis juventus.*] In MSS. fere omnibus, *Erga Deos verbis*, pro, *obſequiis*, habetur, & poſtea *geſtus adjecit*, non, ut vulgo, *dedit*. Profecto non inepte. Ait enim juventutem addidiſſe verbis geſtus ad imitationem Ludionis Etruſci. Idem dicit Liv. lib. 7. ita: *Imitari deinde eos juventus ſimul inconditis inter ſe jocularia fundentes verſibus cœpere; nec abſoni à voce motus erant.* Pigh.

2. *Rudi atque incompoſito, &c.*] Carminum Saturnio metro primum compoſitorum, quos ad Rhythmum ſolum vulgares componere conſueverant, meminit Servius in illud Virgilii:

Nec non Auſonii Troja gens miſſa coloni
Verſibus incomptis ludunt, riſuque ſoluto.

Non multo plus artis habuerunt Feſcennini, ipſi quoque temere compoſiti ac rudeis. hæc nempe erant adhuc naſcentis Romanæ poëſeos primordia, & quæ vocari ab Ariſtotele αὐτοσχεδιάσματα, obſervavimus: ubi etiam de Feſcenninorum origine, Horatii verba protulimus:

Feſcennina per hunc inventa licentia morem,
Verſibus alternis opprobria ruſtica fudit.

Caſaubon.

3. *Vetuſto ex more Curetum.*] Curetes populi ſunt Cretæ, qui hoc canendi ſaltandique genus primi inveniſſe dicuntur ad uſum militiæ, ſive ad cultum Deorum, ſive magis ad fabuloſam Jovis originem; nam hæc omnia Strabo lib. x. innuit circa medium, ubi de Curetibus diverſas autorum ſententias referens, dubiam eorum etymologiam his verbis eſſe oſtendit: *Quo fit, ut multifariam naſcendi nominis rationem & ety-*

ex more Curetum [1] Lydorumque (à quibus Etruſci originem traxerunt) novitate grata Romanorum oculos permulſit. Et quia Ludius apud eos [2] Hiſtrio appellabatur, ſcenico nomen Hiſtrionis inditum eſt. Paulatim deinde ludicra

& etymologiam Curetes habere, facile copioſeque videantur, credibile eſt & armiſonam illam ſaltationem ab eis prius introductam, qui circa comam atque ſtolam exercitati fuêre, ut Curetes vocarentur: quod quidem negotium occaſionem illis præbuiſſe crediderim, ut fortiores in re militari cæteris evaderent, & verſatam inde armis vitam haberent. Paulo inferius: *Armiſona*, inquit, *ſaltatio militari de more, & Pyrrhicha dicitur, & Pyrrhichius ipſe indicio eſt, qui repertor exercitii pro juvenibus, ad militarem peritiam fuiſſe perhibetur.* Apparet ergo ex his verbis, ad uſum militiæ hoc ſaltationis genus fuiſſe repertum; ſed alio loco dixerat, hac armorum agitatione in Deorum ſacris uſos fuiſſe, ubi *Deorum miniſtros* illos nominat. *Tales*, inquit, *dæmones quoſdam, Deorumve miniſtros Curetas faciunt.* Deinde ſubjungit: *Quidam vero res Cretenſes ac Phrygias edidere ſacrificiis nonnullis implicatas, partim myſticis, partim aliquo pacto contentas tradidêre, uti Iovis infantiam in Creta educati, matriſque Deorum cæremonias in Phrygia, & in Idæ Trojanæ locis celebrandas: quibus ſane in ſermonibus magna varietas eſt, cum alii eoſdem eſſe Curetas, & Corybantes, & Caberos, & Idæos Dactylos, & Telchinas oſtendant: alii cognatos inter ſe, & puſillas quaſdam ipſorum differentias inter eos eſſe diſtinguant. In hoc autem univerſi tradunt, eſſe quoſdam ſpiritibus afflatos, & Bacchicos, inque armorum agitatione tumultuoſa, & cum ſtrepitu & fragore, cymbaliſque & tympanis, & armis, item etiam tibiis, vociferationibuſque inter ſacrificandum ſtupefacientes, inque miniſtrorum habitu publica modo quodam ſacra factitantes.* Rurſus ad fabulam Jovis alio loco referens, ait: *Baccho autem adſunt Satyri, nos Curetas nominabant, adoleſcentes quoſdam, armiſonam quandam cum ſaltibus agilitatem edentes, præferentes quandam de Jovis origine fabulam, &c.* nam ipſam fabulam deinde narrat. Curetes autem fuiſſe non ſolum in Creta, ſed in Eubœa, Ætolia, & Acarnania, idem auctor cum multis in locis, tum ibi potiſſimum oſtendit, ubi ait: *Itaque eodem inſignitos nomine Curetas ipſos appellari, qui in Eubœa ſunt, quique in Ætolia & in Acarnania.* Hinc eſt quod Lucanus dicit lib. IV. Curetas feroces populos in Dalmatia:

Quos alit Adriaco tellus circumflua ponto.

Apud quos Marcus Antonius fuit à Pompeianis clauſus cum maximo diſcrimine. *Oliver.*

1. *Lydorumque.*] A quibus Thuſci originem traxerunt. Nam Thuſci dicti ſunt Lydi, quum ex Lydia coloni venerunt in Thuſciam, duce Tyrrheno, Atys filio. Strabo lib. V. *Tyrrhenos*, inquit, *Romani Hetruſcos appellant atque Thuſcos. Græci vero hoc eos nomine nominarunt, à Tyrrheno Atyos filio, qui ex Lydia colonos hanc in regionem, ſicuti traditur, dimiſit: Atys enim ex prognatis Herculis & Omphales unus, cum ſterilitate & fame populum emittere cogeretur, è duobus filiis, ſorte jacta, Lydum quidem ſucceſſorem tenuit: Tyrrheno autem majorem applicans populum, foras abire juſſit. Hanc ille tandem ingreſſus terram, de ſuo nomine vocavit Tyrrheniam.* Lydos autem hoc genere ſaltationis uſos, idem auctor multis in locis oſtendit. *Oliv.*

2. *Hiſtrio.*] An verius legam, *Hiſter*? voce Hetruſca. Ita Livius: ſed Plutarchus à quodam Hiſtrio omnes Hiſtriones

ludicra ars ad [1]Satyrarum modos perrepſit, à quibus primus omnium [2]Poëta Livius, ad fabularum argumenta ſpectan-

tium

nes dictos autumat. Feſtus & Iſidorus Hiſtrionis nomen ex Hiſtria deducunt. Gloſſarium: *Hiſtrio*, παντόμιμος. Pantomimus is, qui non tantum manibus, ſed toto corpore geſticulatur. Unde Tertullianus lib. de Idololat. hiſtriones ait non manibus ſolis, ſed totis membris victum elaborare. *Colerus.*

1. *Satyrarum.*] Feſcenninos excepit Satyra: ut tempore poſterior, ita elaborata magis, & quod ad metrorum leges attinet, perfectum jam poëma. Livius lib. VII. de ludorum ſcenicorum inſtitutione agens, *Cæterum*, ait, *parva hæc quoque, (ut ferme principia omnia,) & ea ipſa peregrina res fuit; ſine carmine ullo, ſine imitandorum carminum actu, ludiones ex Hetruria acciti, ad tibicinis modos ſaltantes, haud indecoros motus more Thuſco dabant. imitari deinde eos juventus ſimul, inconditis inter ſe jocularia fundentes verſibus, cœpere: nec abſoni à voce motus erant. Accepta itaque res, ſæpiuſque uſurpando excitata, vernaculis artificibus, quia Hiſter Tuſco verbo* ludio *vocabatur, nomen hiſtrionibus inditum: qui non ſicut ante Feſcennino verſui ſimilem, compoſitum temere ac rudem alternis jaciebant: ſed impletas modis Satyras deſcripto jam ad tibicinem cantu, motuque congruenti peragebant.* Hæc Livius ut anno U. C. cccxc. Coss. C. Sulpitio Petico, C. Licinio Stolone: quando gravi peſtilentia urbs laboravit. Sic ex illis jocularibus dictis, quæ fundi prius temere ſolebant in Romanorum ſolennibus, Satyra primum eſt orta. Satyra hæc carmen fuit, ridicula verſibus intexta continens, quæ inter ſe more antiquo jactitabant, ut mox loquitur ipſe Livius. quam fuerit hujuſmodi Satyra diverſa à Luciliana, dicere nihil attinet; res enim manifeſta. A Satyrica vero Græcorum tantum differebat, quantum à cætera poëſi diſtat dramatica: cujus ne nomen quidem norant tum Romani. *Caſaubonus.*

2. *Poëta Livius.*] Lucius Livius cognomine Andronicus, Poëta Epicus habitus eſt: Romæ floruit poſt Urbem conditam annis paulo ſupra quadringentis, quæ res probis autoribus confirmatur. In Annalibus enim, quos habemus à Græcis; plerunque annorum ſupputatio falſa eſt, & hiſtoriæ veritas corrupta. Marcus Cicero, & alii veteres, Livium hunc referunt primum dediſſe fabulas apud Latinos, eoque maxime tempore præſtitiſſe, quo S.P.Q.R. pacem fecit cum Pœnis. Gellius autem ſcriptor nobilis, & in perſcrutanda omni antiquitate diligens, de Livio Andronico ad hunc modum tradit, quo loco annorum hiſtoriam contexit: *L. Livius Poëta*, inquit, *fabulas primo in urbe Roma docere cœpit, Cor. Claudio, Appii Cæci filio, & Marco Tuditano* Coss. *poſt obitum Sophoclis & Euripidis annis plus fere centum &* LX. Quod & M. Cicero, qui ad Brutum ſcribens, anno ante natum Ennium refert Livium dediſſe fabulas. Porcius vero Licinius cum de Poëtica loquitur, ejus ſtudium dicit Romæ cœptum bello Punico ſecundo. Quod ex his verſibus facile colligitur, quos Horatius Flaccus imitatur:

Punico bello ſecundo Muſa pennata gradu
Intulit ſeſe in bellicoſam Romuli gentem feram.

Sed hæc ſatis hoc loco, ne forte videamur nimium detineri in his repetendis. Idem Livius domi ac foris primo docuit utraque lingua, ut Suetonius tradit, non ſine magna commendatione ſui nominis. Nam vetuſtiſſimi illi erant fere ſemi-Græci, & Græcas diſciplinas, atque etiam Hetruſcas pari ſtudio diſcebant, quod ex veterum monumentis intelligitur. Laudatus Livius, & ejus carmen, cum ab aliis multis,

tum

tium animos tranſtulit. Iſque ſui operis actor, cum ſæpius à populo [1] revocatus vocem obtudiſſet; adhibito pueri & tibicinis concentu, geſticulationem tacitus peregit. [2] Attellani autem ab Oſcis acciti ſunt, quod genus delectationis Italica

tum hic à Val. Max. & T. Livio, qui copioſe ſcribunt, quantum Romæ præſtiterit editis carminibus: quæ ter novenæ virgines, data reſte per manus, per Urbem euntes decantarunt, ad iram Deorum placandam. Prætereo de his fabulis referre, quas Livius dicitur à Satyris tranſtuliſſe, puerumque ad canendum inſtruxiſſe ante tibicinem. Præcipue vero commendatus eſt ab antiquis Grammaticis Livius in Odyſſea, in Romanis Annalibus. *Pet. Crinitus.*
Poëta Livius.] Quemadmodum apud Græcos uſurpationem τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας, ut cum Philoſopho loquamur, excepit in ſcena dramatice, poſt inventam à Theſpide tragœdiam, ab Epicharmo & Cratete comœdiam: ſic Satyram veterem ſecuta eſt fabularum compoſitio: quarum auctor primus apud Romanos Andronicus, homo & Græcus, & Græcis literis excultus, qui poſtea ab hero M. Livio Salinatore, cujus liberos erudiebat, manumiſſus, Livius Andronicus eſt dictus. De hoc idem princeps hiſtoriæ Romanæ: *Livius poſt aliquot annos ab Satyris auſus eſt primus argumento fabulam ſerere.* Atque ita nullum dubium, quin univerſam dramaticen Græcis acceptam ferre debuerint Romani. quod enim in Sicilia Epicharmus, Athenis Theſpis & Crates, id Romæ fuit unus Andronicus, qui primus Latinis & tragœdiæ & comœdiæ componendæ præbuit exemplum. Satis conſtat, primam Livium docuiſſe fabulam C. Clodio Cæci F. & M. Tuditano Coss. anno poſt Romam conditam, ut ex Attico ſuo ſcribit M. Tullius quartodecimo & quingenteſimo. Unde poteſt intelligi quam lente Romanorum ſtudia ad poëticen excolendam ſint traducta. *Caſaub.*

1. *Revocatus.*] Cum finierat, adeo populo placebat, ut ſæpius ad principium revocaretur agendi. Sed cum raucam vocem feciſſet, puerum accivit qui caneret voce, & alterum qui tibia; ipſe vero motus & cantus agere cœpit motu corporis.

2. *Attellani autem.*] Attellani erant ludiones, qui ideo ſunt acciti ab Attellis, quia peritiores erant quam Romani. Attellæ civitas eſt Campanorum, quorum luxuria in ejuſmodi ludis nimia erat, & ideo apud Campanos inhoneſtiſſimi erant, ſed à Romanis deinde magna ſeveritate correcti. *Oliv.* *Attellani.*] Livius docet clare, ubi poſtquam de fabulis Andronici dixiſſet, & partito officio inter puerum ac tibicinem cantantes, & hiſtrionem, (qui Poëtæ ſucceſſit) canticum agentem, hoc eſt, ut exponit Valerius Maximus, geſticulationem peragentem, ſubjicit hæc: *Poſtquam lege hac fabularum ab riſu ac ſoluto joco res avocabatur, & ludus paulatim in artem verterat, juventus hiſtrionibus fabellarum actu relicto, ipſa inter ſe more antiquo ridicula intexta verſibus jactitare cœpit: quæ inde Exodia poſtea appellata, conſertaque fabellis potiſſimum Atellanis ſunt.* Appellatione verſuum Satyram, cujus paullo ante meminerat, intellexiſſe heic Livium: nequit ambigi. quamobrem ad honeſtatem veteris Satyræ referri debet, quod de privilegio actoribus Atellanarum conceſſo ſubjicit. Satyram, quæ Atellanis conjuncta, nuncupat Valerius Italicam ſeveritatem. ex quo apparet, totum iſtud poëmatis genus jocis & ridiculis dictis abundâſſe potius, quam impuris atque obſcœnis. idem alibi de Satyrica Græcorum obſervabamus. ac videtur ea non poſtrema fuiſ-

Italica ſeveritate temperatum, ideoque vacuum nota eſt: nam neque [1] tribu movetur, neque à militaribus ſtipendiis repellitur.

5. Et quia ceteri ludi ipſis appellationibus unde trahantur, apparet; non abſurdum videtur [2] Secularibus initium ſuum,

ſe cauſſa, cur nonnulli è veteribus criticis cum Atellanis fabulis Satyricas compararint: de quo plura alibi. Fuit & alia cauſſa, quam potiſſimum dubio procul iidem ſpectarunt: nam ut Satyricæ tragicis dramatis adjectæ ſunt à Græcis ad temperandam tragœdiæ mœſtitiam: ſic Satyras, ſive exodia, ſimillimam ob cauſſam poſt tragœdias produci ſolitas, memoriæ quidam prodiderunt. Scholiaſtes antiquus Juvenalis, *Exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus foret: ut quicquid lacrymarum atque triſtitiæ coëgiſſent ex tragicis affectibus, hujus ſpectaculi riſus detergeret.* Exodiarium vocat poëtam Atellanarum: nam etſi Atellanas hic Grammaticus non nominat: de illis tamen potiſſimum, quæ ſcribit, debent accipi: quum non aliis fere fabulis quàm Atellanis, adjungi ſolita fuiſſe Exodia, & ſuperiora verba Livii doceant, & teſtimonia veterum: qui Exodia propria faciunt id genus fabularum. Suetonius libro III. capite XLV. *Unde mora* (ita ſcribendum eſſe, non *nota*; alibi docemus:) *in Atellanico exodio proximis ludis aſſenſu maximo excepta, percrebruit: Hircum vetulum capris naturam ligurrire.* Juvenalis in ſexta:

Urbicus exodio riſum movet Atellanæ
Geſtibus Autonoës. —

apud Grammaticos, quando Q. Novius, aut Afranius aut L. Pomponius, aut alii in Exodio laudantur, de fabulis Atellanis, ut arbitror, ſemper accipiendum. Apud Suetonium in Galba Atellanum canticum de Exodio interpretor; non enim aliud in Atellana canticum, niſi Exodium. quod ita dictum, vel quia ſingulorum diverbiorum fini ſubjiciebatur, vel quia extremæ fabulæ ſemel. ſic inter chorica mele Græcorum dramatum, quod ab introeuntibus in ſcenam cantabatur, εἰσόδιον dicebant: quod ab exeuntibus ἐξόδιον. auctores Pollux & comici interpretes. Etſi autem dubitari non poteſt ex Livii verbis, Exodia Atellanarum ex antiqua Satyra fuiſſe primum nata, utut poſtea nomen fuerit mutatum: ſervatum tamen etiam à poſteris eandem poëſeos formam ac modum, neque exemplis ullis poteſt probari, neque ullius antiquorum teſtimoniis evinci. *Caſaubonus.*

1. *Tribu movetur.*] Cæteroquin qui artis ludicræ, pronunciandive cauſa, in ſcenam prodirent, infamia notabantur, ut eſt in edicto Prætoris l. 1. ff. de His qui notantur infam. Livius *Eo inſtitutum manet, ut actores Atellanarum nec tribu moveantur, & ſtipendia tanquam expertes artis ludicræ faciant.*

2. *Secularibus.*] De temporum intervallis, quibus iſti ludi referrentur, fides in ambiguo eſt. Siquidem in carmine ſeculari Horatii quidem *undenos decies annos* legunt, quod & commentarii Quindecimvirorum, & divi Auguſti edicta, & ipſius denique Sibyllæ, quod adhuc exſtat, oraculum confirmaverint. Contra vero centeſimum redire poſt annum, tam Valerius Antias, quam T. Livius, & item M. Varro teſtati perhibentur. Itaque ſeculares dictos autumo, quod plerumque ſemel hominis ætate fierent, ut multa alia, quæ rara ſunt, poſt ſeculum evenire, loquentium conſuetudo uſurpat. Inſtituti autem poſt exactos reges à P. Valerio Publicola, qui primus conſul fuit, exiſtimantur. *Politianus.*

1. *Cujus*

ſuum,[1] cujus generis minus certa notitia eſt, reddere. Cum ingenti peſtilentia [2]Urbs agrique [3] vaſtarentur, Valeſius vir locuples, ruſticæ vitæ, duobus filiis & filia ad deſperationem uſque medicorum laborantibus, aquam calidam iis à foco petens, genibus nixus,[4] Lares familiares, ut puerorum periculum in ipſius caput transferrent, oravit: Orta deinde vox eſt, habiturum eos ſalvos, ſi continuo flumine Tiberis devectos Terentum deportâſſet, ibique ex [5] Ditis patris, & [6] Proſerpinæ ara,[7] petita calda, recreaſſet. Eo prædicto magnopere confuſus, quod & longa & periculoſa navigatio imperabatur: ſpe tamen dubia præſentem metum vincente, pueros ad ripam Tiberis protinus detulit (habitabat enim in villa ſua [8]propter vicum Sabinæ regionis *Eretum)

1. *Cujus generis minus certa notitia eſt.*] Imo vero ſecularium ludorum (de iis loquitur) origo certa, meliuſque omnino libri priſci, *minus trita.* Satis firma quidem certaque traditio, at non adæque vulgata. *Lipſius.*

2. *Urbs agrique vaſtarentur.*] Vulgo, *Urbs antiqua, &c.* Bene Glareanus, *Urbs atque agri*, correxit. MSS. libri omnes fere legunt, *Urbs agrique vaſtarentur.* Non male. *Pigh.*

3. *Vaſtarentur.*] Vaſti & vacui cultoribus fierent ingenti peſtilentia.

4. *Lares familiares.*] Lares focis præerant: *Lar* autem ſive *Lars* eſt Hetruſca vox, & Principem denotat. Auſonius:

Tertia opima dedit ſpoliatus Aremorscus
Lars.

Quia autem antiquiſſimis temporibus in ædibus defuncti ſepeliebantur, hinc & pro Diis familiaribus culti. Hinc & Latrones, Larunes, Arunes & in pejorem poſtmodum partem latrones. Vide Geſner. Mithridat.

5. *Ditis Patris.*] Qui & Jupiter Stygius Virgilio. Unus quippe Deus ſanioribus Ethnicis credebatur, & pro ratione officiorum varia unius Dei erant cognomina. Autor Servius.

6. *Proſerpinæ.*] Vide ſupra pag. 31.

7. *Petita calda.*] Vulgo: *Petita aqua calida, quam illi deſiderarent, recreaſſet.* In Camp. rectiſſime, *Petita calda recreaſſet.* Reliqua omittuntur, & videntur è ſchol. marginalibus inſerta ab imperito quopiam; nam in aliis MSS. æque non habentur, ſed in his pro, *calda*, ſupponitur, *aqua*; quæ interpretatio vocabuli vetuſti, ſe inſinuavit textui Valeriano. Nobis antiquam atque elegantem illam dictionem Valerio reddere viſum eſt, qua item utuntur veteres auctores frequenter. Ut Martialis:

Frigida non deerit, non deerit calda petenti.

Oraculi ejuſdem verba ſic leguntur apud Zoſimum Hiſtor. 2. ἀπάγειν εἰς Τάραντα ἐγκελευομένης τὰ τέκνα, κἀκεῖσε θερμήναντα τοῦ Τιβέριδος ὕδωρ, ἐπὶ τῆς ἄδου καὶ Περσεφόνης ἐσχάρας τοῖς παισὶ δοῦναι πιεῖν. *Pighius.*

8. *Propter vicum Sabinæ regionis Eretum.*] In Atreb. correcte. Vulgo, *Prope vicum Sabinæ regionis Eretum.* Sic Ovidius:

Propter humum volitant.

Et Terentius Adelphis:

Hic propter hunc aſſiſte.

 Ereti

tum) ac [1] lintre [2] Oſtiam petens, [3] nocte concubia ad [4] Martium campum appulit. Scientibuſque ægris ſuccurrere cupiens, igne in navigio non ſuppetente; ex gubernatore cognoſcit, haud procul apparere fumum. Et ab eo juſſus egredi [5] Terentum (id ei loco nomen eſt) cupide arrepto calice, aquam flumine hauſtam, eo unde fumus erat obortus, jam lætior pertulit, divinitus dati remedii quaſi veſtigia quædam in propinquo nactum ſe exiſtimans: inque [6] ſolo magis fumante, quam ullas ignis habente reliquias, dum tenacius omen apprehendit, contractis [6] levibus, & quæ fors obtulerat, nutrimentis, pertinaci ſpiritu flammam [8] emovit, calefactamque aquam pueris bibendam dedit. Qua pota, ſalutari quiete ſopiti, diutina vi morbi repente ſunt liberati; pa-

Eretl meminit Virgilius Æneid. VII. Stephano Ἤρητος dicitur, Dionyſio & Straboni Eretum. *Pighius.*

* *Eretum.*] Male in libro Dan. *Fretum* ſcribitur. Servius: *Eretum oppidum eſt dictum à Junone, id eſt, Ἥρας, quæ illic colitur.* Colerus.

1. *Lintre.*] Fluviali nave. *Linter* enim genus eſt naviculæ brevis, fluminibus trajiciendis aptæ. Virgilius:

—— *Cavat arbore lintres.*

2. *Oſtiam.*] Oſtia haud procul eſt ab Urbe, utpote octo millibus paſſuum, defluit Tyberis in mare.

3. *Nocte Concubia.*] Vide ſupra pag. 50.

4. *Martium campum.*] Qui tunc extra urbem fuit: ſicut oſtendit Livius. Dicit enim: Tarquiniorum ager, qui inter urbem & Tyberim fuit conſecratus, Marti, Martius deinde campus fuit, &c.

5. *Terentum.*] Hoc etiam oſtendit Servius. Dicit enim partem aliquam Tyberis in urbe appellari Terentum. quod Ovidius quoque teſtatur in lib. Faſtor. ubi inquit:

Jamque ratem monitu doctæ Carmentis ad artem
Egerat, & Thuſcis obvius ibat aquis.
Fluminis illa latus, cui ſunt vada juncta Terenti,
Aſpicit, & ſparſas per loca ſola caſas.

Oliver. *Terentum.*] Lib. Dan. *Tarentum.* Male item. Terentum Ovidius vocat, & Martialis libro 10.

Bis mea Romano ſpectata eſt vita Terento.

Eidem Terentos lib. 1.

Cœpit, Maxime, Pana quæ ſolebat
Nunc oſtendere Caninum Terentos.

Lib. 4. Epigram 1.

Et quæ Romuleus ſacra Terentus habet.

Auſonius:

Trina Terentino celebrata trinoctia ludo.

Errat igitur vir magnus Ludovicus Vives, idemque doctiſſimus & eloquentiſſimus Hiſpanorum, qui civitatem *Tarentum* pro *Terento* illo in campo Martio accipit, terſiſſimis illis commentariis ad Auguſtinum de Civ. Dei. Feſtus: *Terentus locus in campo Martio, &c.* Coler.

6. *Solo magis fumante.*] Locus ille fumabat, nec tamen ulla ſigna apparebant exhalantis ignis.

7. *Levibus, &c. nutrimentis.*] Id eſt, fortis ignis.

8. *Emovit.*] Id eſt, elicuit pertinaci ſpiritu, id eſt, continuo flatu, flammam.

1. *Vidiſſe*

ti; patrique indicaverunt,[1] vidiſſe ſe in ſomniis, quos neſcio Deorum, ſpongia corpora ſua pertergere, & præcipere ut ad Ditis patris & Proſerpinæ aram, à qua fuerat potio ipſis allata, [2] furvæ hoſtiæ immolarentur, [3] lectiſternia ludique nocturni fierent. Is quod eo loci nullam aram viderat, deſiderari credens, ut à ſe conſtrueretur; aram empturus in Urbem perrexit, relictis qui fundamentorum conſtituendorum gratia terram [4] ad ſolidum foderent. Hi domini imperium exequentes, cum [5] ad xx. pedum [6] altitudinem humo egeſta perveniſſent; animadverterunt aram Diti patri, Proſerpinæque inſcriptam. Hoc poſtquam Valeſius nunciante ſervo accepit, omiſſo emendæ aræ propoſito, hoſtias nigras, quæ antiquitus furvæ dicebantur, Terenti immolavit, ludos & lectiſternia, continuis tribus noctibus, [7] quia totidem filii periculo liberati erant, fecit.

[8] Cujus exemplum * Valerius Poplicola, qui primus conſul

1. *Vidiſſe ſe in ſomniis, quos neſcio Deorum.*] Libri duo è meis: *in ſomniis à neſcio quo Deorum.* ſtatimque *prætergi, & præcipi.* Recte, ut opinor, certe ad Zoſimi mentem, qui lib. 2. unum aliquem magnum virum & divinam formam præferentem, apparuiſſe vult, non, ut vulgata Valeriana lectio ſuadet plures. *Lipſius.*

2. *Furvæ hoſtiæ.*] Nigræ. Antiqui ſuperis immolabant alba animalia, inferis vero nigra. Virgilius lib. VI.

Duc nigras pecudes, ea prima piacula ſunto.

3. *Lectiſternia.*] Quia tribus continuis noctibus ea ſacrificia fiebant. Dicebantur autem lectiſternia à ſtruendis lectis, quibus Deorum ſimulacra ſuperi imponebantur. ergo lectiſternia, quibus ſe ſternentes tota nocte vigilabant.

4. *Ad ſolitum.*] Id eſt, profundum, ubi ſolidum ſolet eſſe ædificiorum fundamentum.

5. *Ad xx. pedum altitudinem.*] Alta hæc foſſio: verius fuerit, *denûm pedum.* Lipſius.

6. *Altitudinem*] Scil. profunditatem: nam altitudo tam de faſtigio, quam de profundo dicitur. Unde *Cœlumque profundum* dixêre Poëtæ; & *Altum mare:* nam *altum* & ſuperiorem & inferiorem altitudinem ſignificat, teſte Servio, quia menſuræ nomen eſt altitudo; ſicut etiam faſtigium dicimus plerumque profunditatem. Virgilius:

Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæras. Oliv.

7. *Quia totidem filii.*] Lib. Colmarienſis: *totidem liberi.* Rectius, meo animo. Fuerunt enim duo filii & una filia. *Colerus.*

8. *Cujus exemplum.*] Valeſius ludos & ſolennia ſecularia fecit liberorum cauſa. At Valerius Publicola liberandæ civitatis gratia, quæ peſte graviter corrupta fuerat. Hic fuit Valerius ille, qui exactis regibus primus in urbe conſulatum geſſit cum Junio Bruto. Nam Collatinus Lucretiæ conjunx cum Bruto creatus ob nomen & genus regium coactus eſt abdicare ſe magiſtratu, & urbe excedere, quoniam de gente

tum) ac [1] lintre [2] Oſtiam petens, [3] nocte concubia ad [4] Martium campum appulit. Scientibuſque ægris ſuccurrere cupiens, igne in navigio non ſuppetente; ex gubernatore cognoſcit, haud procul apparere fumum. Et ab eo juſſus egredi [5] Terentum (id ei loco nomen eſt) cupide arrepto calice, aquam flumine hauſtam, eo unde fumus erat obortus, jam lætior pertulit, divinitus dati remedii quaſi veſtigia quædam in propinquo nactum ſe exiſtimans: inque [6] ſolo magis fumante, quam ullas ignis habente reliquias, dum tenacius omen apprehendit, contractis [6] levibus, & quæ fors obtulerat, nutrimentis, pertinaci ſpiritu flammam [8] emovit, calefactamque aquam pueris bibendam dedit. Qua pota, ſalutari quiete ſopiti, diutina vi morbi repente ſunt liberati; pa-

Ereti meminit Virgilius Æneid. VII. Stephano Ἤρητος dicitur, Dionyſio & Straboni Eretum. *Pighius.*

* *Eretum.*] Male in libro Dan. *Fretum* ſcribitur. Servius: *Eretum oppidum eſt dictum à Junone, id eſt, Ἥρας, quæ illic colitur.* Colerus.

1. *Lintre.*] Fluviali nave. *Linter* enim genus eſt naviculæ brevis, fluminibus trajiciendis aptæ. Virgilius:

—— Cavat arbore lintres.

2. *Oſtiam.*] Oſtia haud procul eſt ab Urbe, utpote octo millibus paſſuum, defluit Tyberis in mare.

3. *Nocte Concubia.*] Vide ſupra pag. 50.

4. *Martium campum*] Qui tunc extra urbem fuit: ſicut oſtendit Livius. Dicit enim: Tarquiniorum ager, qui inter urbem & Tyberim fuit conſecratus, Marti, Martius deinde campus fuit, &c.

5. *Terentum.*] Hoc etiam oſtendit Servius. Dicit enim partem aliquam Tyberis in urbe appellari Terentum. quod Ovidius quoque teſtatur in lib. Faſtor. ubi inquit:

Jamque ratem monitu doctæ Carmentis ad artem
Egerat, & Thuſcis obvius ibat aquis.
Fluminis illa latus, cui ſunt vada juncta Terenti,
Aſpicit, & ſparſas per loca ſola caſas.

Oliver. *Terentum.*] Lib. Dan. *Tarentum.* Male item. Terentum Ovidius vocat, & Martialis libro 10.

Bis mea Romano ſpectata eſt vita Terento.

Eidem Terentos lib. 1.

Cœpit, Maxime, Pana quæ ſolebat
Nunc oſtendere Canium Terentos.

Lib. 4. Epigram 1.

Et quæ Romuleus ſacra Terentus habet.

Auſonius:

Trina Terentino celebrata trinoctia ludo.

Errat igitur vir magnus Ludovicus Vives, idemque doctiſſimus & eloquentiſſimus Hiſpanorum, qui civitatem *Tarentum* pro *Terento* illo in campo Martio accipit, terſiſſimis illis commentariis ad Auguſtinum de Civ. Dei. Feſtus: *Terentus locus in campo Martio, &c.* Coler.

6. *Solo magis fumante.*] Locus ille fumabat, nec tamen ulla ſigna apparebant exhalantis ignis.

7. *Levibus, &c. nutrimentis.*] Id eſt, fortis ignis.

8. *Emovit.*] Id eſt, elicuit pertinaci ſpiritu, id eſt, continuo flatu, flammam.

1. *Vidiſſe*

ti; patrique indicaverunt,[1] vidiſſe ſe in ſomniis, quos neſcio Deorum, ſpongia corpora ſua pertergere, & præcipere ut ad Ditis patris & Proſerpinæ aram, à qua fuerat potio ipſis allata, [2] furvæ hoſtiæ immolarentur, [3] lectiſternia ludique nocturni fierent. Is quod eo loci nullam aram viderat, deſiderari credens, ut à ſe conſtrueretur; aram empturus in Urbem perrexit, relictis qui fundamentorum conſtituendorum gratia terram [4] ad ſolidum foderent. Hi domini imperium exequentes, cum [5] ad xx. pedum [6] altitudinem humo egeſta perveniſſent; animadverterunt aram Diti patri, Proſerpinæque inſcriptam. Hoc poſtquam Valeſius nunciante ſervo accepit, omiſſo emendæ aræ propoſito, hoſtias nigras, quæ antiquitus furvæ dicebantur, Terenti immolavit, ludos & lectiſternia, continuis tribus noctibus, [7] quia totidem filii periculo liberati erant, fecit.

[8] Cujus exemplum * Valerius Poplicola, qui primus conſul

1. *Vidiſſe ſe in ſomniis, quos neſcio Deorum.*] Libri duo è meis: *in ſomniis à neſcio quo Deorum.* ſtatimque *prætergi, & præcipi.* Recte, ut opinor, certe ad Zoſimi mentem, qui lib. 2. unum aliquem magnum virum & divinam formam præferentem, apparuiſſe vult, non, ut vulgata Valeriana lectio ſuadet plures. *Lipſius.*

2. *Furvæ hoſtiæ.*] Nigræ. Antiqui ſuperis immolabant alba animalia, inferis vero nigra. Virgilius lib. VI.

Duc nigras pecudes, ea prima piacula ſunto.

3. *Lectiſternia.*] Quia tribus continuis noctibus ea ſacrificia fiebant. Dicebantur autem lectiſternia à ſtruendis lectis, quibus Deorum ſimulacra ſuperi imponebantur. ergo lectiſternia, quibus ſe ſternentes tota nocte vigilabant.

4. *Ad ſolitum.*] Id eſt, profundum, ubi ſolidum ſolet eſſe ædificiorum fundamentum.

5. *Ad xx. pedum altitudinem.*] Alta hæc foſſio: verius fuerit, *denûm pedum.* Lipſius.

6. *Altitudinem*] Scil. profunditatem: nam altitudo tam de faſtigio, quam de profundo dicitur. Unde *Cælumque profundum* dixêre Poëtæ; & *Altum mare:* nam *altum* & ſuperiorem & inferiorem altitudinem ſignificat, teſte Servio, quia menſuræ nomen eſt altitudo; ſicut etiam faſtigium dicimus plerumque profunditatem. Virgilius:

Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæras. Oliv.

7. *Quia totidem filii.*] Lib. Colmarienſis: *totidem liberi.* Rectius, meo animo. Fuerunt enim duo filii & una filia. *Colerus.*

8. *Cujus exemplum.*] Valeſius ludos & ſolennia ſecularia fecit liberorum cauſa. At Valerius Publicola liberandæ civitatis gratia, quæ peſte graviter corrupta fuerat. Hic fuit Valerius ille, qui exactis regibus primus in urbe conſulatum geſſit cum Junio Bruto. Nam Collatinus Lucretiæ conjunx cum Bruto creatus ob nomen & genus regium coactus eſt abdicare ſe magiſtratu, & urbe excedere, quoniam de gente

 Tarqui-

ſul fuit, ſtudio ſuccurrendi civibus, ſecutus, apud eandem aram [1] publice nuncupatis votis, cæſiſque atris bubus, Diti maribus, feminis Proſerpinæ, lectiſternioque, ac ludis trinoctio factis, aram terra, ut ante fuerat, obruit.

6.[2] Religionem ludorum creſcentibus opibus ſecuta lautitia eſt. Ejus inſtinctu [3] Q. Catulus [4] Campanam imitatus luxuriam, primus ſpectantium[5] conſeſſum[6] velorum umbraculis texit. [7] Cn. Pompejus ante omnes,* aquæ per ſemitas decurſu,

Tarquinia foret, hic illi deinde ſucceſſit. *Oliv.*

* *Valerius poplicola.*] Contigit A. U. CCXLIX.

1. *Publice nuncupatis votis.*] Solebant veteres vota jam ſuſcepta ſcriptis, ſubſignatiſque tabulis confirmare, atque ipſas ſæpe tabulas Deorum, quibus voverant, genibus cera affigere. Juvenalis Satyra X.

Ergo ſupervacua, aut pernicioſa petuntur,
Propter quæ fas eſt genua incerare Deorum.

Plinius Epiſtola ad Trajanum: *Sollemnia vota pro incolumitate tua, qua publica ſalus continetur, & ſuſcipimus, Domine, & ſolvimus, precati Deos, ut velint ea ſemper ſolvi, ſemperque ſignari.* Adde tot veterum numiſmatum inſcriptiones, VOTA PVBLICA, VOTA SVSCEPTA, VOTA SOLVTA. *Torrent.*

2. *Religionem ludorum creſcentibus opibus ſecuta lautitia eſt.*] Quamvis nulli accedant manuſcriptorum librorum calculi; pro *lætitia* tamen repono *lautitia.* vim namque dictionis non intellexerunt ſcioli, qui illam mutarunt. Non enim ſolummodo *lautitia* eſt in epulis, verum etiam in omni cultu atque apparatu vitæ, quam Græci πολυτέλειαν appellant. Sic Q. Hortenſius orator apud Nonium; *Quæcunque ſit lautitia, cui victum elegantem magnifice, neque minus quam deceret, colere inſtituiſſent.* Sic *lautos* vocat Verris comites Cicero Actione 2. hoc eſt, ſplendidos ac ſumptuoſos. Appoſitiſſime igitur Valerius noſter *lautitiam* dicit *ludorum*; narrare volens breviter ac ſuccincte, quinam Romanorum ludis ſuis ſolito majores ſumptus, profuſioremque magnificentiam adjecerint. Nec aliter ipſe poſtea, ubi de Spartanis lege Lycurgi ab Aſia exulantibus. Audierat enim lautitiam inde, & immodicos ſumptus & omnia non neceſſariæ voluptatis genera fluxiſſe. Atqui Valerio familiare eſt vocabulum, *lautitia*, item *lautus*. Pigh. Contigit varia Spectaculorum luxuria A. U. DCLXXV. DCXXCIIX. DCIIV. DCXXCIV. DCLXXIV. DCXC. CDXCV.

3. *Q. Catulus.*] Plinius lib. XV. *Primus omnium Catulus linteis in theatro umbram fecit, & byſſinæ vela, primus in theatrum duxit.*

4. *Campanam imitatus luxuriam*] Quia & ipſi Campani omnium rerum opulentia abundantes ejuſmodi apparatibus utebantur.

5. *Conſeſſum.*] Multitudinem ſimul ſedentium.

6. *Velorum umbraculis.*] Hoc opus Q. Catuli, cum Capitolium dedicaret, ut ſcribit Plinius. Servius: *Scena* ἀπὸ τῆς σκιᾶς. *apud antiquos enim theatri ſcena parietem non habebat: ſed de frondibus umbracula quærebant.* Colerus.

7. *Cneius Pompejus.*] Noto de hoc Pompeio, quia ſcriptum alibi haud facile reperias. Hinc etiam Circi irrigatio, de qua Frontinus. *Idem.*

* *Aqua,*

decurſu, æſtivum minuit fervorem. [1] C. Pulcher ſcenam varietate colorum adumbravit,[2] vacuis ante pictura tabulis extentam. Quam totam argento C. Antonius, [3] auro Petrejus, ebore Q Catulus [4] prætexuit. [5] Verſatilem fecerunt Luculli. [6] Argentatis [7] choragiis [8] P. Lentulus Spinther adornavit. [9] Tranſlatum antea Pœniceis indutum tunicis [1] M.Scau-

* *Aquæ, &c. decurſu.*] Aquam rivulis deduxit per theatrum.

1. *Claudius Pulcher ſcenam varietate.*] In Atrebatenſi, Gemblacenſi, & Suſiano, *Cl. Pulcher*; in Campenſi Cod. *Pulcher*. Recte. Patruus enim fuit P. Clodii, de cujus ornatiſſima ædilitate vide, quæ nos in magiſtratuum Annalibus. Et ſane duo fuerunt fratres Claudii Pulchri, ludorum magoificentia ambo celebres, quorum meminit Cicero Offic. II. & de Aruſp Reſponſ. *Pighius.*

2. *Vacuis ante.*] Præfero ſcripturam lib. Daniel. *Vacuis ante picturam tabulis extentis*, id eſt, vacuis pictura tabulis extentis. *Colerus.*

3. *Auro Petreius.*] Alexander ab Alexandro lib. xv. cap. 16. hunc locum Valerii deſcribens, legit, *auro Trebonius.* Vetus commentator Valerii anootavit in vett. exemplaribus ſcriptum fuiſſe, *P. Cethegus*; & in altero, *P. Reteius.* Mihi placet vulgata lectio. De Antonio Cicero pro Muræna. *Coler.*

4. *Prætexuit.*] Id eſt, incruſtavit.

5. *Verſatilem fecerunt.*] Duplex erat ſcena. Verſatilis, cum tota machiois quibuſdam ſubito vertebatur, & aliam atque aliam picturæ ſpeciem oſteodebat. Ductilis, cum hac atque illac ducta & jacta tota omnis pictura nudabatur interior, & ſicut Servius ait in Georg. Virg. lib. III. exponens carmen illud,

Vel ſcena ut verſis diſcedat frontibus, utque
Purpurea intexti tollant Aulæa Britanni.

Verſatilem fecerunt.] Contaminatiſſimus eſt locus hic atque fœde puerilibus interpretamentis conſpurcatus, quem nemo tamen quod ſciam hactenus emendavit. Nos manuſcriptorum librorum auxilio veram lectionem repperiſſe videmur. In Campenſi autem & Gemblacenſi legitur, *Verſatilem fecerunt Lucani argentatis choragiis, &c.* Cetera omnia quæ in vulgatis habentur ut ſuppoſititia eradenda, atroque ſtylo conficienda ſunt, neque enim in ullis maouſcriptis extant. Nam in Wincheliano, Pulmanniano, & Cauchiano ſic legitur, *Verſatilem fecerunt lucum argentatis, &c.* At in Attebatenſi, *Verſatilem fecerunt Lucani, argentatis, &c.* Suſianus autem liber hoc nomen velut vitioſum ac iocognitum præterit. Ex his colligo reſtituendum atque legendum eſſe, *Verſatilem fecerunt Luculli, argentatis choragiis P. Lentulus Spinther adornavit.* Conſtat enim L. & M. Lucullos fratres ſimul ædiles fuiſſe, ludoſque magnificentiſſimos dediſſe, ut in annalibus noſtris demonſtravi latius. Verſatiles ſcenas duas poſtea fecit C. Curio filius, quas graphice deſcribit Plinius lib. XXXVI. cap. 15. *Pighius.*

6. *Argentatis choragiis.*] Plinius ait Lentulum carbaſioa in theatro vela duxiſſe ludis Apollinaribus. *Coler.*

7. *Choragiis.*] Choragia dicuntur inſtrumenta ſcenarum. Χωρήγια, id eſt, apparatus à multitudine mimorum.

8. *Lentulus Spinther.*] Qui mimo ſibi perſimili in ſuo conſulatu viveoti cognominatus eſt. Fuit autem tempore Ciceronis, ut videre poſſumus io Epiſtolis ad Atticum.

9. *Tranſlatum antea Pœniceis indutum tunicis.*] In Manuſcriptis, *Punicis.* In Atrebatenſi, *Pœniceis.* Antique, velut in trium-

[1] M. Scaurus exquiſito genere veſtis cultum induxit.

7. [2] Gladiatorium munus primum Romæ datum eſt [3] in foro boario, Ap. Claudio, M. Fulvio Coſs. dederunt [4] M. & D. Bruti, funebri memoria patris cineres honorando. [5] Athletarum certamen à M. Scauri tractum eſt munificentia.

CAP. V.

in triumphalibus Romani: NAVALEM. EGIT. DE. SICVLIS. ET. CLASSE. POENICA. Et Lucretius II.

Purpura Pœniceuſque color.

Tranſlatam appellare videtur Valerius Ludionum infimam ac vulgarem illam turbam, quæ ſæpius per ſcenam hinc inde transferebantur pro Ludorum occaſione. Hinc tranſlatitia, vel tranſlatiiva dicuntur quæcunque vulgaria, plebeia, ac vilia: ἐγκύκλια καὶ ἀγοραῖα Græcis, nempe circumforanea, vel, ut ita dicam, circulatoria. In qua ſignificatione tranſlativa officia vulgaria appellat Plinius in Epiſtolis, & Cicero Verrina II. tranſlatitium edictum; quippe non novum, ſed aliunde tranſlatum, ut auctor Pædianus. *Pighius. Tranſlatum.*] Pighius exponit Ludionum infimam & vulgarem illam turbam. Lipſius legit, *Tránſlaticium*, id eſt, receptum & crebrum, cui pæne adſentior. Hinc Phædro, fabularum Æſopicarum interpreti, lucem facio, lib. v. fab. 88.

Aulæo miſſo, devolutis tonitribus,
Dì ſunt locuti more tranſlatitio.

More tranſlatitio, id eſt, more in Fabulis ſeu Comœdiis recepto. *Coler.*

1. *M. Scaurus.*] Plurimum hic ad ſcenæ ornatum contulit. Hinc titulus Varronianus. De Scenicis Originibus, ſive Scaurus, quem librum citat Servius ad 3. Æneid. *Coler.*

2. *Gladiatorium munus.*] Origo Gladiatorum à re funebri: exemplum ab Hetruſcis. At fortaſſe Hetruſci ipſi à Græcis. Undecunque exemplum, cauſa tamen & origo Funus. Nam quoniam olim animas defunctorum humano ſanguine propitiari creditum erat, captivos vel alto ingenio ſervos mercati in exſequiis immolabant. Poſtea placuit impietatem voluptate adumbrare: itaque quos paraverant, armis quibus tunc & qualiter poterant eruditos, mox edicto die feriarum, apud tumulos erogabant. Hæc muneris origo. Atque Gladiatores illi à buſti cineribus *Buſtuarii* dicti. *Lipſius. Gladiatorium munus.*] Vulgo, *gladiatorum*, quod *gladiatorium* Livio aliiſque dicitur; non enim gladiatorum munus illud erat, ſed ejus qui gladiatores pugnantes populo exhibebat. *Pigh.* Contigit A. U. CDXXCIX. DCXCV.

3. *In foro Boario.*] Vide ſupra pagina 63.

4. *M. & D. Bruti.*] Florus tantum *Decium* nominat, in Epitome: *Decius Junius Brutus in honorem defuncti patris munus gladiatorium edidit primus.* Colerus. *M. & Decius filii Bruti.*] Malo ex U. C. *M. & D. Junii Bruti*; atque is modus ſcribendi antiquus. Quo loco & prænomen conſulis Fulvii eſt corrigendum, ſicut in Annalibus docui. *Pighius.*

5. *Athletarum.*] Athletæ ſunt, qui lacertis & brachiis inter ſe luctantur. Vide Mercurialem de Arte Gymnaſtica.

1. *Statuam*

CAP. V.

DE FRUGALITATE ET INNOCENTIA.

1. *Prima aurata ſtatua in urbe.*
2. *Ius civile cum faſtis promulgatum.*
3. *Veneficii prima quæſtio.*
4. *Tibicinum Quinquatria prima.*
5. *Frugalis antiquorum victus.*
6. *Febris Deæ ſacella in urbe.*

1. [1] STatuam auratam nec in urbe, nec in ulla parte Italiæ quiſquam prius aſpexit, quam à M. Acilio Glabrione equeſtris patri poneretur in [2] æde Pietatis: Eam autem ædem P. Cornelio Lentulo, & [3] M. Bæbio Tamphilo Coss. [4] ipſe dedicavit, quia pater compos voti factus, rege Antiocho [5] apud Thermopylas ſuperato.

2. [1] Jus

1. *Statuam auratam.*] Nam M. Acilius in honorem patris ſui Glabrionis ſtatuam erexit, qui Antiochum regem Philippo juvante ex Aſia pepulit, idem etiam Ætolos vicit, & ad honorem victoriarum, quas proſecutus erat, nunc pellendo ex Aſia Antiochum, nunc Ætolos ſubigendo, ſtatuam erexit: nec enim aureæ unquam ſtatuæ erectæ fuerant his, qui rem bene geſſiſſent. *Oliver.* Contigit A. V. DLXXII.

2. *Æde Pietatis.*] Nunc S. Salvatoris de Pietate. Julius obſequens ponit in Circo Flaminio, Victor in foro holitorio, Plinius eo loco, ubi poſtea theatrum Marcelli fuit. Unius loci varia deſignatio, ab adjacentium locorum vicinitate ſumpta. Aliquando eodem in loco carcer plebis fuit, in quo cum filia matrem vinctam ſuis uberibus aluiſſet, impunitas illi conceſſa, & locus Pietatis numini dicatus eſt. *Georg. Fabritius.*

3. *M. Bæbio.*] Contigit A. V. DLXII.

4. *Ipſe dedicavit, quia pater compos votis.*] Hic denuo plagam inflixit Valerio librariorum ignorantiâ, quam ex Livio, atque Campenſis exemplaris ſcholiolis ita ſanandam arbitror, *Ipſe dedicavit, quia pater compos voti factus.* Sic enim Livius: *Quæ prima omnium in Italia eſt ſtatuta aurata, patri Glabrioni poſuit. Is erat, qui eam voverat, quo die cum rege Antiocho ad Thermopylas pugnâſſet.* Pighius.

5. *Apud Thermopylas.*] Thermopylæ ſunt anguſtiæ quædam Oetæ, ut vult Strabo lib. IX. in deſcriptione montis Oetæ, quæ Græciam eo pacto dividit, quo Apenninus Italiam. Dicit enim: *Hi vero Oetam montem poſſidebant, mons ipſe ab oriente ac Thermopylis in occidentem uſque ſinum Ambracium ſe extendit, quodam etiam modo per lineas rectas mons iſte montanam ſcindit regionem, à Parnaſſo uſque ad Pindum, Barbaroſque ſuperjacentes. Iſtius pars una vergens in Thermopylas Oeta vocatur, longitudinis ad ſtadia CC. aſperitatis & celſitudinis non mediocris. Longe autem excellentiſſimus ad Thermopylarum tractum; ibi ei cacumen attollitur, & in rupes acutas, prærupta, præcipiteſque finitur, parvum & anguſtum viatoribus à littore Locros petentibus, & ex Theſſalia derelinquit tranſitum: pylas, id eſt,*

 portas,

2. [1] Jus civile per multa ſæcula inter ſacra ceremoniaſque Deorum immortalium abditum, ſoliſque pontificibus notum,[2] Cn. Flavius libertino patre genitus,[3] & ſcriba, cum ingenti nobilitatis indignatione factus ædilis curulis, vulgavit, ac [4] faſtos pene toto foro expoſuit. Qui cum ad viſendum

portas, & anguſtias vocitant atque Thermopylas. Sunt enim ibi prope thermæ, id eſt, calidæ aquæ magno in honore, ut Herculi conſecratæ. Livius vero lib. v. de Bello Macedonico dicit montem eſſe longiſſimum, qui mediam ita Græciam dividit, ſicut Apenninus ſuo dorſo ſcindit Italiam.

1. *Jus civile.*] Hoc etiam Livius narrat ab urbe condita lib. IX. dicens: *Cn. Flavius jus civile in penetralibus repoſitum vulgavit; Faſtos in albo poſuit, ut quando cum populo agi liceret, ſciri poſſet.* Gellius ex Piſonis Annalibus: *Cn.* inquit, *Flavius patre libertino natus, ſcriptum faciebat; iſque eo tempore ædili curuli apparebat, quo tempore ædiles ſurrogabantur, eumque pro tribu ædilem curulem renunciarunt: at ædilis, qui comitia habebat, negat accipere, neque ſibi placere, qui ſcriptum faceret eum ædilem fieri. Cn. Flavius Annii filius dicitur tabulas poſuiſſe; ſcriptu ſeſe abdicaſſe: iſque ædilis curulis factus eſt. Idem Cn. Flavius Annii filius dicitur ad collegam veniſſe viſere ægrotum; &, in conclave poſtquam introivit, adoleſcentes ibi complures nobiles ſedebant, contemnentes eum: aſſurgere ei nemo voluit. Cn. Flavius Annii filius id arriſiſſe dicitur, ſellamque curulem juſſit ſibi afferri, eam in limine appoſuit, ne quis illorum exire poſſet, utique hi omnes inviti viderent ſeſe in ſella curuli ſedentem.* Oliver. Contigit A. V. CDXLIX.

2. *Cn. Flavius, &c.*] Ita JC. L. 2. de Orig. Jur. §. 6. Omnium tamen harum & interpretandi ſcientia & Actiones, apud Collegium Pontificum erant: ex quibus conſtituebantur, quis quoque anno præeſſet privatus: & populus prope centum annis hac conſuetudine uſus eſt. Poſtea cum Appius Claudius propoſuiſſet, & ad formam redegiſſet has Actiones, Cn. Flavius ſcriba ejus, libertini filius, ſubreptum librum populo tradidit. & adeo gratum fuit id munus populo, ut Tribunus plebis fieret, & Senator, & Ædilis curulis.

3. *Et ſcriba.*] An Ædilitius? fortaſſis. nam & Ædiles ſuos ſcribas æque ac Prætores & Conſules habebant. Piſo in Annalibus Cn. Flavium Annii filium, eumque ait, ſcriptum feciſſe phraſi antiquaria. Scribam Lucillius *Scripturarium* appellat apud Nonium, ſi bene memini. *Coler.*

4. *Faſtos.*] Faſti libri erant, in quibus continebantur dies quibus cum populo agi liceret, & quibus non liceret: ſed à potiori denominati ſunt, ſcilicet à fando; nam dies quibus cum populo fari licebat, faſti; quibus vero non, nefaſti. Cicero pro Muræna: *Faſtos,* inquit, *vulgus non habebat, erant in magna potentia, qui conſulebantur, a quibus etiam dies tanquam à Chaldæis petebantur, inventus eſt ſcriba Cneus Flavius, qui cornicum oculos confixerit, & ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuerit.* Plinius lib. XXXIII. *Frequentior autem uſus annulorum non ante Cneum Flavium deprehenditur. Hic namque publicatis diebus faſtis, quos populus à paucis principum quotidie petebat, tantam gratiam plebis adeptus eſt; alioqui libertino patre genitus, & ipſe Appii Cæci ſcriba, cujus hortatu exceperat eos dies conſultando aſſidue ſagaci ingenio, promulgaveratque, ut Ædilis curulis crearetur cum Q. Antio Præneſtino, qui paucis ante diebus hoſtis fuerat, præteritis C. Petilio & Domitio, quorum patres Conſules fuerant. Additum Flavio, ut ſimul-*

ſendum ægrum collegam ſuum veniret, neque à nobilibus, quorum frequentia cubiculum erat completum, ſedendi loco reciperetur: [1] ſellam curulem afferri juſſit, & in ea honorum pariter atque contemptus ſui vindex, conſedit.

3. [2] Veneficii quæſtio & moribus, & legibus Romanis ignota, complurium matronarum patefacto ſcelere orta eſt: Quæ cum viros ſuos clandeſtinis inſidiis veneno perimerent, unius ancillæ indicio protractæ; [3] pars capitali judicio damnatæ, [4] centum ſeptuaginta numerum expleverunt.

4. Tibicinum quoque collegium ſolet in foro vulgi oculos

mul tribunus plebis eſſet, quo facto tanta Senatus indignatione exarſit, ut annulos ob ea abjectos fuiſſe, in antiquiſſimis reperiatur annalibus. Oliv.

1. *Sellam curulem.*] Sella curulis appellatur vel à Curibus civitate Sabinorum, unde hoe genus tractum eſt à Romanis, ſicut & toga prætexta; vel quia ſellæ illi rotæ ſubjectæ eſſent, ut in quamcunque partem civitatis vehi & impelli poſſet. Nam quia juriſdictionem habebant, & civitas magna erat, ideo multis in locis jura dare cogebantur. *Idem.*

2. *Veneficii.*] Livius quoque lib. VIII. *Cum primores*, inquit, *civitatis ſimilibus morbis eodem ferme omnes eventu morerentur, ancilla quædam ad Q. Fabium Maximum Ædilem curulem indicatura ſe cauſam publicæ peſtis profeſſa eſt, ſi ab eo ſibi fides data eſſet, haud futurum noxæ indicium. Fabius confeſtim rem ad Conſules, Conſules ad Senatum referunt; conſenſuque ordinis fides indici data. Tum patefactum eſt, muliebri fraude urbem premi, mulieresque ea venena coquere; & ſi ſe ſequi extemplo velint, manifeſto, deprehendi poſſe. Secuti indicem, & coquentes quaſdam medicamenta & recondita alia invenerunt. Quibus in forum delatis, & viginti matronis, apud quas deprehenſa erant, per viatorem accitis, duæ ex eis Cornelia ac Servilia patritiæ utraque gentis, cum ea medicamenta ſalubria eſſe contenderent, ab confutante indice bibere juſſæ, ut ſe falſum commentam arguerent ſpatio ad colloquendum ſumpto, quum ſummoto populo in conſpectu omnium rem ad cæteras retuliſſent, haud abnuentibus & bibere, epoto medicamento, ſuamet ipſæ fraude omnes interierunt. Comprehenſæ extemplo earum comites, magnum numerum matronarum indicarunt: ex quibus ad centum ſeptuaginta damnatæ; neque de Veneficiis ante eam diem Romæ quæſitum eſt.* Oliver. Contigit A.V. CDXXII.

3. *Pars capitali.*] Centum & ſeptuaginta fuerunt capitali ſupplicio affectæ propter admiſſum ſcelus, & hæ potiſſimum fuere pauperes; aliarum vero pœna permiſſa fuit earum maritis, propter infamiam & dedecus. *Oliv.*

4. *Centum ſeptuaginta.*] Oroſius ampliorem numerum colligit, nimitum CCCLXXX. hic quidem duplo major. Auguſtin. lib. 3. de Civ. Dei cap. 17. ſupra fidem multas fuiſſe ſcribit. *Colerus.*

5. *Tibicinum quoque collegium.*] Livius: *Tibicines*, inquit, *prohibiti à proximis cenſoribus erant in æde Jovis veſci, quod traditum antiquitus erat, ægre paſſi, Tybur uno agmine abierunt, adeo ut nemo in urbe eſſet, qui ſacrificiis præcineret. Ejus rei religio tenuit Senatum, legatos Tybur miſerunt, ut darent operam, ut hi homines Romanis reſtituerentur. Tyburtini benigne polliciti primum accitos eos in curiam, hortati ſunt, ut reverterentur Romam. Poſtquam impelli nequibant, conſilio haud abhorrente ab ingeniis hominum eos aggrediuntur, die feſto, alii alios*

per

oculos in ſe convertere, cum inter publicas [1] privataſque ferias, actiones, perſonis tecto capite, variaque veſte velatis, concentuſque edit. Inde tracta licentia. Quondam vetiti in æde Jovis, quod priſco more factitaverant, veſci, [2] Tibur irati ſe contulerunt. Quorum miniſterio ſenatus deſerta ſacra non æquo animo ferens, per legatos à Tiburtibus petiit, ut eos gratia ſua Romanis templis reſtituerent. Quos illi in propoſito perſeverantes, interpoſitæ feſtæ epulationis ſimulatione, mero ſomnoque ſopitos, plauſtris in Urbem devehendos curaverunt: quibus & [3] honos priſtinus reſtitutus, & hujuſce luſus jus eſt datum. Perſonarum uſus, pudorem circumventæ temulentiæ cauſam habet.

5. Fuit etiam illa ſimplicitas antiquorum in cibo capiendo, humanitatis ſimul & continentiæ certiſſima index. Nam maximis viris [4] prandere & cœnare in propatulo, verecundiæ non erat: nec ſane ullas epulas habebant, quas populi oculis ſubjicere erubeſcerent: Erant adeo continentiæ attenti, ut frequentior apud eos [5] pultis uſus, quam panis eſſet. Ideoque in ſacrificiis [6] mola, quæ vocabatur, ex

[2] farre

per ſpeciem celebrandarum cantu epularum cauſa invitant, & vino, cujus avidum ferme hoc genus eſt, oneratos ſopiunt, atque ita in plauſtra vinctos conjiciunt ac Romam deportant, nec prius ſenſere, quam plauſtris in foro relictis, plenos crapulæ eos lux oppreſſit. Tunc concurſus populi factus eſt, impetratoque ut manerent, datum ut triduum quotannis ornati cum cantu, atque hac quæ minime ſolennis eſt licentia, per urbem veherentur, reſtitutumque in æde veſcendi jus iis, qui ſacris præcinerent. De tibicine Ovid. Faſtor. l. VI.

Cur vagus incedit tota tibicem in Urbe?
Quid ſibi perſonæ, quid toga longa volunt? Oliver.

Contigit A. V. CDXLII.

1. *Privataſque ferias.*] Præter publicas ferias, erant quoque privatæ feriæ ſingularum familiarum. Publicæ autem aut erant ſtatæ, quæ ſtato tempore redibant; Conceptivæ, quæ quotannis à Magiſtratibus vel Sacerdotibus concipiebantur, in dies vel certos vel etiam incertos. Imperativæ, quæ pro re nata indicebantur, denique nundinæ, cum mercis cauſa conveniebant. Vide Macrobium lib. 1. cap. 16. Vide Ovid. & ad eum locum Neapolis commentaria.

2. *Tibur.*] Civitas in Sabinis Stephano, decimo ſexto ab Urbe lapide.

3. *Honos priſtinus.*] Ut nimirum tibicines iterum in æde Jovis veſcerentur.

4. *Prandere.*] Hinc apparet etiam prandia antiquis in uſu fuiſſe.

5. *Pultis.*] Genus cibi eſt, quod ex farina & aqua mixto ſale conficitur.

6. *Mola.*] Ovidius de Faſtis hoc idem oſtendit, dicens:

Ante Deos homini quod conciliare valebat,
Far erat, & puri lucida mica ſalis.

Mola, quæ vocabatur.] Editio Veneta *Quæ vocatur.* melius nam & Valerii

zvo

[1] farre & ſale conſtat:exta farre ſparguntur:[2] & pullis,quibus auſpicia petuntur,puls objicitur : primitus enim ex [3] libamentis victus ſui Deos eo efficacius, quo ſimplicius placabant.

6. Et ceteros quidem ad benefaciendum venerabantur: [4] Febrem autem ad minus nocendum, templis colebant, quorum adhuc unum in Palatio,alterum in [5] area Marianorum monumentorum, tertium in ſumma parte Vici longi extat. In eaque remedia, quæ corporibus ægrorum adnexa fuerant, deferebantur. Hæc ad humanæ mentis [6] æſtus leniendos cum aliqua uſus ratione excogitata, ceterum ſalubritatem ſuam induſtriæ certiſſimo ac fideliſſimo munimento tuebantur: bonæq; valetudinis eorum quaſi quædam mater erat frugalitas, inimica luxurioſis epulis, & aliena nimiæ vini abundantiæ, & ab immoderato Veneris uſu averſa.

CAP. VI.

ævo mola dicebatur. Gloſſarium : Molæ ſalſæ, κελθα, πεφρυγμέναι.

1. *Farre.*] Adoreum juxta Plinium veteres appellavere. Differt ab Halica. Far enim antiquiſſimis temporibus in uſu,Halica recentioris uſus, ut teſtatur Plin. l.xxii.c.25. Idem oſtendit Galen.l.11.de Compoſ.Medic. Aëtius,alii.

2. *Et pullis.*] Nam in cavea pulli ſervabantur ; & quum bellum cum hoſtibus committere vellent, primum auſpicia capiebant objecta pulte, quam ſi ſumpſiſſent, ut pars humum caderet, bonum erat auſpicium; ſi reſpuiſſent, Diis non placere dicebant id bellum ſuſpici. *Oliv.*

3. *Libamentis.*] Libare proprie eſt partem & primitias Diis fundere. *Λείβειν* Græce, Latine ſignificat *fundere*. Quia primam partem libantes in ignem quaſi primitias fundentes ſe Diis ſacrificare dicebant. *Oliv.*

4. *Febrem.*] Ædificia multa habuit Palatinus mons, quorum ne ruinas quidem per vineta,quæ ibi conſita ſunt, diſcernere licet. in eo fanum Febris ſitum fuiſſe, conſtat ex Val. Maximo, & ex Cicerone : *Illud*, inquit, *profecto confiteamini, longe aliter rem ſe habere, atque hominum opinio ſit ; eos enim qui Dii appellantur, rerum naturas eſſe, non figuras Deorum. Qui tantus error fuit, ut pernicioſis etiam rebus non nomen tantum Deorum tribueretur, ſed etiam ſacra conſtituerentur. Febris enim fanum in Palatio videmus.* Et Plin. *Ideoque etiam Febri fanum in Palatio dicatum eſt.* Aram quoque ejuſdem Febris, ædemque Larum, & Curiam Saliorum, in qua cum flagraſſet, inventus eſt lituus Romuli illæſus, in Palatio fuiſſe, idem Cicero teſtatur. *Marlianus.*

5. *Area Marianorum monumentorum.*] Trophæa Marii Cimbrico bello parta, quæ à Sylla disjecta,& à Cæſare Dictatore inſtaurata eſſe commemorat. Suetonius, à dextra viæ Prænestinæ, proprieque D. Juliani ædem extant. Quæ tametſi mutilata, tamen horum in altero thoracem cum clypeis, juveniſque captivi ſimulacrum brachiis poſt tergum revinctis, in altero vero varia belli inſtrumenta adhuc cernuntur. *Marl.*

6. *Æſtus.*] Corporis & animi.

1. Spar-

CAP. VI.

DE EXTERNIS INSTITUTIS.

1. *Spartanorum frugalitas.*
2. *Mos militaris eorundem.*
3. *Athenienſium inſtitutum contra otioſos & inertes.*
4. *Areopagus eorundem.*
5. *Honos virtutis apud eoſdem.*
6. *Ingratitudinis actio apud eoſdem.*
7. *Maſſilienſium inſtituta varia.*
8. *Cejorum venenum publicum.*
9. *Maſſilienſium lex de advenis armatis.*
10. *Gallorum mos in mutuo dando.*
11. *Cimbrorum Celtiberorumque mos in adeundis prœliis.*
12. *Thracum opinio de vita calamitate.*
13. *Lyciorum luctus.*
14. *Indarum fœminarum fidus amor erga maritos.*
15. *Pœnicarum fœminarum proſtitutio.*
16. *Perſarum inſtitutum de educandis liberis.*
17. *Numidarum Regum mos in auctoritate ſervanda.*

1. IDem ſenſit proxima majorum noſtrorum gravitati [1] Spartana civitas: quæ ſeveriſſimis [2] Lycurgi legibus obtemperans, [3] aliquandiu civium ſuorum oculos à contemplanda Aſia retraxit; ne illecebris ejus capti, ad delicatius vitæ genus prolaberentur. Audierant enim lautitiam inde, & immodicos ſumptus, & omnia non neceſſa-

riæ

1. S*Partana civitas.*] Adeo Spartani luxuriæ contemptores & laboris patientes fuêre, ut etiam virginibus eorum, teſte Cicerone libro II. Tuſc. Quæſt. magis palæſtræ pulvis, venaticus labor, & militia in ſtudiis fuerit, fertilitas filiorum.

2. *Lycurgi.*] Optimæ & cordatæ fuere illius leges, adeo ut tota Reſp. Lacædemoniorum virtutis exemplar fuerit. Nullæ divitiæ, niſi in quantum natura deſiderabat, apud illos in pretio fuerũt, avaritia multorum malorum mater exſcindebatur. Uſus auri & argenti, qui peſſimas ut plurimum artes mortales docuit, lege vetitus. Viles nummi ferrei, quantum utilitas poſtulabat, cuſi ſunt. Ita luxuria, omniſque avaritia, & opum & auri furioſa cupido ejecta eſt Reip. Bene erat iis quibus Deus obtulerat parca quod ſatis eſt manu. Pleraſque Reſp. nimis ſecunda fortuna, nimiæ divitiæ peſſum dedêre. Inde cunctæ fere ſcelerum cauſæ, inde mollities animum enervavit, præcipiti via in ſingula fere vitia tranſcurſum, everſa militaris diſciplina, leges conculcatæ. Tanta continentia Laconum Reſpub. octingentos annos ſtetit. Vide Xenophontem de Rep. Lacedæmon. & Thyſii memorabilia, ubi de Republicà Lacedæmoniorum agit.

3. *Aliquandiu.*] Per quingentos annos & amplius ſe ab Aſia abſtinuerunt, continenter viventes legibus nunquam mutatis. Cic. in Orat. pro L. Flacco: *Lacedæmonii*, inquit, *ſoli toto orbe terrarum ſeptingentos annos & amplius ſuis moribus & nunquam mutatis legibus vixerunt.* Oliv.

1. *Ionas*

riæ voluptatis genera fluxiſſe: primoſque [1] Ionas [2] unguenti, coronarumque in convivio dandarum, & ſecundæ menſæ ponendæ conſuetudinem, haud parva luxuriæ irritamenta reperiſſe: Ac minime mirum eſt, quod homines labore ac patientia gaudentes, tenaciſſimos patriæ nervos, externarum deliciarum contagione ſolvi & hebetari noluerunt: cum aliquanto faciliorem virtutis ad luxuriam, quam luxuriæ ad virtutem tranſitum viderent. [3] Quod eos non fruſtra timuiſſe dux ipſorum Pauſanias patefecit, qui [4] maximis operibus editis, ut primum ſe Aſiæ moribus permiſit, fortitudinem ſuam, effeminato ejus cultu, mollire non erubuit.

2. Ejuſdem civitatis exercitus non ante ad dimicandum deſcendere ſolebant; quam [5] tibiæ concentu, & [6] ana-

1. *Ionas.*] Herodotus lib. VIII. Plutarchus in Themiſt. Ortos autem Ionas ab Athenienſibus, notum ex Herodoto lib. I. & aliis. Iones autem non ab Ione, Xuti filio, ſed à Javan nomen accepere: unde & Iaones Homero.

2. *Unguenti, coronarumque.*] Unguento non tantum linebant caput, ſed etiam pedes, ut ex Athenæo liquet pluribus locis. De variis idem quoque agit unguentis, adeo ut unicuique parti corporis idonea attribuerentur ungenta. Nardinum præſtantiſſimum habebatur. Unde Tibullus:

Illius quoque deſtillent tempora nardo.

Coronis quoque, quæ conſtabant variis floribus, unguento delibutis utebantur ad prohibendam ebrietatem. Iis autem coronis utebantur, ut ſcribit Ariſtoteles, *ἐν τοῖς Συμποσίοις διετηρείαν ἢ ἀφθονίαν αἰσθόμενοι τροφῶν.* Sertis autem caput & colla amplectebantur, procula cingebant, etiam ipſa triclinia ornabant.

3. *Quod eos non fruſtra.*] Corroborat exemplo hanc opinionem: nam Pauſanias cum multas magnaſque res geſſiſſet, ubi ſe moribus Aſiaticis dedit, ita corruptus eſt, ut conſilia prodendæ patriæ cum rege Perſarum iniret. Hic Pauſanias cum adverſus Xerxem Perſarum regem opulentiſſimum miſſus, multas atque præclaras inde victorias retuliſſet, & plurimum incrementi Lacedæmoniorum adjeciſſet imperio, ſenſim vitam ſuam in mores Aſiaticos labi permiſit. Deinde eo uſque proceſſit res, ut cum Xerxe ita conveniret, ſe illi imperium Lacedæmoniorum proditurum eſſe, ſi filiam ſibi in matrimonium dediſſet. Id vulgatum cum Lacedæmones reſciiſſent, Pauſaniam ad ſe vocatum inedia mori coëgerunt. *Oliv.*

4. *Maximis operibus editis.*] Qui Mardonium ſatrapam natione Medum, & Perſarum regis generum manu fortem & conſilii plenum, cum ducentis milibus peditum, & viginti equitum, haud ita magna manu apud Platæam vicit. *Oliver.*

5. *Tibiæ concentu.*] Autor hiſtoriæ Græcæ graviſſimus Thucydides Lacedæmonios ſummos bellatores non cornuum tubarumve ſignis, ſed tibiarum modulis in præliis uſos eſſe refert: non prorſus ex aliquo ritu religionum, neque rei divinæ gratia, neque etiam ut excitarentur, atque evibrarentur animi, quod

Digitized by Google

[1] anapæſti pedis modulo cohortationis calorem animo traxiſſent, vegeto & crebro ictus ſono ſtrenue hoſtem invadere admoniti. Iidem ad diſſimulandum & occultandum vulnerum ſuorum cruorem, Pœniceis in prœlio tunicis utebantur; non, ne ipſis aſpectus ejus terrorem, ſed ne hoſtibus fiduciæ aliquid afferret.

3. Egregios virtutis bellicæ ſpiritus Lacedæmoniorum, prudentiſſimi pacis moribus Athenienſes ſubſequuntur: apud quos [2] inertia [3] è latebris ſuis, languore marcens, in forum perinde ac delictum aliquod protrahitur, fitque ut facinoroſæ, ita erubeſcendæ rea culpæ.

4. Eſt & ejuſdem urbis ſanctiſſimum conſilium [4] Areopagus,

quod cornua, & litui moliuntur: ſed contra, ut moderatiores, modulatioreſque fierent: quod tibicinis numeris temperatur. Nihil adeo in congrediendis hoſtibus, atque in principiis præliorum ad ſalutem, virtutemque aptius rati, quam ſi permulſi ſonis mitioribus, non immodicè ferocirent. Cum procinctæ igitur claſſes erunt, & inſtructa acies, cœptumque in hoſtem progredi, tibicines inter exercitum poſiti canere inceptabant. Ea tibiæ præcentione tranquilla & venerabili, ad quandam quaſi militaris muſicæ diſciplinam, vis & impetus militum, ne ſparſi, diſpalatique proruerent, cohibebatur. *A. Gellius.*

1. *Anapæſti.*] Anapæſtus pes eſt, qui primas duas ſyllabas breves habet, & ultimam longam.

2. *Inertia.*] Ocii atque inertiæ publicam apud Athenienſes mortalium cordatiſſimos accuſationem fuiſſe memoriæ proditum eſt. Cleanthes & Menedemus Philoſophi ejus rei coram Areopagitis cauſam dixere. Singulis admodum annis cives coram judicio ſe ſiſtebant, rationem redditurі, cui arti quis ſe dediſſet, quo quæſtu vitam toleraret. Ita enim exiſtimabat ſapientiſſimus populus, vitam in actione conſiſtere, ignavum pecus à civitatis ſuæ penetralibus arcendum. Nihil æque animum ſpirituſque obtundit, quam torpida quædam remiſſio. Ager, qui aratro non ſulcatur, ſpinas & lolia producit, mens humana, quæ non exercetur, vitiorum ſpinas edit. Sicut mare mortuum nullis agitatur undis, ſed vaporibus noxiis continuo aërem inficit, ita qui ocio velut ſepultus eſt, vitiorum fœtidos eructat vapores, qui ipſam animam ex auguſto detrudunt ſolio, & cœno ſuo contaminant. Cœlum aſpice, in continuo motu eſt, ideoque nulli mutationi obnoxium. Exercitatione corpus roboratur, nimia quies noxia, viſcera obſtruit, venas putrido ſanguine implet: ingenii quoque exercitatio animum alit: cogitationes fovet: nimia quies rubigine quadam lædit. *Thyſius.*

3. *E latebris ſuis.*] Quia per otium in occulto vitam agunt: nam proprium inertis eſt in otio & tenebris deliteſcere.

4. *Areopagus.*] Græce Ἄρειος πάγος, Martius vicus vel Colliculus, nomen teſte Pauſania in Atticis, adeptus ſuum, quod Mars ibi primus, Halirrhotio interfecto, judicio ſe ſiſtere fuerit coactus. Hic ſenatus Areopagitarum, quem velut alteram ancoram populari imperio adhærere voluerat Solon, judicium exercebat de cæde, vulnere de industria

pagus, ubi quid quiſque Athenienſium ageret, aut quonam quæſtu ſuſtentaretur, diligentiſſime inquiri ſolebat, ut homines honeſtatem (vitæ rationem memores reddendam eſſe) ſequerentur.

5. Eadem bonos cives corona decorandi primo conſuetudinem introduxit, duobus oleæ connexis ramulis clarum [1] Periclis cingendo caput. Probabile inſtitutum, rem, ſive perſonam intueri velis. Nam & virtutis uberrimum alimentum eſt honos; & Pericles dignus, à quo talis muneris dandi poſteritas potiſſimum initium caperet.

6. Age, quid illud inſtitutum Athenarum, quam memorabile? quod [2] convictus à patrono libertus ingratus,

jure

duſtria facto, de incendio, veneno, ſi quis eo dato necem attuliſſet, & parricidio, iis tamen exceptis, qui adulterum deprehenſum cum uxore interfeciſſent, præcipue vero de impietate, ſicut apparet ex eo quod de Theodoro illo Atheo narrat Laertius. Refert idem Socratem ab Areopagitis damnatum, quod non eoſdem atque civitas Deos putaret, & nova numina inveheret. Fuit hæc curia judicum Athenienſium ſita non procul Acropoli, nempe circiter προπύλαια quæ vocant, ut teſtatur Pauſanias: ideoque Areopagus vocata eſt, quaſi Martium collem dicas; vel quod Marti conſecratus eſſet collis iſte, vel quod primus Mars (ut fabulantur) cædis cauſam in eo judicio dixiſſet. Antequam actio intenderetur, cogebantur actor & reus graviſſimo ſe jurejurando obſtringere, & bis inde cauſſam orare. Judices autem ſedebant in duobus argenteis ſcabellis, quorum unum, teſte Pauſania, Contumeliæ, alterum Impudentiæ dicebant, atque ita noctu & ſub dio ſummo cum ſilentio audiebant cauſſas, adempta conciliandorum affectuum facultate, ne judicum animus à norma recti deflecteret, ut eſt apud Hermogenem. Inter judices, qui numero erant novem, erat & Regi locus, qui corona, ut ait Pollux, depoſita, judicabat. Athenæus prodit ex Hyperidis ſententia libro 13. ſi quem in caupona cœnâſſe comperiſſent, prohibuiſſe eum aſcendere in Areopagum. Eoſdem puerum damnâſſe, qui oculos coturnicibus eruerat, ſcribit Quinctilianus. Diligenter etiam inquirebant, quid ageret Athenienſium unuſquiſque, vel quo quæſtu ſe ſuſtentaret, auctore Valerio. In numerum eorum cooptabatur nemo, niſi & ſtemmate nobilis, & perſpecta virtute dignus cenſeretur Græciæ totius judex, ſicut in Areopagitico Iſocrates prodit. Utrum Solon Senatum hunc inſtituerit, dubitant eruditi. Etſi enim Plutarchus affirmet, ex Iſocrate tamen colligi non poteſt. Neque Laëttius illam inſtitutionis mentionem facit in ejus vita. Sunt qui ante Solonem fuiſſe produnt, ſicut intelligi poteſt ex illis, quæ de Marte (fabuloſe tamen) prodita leguntur memoriæ. *Funger.*

1. *Periclis.*] Pericles Orator maximus & Philoſophus doctiſſimus fuit, qui rempublicam Athenienſium quadraginta annis mira quadam prudentia gubernavit, & illi habitus eſt honos, ut ſuo loco dicemus. *Oliv.*

2. *Convictus à patrono libertus.*] Ex antiquis Grammaticis patet, quod Actio Ἀποστασίου patronis eſſet adverſus li-

bertos,

jure libertatis exuitur. Superſedeo te, inquit, habere [1] civem tanti muneris impium æſtimatorem. Nec adduci poſſum ut credam urbi utilem, quam domui ſceleſtum cerno: abi igitur & eſto ſervus, quoniam liber eſſe neſciſti.

7. [2] Inde Maſſilienſes quoque ad hoc tempus uſurpant diſciplinæ gravitatem, priſci moris obſervantia, charitate populi Rom. præcipue conſpicui; qui tres in eodem manumiſſiones reſcindi permittunt, ſi ter ab eodem deceptum dominum cognoverint. Quarto errori ſubveniendum non putant; quia ſua jam culpa injuriam accepit, qui ei ſe totiens objecit. Eadem civitas [3] ſeveritatis cuſtos acerrima

bertos, qui patronos non coluiſſent, aut alios adoptaviſſent, eaque, quæ legibus imperantur, non præſtitiſſent. Convicti autem liberti in ſervitutem revocabantur: ſin autem ſecundum libertos pronunciatum eſſet, perfecte liberi erant. Judicabantur autem ſervorum actiones in Dominos, Patronorum in liberos, *Ἀποστασίου* à contribulibus Patroni, ſive Domini. Ita Harpocration & Suidas teſtantur. Ita ſe habere veteres Oratores Græci commemorant, Lyſias πρὸς Ἀρισtόδημον, & Hyperides κατ' Δημητρίας Ἀποστασίου. *Thyſius.*

1. *Civem.*] Errat hic Valerius, qui ſervos ſimul cum libertate civitatem accepiſſe exiſtimat.

2. *Inde Maſſilienſes.*] Hi maxima fuerunt amicitia pop. Rom. devincti, adeo ut cum cæteræ civitates à pop. Rom. defeciſſent, hi ſoli in fide & officio permanerent; quod & tempore belli civilis fecerunt. Unde Strabo lib. IV. *Maſſilienſes*, inquit, *Romani populi amicitiam conciliarunt, qui cum illis permultum utiles eſſent, magnum ex ipſis ſuſceperunt incrementum.* Oliver. *Maſſilienſes.*] Maſſilia, quæ & *Μασσαλία* Ptolemæo & Euſtathio, perantiqua urbs, & non parum olim fortunata, in littore Galliæ ad mare mediterraneum poſita, origine Græca, à profugis ex Ionia Phocæenſibus dominatum Perſarum averſantibus inter barbaros Salyas condita, cum Cyrus rerum in Aſia potiretur.

3. *Severitatis cuſtos.*] Magna Maſſilienſium laus, ob quam merito ipſis gloriari liceat. Nec parcius eos Cicero laudat, imo vero aliquanro etiam luculentius, Orat. pro L. Flacco: *Neque vero te Maſſilia prætereo, quæ L. Flaccum militem Quæſtoremque cognoſti; cujus ego civitatis diſciplinam atque gravitatem non ſolum Græciæ, ſed haud ſcio an cunctis gentibus anteponendam jure dicam, quæ tam procul à Græcorum omnium regionibus, diſciplinis linguaque diviſa, cum in ultimis terris cincta Gallorum gentibus barbariæ fluctibus alluatur; ſic optimatum conſilio gubernatur, ut omnes ejus inſtituta laudare facilius poſſint, quam æmulari.* Strabo etiam inter alia præcipue frugalitatem & temperantiam Maſſilienſium commendat, lib. 3. Juſtinus lib. 44. *Illic bene inſtituta non temporum neceſſitate, ſed recte faciendi conſuetudine ſervantur.* Tacitus in Agricola: *Parvulus ſedem ac magiſtram ſtudiorum habuerat, locum Græca comitate & provinciali parcimonia mixtum.* Miror itaque vehementer de tanta tamque ſancta civitate Proverbia ſublata πλεύσειας εἰς Μασσαλίαν. A Plauto etiam *Mores Maſſilienſes* in ipſis Romanæ urbis theatris fuere. Quid Athenæus? Μασσαλιῶται, inquit, ἐθηλύνθησαν, οἱ τὴν αὐτὴν τοῖς Ἴβηρσι τὴν ἐσθῆ-

rima eſt. Nullum aditum [1] in ſcenam Mimis dando, [2] quorum argumenta majore ex parte ſtuprorum continent actus, ne talia ſpectandi conſuetudo etiam imitandi licentiam ſumat. Omnibus autem, qui per aliquam religionis ſimulationem [3] alimenta inertiæ quærunt, clauſas portas habet, & mendacem & fucoſam ſuperſtitionem ſubmovendam eſſe exiſtimans. Ceterum à condita Urbe gladius eſt ibi, quo noxii jugulantur: rubigine quidem exeſus, & vix ſufficiens miniſterio, ſed index in minimis quoque rebus omnia antiquæ conſuetudinis momenta ſervanda.

Duæ etiam ante portas eorum arcæ jacent. altera, qua liberorum, altera, qua ſervorum corpora ad ſepulturæ locum plauſtro devehuntur. [4] ſine lamentatione, ſine planctu luctus funeris die, domeſtico ſacrificio, adjectoque neceſſariorum convivio, finitur. Etenim quid attinet, aut humano

τ' ἐσθῆτος φοροῦντες κόσμον· ἀσχημονοῦσι γὰρ διὰ τὴν ἐν ψυχαῖς μαλακίαν, διὰ τρυφὴν γυναικοπαθοῦντες. *Coler.*

1. *In ſcenam.*] Ne vero probati illorum mores inquinarentur, proſpexere quoque cordatiſſimi mortales. Itaque comœdiam omneſque adeo ſcenicos ludos Republ. ſua ejecerunt. Videbant enim, eam eſſe laſciviæ matrem, nequitiæ magiſtram, omniumque malarum artium adminiſtram. Ubi quis aſſueſcit audiendis ſceleribus, ſceleratus tandem evadit. Facillime in mortalium animos irrepunt vitia; etiam ea quæ quis antea deriſerit. Quia enim eorum imago diu menti inhæret, tandem ipſam arcem rationis offuſcat, denique etiam ſuperat. Maxima quidem apud Romanos Græcoſque illorum fuit licentia, Romæ tamen etiam actores infames habitos conſtat. Utique Auguſtinus lib. 2. de Civit. Dei cap. 13. artem ludricam ſcenicamque non tantum probro habitam docet, ſed genus id hominum non modo civium numero, ſed & tribu motos à Cenſoribus tradidit. Profecto hiſtriones perditiſſimis fuiſſe moribus deploratæque nequitiæ neceſſe eſt, cum in ea civitate pro civibus non haberentur, cujus tam multa millia hominum flagitioſorum cives erant. Etiam in Jure civili expreſſæ de infamia ſcenicorum leges in tit. ff. de his qui not. infam. *Thyſius.*

2. *Quorum.*] Scilicet mimorum, hoc eſt, hiſtrionum mores hominum geſtu corporis imitantium.

3. *Alimenta.*] Æruſcatores etiam apud Romanos vetiti, qui offuciis quibuſdam æs ex vulgo corradebant.

4. *Sine lamentatione, ſine planctu, luctus funeris die.*] In Manuſcript. quaſi omnibus ſic legitur, *Sine planctu luctus funeris dies.* In Campenſi autem, *luctus ac funeris dies.* Quæ tolerabilis eſt lectio; attamen præfero Cauchianam, *Sine planctu luctus funeris die.* Pigh. *Sine planctu luctus, funeris die.*] Confuſa leviter & leniter ordino, *Sine planctu. luctus, funeris die, domeſtico ſacrificio, adjectoque neceſſariorum convivio finitur.* Hæc mens luctum non produci, ſed finiri ipſo illo funebri die. *Lipſius.*

mano dolori indulgeri, aut divino numini invidiam fieri, quod immortalitatem ſuam nobiſcum partiri noluerit? [1] Venenum cicuta temperatum in ea civitate publice cuſtoditur, quod datur ei, qui cauſas [2] Sexcentis (id enim Senatus ejus nomen eſt) exhibuit, propter quas mors ſit illi expetenda: Cognitione virili benevolentia temperata, quæ nec egredi vita temere patitur, & ſapienter excedere cupienti celerem fati viam præbet; ut vel adverſa, vel proſpera nimis uſis fortuna (utraque enim finiendi ſpiritus, illa ne perſeveret, hæc ne deſtituat, rationem præbet) comprobato exitu terminetur.

8. Quam conſuetudinem Maſſilenſium non in Gallia ortam, ſed è Græcia tralatam inde exiſtimo, [3] quod illam etiam in inſula Ceo ſervari animadverti, quo tempore

Aſiam

1. *Venenum cicuta temperatum.*] Cicuta venenoſa herba eſt, teſte Plin. l. xxv. Nat. Hiſt. *Quod Cicuta*, inquit, *quoque venenum eſt publica Athenienſium pæna inviſa: ad multa uſus non omittendi, ſemen habet noxium, &c.*

2. *Sexcentis.*] Uſi fuêre Maſſilienſes Republ. Ariſtocratica, quam Optimatum Latini dicunt, optimis legibus deſcripta, in quo concilium (συνέδριον Strabo nuncupat) erat virorum DC. qui quamdiu in vita, tamdiu in honore manebant. Hos Τιμούχους vocabant. Concilio huic præerant viri xv. quorum munus erat negocia obvia & minoris momenti expedire: & his rurſum præſidebant tres, qui plurimum poterant. In ordinem Timuchorum nemo alligebatur, cui liberi non eſſent, cujuſve pater, avus, proavus cives non fuiſſent. Legibus vivebant Ionicis, unde oriundi erant, in publico propoſitis, ut cognitionibus omnium paterent. Vide Strabonem.

3. *Quod illam etiam in inſula Ceo ſervari animadverti.*] Vulgo, *Cara.* In Mſſ. correctioribus *Coeo* vel *Ceo* legitur, in aliis *Chio* vel *Coo.* Diverſas autem inſulas eſſe *Ceos*, vel *Coeos*, *Chios* & *Cos*, Coſmographorum omnium conſenſu & demonſtratione manifeſtum eſt. Ex his Ceon malim tetrapolim fuiſſe, poſtea duabus urbibus Coreſſa Pœeſſaque mari devoratis, in duas reliquas Julida, Carthæamque habitatores earum migrâſſe, Strabo & Plinius tradunt. Sed temere confunduntur apud auctores tam Græcos quam Latinos dictarum inſularum nomina, idque librariorum negligentia; ut in Stephano de Urbibus, Ἰουλὶς πόλις ἐν Κῷ τῇ νήσῳ. Et rurſus, Καρθαία μία τῆς ἐν Κῷ τετραπόλεως: cum utrobique legi debeat ἐν Κήῳ, quemadmodum recte nominant Κήιους populos Menandriani verſus legem ſeu conſuetudinem hanc properandæ mortis prædicantes. Quos ipſos, quia ad intellectum Valerianæ hujus hiſtoriæ faciunt, non prætermittam. Leguntur autem in Stephano & Strabone hoc modo:

Καλὸν τὸ Κήων νόμιμόν ἐστι Φανία,
Ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς οὐ ζῇ κακῶς.

Permittebat autem illa lex Ceienſium majores annis ſexaginta natos ἀκωνίζεσθαι; hoc eſt, aconito vitam finire.

Sic

Aſiam cum Sex. Pompejo petens, [1] Iulida oppidum intravi. [2] Forte enim evenit, ut tunc ſummæ dignitatis ibi femina, ſed ultimæ jam ſenectutis, reddita jam ratione civibus, cur excedere vita deberet, veneno conſumere ſe deſtinarit, mortemque ſuam Pompeji præſentia clariorem fieri magni æſtimarit. Nec preces ejus vir ille, ut omnibus virtutibus, ita humanitatis quoque laudibus inſtructiſſimus, aſpernari ſuſtinuit. Venit itaque ad eam, facundiſſimoque ſermone, qui ore ejus quaſi è beato quodam eloquentiæ fonte manabat, ab incepto conſilio diu nequicquam revocare conatus, ad ultimum propoſitum exequi paſſus eſt, quæ nonageſimum annum tranſgreſſa, cum ſumma & animi & corporis ſinceritate, lectulo, quantum dignoſcere erat, quotidiana conſuetudine cultius ſtrato recubans, & innixa cubito, [3] Tibi quidem, inquit, Sex. Pompei Dii magis, quos relinquo, quam quos peto, gratias referant: quia nec hortator vitæ meæ, nec mortis ſpectator eſſe faſtidiſti. Ceterum ipſa hilarem Fortunæ vultum ſemper experta, ne aviditate lucis triſtem intueri cogar; reliquias ſpiritus mei proſpero fine, [4] duas filias & ſeptem nepotum gregem ſuperſtitem relictura, permuto. Cohortata deinde ad concordiam ſuos, diſtributo eis patrimonio, & cultu ſuo [5] ſacriſque domeſticis [6] majori filiæ traditis, poculum, in quo venenum temperatum erat, conſtanti dextra arripuit: Tum defuſis [7] Mercurio delibamentis, & invocato numine

Sic legendum, non ἀγωνίζεσθ, ut habetur in Stephano. *Pighius.*

1. *Iulida.*] Eſt hoc oppidum Inſulæ Ceæ.

2. *Forte, &c.*] Contigit A. Urb. DCCLXXI.

3. *Tibi quidem, inquit, Sex. Pompei.*] In MSS. ita legitur. De hoc Sex. Pompeio Aſiæ Procoſ. vide noſtros Annales. *Pighius.*

4. *Duas filias & ſeptem nepotum gregem ſuperſtitem relictura, permuto.*] Ita in Winchel. Cauch. & Campenſ. Vulgo, *Duas filias & unum nepotum gregem ſuperſtitem relictura permuto.* Priorem lectionem approbo. In Atrebatenſi quidem & Suſiano legitur, *Uno.* Pulmanni, & Colonienſes codices numeralem notam 7. habent, quæ perperam à librariis in *uno* vel *unum* mutata eſt. *Pighius.*

5. *Sacriſque domeſticis.*] Ut Diis Penatibus ſacrificia faceret.

6. *Majori filiæ.*] Ita mos erat, ut majoribus natu ſacra domeſtica traderentur.

7. *Mercurio.*] Ideo Mercurio libavit, quia

numine ejus,ut ſe placido itinere in [1] meliorem ſedis infernæ deduceret partem; cupido hauſtu mortiferam traxit potionem. Ac ſermone ſignificans, quaſnam ſubinde partes corporis ſui rigor occuparet, cum jam viſceribus eum, & cordi imminere eſſet locuta; filiarum manus ad ſupremum [2] opprimendorum oculorum officium advocavit. Noſtros autem, tametſi novo ſpectaculo obſtupefacti erant, ſuffuſos tamen lacrymis dimiſit.

9. Sed ut ad Maſſilienſium civitatem, unde in hoc diverticulum exceſſi, revertar: intrare oppidum eorum nulli cum telo licet, præſtoque eſt, qui id cuſtodiæ gratia acceptum, exituro reddat, ut hoſpitia ſua, quemadmodum advenientibus humana ſunt, ita ipſis quoque tuta ſint.

10. Horum mœnia egreſſo vetus ille mos Gallorum occurrit, quos memoria proditum eſt, [3] pecunias mutuas, quæ his apud inferos redderentur, dare ſolitos: quia perſuaſum habuerunt, animas hominum immortales eſſe. Dicerem ſtultos, niſi idem [4] Braccati ſenſiſſent,

quia dicitur animabus præeſſe. Virgilius lib. IV.

——— Animas ille evocat orco
Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit.

Eſt autem Deorum nuntius, qui non ſolum Diis ſuperis, ſed inferis quoque miniſtrat.

1. *Meliorem ſedis.*] In Flyſium campum, qui in Fortunatis Inſulis ponitur. idem autem eſt, atque ſi locum voluptatis quis dicat, quod & Euſtath. recte obſervavit, qui ab ἀλύω, χαίρω. id eſt, *gaudeo*, derivat. Quo & alluſit princeps Poëtarum, cum l. VI. Æneid. ita loquitur:

Devenêre locos lætos, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, ſedeſque beatas.

Item:

——— Exinde per amplum
Mittimur Elyſium, & pauci læta arva tenemus.

2. *Opprimendorum oculorum.*] Claudendorum oculorum. Virgilius:

Preſſive oculos & funera lavi.

Conſuetudo enim erat, ut propinquiores lumina clauderent.

3. *Pecunias mutuas.*] Mela lib. III. cap. 2. ubi de Druydibus: *Docent multa nobiliſſimos gentis clam & diu, vicenis annis in ſpecu aut in abditis ſaltibus. Unum ex iis quæ præcipiunt in vulgus effluit, videlicet ut forent ad bella meliores, æternas eſſe animas vitamque alteram ſequi. Itaque cum mortuos cremant ac defodiunt, apta viventibus olim negotiorum ratio etiam & exactio crediti deferebatur.* De iſtae exactione nuſquam legi, præter apud Valerium & Melam. De reliquis Braccatorum ſive Druydarum Placitis convenienter tradunt Strabo lib. IV. Diodorus, Ammianus, alii. De Pythagora, nulli nota magis domus eſt ſua, ut ait Juvenalis. *Coler.*

4. *Braccati.*] Galli. Tota olim Gallia in tres partes diviſa, Togatam, quæ & Ciſal-

ſiſſent, quod [1] palliatus [2] Pythagoras credidit.

11. Avara & fœneratoria Gallorum philoſophia: Alacris & fortis [3] Cimbrorum, & [4] Celtiberorum, qui in acie exultabant, tanquam glorioſe & feliciter vita exceſſuri: lamentabantur in morbo, quaſi turpiter & miſerabiliter perituri. [5] Celtiberi etiam nefas eſſe ducebant prælio ſupereſſe, cum is occidiſſet, * pro cujus ſalute ſpiritum devoverant.

Ciſalpina, & Alpibus Italiæque antiquo limite Rubicone flumine terminatur; Comatam, quæ omnis Tranſalpina Gallia, & iterum in Belgicam, Celticam, Aquitanicam dividitur; Braccatam denique, quæ erat Narbonenſis Romanorum Provincia. *Braccati.*] Intelligit Druydas, penes quos omnis ſapientia, eruditioque Gallorum conſiſtebat.

1. *Palliatus.*] Græcus, quia, ut ſupra diximus, pallio utebantur Græci.

2. *Pythagoras.*] Qui credebat animas hominum immortales eſſe, ſed ex uno corpore in alia corpora tranſire, nec uſpiam inferos eſſe. *Pythagoras.*] Ex Samo Philoſophus, idem magus & pictor, olim Semneſerteo regnante in Ægypto verſatus, inventor nominum, rerum amplificator, μετεμψυχώσεως inſtitutor, φιλόσοφος primus non σοφὸς appellari voluit; apud diſcipulos tantæ auctoritatis, ut in controverſiis ſufficeret ipſis τὸ αὐτὸς ἔφα: habitus etiam Apollo, Dei & Jovis filius, Crotoniatis Θεῖος, qui denique in magna Græcia vocata Italiæ regione diu philoſophatus omnia ſua ſymbolis involvit, extra urbanos ſtrepitus in remotiſſimis locis vitam finiens. Obiit Metaponti, atque ejus domus in templum mutatum. Vide Jamblichum de Vita Pythagoræ, & de numeris, quibus omnia conſtare dixit Pythagoras, Plat. copioſe agit lib. de Univ.

3. *Cimbrorum.*] Ptolemæus & Pomponius Cimbrorum ac Teutonorum maritimarum nationum in deſcriptione Germaniæ meminerunt. Etiam eorundem, ne cæteros nominem, D. Hieronymus, eodem modo in Epiſtola ad Gerontiam meminit. *Cimbrorum.*] Cimbri autem & Cimmerii à Gomer nomen accepiſſe putantur. Feſtus tamen ita ſcribit: *Cimbri lingua Gallica* latrones *dicuntur.* Quod à vero profecto non alienum videtur. *Kemper* enim noſtrati lingua *pugnatorem* denotat. Sic & *Sicambros* quaſi *pro victoria dimicantes* appellatos fuiſſe, Aventinus obſervavit. *Sych* enim noſtratibus *victoriam* denotat, quin etiam ipſis hodieque Cimbris. Quod autem *Cimbros* Gallis *latrones* dictos affirmat, idem eſt, atque ſi dixiſſet, *viros militares*, *bellatores.* Ita apud Nonium Gracchus: *qui apud regem in latrocinio fuiſti, & ſtipendia accepteſti.* Itaque non in totum admittendus eſt Scaliger, cum dicit: *Cimbri* λῃσταὶ καὶ πλανῆτες *fuerunt; ſed non magis Cimber* latronem *ſignificat, quam Iſaurus pyratam, Ambro* diſſolutum *ac* voracem, *Opicus* obſcænum. *Sed quia tales fuerunt eæ nationes, de earum nomine vocamus qui tales ſunt.* Vide Scal. in Feſtum. *Joh. Iſ. Pontanus.*

4. *Celtiberorum.*] Eſt hic populus Hiſpaniæ Tarraconenſis.

5. *Celtiberi.*] Proſequitur aliud inſtitutum eorum fuiſſe, ut cum milites ducem ſuum amiſiſſent mortuo duce, ſe interfici mallent: quod legitur in vita Sertorii, pro cujus ſalute ſpiritum devoverant, quia in bellum proficiſcentes, jurabant in manes Imperatoris ſe pro ſalute illius fortiter pugnaturos.

voverant. Laudanda utrorumque populorum animi præſtantia, quod & patriæ incolumitatem fortiter tueri, & fidem amicitiæ conſtanter præſtandam arbitrabantur.

12. [1] Thraciæ vero illa natio merito ſibi ſapientiæ laudem vendicaverit, quæ natales hominum flebiliter, exequias cum hilaritate celebrans, ſine ullis doctorum præceptis, verum conditionis noſtræ habitum pervidit. Removetur itaque naturalis omnium animalium dulcedo vitæ, quæ multa & facere & pati turpiter cogit; [2] ſi ejus aliquanto felicior ac beatior finis reperietur.

13. Quocirca recte [3] Lycii, cum iis luctus incidit, muliebrem veſtem induunt: ut deformitate cultus commoti, maturius ſtultum projicere mœrorem velint.

14. Verum quid ego fortiſſimos hoc in genere prudentiæ viros laudem? Reſpiciantur [4] Indorum feminæ, quæ cum

* *Pro cujus ſalute ſpiritum.*] Ita & Galli *ſoldurios* habuêre. Cæſar lib. III. *Adcantuannus cum ſexcentis devotis, quos illi* ſoldurios *appellant: quorum hæc eſt conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum ſe amicitiæ dediderunt: ſi quid iis per vim accidat, aut eundem caſum una ferant, aut ſibi mortem conſciſcant. Neque adhuc hominum memoria repertus eſt quiſpiam, qui eo interfecto, cujus ſe amicitiæ devoviſſet, mori recuſaret.*

1. *Thraciæ vero.*] Thracibus hoc commune cum Agathyrſis, Cæſiis, Heniochis, Indis. Herodotus lib. v. Xenodotus in collect. proverb. Pompon. Mela lib. II. cap. 1. Idem de Cauſianis ſcripſit Nicolaus apud Srobæum: Καυζιανοὶ τοὺς μὲν γινομένους θρηνοῦσι, τοὺς δὲ τελευτήσαντας μακαρίζουσιν. Sed profecto videtur illo loco legendum eſſe Καυκαζιανοί. Sic enim de Albanis Strabo libro II. ὑπερβαλλόντως δὲ καὶ τὸ γῆρας τιμῶσιν Ἀλβανοὶ, καὶ τὸ τῶν ἄλλων, οὐ τὸ γονέων μόνον· τεθνηκότων δ' οὐχ ὅσιον φροντίζειν οὐδὲ μεμνῆσθαι. *Colerus.*

2. *Si ejus aliquanto felicior ac beatior finis reperietur.*] Vulgo additur, *Ea mortua*; quod inſertum videtur è Gloſſ. alicujus eorum, qui de vita ſpiritus ac morte carnis indies differunt. Et in Wincheliano exemplari hæc verba omittuntur; in quo ſic, *Si ejus aliquanto felicior ac beatior finis reperietur.* Quam lectionem minime ſpernendam arbitror. *Pigh.*

3. *Lycii.*] Lycia provincia eſt in minori Aſia, ab oriente juxta Pamphiliam, ab occidente Cariam, vel, ut Solinus tradit, Ciliciæ confinis. In ea civitas eſt nomine Patera, in qua Apollinis oraculum erat, cæteris claritate præſtantius. Unde Virgilius *Lycias ſortes* appellar Apollinis oracula, quæ in Lycia reſponſa dabant. *Oliv.*

4. *Indorum fœminæ.*] De Thracibus hoc narrat Herodot. l. v. *Indorum fœminæ.*] Solinus de India: *Apud eos vero, quibus ad vivendi rationem propenſior cura eſt, multæ uxores in ejuſdem viri coëunt matrimonium: & quum maritus deceſſerit, apud graviſſimos judices ſuam quæque de meritis agunt cauſam; & quæ officioſior*

cæteris

cum more patrio complures eidem nuptæ eſſe ſoleant, mortuo marito, in certamen judiciumque veniunt, quam ex iis maxime dilexerit: Victrix gaudio exultans, dedúctaque à neceſſariis lætum præferens vultum, conjugis ſe flammis ſuperjacit, & cum eo tanquam feliciſſima crematur: ſuperatæ cum triſtitia, & mœrore in vita remanent. Protrahe in medium Cimbricam audaciam, adjice Celtibericam fidem, junge animoſam Thraciæ ſapientiam, annecte Lyciorum in luctibus abjiciendis callide quæſitam rationem: Indico tamen rogo nihil eorum præferes, quem uxoris pietas in modum [1] genialis tori propinquæ mortis ſecura conſcendit.

15. Cui gloriæ Pœnicarum fœminarum, ut ex comparatione turpius appareat, dedecus ſubnectam. [2] Siccæ enim fanum eſt Veneris, in quod ſe matronæ conferebant; [3] atque inde procedentes ad quæſtum, dotes corporis injuria contra-

cæteris ſententia vicerit judicantium, hoc palmæ refert præmium, ut arbitrio ſuo accendat rogum conjugis, & ſupremis ejus ſemetipſam det inferias, cæteræ notatæ vivant. De Indis quoque idem Solinus: *Quietum ibi eminentiſſimæ ſapientiæ genus eſt, vita repletos incenſis rogis mortem accerſire.*

1. *Genialis tori.*] Quo generationi prolis à conjugibus opera dari ſolet.

2. *Siccæ.*] Vocatur & hæc *Sicca Venerea*, atque eo quidam referunt Succoth Benoth Aſſyriorum, fuit enim eorumdem in Africa colonia. trium illa dierum itinere, ſive M. paſſ. plus minus CXX. à Carthagine diſſita. Non Succoth autem ſolummodo, ſed & Siccuth, quod propius à Sicca abeſt, tabernacula ſonat Ebraice, & probabile ſatis eſt idem ſonaſſe Punice, atque eidem Deæ, id eſt, Veneri, eiſdem ſacris, ſeu ſimillimis, ex Phœnicia in Africam tranſlatis, coloniam ipſam poſtea deductam, nomen ſuum debuiſſe. Nam Phœnices hunc cultum, hos ritus, & τὸ Succoth Benoth à Babyloniis etiam accepiſſe facile perſuaſum habeas. & conſules, ſi placet, B. Athanaſii adverſus gentes orationem, & Sozomen. Hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. 5. & lib. V. cap. 9. Ut autem Latinæ & Græcæ vocabulorum terminationes in adſcitis barbaris ſervarentur, Sicuth Benoth in Siccam Veneream mutari oportuit. Σίκκα Οὐενερία dicitur Ptolemæo, & Procopio lib. II. Vandalic. Sicca Veneria Antonino in Itinerario, Veneria tantum Solino, & Sicca tantum Plinio lib. V. cap. 3. ſicuti & hic Valerio. Urbs quoque Punica cum י Syca appellata fuit. Quod adhuc propius accedit ad propoſitum. *Seldenus. Sicca.*] Siccam Veneriam Ptolemæus lib. IV. & Antoninus appellant. quod autem quidam ſcribunt, fuiſſe in Africa alteram Siccam Syphacis regiam, minime id verum eſt. Siga enim, non Sicca Syphacis regia appellabatur, de qua Strabo lib. XVII. Ptolemæus lib. IX. Plinius lib. V. cap. 2. & Pomponius Mela lib. I. cap. 5.

3. *Atque inde procedentes ad quæſtum, dotes corporis injuria contrahebant.*] Ita elegan-

contrahebant, honeſta nimirum tam inhoneſto vinculo conjugia junctura.

16. Jam Perſarum admodum probabile inſtitutum fuit, quod liberos ſuos non prius aſpiciebant, quam [1] ſeptimum impleſſent annum, quo parvulorum amiſſionem æquiore animo ſuſtinerent.

17. Ne Numidiæ quidem reges vituperandi, qui more gentis ſuæ nulli mortalium [2] oſculum ferebant. Quicquid enim in excelſo faſtigio poſitum eſt, humili & trita conſuetudine, quo ſit venerabilius, vacuum eſſe convenit.

CAP. VII.

elegantius in Manuſcriptis. Vulgo, *Atque inde procedentes quæſtum dotis corporis injuria contrahebant.* Pigh.

1. *Septimum impleſſent annum.*] Herodotus lib. 2. ſed quinque annos ſcribit.

2. *Oſculum.*] Oſcula varie uſurpata vulgo, & in omni fere corporis parte. Primum in facie, ibique os, genas, oculos ſuaviabantur: in itu, reditu, gratulatione, imo in ſalutatione & cottidiano occurſu. Qui mos invaluit maxime, ut opinor, ſub Auguſto, ideoque Tiberius ut novitium conatus pellere, & oſcula cottidiana, ait Suetonius, prohibuit edicto. Sed hæſit nihilominus, & creberrima oſcula iterum ſub Principibus ſecutis. Unum Martialem mihi lege, cui benigna materia jocorum, iſta. Quin ipſi Principes, (certe qui magis modetati) oſculo excipere ſoliti cives digniores. Plinius Laudatione Trajani: *Gratum erat cunctis, quod Senatum oſculo exciperes, ſicut dimiſſus oſculo fueras.* Latinus Pacatus de Theodoſio: *Ille cohoneſtatus affatu, ille menſa beatus, ille oſculo conſecratus eſt.* Suetonius in Othone: *Mane Galbam ſalutavit, utque conſueverat, oſculo exceptus, etiam ſacrificanti interfuit.* Et reprehendit idem Scriptor Neronem, quod neque adveniens, neque proficiſcens, quenquam oſculo impertiret. Et hæc illa oſcula, quæ vulgabant vulgo, & ſpargebant in obvios omnes modice ſaltem notos. Nec enim tam amoris iſta, quam officii urbani cujuſdam cultus. *Lipſius.*

1. P. Cor-

CAP. VII.

DE DISCIPLINA MILITARI.

Observata a Romanis.

1. *P. Scipione Æmilio Coſ.*
2. *Q. Metello Numidico Coſ.*
3. *P. Rupilio Coſ.*
4. *C. Aurelio Cotta Coſ.*
5. *Q. Fulvio Flacco Cenſ.*
6. *A. Poſtumio Tuberto Dict. & T. Manlio Torquato Coſ.*
7. *L. Quintio Cincinnato Dict.*
8. *L. Papirio Curſore Dict.*
9. *L. Calpurnio Piſone Coſ.*
10. *Q. Metello Macedonico Procoſ.*
11. *Q. Fabio Max. Serviliano Procoſ.*
12. *P. Afr. majore Proc.*
13. *P. Africano minore Procoſ.*
14. *L. Æmilio Paullo Procoſ.*
15. *Senatu Romano.*

Externis.

1. *Senatu Carthaginienſi.*
2. *Clearcho Spartanorum Duce.*

VEnio nunc ad præcipuum decus, & ſtabilimentum Rom. imperii, ſalutari perſeverantia ad hoc tempus ſincerum, & incolume ſervatum, militaris diſciplinæ tenaciſſimum vinculum; in cujus ſinu ac tutela ſerenus tranquillusque beatæ pacis ſtatus acquieſcit.

1. [1] P. Cornelius Scipio, cui deleta Carthago avitum cogno-

1. P. *Cornelius Scipio.*] Non temere, ſi fateri licet, ullius cauſa belli injuſtior. Sedigenſes, ſocios & conſanguineos, Romanorum manibus elapſos exceperant. habita pro eis deprecatio nihil valuit. quum ſe ab omni bellorum contagione temoverent, in legitimi fœderis pretium juſſi arma deponere. Hoc ſic à barbaris acceptum, quaſi manus abſcinderentur. Itaque ſtatim, Megara fortiſſimo duce, ad arma converſi, Pompejum prœlio aggreſſi, fœdus tamen maluerunt, quum debellare potuiſſent Hoſtilium, deinde Mancinum. Hunc quoque aſſiduis cædibus ita ſubegerunt, ut ne oculos quidem aut vocem Numantini viri quiſquam ſuſtineret. Tamen cum hoc quoque fœdus maluêre, contenti armorum manubiis, quum ad internecionem ſævire potuiſſent. Sed non minus Numantini, quam Caudini illius fœderis flagrans ignominia ac pudore populus Romanus, dedecus quidem præſentis flagitii, deditione Mancini expiavit: cæterum duce Scipione, Carthaginis incendiis ad excidia urbium imbuto, tandem etiam in ultionem exarſit. Sed tunc acrius in caſtris, quam in campo, noſtro cum milite, quam cum Numantino, prœliandum fuit. Quippe aſſiduis & injuſtis & ſervilibus maxime operibus attriti, ferre plenius vallum, qui arma neſcirent; luto inquinari, qui ſanguine nollent, jubebantur. Ad hoc ſcorta, calones, ſarcinæ niſi ad uſum neceſſariæ, amputantur. Tanti eſſe exercitum, quanti imperatorem, vere proditum eſt. Sic redacto in diſciplinam milite, commiſſa acies: quodque nemo viſurum ſe unquam ſperaverat, factum eſt, ut fugientes Numantinos quiſquam videret. Dedere etiam ſeſe volebant, ſi toleranda viris imperarentur.

cognomen dedit, conſul in Hiſpaniam miſſus, ut inſolentiſſimos [1] Numantinæ urbis ſpiritus, ſuperiorum ducum culpa nutritos, contunderet, eodem temporis momento, quo caſtra intravit, edixit: ut omnia ex his quæ voluptatis cauſa comparata eſſent, auferrentur ac ſummoverentur. Conſtat tum maximum inde [2] inſtitorum, & [3] lixarum numerum cum duobus millibus [4] ſcortorum abiiſſe. Hac turpi atque erubeſcenda ſentina vacuefactus noſter exercitus, qui paulo ante metu mortis, [5] deformi ſe fœderis ictu maculaverat, erecta virtute, recreataque, acrem illam & animoſam Numantiam incendiis exuſtam ruiniſque proſtratam ſolo æquavit. Itaque neglectæ diſciplinæ militaris indi-

tur. Sed quum Scipio vetam vellet & ſine exceptione victoriam, eo neceſſitatum compulſi, ut deſtinata morte in prœlium ruerent, quum ſeſe prius epulis, quaſi inferiis, impleviſſent, carnis crudæ, & celiæ: ſic vocant indigenam ex frumento potionem. Intellectum ab imperatore conſilium: itaque non eſt permiſſa pugna morituris. Quum foſſa, atque lorica, quatuorque caſtris circundatos, fames premeret; ab duce orantes prœlium, ut tanquam viros occideret, ubi non impetrabant, placuit eruptio. ſic conſerta manu plurimi occiſi: & quum urgeret fames, aliquantiſper inde vixere. noviſſime conſilium fugæ ſedit: ſed hoc quoque, ruptis equorum cingulis, uxores ademêre, ſummo ſcelere, per amorem. Itaque deplorato exitu, in ultimam rabiem, furoremque converſi, poſtremo mori hoc genere deſtinârunt: duces ſuos, ſeque, patriamque, ferro & veneno, ſubjectoque undique igne peremerunt. Macte fortiſſimam, & meo judicio beatiſſimam in ipſis malis civitatem! aſſeruit cum fide ſocios, populum orbis terrarum viribus fultum, ſua manu, ætate tam longa, ſuſtinuit. Noviſſime, maximo duce oppreſſa civitas, nullum de ſe gaudium hoſti reliquit. Unus enim vir Numantinus non fuit, qui in catenis duceretur. Præda, ut de pauperibus nulla, arma ipſi cremaverant. Triumphus fuit tantum de nomine. Ita Florus lib. 2. cap. 18.

1. *Numantinæ.*] Fuit hæc urbs Celtiberorum in Hiſpania, obſidione ſua celeberrima.

2. *Inſtitorum.*] Inſtitores dicuntur, qui jumenta, quibus venalia vehuntur, agunt: erant enim negotiatores qui res eſculentas à loco ad locum trahebant: dicti ſunt inſtitores, eo quod inſtant jumentis, quæ mercibus ſuis onerata impellunt ad locum, ubi merces emere ſeu vendere conſueverunt. *Oliv.*

3. *Lixarum.*] Lixæ dicuntur mercenarii, qui exercitus in expeditione ſequuntur, proprie autem dicuntur miniſtri militum, qui aquam militibus afferunt: nam antiqui *lixam* aquam dixere: unde *elixum* aqua coctum, & *elixare*, aqua mollire. *Oliv.*

4. *Scortorum.*] Scorta dicuntur meretrices, à ſcorteis, quas pelliculas appellabant antiqui, quibus incubare ſolebant, & quia meretrices non aliter viris ſubjiciuntur ac pelliculæ, propterea ſcorta appellarunt. *Idem.*

5. *Deformi ſe fœderis ictu.*] Quia turpe fœdus ictum fuerat inter Mancinum & Numantinos, quod pop. Rom. improbavit, quod ejus injuſſu factum fuiſſet.

1. *Man-*

indicium, [1] Mancini miſerabilis deditio; ſervatæ merces, ſpecioſiſſimus Scipionis triumphus extitit.

2. Eam ſectam Metellus ſecutus, cum exercitum in Africa, [2] Jugurthino bello nimia [3] Sp. Albini indulgentia corruptum conſul accepiſſet, omnibus imperii nervis ad revocandam priſtinæ diſciplinam militiæ conniſus eſt. Nec ſingulas partes apprehendit, ſed totam continuo in ſtatum ſuum redegit. Protinus namque lixas è caſtris ſummovit, cibumque coctum venalem proponi vetuit: in agmine neminem militum miniſterio ſervorum jumentorumque ut arma ſua, & alimenta ipſi ferrent, uti paſſus eſt. Caſtrorum ſubinde locum mutavit: eadem, tanquam Jugurtha ſemper adeſſet, vallo foſſaque aptiſſime cinxit. Quid ergo reſtituta continentia, quid repetita induſtria profecit? Crebras ſcilicet victorias, & multa [4] trophæa peperit ex eo hoſte, cujus tergum, ſub [5] ambitioſo imperatore, Romano militi videre non contigerat.

3. [6] Bene etiam illi diſciplinæ militari aſſuerunt, qui neceſſitudinum perruptis vinculis, ultionem vindictamque læſæ

1. *Mancini.*] Cum ille fœdus cum Numantinis turpe & ignominioſum percuſſiſſet, quia id pop. Rom. non probaverat, ipſe autor hoſtibus deditus eſt, ut omni religione populus ſolveretur.

2. *Jugurthino bello.*] Bello quod geſtum fuit contra Jugurtham: ſolent enim bella à devictis hoſtibus denominari.

3. *Spurii Albini.*] Primus fuit, qui Conſul & Imperator miſſus à Senatu contra Jugurtham, molliter nimis & licenter exercitum habuerat, ut apud Salluſtium videre licet.

4. *Trophæa.*] Tropæa, & rectius ſcribunt antiqui lapides. à Græco enim τρέπω nomen accepit. Itaque proprie dicitur Tropæum monumentum à victore erectum, eo in loco, ubi hoſtes in fugam convertit. Antiquitus autem arbores ſpoliis hoſtium decorabant. Deinde cœpta ſunt fieri tropæa etiam ex lapide. Romæ quoque in arcibus figebantur, ex marmore ædificatis. Quinam apud Romanos primi hujus rei fuerint uſurpatores, indicat L. Florus lib. III. cap. 2. *Domitius*, inquit, *Ahenobarbus, & Fabius Maximus ipſis quibus dimicaverant locis ſaxeas erexere turres, & deſuper exornata armis hoſtilibus tropæa fixere, quum hic mos inuſitatus fuerit noſtris. Nunquam enim populus Romanus hoſtibus domitis ſuam victoriam exprobravit.* Hæc ille. Græcos etiam tropæa figere ſolitos fuiſſe, cum aliunde, tum ex Plutarchi Pelopida, & Æmilii Probi Datame certiſſimum eſt.

5. *Ambitioſo Imperatore.*] Spurio Albino, qui videlicet quæreret ſe tantummodo militibus gratum facere, ut cupiditati & libidini militum obſequeretur.

6. *Bene etiam, &c.*] Contigit A. U. DCXXI.

1. *In*

læſæ cum ignominia domuum ſuarum exigere non dubitaverunt. Nam P. Rupilius conſul eo bello, quod [1] in Sicilia cum fugitivis geſſit, Q. Fabium generum ſuum, quia negligentia [2] Taurominitanam arcem amiſerat, provincia juſſit decedere.

4. [3] Jam [4] C. Cotta P. Aurelium Pecuniolam ſanguine ſibi junctum, quem obſidioni [5] Liparitanæ ad auſpicia repetenda

1. *In Sicilia cum fugitivis geſſit.*] Imperio pet diverſa rerrarum occupato, quis crederet Siciliam mulro cruentius ſervili, quam Punico bello eſſe vaſtatam? Terra frugum ferax, & quodammodo ſuburbana provincia, latifundiis civium Romanorum tenebatur. Hic ad cultum agri, frequentia ergaſtula, catenatique cultores, materiam bello præbuêre. Syrus quidam nomine Eunus, (magnitudo cladium fecit, ut meminerimus) fanatico furore ſimulato, dum Syriæ Deæ comas jactat, ad libertatem & arma ſervos, quaſi numinis imperio concitavit; idque ut divinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quam ſulphure, & igne ſtipaverat, leniter inſpirans, flammam inter verba fundebat. Hoc miraculum primum duo millia ex obviis, mox jure belli reſtactis ergaſtulis, ſexaginta amplius millium fecit exercitum: regiiſque, ne quid malis deeſſet, decoratus inſignibus, caſtella, opida, vicos, miſerabili direptione vaſtavit. Quin illud quoque, (ultimum belli dedecus) capta ſunt caſtra Prætorum; nec nominare ipſos pudebit, caſtra Manilii, Lentuli, Piſonis, Hypſæi. Itaque qui per fugitivarios diſtrahi debuiſſent, prætorios duces, profugos prœlio, ipſi ſequebantur. Tandem Perpenna Imperatore ſupplicium de eis ſumptum eſt. Hic enim victos, & apud Ennam noviſſime obſeſſos, quum fame quaſi peſtilentia conſumpſiſſet, reliquias latronum compedibus & catenis religavit, crucibuſque punivit. fuitque de ſervis ovatione contentus, ne dignitatem triumphi violaret. Ita *Florus* l. III. c. 19.

2. *Taurominitanam arcem.*] Taurominium mons eſt Siciliæ, & ſupra illam civitas, quam Romanorum coloniam eſſe dixit Ptolemæus. At Strabo urbem, non montem eſſe oſtendit lib. VII. cum dicit: *Urbes vero extant ad latus Euripum efficiens primum Meſſana, deinde Taurominium & Catana & Syracuſæ, &c.* Coloniam autem Romanam fuiſſe, alio loco oſtendit eodem lib. ubi dicit: *Civitas autem frequentiores habet accolas, quam Catana, nam & habitatores admiſit Romanos plurimos, pauciores autem quam utraque habet Taurominium.* Fuiſſe autem occupatam à fugitivis, alibi oſtendit his verbis: *Eunus cum fugitivis obſidione preſſus, illam,* (ſcil. Ætnam, de qua loquitur,) *præcipuis affecit cladibus, vixque tandem à Romanis evulſi ſunt; eadem mala perpeſſi Catanenſes & Taurominitani, aliique complures.* Oliver.

3. *Jam, &c.*] Contigit A. U. DI.

4. *C. Cotta, &c.*] C. Cotta Conſul cum Liparitanam Inſulam obſideret, animadvertit non recte tabernaculum captum eſſe: igitur cum ad reſtauranda auſpicia iturus eſſet, P. Aurelium ſanguine ſibi conjunctum obſidioni præfecit: qui cum negligentius milites in armis habuiſſet, per eruptionem oppidani vallum incendio conſumpſerunt, & pene caſtra ceperunt, & ob hanc cauſam Conſul reverſus, re cognita, P. Aurelium virgis cæſum inter pedites militares coëgit. *Oliv.*

5. *Liparitanæ.*] Lipare una eſt ex Inſulis Æoliis, cujus Solinus una cum reliquis mentionem facit, & omnes (ſunt autem ſeptem) ſuo nomine deſcribit.

1. Meſſa-

tenda [1] Meſſanam tranſiturus præfecerat, virgis cæſum, gregalis militiæ munere inter pedites fungi coëgit; [2] quod ejus culpa agger incenſus, & pene caſtra fuerant capta.

5. [3] Q. etiam [4] Fulvius Flaccus cenſor, Fulvium fratrem [5] cohortem legionis, in qua [6] Tr. militum erat, injuſſu conſulis

1. *Meſſanam.*] Eſt hæc urbs Siciliæ Peloro proxima, à Meſſeniis Achaiæ populis condita, & à nomine relictæ illis Urbis ita denominata. Vide Cluveri Siciliam.

2. *Quod ejus culpa agger incenſus.*] In Campenſ. Atteb. ac Pulmannian. *agger*, non, *ager*. multo rectius. Aggere enim & vallo muniebantur caſtra, quibus incenſis pene capta fuerant. Atqui ex quavis materia aggeſta fiebant aggeres; ſive terra, lapides, trabes, faſces eſſent, ſive hæc ſimul coacervata. Quid idem noſter Valerius? anne Julium Cæſarem, cum armis Mundam clauſiſſet, in alterius materiæ inopia ex cadaveribus aggerem extruxiſſe ſcribit? lib. VII. cap. 7. Aſtipulatur huic noſtræ correctioni item Julius Frontinus Stratagematum lib. IV. & quia hoc ipſum exemplum diſciplinæ militaris ex iſto Valerii loco iiſdem pene verbis transtuliſſe videtur, non incongtuum erit hic adjungere: *Idem*, inquit, *Cotta P. Aurelium ſanguine ſibi junctum, quem obſidioni Lipararum, ipſe ad auſpicia repetenda Meſſanam tranſiturus præfecerat, cum agger incenſus & pene capta caſtra eſſent, virgis cæſum in numerum gregalium peditum referri & muneribus fungi juſſit.* Atque hic quidem Frontini locus non ſolum Valerii verba declarat, ſed etiam in iis aliquid deeſſe, videtur indicare. Nam ubi ait, *militiæ munere inter pedites fungi coëgit*, profecto minus hiulcus & obſcurus erit, ſi locum ex Frontino ſuppleamus ita, *gregalis militiæ munere inter pedites fungi coëgit.* Viliſſimi enim gregales milites erant ad quæcunque opera militiæ ſupplenda ſubjecti, & ex centuriarum ultimis decuriis, in quas minoris precii & animi milites conſcribebantur, quemadmodum etiam Cicero in Orationibus ſuis indicat, per contemptum Catilinæ, Clodii, ac Antonii ſeditioſos ac viles aſſeclas eorum gregales appellans. Inter quos per ignominiam rejiciebantur etiam illi milites, qui ob culpam aliquam ex ordinibus ſuis expungebantur. *Pigh.* *Quod ejus culpa agger incenſus, & pene caſtra fuerant capta.*] E terra plurimum agger: potuitne accendi? Tu ſedulo velas, mi Pighi: ſed velim (puto te non nolente) *agger inſcenſus.* Inſcendi & conſcendi aggerem, vallum, crebra & trita lectio. *Lipſ.*

3. *Q. etiam, &c.*] Contigit A. U. DLXXIX. & DLXXIII.

4. *Fulvius Flaccus.*] Hoc factum eſt bello ſervili, quod in Sicilia geſtum eſt.

5. *Cohortem.*] Cohors habuit 3. Manipulos, Haſtatos, Principes, Triarios; adde & Velites, qui manipulos ſolebant comitari. Fuit igitur juſta & plena Cohors legionaria, homines 420. Si pleniores Manipuli & Legiones, plenior & ipſa; & inde Cohortes quingenarias, & ſexcenarias legimus. Græci Cohortem vulgo vocant σπεῖραν, ut & Ennius uſurpavit. Suidas *ſpiras* interpretatur numeros. Cohortes omnes in legionibus erant, numero æquales, quia & manipuli tales. Sed quia primæ dignitas aliqua attribuitur, id non à numero, ſed à ſplendore & primatu fuit, quod primi in ea Centuriones generis cujuſque, & forſan flos aliquis & electio virorum. *Lipſ.*

6. *Tribunus militum, &c.*] Tribuni ſeni in quaque legione erant. Creavit eos primo Romulus, ejuſque exemplo Reges & Conſules, donec & Populus in hunc honorem jus & ſuffragium ſibi ſumpſit;

ſulis domum dimittere auſum, [1] ſenatu movit. Non digna exempla, quæ tam breviter, niſi majoribus urgerer, referrentur. Quid enim tam difficile factu, quam copulato ſocietate generis & imaginum, deformem in patriam reditum indicere? aut communione nominis, ac familiæ veteris propinquitatis ſerie cohærenti, virgarum contumelioſa verbera adhibere? aut cenſorium [2] ſupercilium adverſus fraternam charitatem diſtringere? [4] Dentur hæc ſingula quamvis claris civitatibus, abunde tamen gloria diſciplinæ militaris inſtructæ videbuntur.

6. [5] At noſtra urbs, quæ omni genere mirificorum exemplorum totum orbem terrarum replevit, Imperatorum [6] proprio ſanguine manantes ſecures (ne turbato militiæ ordine vindicta deeſſet) è caſtris publice ſpecioſas, privatim lugubres duplici vultu recepit: [7] incerta gratulandi prius, an alloquendi officio fungeretur. Igitur ego quoque

ſumpſit; quod factum primo circa annum V. C. 393. Cum vero minus idonei crearentur per ambitum & gratiam, Populus excluſus. Id autem non diutnrnum; Populus jus repetiit, ita ut parem numerum Tribunorum Conſules & Populus crearent. Qui à Populo creabantur, digniores habiti, & dicti Comitiati, quia Romæ in Comitiis deſignabantur: qui à Conſulibus in exercitu creabantnr, dicti Rutili, poſtea Rufuli, Prætores, aut Conſules, aut qui pro iis, ſæpe in provinciis creabant Tribnnos; & iſti in annos mutabantur. Tribunorum duplex genus: Equites, & Plebei. Plures ex Equitibus, etiam non raro ex Senatoribus, præſertim graviore bello; alioquin contra, gradus hic ad ſenatorium ordinem erat. Atque hinc diſcrimen Tribunorum, ut quidam Laticlavii, quidam Auguſticlavii: illi, qui ex Senatu; iſti, qui ex Equite nati. Laticlaviorum præſtantior ordo. Utrumque genus ambitioſe petitum, & datum; & quo pluribus gratificari poſſent, factum ſemeſtre. Hinc *Semeſtre aurum*, dixit Juvenalis, quia etiam annulo aureo utebantur Tribuni. *Idem.*

1. *Senatu movit.*] Duplex erat cenſoria nota in equites; illi autem Senatu movebantur, ſi erant inter Senatores, aut equo pnblico privabantur, ne videlicet ſtipendum de publico darent.

2. *Supercilium.*] Auſteritas, ſeveritas à præcedente quod ſequitur: nam in ſuperciliorum torvo motu, quædam triſtitia & ſeveritas oſtenditur.

3. *Diſtringere.*] Minari vel exereere: eſt tranſlatio à gladiatoribus, qui gladium in concertatorem ſuum nudant.

4. *Dentur hæc.*] Si, inquit, civitates, quæ rerum potitæ ſunt, ſingulæ unum exemplar haberent eorum, quæ oſtendimus, tamen abunde viderentur obſervaſſe morem militatem.

5. *At noſtra urbs.*] Contigit A. V. CCCXXII.

6. *Proprio ſanguine.*] Scilicet filiorum.

7. *Incerta gratulandi prius, an alloquendi officio fungeretur.*] Ita ſex MSS. libri habent. Vulgo, *An lugendi officio fungeretur,*

que hæſitante animo vos, bellicarum rerum ſeveriſſimi cuſtodes, Poſthumi Tuberte, & Manli Torquate, memoria ac relatione complector; quia animadverto fore, ut pondere laudis, quam meruiſtis, obrutus, magis imbecillitatem ingenii mei detegam: quàm veſtram virtutem, ſicut par eſt, repræſentem. [1] Tu namque Poſthumi dictator, A. Poſthumium, quem ad generis [2] penetraliumque ſacrorum ſucceſſionem [3] propagandam genueras; cujus infantiæ blandimenta ſinu atque oſculis faveras; quem puerum literis, quem juvenem armis inſtruxeras; ſanctum, fortem, amantem tui pariter ac patriæ; quia non tuo juſſu, ſed ſua ſponte præſidio progreſſus, [4] hoſtes fuderat, victorem ſecuri feriri juſſiſti; & ad hoc peragendum imperium, paternæ vocis miniſterio ſufficere valuiſti. Nam oculos tuos, certum ſcio, clariſſima in luce [5] tenebris offuſos, ingens animi opus intueri

retur. Prior ipſiſſima lectio antiqua eſt, quam ſcioli vim ejus verbi non intelligentes mutarunt. Alioqui enim non προσφωνεῖν, hoc eſt, ad aliquem loqui tantum ſignificat, verum etiam cum affectu ac humilitate affari, & conſolari, quod Græci παραμυθεῖσθαι dicunt. Docet hoc M. Varro de ling. Lat. lib. 5. cujus ſunt hæc verba: *Hinc allocutum mulieres ajunt, cum eunt aliquam locutum conſolandi cauſſa.* Quam Varronis lectionem ex vetuſtis codicibus eruit vir noſtro ſæculo ſummus Antonius Auguſtinus. In eadem ſignificatione poſtea Valerius hoc vocabulo utitur. lib. IV. cap. 6. de Minyis: *Velut allocuturæ perituros maritos*, id eſt, conſolaturæ. *Pighius.*

1. *Tu namque Poſthumi dictator.*] Ab hac opinione diſſentit Livius: dicit enim non duos fuiſſe, qui filios occidi juſſerunt, ſed unum, nec Poſthumium, ſed Manlium Torquatum. Hoc autem in conjecturam adducit, cur Manlius non Poſthumius exiſtimandus ſit, qui filium virgis cædi, & ſecuri percuti juſſit, quia Manliana non Poſthumiana imperia ſunt appellata: nam in conſuetudinem venit, ut cum aliquis nimia ſeveritate uteretur, diceretur, *En Manlianum imperium:* quem crudelitatis titulum Poſthumius prior occupaturus fuit: : nam multis ante annis Poſthumius fuit, quam Manlius. Sed de hac re nonnihil dubitare videtur Livius, quia nonnulli ſic tradidêre ſcriptores, duos ſc. fuiſſe, qui filios occidi juſſerint, ſed exiſtimare ſe dicit, ſcriptores, quod Poſthumii fuerat, aſcripſiſſe Torquato, vel contra potius. Et quia nonnulli Hiſtorici ita retulerunt, ſe quoque tacitum præterire noluiſſe Poſthumium filium. Hoc contigit teſte Gellio, anno ab Urbe condita CCCXXII, bello Fidenati. *Oliv.*

2. *Penetraliumque ſacrorum.*] Mos erat antiquitus, ut domeſticis ſacris ex filiis majores natu præficerentur.

3. *Propagandam.*] Amplificandam. tranſlatio ſumpta à vitibus; nam propagari dicuntur vites, cum ab arbore ſubterranea flagella deducuntur.

4. *Hoſtes.*] Scil. Fidenates.

5. *Tenebris offuſos,*] Hoc dicit, ne videretur

Digitized by Google

intueri nequiviſſe. [1] Tu item Manli Torquate Latino bello conſul, filium, quod provocatus à Geminio Metio duce Tuſculanorum ad dimicandum [2] te ignaro deſcenderat, glorioſam victoriam & ſpecioſa ſpolia referentem; abripi à lictore, & in modum hoſtiæ mactari juſſiſti: ſatius eſſe judicans, patrem forti filio, quam patriam militari diſciplina carere.

7. Age, quanto ſpiritu putamus uſum L. [3] Quinctium Cincinnatum dictatorem eo tempore, quo devictis * Æquis & ſub

retur is omnem affectum paternum exuiſſe.

1. *Tu item Manli Torquate.*] Id contigit Volſcorum Æquorumque bello, ut vult Livius. Gellius vero nitidiſſimus Latinitatis autor, dicit hoc contigiſſe bello Latino. Cato tamen apud Salluſtium in Oratione contra conjuratos dicit hoc contigiſſe bello Gallico, & appellat hunc Aulum Manlium Torquatum. Huic Torquato poſt cædem filii in patriam cum victoria redeunti nemo juniorum proceſſit obviam; fuit autem Patribus charus, juvenibus & tunc & ſemper inviſus, ſicut in cap. de Ira & Odio dicemus, ubi de hac hiſtoria plenius tractabitur. *Oliver.* Contigit A. U. CDXIII.

2. *Te ignaro.*] Imo plus quam ignaro, quia prohibuerat quicquam ſe abſente in hoſtem moliri.

3. *Quinctium Cincinnatum.*] De hoc viro dicemus in cap. de Moderatione & Paupertate: quod vero ad diſciplinam militarem pertinet, cum pervaſtatis agris ſubito Æquorum & Volſcorum incurſu, Conſulum alter, L. Minutius ad ultionem miſſus eſſet, illi neque fortuna, neque vis animi in ea re gerenda fuit: nam cum haud procul ab hoſte caſtra poſuiſſet, nulla clade accepta pavidus inter caſtra ſe continebat; quod ubi ſenſere hoſtes, ex metu alieno crevit audacia, & primo caſtra expugnare adorti, cum non ſuccederet, ad obſidionem converſi, munitionibus circumdant: quod ubi Romam perlatum eſt, obſideri ſcilicet Conſulem & exercitum, tantus pavor & trepidatio urbem inceſſit, ut Dictatorem quam primum dici placeret, dictuſque eſt conſenſu omnium L. Quinctius Cincinnatus, qui tum erat in agris, & ruſtico inhians operi, audito patriæ ſtatu, & honorem & laborem pium prono animo ſuſcepit, profectuſque confeſtim, ſcripto exercitu, omnibus ultro nomina dantibus, ſpe certa ſub tali duce vincendi, diſpoſito rerum ſtatu, die proximo ſub noctem Roma egreſſus, alacritate mirabili, mediaque nocte ad hoſtem perveniens, & Conſulem & exercitum obſidione liberavit, hoſtes, ut exprimeretur tandem confeſſio, ſubactam domitamque eſſe gentem, ſub jugum miſit. Fiebat autem jugum ex tribus haſtis, duabus humi defixis, ſuperque eas una tranſverſa deligata; hoc jugo Dictator hoſtes veluti totidem boves miſſit, caſtris hoſtium receptis plenis omnium rerum (nudos enim emiſerat) prædam omnem ſuo tantum militi dedit, conſularem exercitum, Conſulemque ipſum increpans, Carebis, inquit, prædæ parte miles ex eo hoſte, cui prope prædæ fuiſti: & tu, L. Minuci, donec conſularem animum incipias habere, legatus ſis, legionibus præeris. Ita ſe Minutius abdicat conſulatu, juſſuſque ad exercitum manet; ſed adeo tum imperio meliori animus manſuete obediens erat, ut be-

& ſub jugum miſſis, L. Minutium conſulatum deponere coëgit, quod caſtra ejuſdem hoſtes obſederant? Indignum enim maximo imperio credidit, quem non ſua virtus, ſed [1] foſſa vallumque tutum præſtiterat, cuique verecundiæ non fuerat, arma Romana metu trepida clauſis portis contineri. Ergo [2] imperioſiſſimi XII. faſces, penes quos ſenatus & equeſtris ordinis, & univerſæ plebis ſummum decus erat, quorumque nutu Latium, ac totius Italiæ vires regebantur: contuſi atque fracti dictatoriæ ſe animadverſioni ſubſtraverunt. [3] Ac ne inulta foret læſa gloria militaris, conſul delicti omnis vindex punitus eſt. His (ut ita dicam) [4] piaculis, Mars imperii noſtri pater, ubi aliqua ex parte à tuis auſpiciis degeneratum erat, numen tuum propitiabatur: affinium & cognatorum & fratrum nota, filiorumque ſtrage, [5] ignominioſa conſulum ejuratione.

8. [6] Ejuſdem ordinis eſt quod ſequitur. Papirius dictator,

ut beneficii magis, quam ignominiæ hic exercitus memor, & coronam auream Dictatori libræ pondo decreverit, & proficiſcentem eum patronum ſalutaverit. *Oliv.*

* *Æquis.*] Æquiculi ſunt in Latio populi: qui antea Æqui dicti. Auctor Livius. item Diodorus, qui *Αἴκλοι* & *Αἰκικλοι* legit. ſic quoque Ptolemæus. Æquiculani apud Plinium ſunt. Æcani ſunt in antiqua inſcriptione, Beneventi. Strabo & Florus eorum quoque meminere. *Ortelius.*

1. *Foſſa vallumque.*] Vide ſupra.

2. *Imperioſiſſimi.*] Id eſt, maximi imperii indices.

3. *Ac ne inulta foret gloria militaris.*] Plerique MSS. libri habent, *Inulta foret læta gloria militaris.* Vulgo, *multa.* In Pulmanniano & Cauchiano, *læſa.* Quæ vox librariorum ignavia in vulgatis intercidit. *Pighius.*

4. *Piaculis.*] Expiationibus.

5. *Ignominioſa.*] Quia poſſet eſſe honeſta, ut ſi ob valetudinem aut vulnera accepta, aut ob religionem aliquam quis ſe magiſtratu abdicarit.

6. *Ejuſdem ordinis, &c.*] Frontinus l. IV. & v. *L. Papirius Curſor Dictator Fabium Rullianum magiſtrum equitum, qui adverſus edictum ejus quoque proſpere pugnaverat, virgis popoſcit cædi, ſecuri percuſſurus, nec contentioni aut precibus militum conceſſit animadverſionem, eumque profugientem Romam proſecutus eſt, nec ibi quidem remiſſo prius ſupplicii metu, quam ad genua ejus, & Fabius cum patre provolveretur, & pariter Senatus & populus rogarent.* Liv. vero multo prolixius ſcribit hiſtoriam. Evenit hoc bello Samnitico, cui cum L. Furius Camillus Conſul præeſſet, morbo implicitus, Dictatorem dixit Papirium Curſorem, qui ſibi Q. Fabium Rullianum magiſtrum equitum dixit; quibus in caſtra profectis, paulo poſt Dictator in urbem ad auſpicium petendum accerſitur: imperat magiſtro equitum, ut ſeſe loco teneret, nec abſente ſe cum hoſte confligeret. Fabius cum poſt profectio-

tor, cum adverſus Imperium ejus [1] Q. Fabius Rullianus magiſter equitum exercitum in aciem eduxiſſet, quanquam fuſis [2] Samnitibus in caſtra redierat, tamen neque virtute ejus, neque ſucceſſu, neque [3] nobilitate motus, [4] virgas expediri, eumque nudari juſſit. O ſpectaculum admirabile! & Rullianus, & magiſter equitum, & victor, ſciſſa

veſte,

fectionem Dictatoris per exploratores comperiſſet, perinde omnia ſoluta apud hoſtes, ac ſi nemo Romanus in Samnio eſſet, ſeu ferox adoleſcens indignitate accenſus, quod omnia in Dictatore viderentur repoſita eſſe, ſeu occaſione bene gerendæ rei ductus, exercitu inſtructo paratoque, profectus ad hoſtes, conflixit. Ea fortuna pugnæ fuit, ut nihil relictum ſit, quo ſi affuiſſet Dictator, res melius geri potuerit: non enim dux militi, nec miles duci defuit, viginti millia hoſtium ea pugna cæſa dicuntur. Quod ubi Romæ cognitum eſt, Dictator incenſus ira redit in caſtra, Fabium acciri jubet ſpoliarique, ut de illo ſumeret ſupplicium; milites, rejectis lictoribus, Fabium tutantur. Jamque ſeditio maxima apparebat, ſed nox eam diremit. Fabius interea Romam profugit, & auctore patre apud Senatum de injuria Dictatoris conqueritur, demum ſuperveniente Dictatore, tribunorum omnium ac populi Romani fidem implorat; qua nihil ſibi proficiente, fluctuabat ejus vita, niſi quod populus ad preces & obteſtationem converſus, ut ſibi pœnam magiſtri equitum Dictator remitteret, tribuni quoque inclinatam rem in preces ſubſecuti, orare Dictatorem inſiſtunt, ut veniam errori humano adoleſcentiæ Q. Fabii Rulliani daret; ſatis eum pœnarum dediſſe. Jam ipſe adoleſcens, jam pater M. Fabius contentionis obliti, procumbere ad genua & iram deprecari Dictatoris. Tunc Dictator, ſilentio facto, Bene habet, Quirites, vicit diſciplina militaris, vicit imperii majeſtas, non noxæ eximitur Q. Fabius, qui contra edictum Imperatoris pugnavit, ſed noxæ damnatus donatur populo Romano, donatur tribunitiæ poteſtati precarium, non juſtum auxilium ferenti. *Oliverius.* Contigit A. V. CDXXIX.

1. *Q. Fabius Rullianus.*] Alii *Rutilianum*, male. Plutarchus in Fabio & *Pomp. Rullum* appellat; quod nomen Romæ ignotum. In veteri Gloſſario exponitur *Rullus*, mendicus, *ἀγύρτης*. *Colerus.*

2. *Samnitibus.*] Samnites, Samnium, & Samnitium, populi & regio Italiæ, apud Livium, Strabonem & alios. Ducatus Beneventanus poſtea dictus. Abruzzo hodie dici, ex Sanfelicio, & Leandro docemur. Samnites medios eſſe inter Picenum, Campaniam, & Apuliam, teſtis eſt Eutropius 2. centeſimo ferè & triceſimo miliari ab Urbe. Vicinos Privernatibus ſcribit Livius 8. Strabo dicit eorum quoſdam Pitanates vocatos. Diaconus 4. Longob. Decimam quartam regionem Italiæ his adſcribit. *Ortelius.*

3. *Nobilitate.*] De gente Papyria Cic. Epiſt. Fam. lib. IX. epiſtola ad Pætum: *Tandem*, inquit, *inſanire tibi videris, ita inquit, ſed tamen mi Pæte, quid tibi venit in mentem, negare Papyrium quenquam niſi plebeium fuiſſe unquam? fuerunt enim patritii minorum gentium, quorum princeps L. Papyrius Mugilanus, qui Conſul cum L. Sempronio Atracino fuit, cum ante Cenſor cum eodem fuiſſet annis poſt Romam conditam trecentis* XII. Oliver.

4. *Virgas expediri.*] Id eſt, faſcibus evolvi.

1. *Licto-*

veſte, ſpoliatoque corpore, [1] lictorum verberibus lacerandus: ut in acie exceptorum vulnerum [2] nodoſis ictibus cruore renovato, victoriarum, quos modo ſpecioſiſſimos erat adeptus titulos, reſpergeret. [3] Precibus deinde ſuis exercitus occaſionem Fabio confugiendi in urbem dedit; ubi fruſtra ſenatus auxilium imploravit. Nihilo minus enim Papirius in exigenda pœna perſeveravit: itaque coactus eſt pater ejus, poſt dictaturam, tertiumque conſulatum, rem [4] ad populum devocare, auxiliumque tribunorum plebis ſupplex pro filio petere. Neque hac re [5] ſeveritas Papirii refrenari potuit: ceterum, cum ab univerſis civibus, & ipſis tribunis plebis rogaretur; teſtatus eſt, non pœnam illam ſe Fabio, ſed populo Romano & Tribunitiæ concedere poteſtati.

9. [6] L. quoque [7] Calpurnius Piſo conſul, cum in Sicilia bellum adverſus fugitivos gereret, & C. Titius equitum præfectus, [8] fugitivorum multitudine circumventus, arma cum ſuis tradidiſſet; his præfectum ignominiæ generibus affecit. Juſſit eum toga [9] laciniis abſciſſis amictum * diſcinctaque

1. *Lictorum verberibus lacerandus.*] Perplacet Campenſis libri hæc lectio. Vulgo, *Lictorum ſe verberibus lacerandum præbuit.* Non enim ſe præbuit, ſed antequam ſpoliaretur, à manibus effugit. *Pighius.*

2. *Nodoſis ictibus.*] Scilicet virgarum.

3. *Precibus deinde ſuis exercitus.*] Melius *ſuis*, non, *ſui*, ut eſt in Atreb. Exercitus enim interceſſit, precibuſque, dum ſe ſupplicio opponeret, occaſionem fugiendi Fabio dedit. Vide Livium lib. 8. qui hæc pulcherrime. *Pigh.*

4. *Ad populum devocare.*] Penes quam ſuprema erat poteſtas. Lege Valeria cautum, ne quis ullum magiſtratum ſine provocatione crearet. Qui creaſſet eum jus & fas eſſet occidi, neve ea cædes capitalis noxæ haberetur.

5. *Severitas.*] Hæc Papirii ſeveritas ſic totius exercitus animum à Dictatore avertit, ut proximo cum Samnitibus prælio hoſtes debellari potuerint, niſi milites duci ſuo gloriam invidentes, vincere noluiſſent. *Oliver.*

6. *L. quoque, &c.*] Contig. A. V. DCXX.

7. *Calpurnius.*] Frontinus idem affirmat lib. IV. cap. I. Piſonum domus à Numa Pompilio duxit originem, teſte Horatio in Arte Poëtica, ubi loquitur ad Piſones:

—— Vos, ô
Pompilius ſanguis, carmen reprehendite.

8. *Fugitivorum multitudine circumventus, arma cum ſuis tradidiſſet.*] *Hoſtium* è ludimagiſtri dictatis aſſumtum eſt, & in Suſiano non habetur. Deinde in Campenſi, *Armatum ſuis*, lege, *Arma cum ſuis.* Qua lectione vitatur duplicatio particulæ *his*; turmæ quoque ejus, quæ ſimul arma tradiderant pœnam ſubiere. *Pigh.*

9. *Laciniis abſciſſis.*] Hanc pœnam poſtea in-

ctaque tunica indutum, nudis pedibus, à mane in noctem uſque ad principia per omne tempus militiæ adeſſe. Interdixit etiam ei convictum hominum, uſumque [1] balnearum: [2] turmaſque equitum, quibus præfuerat, ademptis equis in [3] funditorum [4] alas tranſcripſit. Magnum profecto dedecus patriæ magno Piſonis decore vindicatum eſt: quoniam quidem id egerit, ut qui cupiditate vitæ adducti, [5] cruce digniſſimis fugitivis trophæa de ſe ſtatuere conceſſerant, libertatique ſuæ ſervili manu flagitioſum imponi jugum non erubuerant; amarum lucis uſum experirentur, mortemque, quam effeminate timuerant, viriliter optarent.

10. [6] Nec minus Piſone acriter * Q. Metellus: qui cum apud

ea inſtauravit Auguſtus, antiqui moris amantiſſimus. Suetonius; *Pro cætero delictorum genere variis ignominiis affecit, ut ſtare per totum diem juberet ante prætorium: interdum tunicatos diſcinctoſque, nonnunquam cum decempedis vel etiam ceſpitem portantes.* Herodianus lib. II. *τάς τε ζώνας καὶ τὰς ἐσθῆτας καὶ ἐπὶ σύμβολον ἔφερον στρατιωτικὸν, ἀφαρπάσαντες, γυμνοὺς ἐξέπεμπον.* *Coler.*

* *Diſcinctaque tunica.*] Diſſoluta, in ſignum ignaviæ & molliciæ.

1. *Balnearum.*] Hinc apparet balneis uſos aliquando & milites, ſed Scipio quoque uſum balnearum ſuis militibus interdixit, ut tradit Polyænus lib. 8. Stratag. Philippus ſane Macedo, Tarantinum quendam lavantem conſpicatus, præcipuo munere militiæ privavit, illa adjiciens: *Φήσεις, ἀγνοεῖν μοι δοκεῖς τὰ Μακεδόνων, παρ' οἷς οὐδὲ γυνὴ τεκοῦσα θερμῷ λούεται. Videre mihi tu quidem ignorare inſtituta Macedonum, apud quos ne puerperam quidem calida lavari videas.* Polyanus auctor lib. 4. Strat. Priſcorum etiam Romanorum balnea admodum rara Seneca lib. 13. Epiſtolar. Nam ut ajunt, qui priſcos mores urbis tradiderunt, brachia & crura quotidie abluebant, quæ ſcilicet ſordes opere collegerant, cæterum toti nundinis lavabantur. *Colerus.*

2. *Turmaſque.*] Equitum diviſio fuit in x. Turmas. Turma dicta quaſi Terma, quia ter denos habuit equites. Erant autem in Legione Turmæ tricenariæ x. ſeu equites ccc. Sunt ergo Turmæ in Ala, quot Cohortes in Legione; & Decuriæ, quot Manipuli; ternæ enim in Turma. *Lipſius.*

3. *Funditorum.*] Funditorum genus militiæ viliſſimum. De equitibus facti ſunt funditores, qui fundis glandes in hoſtes torquebant.

4. *Alas tranſſcripſit.*] Alæ proprie ſunt equitum, ſic dictæ, quod pedites tegant alarum vice.

5. *Cruce.*] Id eſt, turpiſſima morte.

6. *Nec minus Piſone.*] Frontinus l. IV. cap. I. *Q. Metellus Numidicus*, inquit, *in Hiſpania quinque cohortes, quæ locum amiſerant, teſtamentum facere juſſit, eas deinde ad locum recuperandum remiſit, minatus, non niſi poſt victoriam recepturum.* Cum igitur juberentur facere teſtamentum, intelligebant, niſi vincerent, ſe morti deſtinatos eſſe; & hoc modo expreſſa eſt illis neceſſitas, ut, pulſis hoſtibus, locum recuperarent, unde fuerant dejecti. Contigit A. U. DCXI.

* Q. Me-

apud[1] Contrebiam res gereretur, collocatas à ſe in quadam ſtatione quinque cohortes, atque ex ea viribus hoſtium depulſas: repetere eandem ſtationem è veſtigio juſſit: non quod ſperaret ab iis amiſſum locum recuperari poſſe, ſed ut præteritæ culpam pugnæ, inſequentis certaminis manifeſto periculo puniret. Edixit etiam, ut ſi quis ex his fugiens caſtra petiiſſet, pro hoſte interficeretur. Qua ſeveritate compreſſi milites, corporibus fatigatis, & animis deſperatione vitæ implicatis, loci tamen iniquitatem, multitudinemque hoſtium ſuperarunt. Humanæ igitur imbecillitatis efficaciſſimum [2] duramentum eſt neceſſitas.

11. [3] In eadem provincia [4] Q. Fabius Max. ferociſſimæ gentis animos contundere & debilitare cupiens, manſuetiſſimum ingenium ſuum, ad tempus depoſita clementia, ſæviore uti ſeveritate coëgit. Omnium enim qui ex præſidiis Romanis ad hoſtes transfugerant, captique erant, manus abſcidit: ut trunca præ ſe brachia geſtantes defectionis metum reliquis injicerent: Rebelles itaque manus à corporibus ſuis diſtractæ, inque cruentato ſolo ſparſæ, ceteris, ne idem committere auderent, documento fuerunt.

12. [5] Nihil mitius ſuperiore Africano: is tamen ad firmandam diſciplinam militarem, aliquid ab alieniſſima ſibi crudelitate amaritudinis mutuandum exiſtimavit. Siquidem devicta Carthagine, cum omnes qui ex noſtris exercitibus ad Pœnos tranſierant, in ſuam poteſtatem redegiſſet; gravius in Romanos, quam in [6] Latinos transfugas

* *Q. Metellus.*] Qui Jugurtham Numidiæ Regem primus dare terga coëgit, dequo multa Salluſtius.

1. *Contrebiam.*] Hæc civitas eſt in Celtiberia, quæ pars eſt Hiſpaniæ.

2. *Duramentum.*] Id eſt, ſtabilimentum.

3. *In eadem provincia.*] Scilicet Celtiberia aut Hiſpania. *In eadem, &c.*] Contigit A. U. DCXII.

4. *Q. Fabius Maximus.*] Vide ſupra pag. 142.

5. *Nihil mitius.*] Contigit A. U. DLII.

6. *Latinos.*] Notandum Latinos & Italicos ſæpe abſolute *ſocios* appellari. Quin & aliquando Latini & Italici confundebantur. Ita Valerius Pelignos, qui Latini non erant, ita tamen appellavit.

gas animadvertit. Hos enim tanquam patriæ fugitivos [1] crucibus affixit, illos tanquam perfidos ſocios ſecuri percuſſit. Non proſequar hoc factum ulterius, & quia [2] Scipionis eſt, & quia Romano ſanguini, quamvis merito perpeſſo, [3] ſervile ſupplicium inſultare non attinet: cum præſertim tranſire adeo liceat, quæ ſine domeſtico vulnere geſta narrari poſſunt.

13. [4] Nam poſterior Africanus, everſo Punico imperio, exterarum genitum transfugas, in edendis populo ſpectaculis, [5] feris objecit.

14. [6] Et L. Paullus Perſe rege ſuperato ejuſdem generis & culpæ homines elephantis proterendos ſubſtravit: utiliſſimo quidem exemplo, ſi tamen acta excellentiſſimorum virorum humiliter æſtimare ſine inſolentiæ reprehenſione permittitur. Aſpero enim & [7] abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget: quia vires armis conſtant, [8] quæ ubi à recto tenore deſciverunt, oppreſſura ſunt, niſi opprimantur.

15. [1] Sed

lavit. Latium autem diſcrevit Latinos ab Italicis, qui non erant in Latio: fœdus ab iis civibus Romanis, qui agrum Romanum poſſidebant, aut colebant in Latio; jus Latii ab iis Latinis, qui cum agrum Latinum tenerent, non tamen Latij jure fruebantur. Ex fœdere autem, quod cum Latinis eſt percuſſum, jus illud emanavit. Quod & jus Latii, vel Latinitas appellatur, quod conſtat quidem jure civium Romanorum fuiſſe deterius, Italico vero aliquanto commodius.

1. *Crucibus.*] Vide Lipſium de Cruce, & Salmaſii nuperum tractatum.

2. *Scipionis.*] Hoc eſt, viri laudatiſſimi.

3. *Servile.*] Quia ſervis ut plurimum infligebatur.

4. *Nam, &c.*] Contigit A.V. DCVII.

5. *Feris beſtiis*] Martialis & Juvenalis de theatrali venatione multa dicunt.

6. *L. Paullus.*] De hoc ſatis ſupra dictum in cap. de Ominibus, quod bellum Macedonicum extra ordinem huic Senatus decreverit, quod cum ſummâ felicitate & gloria confecit, regemque vicit. Contigit A.V. DXXCVI.

7. *Abſciſſo, &c.*] Imperatores & duces exercituum ſi militem quempiam à militari diſciplina declinantem punierint, tametſi id juſte & merito faciant, tamen id inſolentia potius quadam feciſſe judicantur, quia crimen in judicium non venit; ſed ita commiſſum continuo non punitetur, quod etiam fieri neceſſe eſt; nam ſi per diſpendia judiciorum expectandum eſſet, ut de jure diſceptaretur, nimis creſceret gladiatorum licentia. Abſciſſa igitur, compendioſa & brevi caſtigatione hic opus eſt. *Oliver.*

8. *Qui ubi à recto tenore deſciverunt.*] In MSſ. *A recto tenore.* Melius, quam *itinere.* Valet. & ante uſurpata vox eſt, *Quo minus religionibus ſuus tenor, ſuaque obſervatio*

15. [1] Sed tempus eſt eorum quoque mentionem fieri, quæ jam non à ſingulis, verum ab univerſo Senatu pro militari more obtinendo, defendendoque adminiſtrata ſunt. L.[2] Marcius tribunus militum, cum reliquias duorum exercituum P. & Cn. Scipionum, quos arma Pœnorum in Hiſpania abſumpſerant, diſperſas mira virtute collegiſſet, earumque ſuffragiis dux eſſet creatus; ſenatui de rebus actis à ſe ſcribens, in hunc modum orſus eſt: L. MARCIUS PROPR. Cujus honoris uſurpatione uti eum patribus conſcriptis non placuit; quia duces [3] à populo, non à militibus creari ſolerent. Quo tempore tam anguſto, tamque gravi, propter immane Reipubl. damnum etiam trib. militum [4] adulandus erat, quoniam quidem ad ſtatum totius civitatis corrigendum unus ſuffecerat. Sed nulla clades, nullum meritum, [5] valentius militari diſciplina apud ſena-

obſervatio redderetur. lib. 1. cap. 1. *Pigh.*

1. *Sed tempus, &c.*] Contigit A. V. DXLI.

2. *Marcius tribunus militum.*] P. & Cn. Scipiones diu in Hiſpania contra Carthaginienſes bella geſſerunt, Carthaginienſes Aſdrubalem & Magonem adverſus eos cum magnis copiis miſerunt, & cum eos Romani aliquandiu perſecuti eſſent, illi vero ſe in tutiora loca recepiſſent, & nonnunquam pauci Romani ex multis victoriam reportaſſent, Celtiberi, qui cum Romanis erant, pretio corrupti, ad Carthaginienſes defecerunt, & forte diviſis exercitibus duo fratres bifariam bellum gerebant, ut tandem aliquando ei finem imponerent. Sed deſtituti à Celtiberis, in quibus ſpes maxima victoriæ, quippe qui ſupra XXX. millia eſſent, inter paucos dies ab hoſtibus oppreſſi ſunt, & duo Imperatores Romani cum magna parte exercitus deleti. Quod reliquum fuit virtute L. Marcii Tribuni militum in unum coactum eſt, & dux à militibus electus. Qui cum intellexiſſet hoſtes ob rem bene geſtam lætitiam agitantes, quaſi omnes Romanorum copias deletas crederent, & propterea ſe negligenter haberent milites, ad concionem vocavit, & adhortatus eos ad hoſtes invadendos, cum inter concitandum (ut diximus in cap. de Ominibus) ſubito flamma è capite ejus emicuiſſet, læti milites omen acceperunt, & ducem Marcium ſecuti ad caſtra hoſtium, eos cibo ſomnoque oppreſſos confecerunt. Hic ergo Marcius cum de rebus geſtis ad Senatum ſcriberet, hoc titulo uſus eſt: *L. Marcius proprætor Senatui populoque Romano ſalutem plurimam dicit*; quo genere tituli Senatus ulterius uti noluit, ut cum Tribunus creatus eſſet à populo, ſe Proprætorem diceret, quod id à militibus accepiſſet. *Oliv.*

3. *A populo.*] Scilicet toto in comitiis.

4. *Adulandus.*] Hoc verbum apud veteres commune fuit, ſicut & multa alia apud Priſcianum.

5. *Valentius militari diſciplina, &c. fuit.*] Lege, *Valentius militari diſciplina apud Senatum fuit*, ex Wincheliano & Cauchiano. *Pigh.*

 1. *Taren-*

ſenatum fuit: ſuccurebat enim quam animoſa ſeveritate [1] Tarentino bello majores eorum uſi fuiſſent: [2] in quo [3] quaſſatis & attritis Reip. viribus, cum [4] magnum captivorum civium ſuorum numerum à Pyrrho rege ultro miſſum recepiſſent, decreverunt, ut ex iis, qui equo [5] meruerant, peditum numero militarent: qui pedites fuerant, in funditorum auxilia tranſcriberentur: neve quis eorum intra caſtra tenderet, neve locum extra aſſignatum, [6] vallo aut foſſa cingeret, neve tentorium ex pellibus haberet: Recurſum autem iis ad priſtinum militiæ ordinem propoſuerunt, ſi quis [7] bina ſpolia ex hoſtibus tuliſſet: Quibus ſuppliciis compreſſi, ex deformibus Pyrrhi munuſculis, accerrimi hoſtes extiterunt. Parem iram adverſus illos ſenatus diſtrinxit, qui apud Cannas Remp. deſeruerant. [9] Nam cum eos gravitate decreti [10] ultra mortuorum conditionem relegaſſet,

1. *Tarentino bello.*] Cum Tarentini bellum cum pop. Rom. haberent, Pyrrhum regem Epirotarum in Italiam acciverunt, quo in bello attritæ primo ſunt vires populi Romani. Cum igitur Pyrrhus magnum numerum captivorum cepiſſet, ſine redemptione omnes populo Rom. condonare voluit. In quo ſententia Appii Claudii Cæci fuit, ne reciperentur priſtino ſtatu. Igitur qui equites fuerant, in peditum numerum, qui pedites, in funditorum alas transſcripti ſunt, & aliis conditionibus alligati. Unde Frontinus lib. I. cap. I. *Appii Claudii ſententia, Senatus eos, qui à Pyrrho rege Epirotarum capti & poſtea remiſſi fuerant, equites ad pedites redegit, pedites ad levem armaturam omnibus extra vallum juſſis tendere, donec bina hoſtium ſpolia ſinguli referrent.* Oliv.

2. *In quo, &c.*] Contigit A. V. DLXXV.

3. *Quaſſatis.*] Id eſt, concuſſis.

4. *Magnum captivorum, &c. numerum.*] Fuerunt autem ducenti, teſte Juſtin. lib. XVIII. qui inquit, *Pyrrhus ducentos captivos milites gratis Romam remiſit, ut cognita virtute ejus Romani cognoſcerent liberalitatem.*

5. *Meruerant.*] Militaverant.

6. *Vallo aut foſſa.*] Vide ſupra.

7. *Bina ſpolia.*] Duorum à ſe occiſorum.

8. *Parem iram.*] Livius: *Legati militum, qui relegati, poſtulabant ut in prælium ducerentur. Marcellus id nec juris nec poteſtatis ſuæ eſſe dixit, Senatui ſcripturum ſe, omniaque de ſententia patrum facturum eſſe: literæ ergo Marcelli ad novos Conſules allatæ, ac per eos in Senatu recitatæ ſunt, conſultuſque de his literis ita decrevit Senatus: Militibus qui ad Cannas commilitones ſuos pugnantes deſeruiſſent, Senatui non videri Rempublicam committendam eſſe, ſi Marco Claudio Proconſuli aliter videretur, faceret quod è republica fideque ſua duceret, dum ne quis eorum munere vacaret, neve dono militari virtutis gratia donaretur, non in Italiam reportaretur, donec hoſtes in terra Italia eſſent.*

8. *Cannas.*] Vicum Apuliæ, ubi Rom. exercitus ab Annibale profligatus eſt.

9. *Nam, &c.*] Contigit A. V. DXXXVII.

10. *Ultra mortuorum conditionem.*] In omnibus

ſet, acceptis à M. Marcello litteris, [1] ut eorum ſibi opera ad expugnationem Syracuſarum uti liceret; reſcripſit indignos eſſe, qui in caſtra reciperentur. Ceterum ſe ei permittere, ut faceret quod expedire Reip. judicâſſet, dum nequis ex eis[2] munere vacaret,[3] aut dono militiæ donaretur, aut in Italiam, donec hoſtes in ea eſſent, accederet. Sic enerves animos odiſſe virtus ſolet. [4] Age, quam graviter ſenatus tulit, quod Q. Petillium conſulem fortiſſime adverſus [5] Ligures pugnantem occidere milites paſſi eſſent? Legioni enim [6] neque ſtipendium anni procedere, neque æra dari voluit: quia pro ſalute imperatoris, hoſtium telis ſe non obtulerant. Idque decretum ampliſſimi ordinis, ſpecioſum & æternum Petillii monumentum extitit, ſub quo in acie, morte, in Curia [7] ultione clari cineres ejus acquieſcunt. [8] Conſimili animo, cum ei Annibal, ſex millium Roma-

omnibus manuſcriptis, *Ultrà mortuorum*, non, *mortalium*, legitur. Et recte. *Pighius.*

1. *Ut eorum, &c.*] Contig. A.V. DVII.

2. *Munere vacaret.*] Dum nequis illorum vacationem haberet militiæ, videlicet ut ſemper militiam gererent.

3. *Aut dono.*] Ut ſi etiam fortiter geſſiſſent, nullo munere militari donarentur.

4. *Age, quam graviter Senatus.*] Frontinus lib. IV. cap. I. *Cum à Liguribus in prœlio Quintus Petillius interfectus eſſet, decrevit Senatus, uti ea legio, in cujus acie conſul fuerat occiſus, tota infrequens referretur, ſtipendium ei non daretur annuum, æra reſcinderentur.* Contigit A. V. DLXXVII.

5. *Ligures.*] Liguria Italiæ regio inter amnes Varum & Macram, ab altero latere habens Apenninum, ab altero Padum.

6. *Neque æra dari voluit.*] Scilicet jam debita.

7. *Ultione.*] Animadverſione in ignavos milites.

8. *Conſimili animo.*] Livius decade Secundi Belli Punici Annibalem dicit poſt proſperam ad Cannas pugnam, captivos Romanos, quod nunquam antea fecerat, benigne ſatis fuiſſe allocutum, eiſque ſe redimendi poteſtatem feciſſe, pretium conſtituiſſe in capita, equiti quingentos quadrigatos nummos, tricenos pediti, ſervo terdenos, & quanquam aliquantulum adjiciebatur equitibus, & ad id pretium quo pepigerant dedentes ſe, lætos tum quancunque conditionem accepiſſe. Romamque legatos miſiſſe, Senatum non redimendos cenſuiſſe, diſſuadente imprimis T. Manlio Torquato, priſcæ & nimis duræ ſeveritatis viro, qui præter alias rationes eorum ignaviam inſectatus, illam afferebat, quod cum P. Sempronio Tuditano aufugere potuiſſent, & noluiſſe. Cicero Offic. lib. ult. circa finem: *Octo hominum millia*, inquit, *tenebat Annibal, non quæ in acie cepiſſet, aut qui periculo mortis diffugiſſent, ſed qui relicti in caſtris fuiſſent à Paulo & Varrone Conſule, eos Senatus non cenſuit redimendos, cum id parva pecunia fieri potuiſſet, ut eſſet inſitum militi-*

Romanorum, quæ capta in caſtris habebat, redimendorum poteſtatem feciſſet, conditionem ſprevit; memor tantam multitudinem armatorum juvenum, ſi honeſte mori voluiſſent, turpiter capi non potuiſſe. Quorum neſcio utrum majus dedecus fuerit, quod patria ſpei, an quod hoſtis metus nihil in his repoſuerit: hæc pro ſe, ille ne adverſus ſe dimicarent, parvi pendendo. Sed cum aliquoties ſenatus pro militari diſciplina ſe [1] ſeverum exhibuerit, neſcio an tum præcipue, cum milites qui [2] Rhegium [3] injuſto bello occupaverant, mortuoque duce Jubellio, M. Cæſium ſcribam ejus ſua ſponte imperatorem delegerant, carcere incluſit, ac M. Fulvio Flacco Trib. Pl. denunciante, ne in cives Romanos adverſus [4] morem majorum animadverteret, nihilominus propoſitum executus eſt. Ceterum quo minore cum invidia id perageretur, quinquagenos per ſingulos dies virgis cæſos, ſecuri percuti juſſit, [5] eorumque corpora [6] ſepulturæ mandari, mortemque [7] lugeri vetuit.

EX-

militibus noſtris aut vincere, aut emori. Oliv. Contigit A. V. DXXXVII.

* *Sex millium.*] In numero diſſentit à Cicerone & Livio, qui octo millia fuiſſe dicunt.

1. *Severum exhibuerit.*] Detorta vulgaris locutio eſt. In Campenſi, Pulmanniano, & Suſiano, *Se ſeverum exhibuerit*, legirur. *Pigh.* *Severum exhibuerit.*] Quidquid Pighius cauſetur, ego veterum librorum lectionem quaſi fugirivam retrahendam cenſeo, *Severe excubuerit*. Sic lib. III. cap. ult. *Pro ſalute civium in foro excubuerat*. Colerus.

2. *Rhegium injuſto bello.*] Frontinus libro IV. cap. I. *In legionem*, inquit, *quæ Rhegium oppidum injuſſu ducis diruerat, animadverſum eſt, ita ut quatuor milia tradita cuſtodiæ necarentur, præterea Senatuſconſulto cautum eſt, ne quem ex eis ſepelire aut lugere fas eſſet.* Abbreviator Livii non *Romanos*, ſed *Campanos* fuiſſe dicit. *Campana*, inquit, *legio, quæ Rhegium occupaverat, obſeſſa obſidione facta ſecuri percuſſa eſt.* Oliver. Contigit A. V. CDXCII.

3. *Injuſto bello.*] Id eſt, non legitime indicto & Jubellio duce mortuo.

4. *Morem majorum*] Non enim leges permittebant civem Romanum virgis cædi, vel capite puniri: ſed ſi deprehenſus foret, prepetuo carcere mulctabatur: ſin extra urbem fuiſſet, ita ut deprehendi non poſſet, exilio puniebatur.

5. *Eorumque corpora.*] Ad mortem uſque ſævire tolerabile eſt, ultra mortem inhumanum, ſicut de Achille legitur, qui in Hectorem mortuum ſæviit. Virgilius:

Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros,
Exanimumque auro corpus vendebat Achilli. Oliver.

6. *Sepulturæ mandari.*] Jure civili corpora damnatorum non aliter ſepeliuntur, quam ſi fuerit petitum & permiſſum,

EXTERNA EXEMPLA.

1. Leniter hoc patres conſcripti, ſi Carthaginienſium ſenatus in militiæ negotiis procurandis violentiam intueri velimus, à quo duces bella pravo conſilio gerentes, etiam ſi proſpera fortuna ſubſecuta eſſet, [1] cruci tamen ſuffigebantur: quod bene geſſerant, Deorum immortalium adjutorio, quod male commiſerant, ipſorum culpæ imputantes.

2. Clearchus verò Lacedæmoniorum dux egregio dicto diſciplinam militiæ continebat, identidem exercitus ſui auribus inculcando, à militibus imperatorem potius, quam hoſtem metui debere. Quo aperte denuntiabat, futurum ut ſpiritum pœnæ impenderent, quem pugnæ acceptum ferre dubitaſſent. Idque à duce præcipi non mirabantur, [2] maternarum blanditiarum memores, quæ exituros eos ad prœliandum monebant, ut aut vivi cum armis in conſpectum earum venirent, aut mortui in armis referrentur. Hoc intra domeſticos parietes [3] accepto ſigno, Spartanæ acies dimicabant. Sed aliena proſpexiſſe tantummodo ſatis eſt, cum propriis multoque uberioribus, & felicioribus exemplis gloriari liceat.

CAP. VIII.

ſum, & nonnunquam non permittitur, maxime majeſtatis damnatorum. Ita reſpondit JC. in l. 1. ff. de cadav. punitor. Pighius, *nulli*, ex Manuſcriptis omittit, non male.

* *Lugeri.*] Tanquam infames.

1. *Cruci tamen affigebantur.*] Vide ſupra.

2. *Maternarum blanditiarum.*] Id eſt, virilium juſſorum matrum ſuarum, quæ abeuntibus dabant, cum aliarum nationum matres blandiri ſoleant. Unde ſevera illarum mandata ſpecioſe blanditias vocat. *Badius.*

3. *Accepto ſigno.*] Vexillo, hoc eſt, monitu loco vixilli accepto.

1. *Fauces*

CAP. VIII.

DE JURE TRIUMPHANDI.

1. *Leges duæ de triumpho.*
2. *C. Lutatii Coſ. & Q. Valerii pr. altercationes de triumpho.*
3. *Cn. Fulvius Flaccus triumphum ſpernens.*
4. *Q. Fulvio, & L. Opimio cur negatus triumphus.*
5. *Cur item P. Scipioni majori, & M. Marcello.*
6. *Convivia triumphantium.*
7. *Qui ex Civili victoria non triumpharunt.*

DIſciplina militaris acriter retenta, principatum Italiæ Romano imperio peperit, & multarum urbium, magnorum Regum, validiſſimarum gentium regimen largita eſt, [1] fauces Pontici ſinus patefecit, [2] Alpium, [3] Taurique montis convulſa clauſtra tradidit, ortumque è parvuli Romuli caſa totius terrarum orbis fecit columen. Ex cujus ſinu quoniam omnes triumphi manârunt, ſequitur ut de triumphandi jure dicere incipiam.

1. [4] Ob levia prœlia quidam imperatores [5] triumphos ſibi decerni deſiderabant: quibus ut occurreretur, [6] lege cautum eſt, ne quis triumpharet, niſi qui [7] quinque millia hoſtium

1. F*Auces Pontici ſinus.*] De hoc ait Cicero in Orat. pro Archia poëta. Populus enim Romanus aperuit, Lucullo imperante Pontum, & regiis opibus quondam & natura regionis vallatum: nam Lucullus contra Mithridatem regem Ponti miſſus eſt, & victoriæ aditum fecit, quam amplam poſtea Pompejus conſecutus eſt. *Oliv.*

2. *Alpium.*] Alpes diſterminant Galliam ab Italia.

3. *Taurique.*] Eſt hic Aſiæ mons longe maximus, qui ab Indico mari exurgens, vaſte ſatis attollitur, dein dextro latere ad ſeptentrionem, ſiniſtro meridiem verſus procedit, in occidentem rectus & perpetuo jugo: multarumque gentium, qua dorſum agit, terminus: ſed pro gentium ac linguarum varietate diverſa habet nomina.

4. *Ob levia, &c.*] Contig. A.V. DCXCI.

5. *Triumphos.*] Erat triumphus maximus honor, qui dabatur Imperatoribus Romanis, qui quatuor albis equis inaurato currui junctis, capite laurea coronato, in Capitolium vehebantur, præcedentibus captivis catenatis, & præeunte Senatu, in Jovis Opt. Max. templum devecti, immolato tauro albo ad proprias ædes redibant. Qui autem primus in urbe Romana triumphaverit, varia eſt Scriptorum ſententia: nam alii Camillum, alii Tarquinium Priſcum, alii Valerium Publicolam fuiſſe tradunt. *Oliv.*

6. *Lege cautum eſt.*] De qua lege Dionem lib. XXXVII.

7. *Quinque millia.*] Accedit & illud, quod ad triumphum quoque neceſſe erat, ne multo ſanguine victoriam paraſſent.

ſtium una acie cecidiſſet. Non enim numero, ſed gloria triumphorum excelſius urbis noſtræ futurum decus majores exiſtimabant. Ceterum ne tam præclara lex cupiditate laureæ obliteraretur, legis alterius adjutorio fulta eſt, quam L. Marius, & M. Cato tribb. pl. tulerunt. Pœnam enim Imperatoribus minatur, qui aut hoſtium occiſorum in prœlio, aut amiſſorum civium falſum numerum, literis ſenatui auſi eſſent referre. Jubetque eos, cum primum Urbem intraſſent, apud [1] quæſtores urbanos jurare, de utroque numero vere ab his ſenatui eſſe ſcriptum.

2. Poſt has leges judicii illius tempeſtiva mentio introducetur, in quo de jure triumphandi inter clariſſimas perſonas & actum & excuſſum eſt. C. [2] Lutatius conſul, & Q. Valerius Prætor circa Siciliam inſignem Pœnorum claſſem deleverant, quo nomine Lutatio conſuli triumphum ſenatus decrevit. Cum autem Valerius ſibi eum quoque decerni deſideraret; negavit id fieri oportere Lutatius, ne in honore triumphi [3] minor poteſtas majori æquaretur: Pertinaciuſque progreſſa contentione, Valerius ſponſione Lutatium provocavit, [4] Ni ſuo ductu Punica claſſis

raſſent. inde neceſſe erat auctum imperium: non recuperata bello, quæ amiſſa fuerant. Deinde ne contra ſervos, fugitivos, piratas, aut ſimile genus hominum debellatum foret. Poſtremo civili bello, etſi re feliciſſime geſta, neque imperatorium nomen acclamari poterat, neque ſupplicationes decerni: non triumphantes, ne ovantes quidem Urbem ingredi poterant. Livius ſparſim, & Valerius Maximus hoc cap. Carolus Sigonius de antiquo jure civium Romanor. cap. de Jure Triumphandi, & alii. Item nec aras, nec ſigna Diis ſtatuebant, niſi ob externas victorias. Tacitus de Imperatore Tiberio: *Idem*, inquit, *cum Valerius Meſſallinus ſignum aureum in Æde Martis Ultoris, Cæcina Severus aram Ultioni ſtatuendam cenſuiſſent, prohibuit: ob externas victorias ſacrari dictitans, domeſtica mala triſtitia operienda.* lib. 3. Annalium. Eadem de cauſa ſpolia civili bello capta, in poſtibus nulla fixa veroſimile eſt. *Stewechius.*

1. *Quæſtores urbanos.*] Qui ærarium Romæ procurabant, & pecunias expenſas & receptas in tabulas publicas conferre conſueverant, ut notum eſt.

2. *Lutatius Conſul.*] Hic contra Pœnos Siliciam invadentes miſſus eſt, qui cum navali prœlio intereſſe non poſſet propter malam corporis valetudinem, Q. Valerius prætor claſſem hoſtium delevit. *Oliv.*

3. *Minor poteſtas.*] Utpote prætoria.

4. *Niſi ſuo ductu Punica claßis eſſet oppreſſa.*] In Campenſi, *Ni ſuo ductu Pœnica claßis eſſet.* Vetuſta ſponſionis formula eſt, qualis apud Ciceronem Offic. 3.

ſis eſſet oppreſſa. Nec dubitavit [1] reſtipulari Lutatius. Itaque judex inter eos convenit [2] Atilius Calatinus, apud quem Valerius in hunc modum egit; conſulem ea pugna in lectica claudum jacuiſſe, ſe autem omnibus imperatoris partibus functum. Tunc Calatinus, prius quam Lutatius cauſam ſuam ordiretur, Quæro, inquit, Valeri à te, ſi dimicandum necne eſſet, contrariis inter vos ſententiis diſſediſſetis; utrum quod conſul an quod prætor imperaſſet, majus habiturum fuerit momentum? Reſpondit Valerius, non facere ſe controverſiam, quin priores partes conſulis eſſent futuræ. Age deinde, inquit Calatinus, ſi diverſa auſpicia accepiſſetis, cujus magis [3] auſpicio ſtaretur? Item reſpondit Valerius, conſulis. At judex, Jam mehercule, inquit, cum de imperio & auſpicio, inter vos diſceptationem ſuſceperim, & tu utroque adverſarium tuum ſuperiorem fuiſſe fatearis; nihil eſt quod ulterius dubitem. Itaque Lutati, quamvis adhuc tacueris, ſecundum te [4] litem do. Mirifice

Offic. 3. *Ni vir bonus eſſet.* Et paſſim alibi ſimiles occurrunt. Verba autem quæ vulgo præcedunt, *Non ſe petiturum triumphum*, in duobus vetuſtis exempl. non extant, Atrebatenſi videlicet, & Gemblacenſi, quæ auferenda non male cenſet Pithœus, fruſtra enim adduntur, & præter ſponſionis formulam. *Pighius.*

1. *Reſtipulari.*] *Stipulari* ſignificat ſtipem, hoc eſt, pecuniam, obligare. Tractum autem eſt à ſtipe, quæ ſpecies erat numiſmatis. Stips autem dicta eſt à ſtipando: nam antiqui pecuniam penſare, non numerare ſolebant, quam pecuniam *æs grave* Livius appellat, & Plinius lib. XXXIII. *Militum*, inquit, *ſtipendiorum, hoc eſt, ſtipis ponderandæ, penſatores, libripendes dicuntur*: unde etiam nomina nummis remanſerunt apud antiquos à penſatione, ſicut aſſis, dodrans, quadrans, unciæ, minæ, denarius, & ſimilia. Ergo pecuniam non in loculis ſervare ſolebant, ſed in theſauris ſtipare & condenſare; nam ſtipare, eſt in locum anguſtum reponere. Ergo *reſtipulari*, eſt retro ſe obligare, id eſt, contra ſponſionem à Valerio factam pecuniam obligare. *Oliv.*

2. *Atilius Calatinus.*] Hic Conſul cum à Pœnis in locum circumſeſſum temere exercitum duxiſſet, Marci Calpurnii tribuni militum virtute & opera evaſit, qui cum trecentis militibus eruptione facta, hoſtes in ſe converterat omnes. De Atilio Catalino Cicero in Catone Majore: *Quanta fuit auctoritas in Lucio Cæcilio Metello? quanta in Atilio Calatino? in quem illud elogium unicum privatum populi fuiſſe virum, notum eſt carmen inciſum in ſepulchro.* Oliv.

3. *Auſpicio.*] Cuncta enim apud Romanos auſpicato fiebant.

4. *Litem do.*] Id eſt, dico, & eſt verbum juris. Verbi ſignificatio etiam apud Grammaticos invenitur. Virgilius:

Sed tamen iſte Deus quis ſit da, Tityre, nobis.

Ergo

ſice judex, quod in manifeſto negotio tempus teri paſſus non eſt. Probabilius Lutatius, quod jus ampliſſimi honoris conſtanter defendit. Et ne Valerius quidem improbe, quia fortis & proſperæ pugnæ [1] ut non legitimum, ita ſe dignum præmium petiit.

3. [2] Quid facias Cn. Fulvio Flacco, qui tam expetendum aliis triumphi honorem, decretum ſibi à ſenatu ob res bene geſtas ſprevit, ac repudiavit? Nimirum [3] non plura præcerpens, quam acciderunt. [4] Nam ut urbem intravit, continuo ipſe quæſtione publica afflictus, exilio multatus eſt: ut ſi quid [5] religionis inſolentia commiſiſſet, pœna expiaret.

4. [6] Sapientiores igitur Q. Fulvius, qui [7] Capua capta, & L. Opi-

Ergo dare litem, eſt jus diſceptationis dicere.

1. *Ut non legitimum.*] Quia ipſi lege non debebatur, ſed Conſuli.

2. *Quid facias Cn. Fulvio Flacco.*] Hic Flaccus triumphum contempſit, qui primo ſubegit Vardæos in Illyrico, deinde alio tempore Alpinos Ligures domuit: miſſus quoque in auxilium Maſſilienſium adverſus Salinos Gallos qui fines Maſſilienſium depopulabantur, demum cum Ætolis bellavit, qui cum Ambraciam civitatem eorum diu machinis expugnare tentaſſet, nec eam capere poſſet, ad extremam neceſſitatem oppidani compulſi, ſupplices Conſulem orârunt, ut eos in deditionem accipere vellet; quod ille omnino facere recuſavit, nec prius flecti potuit, quam precibus Rhodii cujuſdam Attici à Senatu impetratum eſt, ut eos in deditionem acciperet; quod graviter tulit Senatus; viſus eſt enim contra jus feciſſe, ſupplices in deditionem venire volentes, repudiare. *Oliver.* Contigit A. U. DXLI. M. Fulvio hæc attribuuntur à Pighio.

3. *Non plura præcerpens.*] Quaſi mens ejus præſaga eſſet futuri, quia videlicet poſt triumphum mulctandus eſſet exilio, ſi triumphaſſet. *Oliv.* *Præcerpens.*] Id eſt, antequam evenirent, carpens de infortunio ſuo.

4. *Nam ut urbem, &c. quæſtione publica.*] Quia in judicium accitus eſt, quod oppidanos in deditionem accipere noluiſſet, quod contra religionem eſſe videbatur.

5. *Religionis inſolentia.*] In ſupplices ſc. Vel quia triumphum contempſiſſe videbatur.

6. *Sapientiores igitur.*] Ex ſuo judicio cenſet eos, qui cum repulſa triumphum petierunt ſapientiores, eo qui reſpuit. In qua re ſentire videtur Cneum illum Fulvium Flaccum ſi triumphum ſibi decretum non repudiaſſet, exilii pœnam non fuiſſe daturum. *Badius.* Contigit A. U. DXLII.

7. *Capua.*] Totius olim Campaniæ urbs præſtantiſſima. Urbs maxima opulentiſſimaque Italiæ Livio appellatur. Et comparat, imo præfert Capuam Urbi Romanæ Cic. Orat. II. contra Rullum. *Prona*, ut Livius loquitur, *ſemper civitas in luxuriam, non ingeniorum modo vitio, ſed affluenti copia voluptatum, & illecebris omnis amœnitatis maritimæ & terreſtris.* Unde & Hannibalis domitrix.

L. Opimius, qui [1] Fregellanis ad deditionem compulſis, triumphandi poteſtatem [2] à ſenatu petierunt. Uterque editis operibus magnificus, ſed neuter petitæ rei compos. Non quidem invidia Patrum conſcriptor. cui nunquam aditum in Curia eſſe voluerunt: ſed ſumma diligentia obſervandi juris, quo cautum erat, ut pro aucto imperio, non pro recuperatis, quæ Populi Rom. fuiſſent, triumphus decerneretur. Tantum enim intereſt adjicias aliquid, an detractum reſtituas; quantum diſtat beneficii initium [3] ab injuriæ fine.

5. [4] Quinetiam jus, de quo loquor, ſic cuſtoditum eſt, ut P. Scipioni ob recuperatas Hiſpanias, M. Marcello ob captas Syracuſas triumphus non decerneretur; quod ad eas res gerendas [5] ſine ullo miſſi erant magiſtratu. Probentur nunc cujuſlibet gloriæ cupidi, [6] qui ex deſertis montibus, myoparonumque piraticis roſtris, laudis inopes, laureæ ramulos [8] feſtinabunda manu decerpſerunt. Carthaginis imperio abrupta Hiſpania, & Siciliæ caput abſciſſum Syracuſæ,

1. *Fregellanis.*] Fregella civitas olim clariſſima inter Formias & Sinueſſam ſita non procul à Liri amne, cujus rudera hodieque oſtenduntur, quæ amplitudinem urbis demonſtrant. Hodie Ponte corvo dicitur. Fregellanos populos etiam habet Plinius lib. III. cap. 5.

2. *A Senatu petierunt.*] Triumphum petentes extra urbem manebant.

3. *Ab injuriæ fine.*] Quem facit, qui ablata recipir.

4. *Quinetiam, &c.*] Contigit A.U. DXLII.

5. *Sine ullo, &c. magiſtratu.*] Non enim miſſi erant ut Conſules, aut ut Dictatores, aut Prætores, &c. ſed ut privati cum auctoritate publica. *Badius.*

6. *Qui ex deſertis.*] Glareanus Lucullum & Pompejum pungi hic putat. Argute. *Coler.*

7. *Myoparonumque.*] Piratarum navis eſt, quod Nonius M. Tullii, Salluſtii & Siſennæ autoritatibus comprobat. A Tyrrhenis Myoparo inventus creditur. Sextus Pompeius inquit, Myoparonem eſſe genus navigii ex duobus diſſimilibus formatum. Sunt quidem Parones, quos & Pirones vocat Ethicus Hiſter. His navibus, eodem authote Hiſtro, utuntur Albani, Mæotæ, Mazetæ, Gangines. Hæ & alio nomine Tulchiæ vocantur. Porro Parones dictos Suidas innuir ab inſula Paro, cui & Ariſtophanis interpretes aſſentiuntur. *Gyrald.* Quid ſi Gallica vel potius Germanica vox ſit? nam & Parones, ſive Varones, à navigando dictos vetus Lexicon Belgicum atteſtatur. *Vaeren* enim navigare. *Thyſius.* Myoparo ex Myo & Parone componitur. A forma autem μυώνες, hoc eſt, anguſta & oblonga: ut Myobarbum, anguſtus & oblongus Liberi patris cantharus. *Scaliger.*

8. *Feſtinabunda.*] Quia nondum res geſſerant, quibus merito ſibi triumphus decernatur.

1. *Super-*

racuſæ, triumphales jungere currus nequiverunt. Et quibus viris? Scipioni & Marcello: quorum ipſa nomina inſtar æterni ſunt triumphi. Sed clariſſimos ſolidæ veræque virtutis auctores, humeris ſuis ſalutem patriæ geſtantes, etſi coronatos intueri ſenatus cupiebat, juſtiori tamen reſervandos laureæ putavit.

6. His illud ſubnectam. Moris erat ab Imperatore triumphum ducturo, Coss. invitari ad cœnam, deinde rogari ut venire [1] ſuperſedeant; nequis eo die, quo ille triumpharet, [2] majoris in eodem convivio ſit imperii.

7. [3] Verum quamvis quis præclaras res, maximeque utiles Reipubl. civili bello geſſiſſet, Imperator tamen eo nomine appellatus non eſt, nec ullæ [4] ſupplicationes decretæ ſunt, neque aut [5] ovans, aut curru [6] triumphavit, quia ut neceſſariæ iſtæ, ita lugubres ſemper exiſtimatæ victoriæ ſunt, utpote non externo, ſed domeſtico partæ cruore. [7] Itaque & Naſica Ti. Gracchi, & Opimius C. Gracchi factiones mœſti trucidarunt. [8] Q. Catulus, M. Lepido collega ſuo

1. *Superſedeant.*] Id eſt, omittant venire ad cœnam.

2. *Majoris, &c.*] Scilicet quam triumphans, quia Conſul major eſt non rriumphans, quam triumphans non Conſul. *Badius.*

3. *Verum, &c.*] Contigere hæc omnia A. U. DCXX. & DCXXII. A. U. DCLXXVI. A.U. DXLI. A.U. DCLXII.

4. *Supplicationes.*] Gratiarum actiones Diis immortalibus.

5. *Ovans.*] Ovabat, qui hoſtes in fugam vertiſſet: qui autem ovabat, equo albo per urbem vectus in Capitolium aſcendebat, & ibi ovem ſacrificabat. Unde *ovare* dictum eſt, ut Servio placet. Feſtus Pompejus dicit *ovare* dictum eſſe, à voce eorum, qui ovantem ſequebantur. *Oliv. Ovans.*] Ovatio minus honoratum triumphi genus. Differt autem ab altero, primum quod in ipſa ovatione dux cum exercitu urbem ingreditur pedibus, non autem curru, ut ille, qui majore triumpho ornatur; deinde quia non geſtat togam pictam & clavis aureis diſtinctam, neque ornatur trabea, aut laurea corona redimitur: quin etiam hac in re altero eſt inferior, quod non geſtet ſceptrum, in cæteris vero rebus illi eſt par. *Dionyſ. Halicarnaſſ.*

6. *Triumphavit.*] De modo triumphandi paſſim antiquarii. Pompam ipſam ita tangit Cicero: *Quid vincti ante currum Duces? quid ſimulachra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid Legati in equis & Tribuni? quid filii prætextati? quid clamor militum? quid tota illa pompa?*

7. *Itaque & Naſica.*] De cæde Gracchorum ſatis ſupra dictum eſt in capitulo de Somniis. Metellus vero ſimili modo Opimium necavit. Contigit A. U. CCLXXII.

8. *Quintus Catulus.*] Cum M. Lepidus acta L. Syllæ reſcindere vellet, & ab eo proſcriptos in civitatem reſtitui, & eo-

ſuo cum omnibus ſeditioſis copiis extincto, tantum moderatum præ ſe ferens gaudium, in Urbem revertitur. C. etiam Antonius [1] Catilinæ victor [2] abſterſos gladios in caſtra retulit.[3] L. Cinna, & C. Marius hauſerant quidem avidi civilem ſanguinem, ſed non protinus [4] ad templa Deorum & aras tetenderunt. [5] Item L. Sylla, qui plurima bella civilia

rum bona quæ Sylla, & populo & amicis ſuis donaverat, ipſis reddi: Q. Catulus ex conſenſu bonorum reſiſtebat actionibus illius. Cum igitur actionibus obtinere non poſſet quod obtinebat, in Hetruriam profectus, ingentes ibi copias comparavit, contra quem miſſi ſunt Q. Catulus, & Cn. Pompeius, qui illum haud ita multo poſt fuderunt atque fugarunt. Ille rurſus ſe in Hetruriam, deinde in Sardiniam contulit, & ibi morbo & peſtilentia periit. *Oliv.*

1. *Catilinæ victor.*] Saltem per legatum: nam ipſe pedibus æger adeſſe non poterat, ut Salluſtius dicit primo libro.

2. *Abſterſos gladios.*] Quaſi civilem ſanguinem abominarentur.

2. *Lucius Cinna, &c.*] Hi urbe ejecti, diverſis factionibus; hic à Sylla, ille ab Octavio, parvo temporis interſtitio, comparatis atque conjunctis exercitibus, patriæ bellum intulerunt: nam cum Marius carcere liberatus, ut in cap. de Ominibus planius videmus, ſe in Africam contuliſſet, audiſſetque Romæ ſeditionem ortam inter Cinnam & Octavium, utpote vir bellicoſiſſimus ex Mauruſiis equites in Africa comparavit, & ex agris robuſtiſſimos quoſque delegit, impletiſque ſexaginta navibus, cum ea virorum copia Romam verſus navigavit, ſeque Cinnæ paulo ante expulſo Roma, conjunxit, qui ſegnioribus factis jam Romanis, atque deſidia & ſegnitie ducum, primo Hoſtiam, deinde Janiculum, poſtremo Urbem ipſam occuparunt, quam velut terram hoſtilem diripuerunt, & miſerabili cæde repleverunt. Poſt hanc igitur victoriam Cinna & Marius de ſuis inimicis non triumpharunt. *Oliv.*

4. *Ad templa Deorum & aras.*] Ut de Victoria parta Diis gratias agerent ſacrificantes more triumphantium. *Bad.*

5. *Item Lucius Sylla qui plurima bella.*] Sylla multa bella civilia confecit. Primum adverſus Marium & Sulpitium orta de provincia Ponti ſeditione. Nam cum Mithridaticum bellum Syllæ, qui tum Conſul erat, demandatum foret, Q. Sulp. Trib. pl. adverſæ factionis homo legem tulit invito Senatu, ut Mario Mithridatica provincia crederetur, cui rogationi cum reſiſtere Sylla ſumma ope vellet, Sulpitius eum armata manu in eum impetum fecit, ſtragemque ingentem circa eum edidit, ubi Pompeii filius adoleſcens nobiliſſimus cæſus eſt. Sylla inter cædem difficulter elapſus, clam nocte in caſtra contendit, exercitum omnem adverſus Sulpitium & Marium concitavit, & cæſis legatis, qui ad accipiendum exercitum miſſi fuerant, ad urbem properavit, quam hoſtiliter ingreſſus, cædibus & incendio replevit; nam dum hoſtes ſpectat, ſuorum nullam rationem habet, ſontes inſonteſque opprimit. Deinde, ſedato tumultu, imperio potitus, adverſus Mithridatem profectus eſt, ubi cum paulo poſt audiſſet Marium & Cinnam conjunctis exercitibus urbem cepiſſe, totamque hoſtiliter diripuiſſe, & civium, ac inprimis amicorum ſuorum fœdam ediſſe ſtragem, icto cum Rege fœdere, compoſitiſque rebus in provincia, Romam venit. Et primo apud Capuam cum Mario juniore & Conſule Norbano feliciter pugnavit, ſupra VII. hoſtium milia cecidit, intra Capuam Norbanum incluſit. M. quoque Lucullus unus ex ducibus ſuis apud Fiden-

lia confecit, cujus crudeliſſimi & inſolentiſſimi ſucceſſus fuerunt: cum conſummata potentia ſua triumphum duceret, ut Græciæ & Aſiæ [1] multas urbes, ita civium Roman. [2] nullum oppidum vexit.

Piget, tædetque per vulnera Reipubl. ulterius procedere: [3] lauream nec ſenatus cuiquam dedit, nec quiſquam ſibi dari deſideravit, civitatis parte lachrymante. Ceterum [4] ad quercum pronæ manus porriguntur, ubi ob cives ſervatos corona danda eſt; qua poſtes [5] Auguſtæ domus ſempiterna gloria triumphant.

CAP. IX.

Fidentiam ſedecim cohortes adverſus quinquaginta duxit, & eas fudit atque fugavit, victorque x. & octo milia trucidavit, hoſtem caſtris exuit. Sylla paulo poſt alterum Conſulem Scipionem, ſpe pacis oſtentata, & ejus legiones occidit, rurſus cum Mario juniore, qui exercitum reparaverat, haud procul ab urbe congreſſus, cum ingenti hoſtium ſtrage victor evaſit; nam ad viginti millia cæſa, & octo capta ab eo fuiſſe dicuntur, Marium Præneſte fugiſſe, multa quoque per ejus præfectos, Pompeium, Craſſum, Metellum, Servilium prælia feliciter commiſſa, qui magnas Romanorum copias delevêre. Ultimum illi prælium fuit ſub ipſis mœnibus urbis cum Teloſino quodam Samnite, & Lamponio ejus ſocio, in quo parum abfuit, quin funditus deleretur; ſed tandem aſpirante fortuna, illos profligavit, non ſine magna ſuorum clade; urbem deinde ingreſſus, ſex millibus ex equeſtri ordine in forum perductis & crudeliter cæſis, proſcriptionem Senatorum; & aliorum civium inprimis divitum, fecit mirabilem. *Oliv.*

1. *Multas urbes.*] Simulachra urbium devictarum in pompa triumphi deducere ſoliti & picturas.

2. *Nullum oppidum vexit.*] Significans per hoc ſe non de civibus, licet eſſet crudeliſſimus, ſed de externis triumphare. *Badius.*

3. *Lauream.*] Non ſolum non dabatur triumphus, verum etiam, teſte Cicerone in Philipp. Oratione ultima, nullæ fiebant ſupplicationes.

4. *Ad quercum pronæ manus porriguntur.*] Qui civem ſervaſſet, querna corona donari conſueverat. Ante poſtes Julii Cæſaris erat antiqua quercus, ex qua ramos decerpere ſolebant, ubi coronam alicui dare voluiſſent. *Oliv.*

5. *Auguſtæ domus.*] Id eſt, ipſius Julii Cæſaris.

CAP. IX.

DE CENSORIA SEVERITATE.

1. *M. Camilli & M. Poſthumii in cœlibes.*
2. *M. Valerii Max. & C. Iunii Bruti in L. Antonium.*
3. *M. Catonis in L. Flaminium.*
4. *C. Fabricii in P. Rufinum.*
5. *M. Ant. & L. Flacci in M. Duronium.*
6. *C. Neronis & M. Salinatoris in ſe mutuo & pop. Romanum.*
7. *M. Meſſallæ & P. Sempronii in quadringentos equites.*
8. *M. Reguli & P. Phili in reliquias Cannenſes.*
9. *Qui notati ad cenſuram poſtea pervenerunt.*

CAſtrenſis diſciplinæ tenaciſſimum vinculum, & militaris rationis diligens obſervatio, admonent me, ut ad [1] cenſuram pacis magiſtram cuſtodemque tranſgrediar. Nam ut opes pop. Romani in tantam amplitudinem imperatorum virtutibus excesſerunt; ita probitas & continentia [2] cenſorio ſupercilio examinata eſt. Opus effectu par bellicis laudibus; quid enim prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi malè vivitur? Expugnentur licet urbes, corripiantur gentes, regnis injiciantur manus; niſi [3] foro & [4] curiæ officium ac verecundia ſua conſtiterit; partarum rerum æquatus cælo cumulus, ſedem ſtabilem non habebit. Ad rem igitur pertinet noſſe, atque adeo recordari acta cenſoriæ poteſtatis.

1. Camillus & Poſthumius cenſores, [5] æra pœnæ nomine eos qui ad ſenectutem [6] cœlibes pervenerant, in ærarium

1. CEnſuram.] Livius: *Cenſuræ initium fuit, rei à parva originem ortæ, quæ deinde tanto incremento aucta eſt, ut morum diſciplinæque Romanæ penes eam regimen, ſenatus equitumque centuriæ, decoris dedecoriſque diſcrimen ſub ditione ejus magiſtratus, publicorum jus privatorumque locorum, & vectigalia pop. Rom. ſub nutu atque arbitrio eſſent.* Primi autem cenſores fuerunt Papirius Semproniuſque. *Oliver.* Vide Janum Gulielmum de Magiſtratib. populi Romani. Contigit A. U. C. ccxi.

2. *Cenſorio ſupercilio.*] Auſteritate & rigiditate cenſoria. Nam ſupercilium pro ſeveritate ſæpiſſime ponitur.

3. *Foro.*] Ubi judicia exercentur.

4. *Curiæ.*] Ubi ſententiæ dicuntur.

5. *Æra.*] Id eſt, certam pecuniæ quantitatem, fecerunt enim ærarios. Ærarii autem obnoxii dicebantur ærario.

6. *Cælibes.*] Camilli legem poſtea in cenſura ſua denuo promulgavit Metellus Numidicus, ex cujus oratione citat A gell.

rium deferre juſſerunt: iterum puniri dignos, ſi quo modo de tam juſta conſtitutione queri eſſent auſi: cum in hunc modum increparentur: Natura vobis quemadmodum naſcendi, ita gignendi legem ſcribit; parenteſque vos alendo, nepotum nutriendorum debito (ſi quis eſt pudor) alligaverunt. Accedit his, quod etiam fortuna [1] longam præſtandi hujuſce muneris vacationem eſtis aſſecuti: cum interim conſumpti ſint anni veſtri, & mariti & patris nomine vacui. Ite igitur, & [2] nodoſam exſolvite ſtipem, utilem poſteritati numeroſæ.

2. [3] Horum ſeveritatem M. Valerius Max. & C. Junius Bubulcus Brutus cenſores in conſimili genere animadverſionis imitati, L. Antonium ſenatu moverunt: quod quam virginem in matrimonium duxerat, repudiâſſet, nullo amicorum in conſilium adhibito. At hoc crimen neſcio an ſuperiore majus: illo namque conjugalia ſacra ſpreta tantum, hoc etiam injurioſe tractata ſunt. Optimo ergo judicio cenſores indignum eum aditu Curiæ exiſtimaverunt.

3. Sic M. [4] Porcius Cato L. Flaminium è numero ſenatorum

Agell. lib. 1. cap. 6. Afranius Vopiſco: *Majores noſtri incupidiores liberûm Fuêre.* Colerus.

1. *Longam, &c. vacationem.*] Hoc eſt longum temporis ſpatium. Pighius legit *Advocationem.*

2. *Nodoſam exſolvite ſtipem.*] Per hoc illos avaros oſtendit, & ob eam cauſam cælibes vixiſſe, quod timerent, ne uxorem & liberos alere poſſent. *Oliv. Stipem nodoſam.*] Id eſt, multis nodis in loculis aut ſacculo abſtruſam pecuniam. *Bad. Ite igitur, & nodoſam exſolvite ſtipem, utilem poſteritati numeroſæ.*] Nodus aliquis in nodoſa hac ſtipe, nec video quî adjectio hæc conveniat. Legerim, *numeroſam.* Cenſores videlicet, multiplicato cenſu, ærarios fecerunt cælibes, ſive, ut ipſe Valerius hac ipſa in re ante dixit, æra pœnæ nomine pendere juſſerunt. Id more ſuo Valerius alludens, Ite, ait, pendite numeroſam ſtipem in uſum numeroſæ poſteritatis. *Lipſius.*

3. *Horum, &c.*] Contig. A. U. DCXLVI.

4. *Porcius Cato.*] L. Quinctius Flaminius Conſularis præter alia, quæ illi objiciebantur à morum magiſtris, crudelitatis quoque in ſupplicem notam incurrit, atque Senatu motus eſt. Exemplum prodidit diſertiſſimus Hiſtoricus T. Livius lib. XXXIX. Habebat L. Quintius in deliciis Philippum quendam Pœnum, ejuſdem amoribus afflictim ſe emancipaverat... Ægre illum Roma in Galliam, quam Provinciam Conſul obtinebat, abſtraxerat. Inter jocos & cavillationes ſemel atque iterum Conſuli naſum moverat, atque objecerat ſe veluti invitum Urbe raptum eſſe, dum gladiatorium expectaretur ſpectaculum, ut impotenti illius

 amori

torum ſuſtulit, quia in provincia quendam damnatum ſecuri percuſſerat, tempore ſupplicii ad arbitrium & ſpectaculum mulierculæ, cujus amore tenebatur electo. Et poterat inhiberi reſpectu conſulatus, quem is geſſerat, atque auctoritate fratris ejus V. C. [1] T. Flaminii: ſed & cenſor, & Cato duplex ſeveritatis exemplum, eo magis illum notandum ſtatuit: quod ampliſſimi honoris majeſtatem tam tetro facinore inquinaverat: [2] nec penſi duxerat, iiſdem [3]ima-

amori ſe venditaret. Hæc exprobratio pupugit animum Conſulis, & cæco conſilio ad atrox atque immane facinus inflammavit. Cum enim vino & amore incaluiſſet, quibus duobus nullum potentius rationi obnubilandæ venenum, forte epulanti nunciatum, adeſſe nobilem Boium cum liberis transfugam, ſupplicem petere, ut in fidem eum Conſul acciperet. Admiſit eum L. Quinctius in tabernaculum, loquentem per interpretem audivit; ſed ubi ſuperior exprobratio exoleti animo occurrit, æſtuare primo ſanguis cœpit: mox in turpiſſimum facinus abripitur. Ecquid, inquit ſcorto, quandoquidem gladiatorium munus mei cauſa reliquiſti, ſanguinario hic ſpectaculo oculos paſcere lubitum eſt? Vix ſerio admiſit Pœnus, ubi ad nutum ſcorti Conſul ſtricto mucrone in Gallum involat, caput ferit, ſecat & dimidiata verba abrumpit, fugientem atque Deorum atque hominum fidem obnixe implorantem, lateretenus transfodit, menſam ſanguine humano aſpergit, Deos geniales commaculat. Atrox immane facinus! ſupplex venerat Boius, ſupplicari, cui manus inferre ipſa veterum religio vetabat, indicta cauſa ad voluptatem Pathici ſcurræ è medio tollit, humano cruore inter epulas ludit, oculos crudeles paſcit. Quis mortalium ipſos fontes, cum ad ſupplicium ducuntur, commiſeratione non proſequitur? A ſanguine humano etiam jure occiſo abhorret animus, quis inter epulas cadentem veluti humanam victimam, inter vina ſtillantem ſanguinem, inter oſcula & amplexus natantia lumina & cum morte colluctantia ſiccis oculis aſpicere potuit? Itaque non conſularis dignitas, non autoritas fratris L. Flaminii Catonis judicium inhibere potuit, neque ignominiam avertere. Levior quidem hæc pœna videtur pro tanto crimine, ſed Cenſorum erat non tam punire, quam loco movere, ignominia mactare nocentes. Valerium Antiatem aliter hæc referre tradidit Livius, ſed illum orationem Catonis non legiſſe. Proditum ab illo eſt Placentiæ famoſam fuiſſe meretricem, quam efflictim Conſul deperibat, in convivium accerſitam Conſulem jactantem audiviſſe, quam rigido jure in facinoroſos animadverteret, & quam multi in vinculis eſſent, qui Libitinæ offerrentur. Avida ſanguinis meretrix ſupplicium alicujus coram ſe peragi poſcit, quandoquidem nunquam aliquem ſecuri feriri vidiſſet. Annuit poſtulato Conſul, & ſontis ſanguine epulas contaminavit. Vide Livium lib. XXXIX. & Plutarchum in Catone. *Thyſius.*

1. *Titi Flaminii.*] Qui totam Græciam ſubegerat, & juſſu Senatus populique Romani liberam fecerat, & Philippo regi Macedonum magnam imperii partem ademerat, quam in Græcia occupaverat. *Oliv.*

2. *Nec penſi duxerat.*] Ita MSS. libri, excepto Winchelian. omnes quos vidi, habent.

¹imaginibus adſcribi, meretricis oculos humano ſanguine delectatos, & regis Philippi ſupplices manus.

4. ² Quid de Fabricii Luſcini cenſura loquar? narravit omnis

habent. Vulgo, *Nec indignum penſi duxerat.* Prior vetuſta Romana phraſis, qua & Salluſtius utitur, *Neque dicere, neque facere quicquam penſi habebat.* Et alii ſæpe. *Penſi habere*, vel ducere, idem eſt, quod διαγινώσκειν, diſcernere, perpendere, æſtimare, magni facere, ponderare, τιμᾷν. Vox *indignum* è dictatis alicujus ludimagiſtri haud dubio aſſuta eſt. *Pighius.*

1. *Imaginibus.*] Imaginum jus nobilitatis Romanæ proprium, quibus aſcribebantur nomina & inſignia facta virorum: quocirca ad imaginem Lucii Flaminii vult autor aſcribendos eſſe oculos meretriculæ, ad quos oblectandos Gallum percuti juſſerat, ſicut ad imaginem T. Flaminii fratris ejus, & manus Philippi Regis ſupplices. *Bad.*

2. *Quid de Fabricii Luſcini cenſura.*] Gellius lib. IV. cap. 8. *Fabricius*, inquit, *Luſcinus magna gloria vir, magniſque rebus geſtis fuit. P. Cornelius Rufinus manu quidem ſtrenuus & bellator bonus, militarique diſciplina peritus admodum fuit; ſed furax homo & avaritia acri erat. Hunc Fabricius non probabat, neque amico utebatur; oſuſque eum morum cauſa fuit, ſed cum in temporibus Reip. difficillimis Conſules creandi forent, & is Rufinus peteret conſulatum, competitoreſque ejus eſſent imbelles quidam & futiles, ſumma ope annixus eſt Fabricius, ut Rufino conſulatus deferretur, eam rem pleriſque admirantibus quod hominem avarum, cui eſſet inimiciſſimus, creari Conſulem peteret.* Hunc Rufinum poſtea bis conſulatu & dictatura functum, Cenſor Fabricius Senatu movit ob luxuriæ notam, quod decem pondo libras argenti facti haberet. *Oliv.* *Quid de Fabricii Luſcini cenſura.*] Tam ſanctis olim moribus præditus fuit Princeps Populus, ut imperium totius univerſi meruiſſe ſuo jure videatur. Procul luxuria: & divitiarum immodica ſitis, cum & divitem eſſe probro habetur. P. Cornelium Rufinum bis conſulatu atque dictatura illuſtrem ideo Senatu motum conſtat, quod compertum eſſet eum argenti facti cœnæ gratia decem pondo habere. Ille nimirum verus divitiarum uſus, ſupervacua contemnere. Æſtimare aurum propter oſtentationem, veriſſimæ ſervitutis indicium. Lutum quod ex intimis terræ viſceribus eruitur, & nobiliſſimæ huic æternæque menti imperabit? Oculos dirigere in cœlum oportet, nec veluti glebæ aſcriptitios inferiora mirari. Divitias non contemnimus, ſed illarum non neceſſarium uſum. Quin & omnis Luxuria Avaritiam alit. Quæ duæ peſtes Rerumpubl. plus lædunt quam hoſtile ferrum. Ordo hic mutuus raro fallit, quærunt prodigi ut abſumant, abſumunt ut quærant. Divitiis affluis? Illas unico momento diſſlare poteſt Deus Immortalis, atque malum punire diſpenſatorem. An ergo incumbam auro? inquies. amicos & pauperes juva. Atqui ego, ut loquitur Poëta, *Vectigalia magna, Divitiaſque habeo tribus amplas Regibus.* Etiam magna flumina exiccantur & alveum mutant. Ecce, patria tuam opem poſtulat, dum imminet cervici fatalis hoſtis. Nervum tu ſuppedita, & auxilium patriæ impende. Recte itaque judicatum arbitror, Publicam diligebat magnificentiam, Privatam oderat populus Romanus. *Thyſius.* *Fabricii Luſcini.*] Agellius, & quædam editiones Valerianæ *Lucinium* appellant. *Lucinum* quidem Latine dici recte puto, ut Lucina. Et apud Prudentium, *Lucina hora.* Sed & *Luſcinus* in veteri Gloſſario extat: *Luſcinus*, ἀηδὼν. *Coler.*

1. Decem

omnis ætas, & deinceps narrabit, ab eo Cornelium Ruſinum, duobus conſulatibus & dictatura ſpecioſiſſime functum, quod [1] decem pondo vaſa argentea comparâſſet, perinde ac malo exemplo luxurioſum, in ordine ſenatorio retentum non eſſe. Ipſæ medius fidius mihi literæ ſæculi noſtri obſtupeſcere videntur, cum ad tantam ſeveritatem referendam miniſterium accommodare coguntur; ac vereri ne non noſtræ urbis acta commemorare exiſtimentur. Vix enim credibile eſt, intra [2] idem pomærium decem pondo argenti, & invidioſum fuiſſe cenſum, & [3] inopiam haberi contemptiſſimam.

5. [4] M. autem Antonius & L. Flaccus cenſores Duronium ſenatu moverunt, quod legem de coërcendis conviviorum ſumptibus latam [5] tribunus pleb. abrogaverat, mirifica notæ cauſa. Quam enim impudenter Duronius [6] Roſtra conſcendit, illa dicturus, Fræni ſunt injecti vobis, Quiri-

1. *Decem pondo.*] Lib. Dan. *X. P.* Solebant ponderum numeros non literis, ſed literarum notis exprimere. *Coler.*

2. *Idem pomærium.*] Eadem mœnia. *Pomærium*, inquit Livius, *verbum ſolum intuentes, poſtmœnium interpretatur eſſe.* Eſt autem *pomærium* magis circa murum locus, quem in condendis urbibus quondam Hetruſci, quâ murum ducturi erant, certis circa terminis inaugurato conſecrabant, ut neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur, quæ nunc vulgo etiam conjunguntur, & extrinſecus puri aliquid ab humano cultu pateret ſoli. Hoc ſpatium, quod neque habitari neque arari fas erat, non magis quod poſt murum eſſet, quam quod murus poſt id, pomærium Romani appellarunt. *Oliver.*

3. *Inopiam haberi.*] Scilicet tempore autoris.

4. *M. autem, &c.*] Contigit A. U. DCLIV.

5. *Tribunis plebis.*] Junia lege non poterat quis Tribunus eſſe niſi plebeius: ſed poſtea alia lege lata & patritii creari cœperant, ut hoc loco Duronius Senatu amotus, quia Tribunus plebis legem de coërcendis ſumptibus conviviorum abrogaverat, penitus ſuſtulerat & ſubverterat. *Oliver.*

6. *Roſtra.*] Suggeſtus conſularis huc ſpectat, ſcilicet Roſtra, quæ Julia dicebant, ſive Nova. Nam vetera illa non in tanto honore, vel uſu. Vocat Ammianus *Suggeſtum*, à forma, quam oſtendit, per gradus ſurrexiſſe, cum dicit, vertice ſcanſili fuiſſe. Dicit & imitamenta priorum Principum portaſſe, id eſt, vultus & ſtatuas eorum: quas equidem arbitror in gradibus, ad extrema latera, diſpoſitas in ordine fuiſſe. Eorum baſim, ſive ima, ornata roſtris navium ex Actiaca victoria, Dio Caſſius docuit: & inde Roſtrorum nomen. Ideo autem *Conſulum Suggeſtum* appellat Ammianus, quia initio magiſtratus eo conſcendere ſolebant Conſules, & populum ſalutare; eodem iterum, cum deponerent magiſtratum. Mos ab antiquo manſit; quia & adire, & orare illic,

Quirites, nullo modo perpetiendi: alligati & conſtricti eſtis amaro vinculo ſervitutis: Lex enim lata eſt, quæ vos eſſe frugi jubet: abrogamus igitur iſtud horridæ vetuſtatis rubigine [1] obſitum imperium. Etenim quid opus libertate, ſi volentibus luxu perire non licet?

6. [2] Age, par proferamus æquali jugo [3] virtutis, [4] honorumque ſocietate [5] junctum, [6] inſtrictum autem æmulationis hamo diſſidens. Claudius Nero, Liviuſque Salinator, ſecundi Punici belli temporis [7] firmiſſima Reipubl. latera, quam diſtrictam ſimul egerunt cenſuram? Nam cum [8] equitum centurias recognoſcerent, & ipſi propter robur ætatis etiamnum

lic, ac gratias agere populo ſolebant pro honore. Sed inferiore & Principum ævo nihil factum, niſi ut conſcenderent, ſalutarent, itemque jurarent, aut ejurarent. Imo & ſediſſe illic in ſella curuli videntur, & ſic ſe oſtendiſſe, quaſi auſpicii cauſa. *Lipſius*.

1. *Obſitum.*] Circumdatum rubigine, veluti rigore.

2. *Age, &c.*] Contigit A.U. DXLIX.

3. *Virtutis.*] Quia uterque res magnas atque præclaras pro republ. geſſit.

4. *Honorumque.*] Qui ambo Conſules & Cenſores ſimul fuerunt.

5. *Iunctum.*] Lego ex lib. vet. *Vinctum*, ob ſequens verbum *inſtrictum*. Coler.

6. *Inſtrictum, &c.*] Duo codices, Pulmannianus & Suſianus veram hanc lectionem referunt, quæ non parum antiquitatis redolet. *Inſtringere* enim impedire, implicare, ac compeſcere eſt: qua in ſignificatione utitur eo Catullus, ad ſeipſum dicens:

Quin te animo adfirmas, teque inſtringiſque, reducíſque,
Et Diis invitis deſinis eſſe miſer.

Alia quoque exemplaria ejus retinent lectionis veſtigia: nam Campenſe, *Inſtrictum autem æmulationis animo*, dicit; & Atrebatenſe, *inſtructum*, mendoſe. Ait itaque Valerius paronomaſia non illepida, inſtrictos æmulationis hamo cenſores diſtractam (ut habetur in Atrebatenſi) ſimul egiſſe cenſuram, deterſam, juſtam ac emunctam, metaphora à diſtringentibus ſe in balneo ſumpta, qui ſordes corporis lacinia ſtrigilive detergunt, aut abradunt. *Pighius*. Vulgata tamen lectio retineri poteſt: *Inſtinctu autem æmulationis animo diſſidens*. Satis perſpicuè.

7. *Firmiſſima Reipubl. latera.*] Quia alter cauſa fuerat, ut Aſdrubal, qui venerat in ſupplementum Annibali, cum omni exercitu in Italia deleretur, alter ut Annibal ex Italia diſcedere cogeretur, & eſt tranſlatio à corpore ſumpta: ut enim lateribus corpora ſtabiliuntur; ita his duobus Reſp. confirmata videtur. *Oliver*.

8. *Equitum centurias.*] Oſtendit quomodo ſeveritatem exercuerint: nam Livius Salinator legem de vendendo ſale arctiſſimam tulerat, populo valde moleſtam, ex quo paulo poſt damnatus eſt à populo: poſt hanc damnationem ejuſdem populi ſuffragiis Conſul primo, deinde Cenſor creatus eſt: cum igitur Idibus Quintilibus equites de more tranſveherentur, Claudiuſque ac Salinator ob robuſti corporis vires adhuc in numero equitum eſſent, poſtquam ad tribum Polliam ventum eſt, in qua nomen Salinatoris erat, illius nomine à ſcriba lecto præco dubitavit, an tanti viri nomen damnatum efferret;

iamnum eorum eſſent è numero,ut eſt [1]ad Polliam ventum tribum, [2] præco lecto nomine Salinatoris, citandum necne ſibi eſſet, hæſitavit : [3] Quod ubi intellexit Nero, & citari collegam, & equum vendere juſſit, quia populi judicio damnatus eſſet. Salinator quoque eadem animadverſione Neronem perſecutus eſt, adjecta cauſa, quod non ſincera fide ſecum in gratiam rediiſſet. [4] Quibus viris ſi quis cœleſtium ſignificaſſet futurum, ut eorum ſanguis illuſtrium imaginum ſerie deductus in ortum ſalutaris principis noſtri conflueret, diſpoſitis inimicitiis, arctiſſimo ſe amicitiæ fœdere junxiſſent, ſervatam ab ipſis patriam communi ſtirpi ſervandam relicturi. Salinator vero quatuor & triginta tribus [5]inter ærarios referre non dubitavit;quod cum ſe damnaſſent,[6] poſtea conſulem atque cenſorem feciſſent: præ-

et ; quod cum collega ejus Nero animadvertiſſet, juſſit præconem expreſſe & audacter nomen Salinatoris excire, & illum equum vendere coëgit, quia damnatus eſſet à populo. *Oliv.*

1. *Ad Polliam ventum tribum.*] Scilicet citandam ad officium militare, in qua tribu erat Salinator. *Badius.*

2. *Præco.*] Tabellio nomina equitum legebat, Præco vero nominabat; ergo noluit Præco damnatum, propter autoritatem ejus, aliquando Salinatorem dicere. Damnatus autem poſt primum Conſulatum, quo legem tulit, ne quis ſalem vendere poſſet, quum antea jus omnibus eſſet vendendi ſalis : unde etiam Salinatoris agnomen accepit. *Oliverius.*

3. *Quod ubi intellexit Nero, & citari collegam, & equum vendere juſſit.*] In Manuſcriptis, *Quod ubi intellexit Nero, & citari collegam, & equum vendere juſſit.* In nullo quidem reperitur vulgatum *& arma.* Quod ſane, ut Græco vocabulo dicam, Gloſſargi alicujus commentum eſt. Neque enim hoc habet Livius, ex quo Valerium deſumpſiſſe hiſtoriam, utrumque conferenti patebit : Nec etiam à cenſoribus notati equites Romani arma vendere cogebantur, ſed equum publicum, quem jure ordinis acceperant, & publica nutritum impenſa tenebant. *Pighius.*

4. *Quibus viris.*] Hoc in gratiam Tiberii dicit Valerius, qui ab utraque gente ducit originem. Paternum genus à Claudio Nerone, Maternum ab Appio Claudio Pulchro, qui ab Appio Cæco deſcenderat, deducebatur. Quomodo ergo dixit, *eorum ſanguis ſerie, &c.* Quia inſertus hic Tiberius Liviorum familiæ, materno avo in ea adoptato; ergo à familia Liviorum ducebat originem, quæ quamvis plebeia fuerit, tamen octo Conſulatibus functa eſt, duabus cenſuris, dictatura & magiſterio equitum floruit. *Oliver.*

5. *Inter ærarios referre.*] Obnoxios & obligatos ærario facere.

6. *Poſtea Conſulem atque Cenſorem.*] Nam ita arguebat; Aut me juſte damnaſtis per legem quam tuli de ſale vendendo, aut injuſte: ſi injuſte, ſine dubio cenſoria nota digni eſtis : quia nihil à vobis injuſte damnandum eſt, quum integri eſſe debeatis: ſi vero juſte, nunquam conſulatum mihi, tanquam indigno, & cenſuram demandare debuiſtis ; nam quem

prætexuitque cauſam, quia neceſſe eſſet eas alterutro facto crimine temeritatis vel [1] perjurii teneri. [2] Unam tantummodo tribum [3] Mæciam vacuam nota reliquit: quæ cum ſuffragiis ſuis, ut non damnatione, ita ne honore quidem dignum judicaverat. Quam conſtantis & prævalidi illum putamus ingenii fuiſſe; qui neque triſti judiciorum exitu compelli, neque honorum magnitudine adduci potuit, quo ſe blandiorem in adminiſtratione Reipubl. gereret?

7. [4] Equeſtris quoque ordinis bona magnaque pars quadringenti juvenes, cenſoriam notam patiente animo ſuſtinuerunt: quod M. Valerius, & P. Sempronius, quia in Sicilia, ad munitionem opus explicandum ire juſſi, facere id neglexerant; equis publicis ſpoliatos, in numerum [5] ærariorum retulerunt.

8. [6] Turpis etiam metus cenſores ſumma cum ſeveritate pœ-

quem populus Romanus ſemel damnaverit, eum procul dubio indignum adminiſtratione reipublicæ judicavit: ergo tanquam perjuri, cenſoria animadverſione digni fuiſtis. *Oliver.*

1. *Perjurii.*] Quia tribus jurabant ſe honores & magiſtratus his demandaturas, qui digni viderentur adminiſtratione reipublicæ: ſed ſemel damnatus ab omnibus tribubus præter unam indignus eſſe videbatur, qui rempublicam adminiſtraret officio publico. Ergo tribus perjurium commiſiſſe videbantur, quum damnato Salinatori conſulatum & cenſuram demandarunt. *Oliver.*

2. *Unam tantummodo tribum.*] Cic. in Orat. contra Rullum, & contra Verrem, & in Philippicis dicit has tribus fuiſſe triginta quinque.

3. *Mæciam.*] Vulgo, *Martiam.* Lib. Dan. *Mætiam.* Nihil verius. Feſtus: *Mætia tribus à quodam caſtro ſic dicta.* Coler.

4. *Equeſtris quoque, &c.*] Contigit A. U. DI.

5. *Ærariorum.*] Id eſt, qui pœnam pecuniariam in ærarium conferrent, aut ut capite cenſi eſſent. *Badius.*

6. *Turpis etiam metus, &c.*] Non ſolum mores & facta, ſed animorum quoque affectus damnabant Cenſores Romani, ut hoc exemplo timiditatem eorum damnavit Reguli cenſura, qui poſt Cannenſem cladem viribus patriæ diffidentes, & eam paulo poſt ruituram, vel certe in hoſtium poteſtatem venturam metuentes, Italiæ deſerendæ conſilia inierant. Hoc contigit ſecundo bello Punico, nam L. Cæcilius Metellus quæſtor compluribus autor fuit conjurandi ex Italia diſcedere poſt pugnam apud Cannas infeliciter commiſſam, ſed id Scipionem prohibuiſſe conſtat, cui ſumma rerum per illius exercitus reliquias maximo conſenſu delata fuerat, & dum de republ. conſultaret, nuntiatur fruſtra illum conſultare, quod perdita ſpes omnis eſſet, quodque deſperata & complorata jam demum reſpublica foret: propterea quod plerique nobiliſſimi juvenes, quorum princeps eſſet Lucius Cæcilius Metellus naves & mare ſpectaret, ut deſerta patria ad novas ſedes quærendas

te pœnam exegerunt. M. enim Atilius Regulus, & P. Furius [1] Philus, L. Metellum quæſtorem, compluresſque equites Romanos, qui poſt infeliciter commiſſam Cannenſem pugnam cum eo abituros ſe Italia juraverant, direptis equis publicis, inter ærarios referendos curaverunt. [2] Eoſque gravi nota affecerunt, qui cum in poteſtatem Annibalis veniſ-

das irent: quo nuntio attonitus ſtupore & miraculo rei Scipio, omni conſultatione dimiſſa, ad hos, talia conſilia agitantes, citatiſſimo equo pervenit, & ſtricto ſuper conſultantium capita gladio, juravit ſe interfecturum, quicunque diſcedere tentaſſet. Hos deinde reſtituta republ. cum in civitatem rediiſſent, à Cenſoribus condemnatos fuiſſe dicit Valerius. *Oliv.* Contigit A. U. DXXXIX.

1. *Philus.*] Male in edit. Veneta, *Philippus.* De L. Furio Philo hoc ipſo agit Cicero in Bruto. In lib. Dan. & apud Auguſtinum lib. II. de Civ. Dei, hodieque legitur, *Pilus.* Coler.

2. *Eoſque gravi nota affecerunt.*] Hannibal pleroſque ex Romanis in caſtris captivos habebat, & Romani multos ex Carthaginienſibus. Cum igitur Hannibal cum captivis Romanis conveniſſet, ut Romam proficiſcerentur, & permutationem captivorum in Senatu impetrarent, idque ſi facerent, Romæ remanerent, ſi non poſſent, ad ſe in caſtra redirent, cum ſacramento adacti ad hanc rem, è caſtris paulo proceſſiſſent, plerique ex his, cavillationibus nihil profuturis uſi, ut ſe ſacramento liberarent, regreſſum, tanquam ſuarum rerum obliti, ſimulantes, in caſtra reverterunt, deinde Romam ſe contulerunt, ut etiamſi permutationem captivorum non impetraſſent jurejurando abſoluti viderentur, & ſic Romæ remanerent. Quod cum Senatus accepiſſet, vinctos Hannibali mittendos curavit, deinde etiam cenſoria nota punivit. In hac hiſtoria Valerius nonnihil à Livio diſſentit, non enim ad permutationem captivorum, ſed ad propriam redemptionem impetrandam veniſſe legatos dicit Livius: nam illis redimendi ſe poteſtatem fecerat Hannibal, propoſito in eorum capita pretio, pro conditione cujuſque, nec à legatis, qui pro hac re ad Senatum mittebantur, de reditu vades alios popoſcit, eorum ſc. fide contentus, ſeu ſacramento, qui deinde uſi ea, quam ſupra diximus, fallaci cavillatione, à cenſoribus graviori nota puniti ſunt. Sed Aulus Gellius quaſi cum Valerio ſentire videtur lib. VII. c. 18. *Jusjurandum*, inquit, *apud Romanos inviolate ſancteque habitum, ſervatumque: Id & moribus legibuſque multis oſtenditur, & hoc quod dicemus, ei rei non tenue argumentum eſſe poteſt. Prælio Cannenſi Hannibal Carthaginenſium Imperator ex captivis noſtris electos decem Romam miſit, mandavitque eis, pactuſque eſt, ut ſi populo Romano videretur, permutatio fieret captivorum, & pro iis, quos alteri plures acciperent, dari argenti pondo libram S. Hos, priuſquam proficiſcerentur, jusjurandum adegit, redituros eſſe in caſtra Pœnica, ſi Romani captivos non permutarent. Veniunt deinde Romam decem captivi, mandatum Pœni Imperatoris in Senatu exponunt, permutatio Senatui non placita: parentes, cognati, affineſque captivorum amplexi, eos poſtliminio in patriam rediiſſe dicebant, ſtatumque eorum incolumem integrumque eſſe, ac ne ad hoſtes redire vellent, orabant. Tum octo ex eis poſtliminium juſtum non eſſe ſibi reſponderunt, quoniam dejurio devincti forent: ſtatimque uti jurati erant, ad Hannibalem profecti ſunt, duo reliqui Romæ manſerunt, ſolutoſque eſſe ſeſe ac libera-*

veniſſent, legati ab eo ad ſenatum miſſi de permutandis captivis, neque impetrâſſent quod petebant, in urbe manſerunt: Quia & Romano ſanguini fidem præſtare conveniens erat; & [1] M. Atilius Regulus cenſor perfidiam notabat; cujus pater per ſummos cruciatus expirare, quam fallere Carthaginienſes ſatius eſſe duxerat. Jam hæc cenſura ex foro in caſtra tranſcendit, quæ neque timeri, neque decipi voluit hoſtem.

9. [2] Sequuntur duo ejuſdem generis exempla, eaque adjeciſſe ſatis erit. C. Geta, cum à L. Metello & Cn. Domitio cenſoribus ſenatu motus eſſet, poſtea cenſor factus eſt. [3] Item M. Valerius Meſſalla cenſoria nota perſtrictus, [4] cenſoria poſtmodum poteſtate imperavit. Quorum ignominia virtutem acuit: rubore enim ejus excitati, omnibus viribus incubuerunt, ut digni civibus viderentur, quibus [5] dari potius, quam objici cenſura deberet.

CAP. X.

liberatos religione dicebant, quoniam cum egreſſi caſtra hoſtium fuiſſent, commentitio conſilio regreſſi, eodem die, tanquam ſi ob aliquam fortuitam cauſſam iſſent, atque ita jurejurando ſatisfacto, rurſum injurati abiiſſent. Hac eorum fraudulenta calliditas, tam eſſe turpis exiſtimata eſt, ut contempti vulgo, deſpectique ſint, Cenſoreſque eos poſtea omnium notarum & damnis & ignominiis affecerint, quoniam quod facturos dictaverant, non feciſſent. Corn. autem Nepos in libro exemplorum quinto id quoque litteris mandavit, multis in Senatu placuiſſe, ut hi qui redire nollent, datis cuſtodibus ad Hannibalem deducerentur, ſed eam ſententiam numero plurium, quibus id non videretur, ſuperatam: eos tamen, qui ad Hannibalem non rediiſſent, uſque adeo inteſtabiles inviſoſque fuiſſe, ut tædium vitæ cœperint, necemque ſibi conſciverint. Duplicem tamen & Livius ſuper hac re opinionem tradit, ſicut apud eum videre licet. *Oliv.*

1. *M. Atilius Regulus.*] Filius fuit Atilii Reguli, qui crudeliſſima ſupplicia apud Carthaginienſes forti animo ferre, quam jusjurandum violare maluit, cujus hiſtoriam ſupra in cap. de Religione notavimus.

2. *Sequuntur duo ejuſdem, &c.*] Contigit. A. U. DCXXXVIII.

3. *Item, &c.*] Contigit A. U. DCXLV. & DXCIX.

4. *Cenſoria poſtmodum.*] Nec mirum, cum talibus etiam ad dictaturam aditus. Mamerco Æmilio non obfuit nota cenſoria, quin poſtea Dictator crearetur. *Coler.*

5. *Dari.*] Ut eam digne adminiſtrarent.

1. Præ-

CAP. X.

DE MAJESTATE.

ROMANORUM.

1. *Q. Metelli Numidici apud judices.*
2. *P. Africani majoris apud Antiochum regem & exteros.*
3. *L. Æmilii Paulli apud Macedonas.*
4. *P. Africani minoris apud Maſſaniſſam & Pœnos.*
5. *P. Rutilii exulis apud Aſiæ civitates.*
6. *C. Marii proſcripti apud Minturnenſes.*
7. *M. Catonis Uticenſis apud Senatum.*
8. *Ejuſdem apud populum Rom.*

EXTERNORUM.

1. *Harmodii & Ariſtogitonis apud Xerxem regem.*
2. *Xenocratis apud Athenienſes.*

EST & illa quaſi privata cenſura majeſtas clarorum virorum ſine tribunalium faſtigio, ſine apparitorum miniſterio, potens in ſua amplitudine obtinenda. Grato enim & jucundo introitu animis hominum illabitur admirationis [1] prætexta velata: quam recte quis dixerit longum & beatum honorem eſſe ſine honore.

1. [2] Nam quid plus honoris tribui potuit conſuli, quam eſt datum reo Metello? qui cum cauſam repetundarum diceret, tabulæque ejus ab accuſatore expoſtulatæ, & [3] ad nomen inſpiciendum circa judicium ferrentur; totum concilium ab earum contemplatione oculos avertit, ne de aliqua

1. P*Ratexta.*] Prætexta eſt quam ſupra veſtem honoratus quiſque accepit; ita & majeſtas videtur quædam homini eſſe prætexta. *Oliv.*

2. *Nam quid plus honoris, &c. reo Metello.*] Metellus Numidiæ provinciæ præfuit, & ex ea clariſſimum duxit triumphum: unde & Numidicus appellatus, deinde repetundarum poſtulatus eſt. Ille autem repetundarum accuſari dicebatur, qui creditus eſſet provinciam vel ſocios populi Romani pecunia expilaſſe, vel judicium tuliſſe quod in ſua commoda cederet, ideo repetundarum accuſari dicebatur, utpote quod pecunia repeteretur, quam reſtituere convictus tenebatur. Ergo tanta fuit hujus hominis majeſtas apud omnes, ut cum tabulæ, ab accuſatore expoſtulatæ, circa judices ab accuſatore deferrentur, eas judicum nemo videre voluerit. *Oliv.*

3. *Ad nomen inſpiciendum.*] Debitum quod petebatur. Nomen autem debitum, quia nomina debitorum tabulis inſcribebantur.

qua re, quæ in his relata erat, videretur dubitaſſe. [1] Non in tabulis, ſed in vita Q. Metelli argumenta ſincere adminiſtratæ provinciæ legenda ſibi judices crediderunt: indignum rati, integritatem tanti viri [2] exigua cera & paucis literis [3] perpendi.

2. [4] Sed quid mirum, ſi debitus honos à civibus Metello tributus eſt, quem ſuperiori Africano etiam hoſtis præſtare non dubitavit? Siquidem rex Antiochus bello, quod cum Romanis gerebat, filium ejus, à militibus ſuis interceptum, honoratiſſime excepit, regiiſque muneribus donatum, ultro & celeriter patri remiſit: quanquam ab eo tum maxime finibus imperii pellebatur. Sed & rex [5] laceſſitus, majeſtatem excellentiſſimi viri venerari, quam dolorem ſuum ulciſci maluit. [6] Ad Africanum eundem, in [7] Linternina villa ſe tenentem, complures prædonum duces videndum

1. *Non in tabulis.*] Id eſt, libellis, in quibus vel acta provinciæ, id eſt, univerſæ provinciæ adminiſtratio, & rationes continebantur. Cicero de hoc Metello in Oratione pro Archia Poëta: *Metellus*, inquit, *homo ſanctiſſimus modeſtiſſimuſque omnium, tanta diligentia fuit, ut ad judices venerit, & unius nominis litura ſe commotum dixerit.* Oliverius.

2. *Exigua cera.*] Id eſt, exigua tabula. Tabula enim antiquitus cera obduci ſolebant ante papyri inventionem. Hinc in prima, ſecunda, extrema cera, uſitata antiquis fuit locutio, ubi de teſtamentis loquuntur.

3. *Perpendi.*] Æſtimari, judicari. Tractum eſt à penſantibus, qui ſemper diligenter inſpiciunt.

4. *Sed quid mirum, ſi debitus, &c.*] Bellum Romanis erat cum Antiocho Aſiæ Rege, ad quod gerendum cum L. Scipio frater ſuperioris Africani petiiſſet, ut mitteretur, tantumque bellum huic Senatus populuſque Romanus demandare dubitarent, magiſque in Corn. Lælium ejus collegam (nam hi duo tum Conſules erant, & uterque provinciam ſumma ambitione depoſcebat) inclinati omnium animi viderentur, Scipio Africanus pietate commotus in fratrem, profeſſus eſt ſe legatum in provinciam iturum, ut in cap. de Pietate dicturi ſumus, qua pollicitatione factum eſt, ut L. Scipio impetraret Aſiæ provinciam ſibi decerni. Profectus igitur cum fratre Africanus, ſecum in bellum filium perduxit. *Oliv.* Contigit A. U. DLXIII.

5. *Laceſſitus.*] Provocatus ad iram ob bellum illatum, & ita in hoſtem ſæviter agere potuiſſet. *Badius.*

6. *Ad Africanum eundem.*] Poſt maximas res geſtas clariſſimoſque triumphos, Scipio ab ingrata patria pulſus in exilium ire coactus eſt, in villam ſe. Linterninam. *Oliv.*

7. *Linternina villa.*] Quæ prope Linternum ſita eſſet. Eſt autem Linternum Campaniæ urbs litoralis, & colonia Romana, teſte Frontino, ſepulchro Scipionis nobilis. Hodie Torro della Patria dici tradit Leander. *Ortel.* *In Linternina villa.*] Eam diligenter deſcri-

 pſit

dendum eodem tempore forte confluxerant. Quos cum ad vim faciendam venire exiſtimâſſet, præſidium domeſticorum in tecto collocavit, eratque in his repellendis & animo & apparatu occupatus. Quod ut prædones animadvertunt, dimiſſis militibus abjectiſque armis, januæ appropinquant, clara voce nunciantes: non vitæ ejus hoſtes, ſed virtutis admiratores veniſſe: conſpectum & congreſſum tanti viri quaſi cœleſte aliquod beneficium expetentes. [1] Proinde ſecurum ſe ſpectandum præbere ne gravaretur. Hæc poſtquam domeſtici Scipioni retulerunt, fores reſerari, eoſque intromitti juſſit: qui poſtes januæ tanquam aliquam religioſiſſimam aram, ſanctumque templum venerati, cupide Scipionis dexteram apprehenderunt; ac diu deoſculati, poſitis ante veſtibulum [2] donis, quæ Deorum immortalium numini conſecrari ſolent, læti quod Scipionem vidiſſe contigiſſet, ad lares reverterunt. Quid hoc fructu majeſtatis excelſius? quid etiam jucundius? Hoſtis iram admiratione ſui placavit: ſpectaculo præſentiæ ſuæ latronum geſtientes oculos obſtupefecit. Delapſa cœlo ſidera hominibus ſi ſe offerant, venerationis amplius non recipient.

3. Et hæc quidem vivo Scipioni; [3] illud autem Æmilio Paullo exanimi contigit. Nam cum exequiæ ejus celebrarentur,

pſit Seneca Epiſt. LXXXVII. quam ipſe poſtea poſſedit. *Coler.*

1. *Proinde ſecurum ſe ſpectandum præbere in grav.*] Ita in MSS. rectius. Vulgo, *Nobis præſtandum, &c.* Atque in Campenſi inſuper eraſa particula *nobis*, quæ ſane ſupervacua eſt, ac perperam inſerta videtur, ex gloſſemate aliquo. *Pigh.*

2. *Donis.*] Ut ſunt ſerta & thura, pateræ, coronæ, & ſimilia, quæ ante Deorum immortalium ſimulachra in donum majores ponere conſueverunt, ea prædones ante Scipionis pedes poſita reliquerunt.

3. *Illud autem Æmilio Paullo.*] Quod vivo Scipioni contigit, idem Paullo Æmilio vitæ muneribus defuncto evenit; nam cum diem ſuum obiiſſet, forte legati ex Macedonia miſſi tunc erant in urbe totius provinciæ principes, qui non modo funus comitantes ſua præſentia celebrare, ſed ipſum Paulli corpus ſuis humeris efferre voluerunt, quod illi profecto fuit honorificentiſſimum, ejuſque virtutibus maxime dignum. Conſtat enim Paullum Imperatorem fuiſſe continentiſſimum, ut qui multa bella confecerit, multos populos ſubegerit, multas provincias domuerit, in ſumma tamen paupertate vixerit;

rentur, ac forte tunc principes Macedoniæ, legationis nomine Romæ morarentur,[1] funebri lecto ſponte ſua ſeſe ſubjecerunt. Quod aliquanto majus videbitur, ſi quis cognoſcat, lecti illius [2] frontem [3] Macedonicis triumphis fuiſſe adornatam. Quantum enim Paullo tribuerunt, propter quem gentis ſuæ cladium [4] indicia per ora vulgi ferre non exhorruerunt? quod ſpectaculum funeri ſpeciem alterius triumphi adjecit. Bis enim te Paulle Macedonia urbi noſtræ illuſtrem oſtendit: incolumem, ſpoliis ſuis: fato functum, humeris.

4. [1] Ne

xerit: unde illud celebratur de hoc viro præconium, quod cum multis militibus hoſtium ſuperatis, Iberiam totam ſubegiſſet, & ducenta, & quinquaginta opida cepiſſet, ne drachma ditior in patriam redierit. *Oliv.* Contigit A. U. DXCIII.

1. *Funebri lecto.*] Non omnes eodem modo efferebantur. Qui enim ditiores erant, ii lectis efferebantur. Unde de L. Cornelio proditum eſt, quod ſex millia lectorum in funere habuerit. At tenuis Fortunæ homines capulis, ſive feretris, ut Servius notat. Porro de Funerum ratione apud Romanos hæc breviter notanda. Funus, à funibus accenſis dici vult Iſidorus. Qui enim funus proſequebantur, geſtabant manibus candelas, funalia, faces. Donatus irrepſiſſe hunc morem exiſtimat, quod noctu efferrent cadavera, ob diurnam ſacrorum celebrationem. Cum quibus quadrat & Veſpillonum nomen, qui erant cadaverum funeratores, ſic dicti, quod veſpertino tempore mortuos efferrent, ac conderent ſepulcris. Feſtus Pompejus appellat Veſpas. *Veſpæ*, inquit, *dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non è minutis illis volucribus, ſed quia veſpertino eos tempore efferunt, qui funebri pompa propter inopiam duci nequeunt.* Idem prodit Deſignatores dictos, qui deſignandæ funebri pompæ præerant, cum unicuique incedendi locum & ordinem præſcriberent. Funes autem funalium, quorum modo mentionem feci, circundatos fuiſſe papyro, ait Iſidorus, id quod habere videtur ex Plinio, qui lib. XVI. cap. 38. non obſcure idem innuere eſt viſus, cum corticem fragilibus ſcirpis detractum candelæ luminibus ſervire ſcribit, ut & decus eruditionis Lipſius in ſuis ad Tacitum commentariis animadvertit. Lota etiam cadavera aqua ſeptem dierum ſpatio ſervabant, conclamantes per intervalla; Inde ungebant pollinctorum opera, qui mortuos curabant, & denique candida veſte ornabant, priuſquam efferrent, eratque illa in funere tacito aut vulgari toga vulgata, in magiſtratibus toga prætexta, in Cenſoribus tota purpurea. Efferebant etiam mortuos ad tibiam, ut ex Statio conſtat de Archemoro, & apud Plinium ex funere ejus corvi, qui Tiberium, inde Germanicum & Druſum nominatim Cæſares ſalutabat. Pluribus proſecutus eſt materiam hanc Lilius Gyraldus, ad quem relego, ſi quis plura requirat. *Fungerus.*

2. *Frontem.*] Id eſt, ſummam & primam partem illius lecti.

3. *Macedonicis triumphis.*] Quia Perſam Macedoniæ regem debellaverat, & de ipſo glorioſè triumphaverat.

4. *Indicia.*] Videlicet triumphum depictum, quo indicabatur, ab eo qui ferebatur

4. [1] Ne filii quidem tui Scipionis Æmiliani, quem in adoptionem dando, [2] duarum familiarum ornamentum eſſe voluiſti, majeſtati parum honoris tributum eſt: eum enim [3] adoleſcentem admodum à Lucullo conſule petendi auxilii gratia ex Hiſpania in Africam miſſum, Carthaginienſes & Maſſaniſa Rex de pace [4] diſceptatorem, velut conſulem & imperatorem habuerunt. Ignara quidem fatorum ſuorum Carthago: Orientis enim illud juventæ decus, Deorum atque hominum [5] indulgentia, ad excidium ejus alebatur: ut [6] ſuperius cognomen Africanum capta, poſterius everſa Corneliæ genti daret.

5. [7] Quid damnatione, quid exilio miſerius? At P. Rutilio conſpiratione [8] publicanorum * perculſo, auctoritatem adimere

rebatur mortuus Macedoniam fuiſſe ſuperatam. *Oliv. Indicia.*] Id eſt, ſigna & monumenta cladium.

1. *Ne filii quidem.*] Superior Africanus filium habuit adeo tenuis & exilis naturæ, ut nec filios quidem procreare poſſet, ut ex ſuo nomine genus propagaret, filium à Paulo Æmilio in adoptionem accepit, qui deinde Africanus inferior dictus eſt, eo quod Africam devicerit, & Carthaginem funditus everterit. *Oliv.* Contigit A.U. DCII.

2. *Duarum familiarum.*] Æmilianæ ſc. & Scipionum.

3. *Adoleſcentem admodum.*] Scipio cum Lucullo Imperatore militabat in Hiſpania, qui provinciam cum exercitu tenebat, & cum ad ſupplementum exercitus uti vellet auxilio Carthaginienſium, nam tum erant tributarii Carthaginienſes, Scipionem in Africam miſit adhuc adoleſcentem, quem cum Maſſaniſa vidiſſet, diſceptatorem pacis inter ſe & Carthaginienſes continuo delegit. *Oliv.*

4. *Deſceptatorem.*] Cognitorem. *Diſceptator* dicitur, qui inter duos diſſidentes eligitur ad litem judicandam.

5. *Indulgentia.*] Id eſt, largo honore.

6. *Superius cognomen.*] A ſuperiore Africano Carthago facta eſt populo Romano tributaria; ab inferiore vero funditus everſa. Scipionum autem familia à gente Cornelia originem duxit. *Oliv.*

7. *Quid damnatione, &c.*] P. Rutilius vir ſummæ innocentiæ, cum legatus C. Mutii proconſulis, vel, ut alii dicunt, quæſtor prætoris Aſiæ præeſſet, ab injuriis publicanorum Aſiam defenderat; nam publicanos vectigalia aſperius exigentes prohibuerat miſeratione civitatum commotus, qui cum poſtea imperio finito Romam rediiſſet, eum publicani læſæ majeſtatis accuſarunt, quod vectigalia populi Romani exigi prohibuiſſet. valuit accuſatio, & in exilium pulſus eſt, nam equeſtri ordini perinviſus, penes quem tum judicia erant, læſæ majeſtatis, vel, ut alii dicunt, repetundarum injuſte damnatus, urbe ejectus eſt, cui in exilium proficiſcenti omnes Aſiæ provinciæ civitates honoris gratia legatos obviam miſerunt, & eum honorificentiſſime ubique ſuſceperunt. De cujus fortuna & conditione dicetur in cap. de Mutatione Fortunæ. *Oliver.* Contigit A. U. DDLX.

8. *Publicanorum.*] Publicani à JCtis Romanis dicti ſunt qui publica vectigalia & alios Populi R. reditus, exteris nationi-

adimere non valuerunt. Cui Aſiam petenti omnes provinciæ illius civitates legatos [1] ſeceſſum ejus operientes obviam miſerunt. Exulare aliquis hoc loco, an triumphare juſtius dixerit?

6. [2] C. etiam Marius in profundum * ultimarum miſeriarum

nationibus imperatos, nec non ultro tributa, quæſtus ſui cauſa, conſtituto pretio exigenda redimebant, vel à fiſco conducebant. Horum ordinem Romæ & numero ampliſſimum, & perſonarum dignitate potentiſſimum fuiſſe, adeo ut non niſi equitibus Romanis conferri ſoleret, inter profanos ſcriptores Cicero luculenter teſtatur variis locis. Ex his publicanis alii Mancipes erant, alii Prædes, alii Socii: ut ex Polybio oſtendit Sigonius lib. 2. de jure civium Rom. cap. 4. Mancipes quidem ex Feſto dicit fuiſſe, quotquot aliquid à populo emerant, conduxerantve: ita nominatos, quia ſublata manu ſignificabant ſe emptionis auctores eſſe, quos Pædianus principes publicanorum fuiſſe ait, qui quæſtus ſui cauſa exigenda à ſociis ſuo periculo exigerent, & Reipublicæ repræſentarent. Prædes populo ſe obligabant, promittentes, ſi quid incommodi accideret, plenè ſe ſatisfacturos. Ita dicti, à præſtando; quia tam debent præſtare quod promiſerunt, quàm is ait ii, pro quo vel pro quibus prædes facti ſunt: taleſque hodie ſunt omnes, inquit Budæus, qui ſponſores Reipublicæ vel Principi facti ſunt pro iis, qui pecuniam publicam diſpenſant, quos receptores vocant. Præs igitur eſt Satiſdator in lite numaria; unde differt à Vade, quod is vadimonium promittit in re capitali. Socii denique erant, qui pro Publicanis partim conducebant, partim ſocietatem cum iis inibant, partim pro his bona fortunaſque ſuas Reipublicæ obligabant. Horum frequens mentio apud Ciceronem, & quidem honorifica. Omnes autem publicani, mancipes, Prædes, Socii, in conducendis & exigendis provinciarum vectigalibus, nec non ultro tributis, erant occupati: & vectigalibus quidem vel ex agris, vel ex portibus publicis. In agris enim publicis homines quidam colendi cauſa collocati erant, qui aratores atque agricolæ dicti, decumam frumenti populo Romano dabant: in paſcuis alii, qui paſtores appellati certum ſtipendium ſolvebant, quod Scripturam dicebant: unde Scripturarius ager Feſto, in quo, ut pecora paſcantur, certum eſt æs: à ſcribendo, quod Publicanus ſcribendo conficeret rationem cum paſtore. Publicani vero, qui decumas redimebant, decumani, qui paſcua, Pecuarii, qui portus, Portitores, & vectigalia ipſa decumæ, ſcriptura ac portorium vocabantur, teſte Aſc. Pædiano. Aratores autem & paſtores fere cives Romani erant, qui & ipſi quæſtum ſequuti agros publicos colebant, aut pecora alebant. In ultrò tributis autem occupabantur, quum conducerent & exigerent ſumptus operum publicorum, quorum locationem quinto quoque anno à Cenſoribus factam Polybius & Varro ſcripſerunt. *Funger.*

* *Perculſo.*] Sententia equeſtrium judicum.

1. *Seceſſum ejus.*] Donec in aliquem locum ſecederet, quem pro exilio raperet. *Badius.*

2. *Cujus etiam Marius.*] Hæc Hiſtoria annotata eſt in cap. de Ominibus. nam Marius Syllæ impetum fugiens, Minturnas delatus, in paludibus delituit; eo cum veniſſent Syllani milites, qui perſequebantur eum, indicio paſtoris indicatum, è paludibus extractum in cuſtodiam Phaniæ cujuſdam tradiderunt. Et cum paulo poſt ad eum occidendum

rum abjectus, ex ipſo vitæ diſcrimine, beneficio majeſtatis emerſit. Miſſus enim ad eum occidendum in [1] privata domo [2] Minturnis clauſum [3] ſervus publicus, natione [4] Cimber; & ſenem,

Cimber ſervus miſſus eſſet, majeſtate viri perculſus, ſtricto jam gladio interficere non ſuſtinuit; ſed tremebundus abjecto ferro refugit, clamitans: *Non poſſum occidere Marium.* Ad cujus vocem exciti Minturnenſes, accurrerunt, & viri majeſtate commoti, deinde aſelli omine navi impoſitum liberum abire permiſerunt, qui in Africam delatus, ingentes copias comparavit, Cinnæque conjunctus, ad urbem properavit, qua capta, multorum civium ſanguine injuriam ſuam ultus eſt. *Oliv.*

* *Ultimarum miſeriarum.*] Quia hoſtis patriæ judicatus eſt.

1. *Privata domo.*] Phaniæ cujuſdam.

2. *Minturnis.*] *Μιντοῦρναι*, Latii urbs, & colonia Ptolemæo, aliiſque. Ad Lirim fluvium Halicarnaſſæo 1. quam Georg. Fabricius ſcribit vulgo Trajetto vocari. Ex Minturnarum ruinis Trajetto ædificatum ſcribit quoque Celſus Cittadinus. Trajetto autem in colle eſt. Minturnæ vero in valle ſive planicie, quod ex amphitheatri & aquæductuum reliquiis, palam omnibus: fueruntque ad dextram Liris fluminis, quo in loco ſunt veſtigia pontis olim conjungentis viam Appiam. *Ortel. Minturnis.*] Id eſt, apud Minturnas paludes.

3. *Servus publicus*] Dicebantur ſervi publici & in urbe & provinciis homines libertini generis, quorum miniſterio magiſtratus utebantur. Varro lib. de L. L. VII. ſignificare videtur, moris fuiſſe, ut ſervi quidam à populo manumitterentur, eorumque vel Magiſtratuum Romanorum nomina haberent, à quibus libertate donati eſſent. Gellius lib. XII. cap. 3. *Licio tranſverſo*, inquit, *qui magiſtratibus præminiſtrabant, cincti erant.* Vide & lib. 6. ff. de Rer. Diviſ. lib. 1. §. Servus ff. de Quæſt. aliaſque leges in Jure civili.

4. *Cimber.*] Cimbros Teutonoſque è Germania veteri in Galliam tranſiiſſe bonitate agri illectos arbitror; nam illos avitarum ſedium ad Germanicum mare prope Saxonas jam tædebat. Proinde facto per Chaucos & Friſios itinere trans Rhenum, in ultimis Galliarum oris ad Septentrionalem Oceanum conſedêre. Ubi cum diutius manere non poſſent ob maris Gallici inundationem, quod velut longius extendebat novos hoſpites, per Galliam errabundi ad Rhenum uſque venêre, ibique ſedes figere conſtituerant. Dum autem vagarentur in Gallia, conjunxerant ſe illis Tigurini Ambroneſque Gallicæ nationes, & ipſæ regnis ſuis pulſæ novas ſedes quæritantes. Itaque ferociores facti virium incrementis, cum terram à Romanis tanquam ſtipendium dari ſibi poſtulaſſent, & repellerentur, contra legatos armis inſurrexerunt, Syllanoque & Servilio Cepione ac M. Manlio fugatis, caſtrenſi præda, & quidem ingenti potiti ſunt. Hos poſtea vicit C. Marius, partim in tractu Cottiarum Alpium ad Aquas Sextias, partim in Italia, in campo Raudino, uti ex hiſtoriis notum eſt. Tacitus quoque veterem Germaniam deſcribens: *Eundem*, inquit, *Germaniæ ſinum proximi Oceano Cimbri tenent, parva nunc civitas, ſed gloria ingens, veteriſque famæ late veſtigia manent, utraque ripa caſtra ac ſpacia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manuſque gentis, & tam magni exitus fidem. Sexcenteſimum & quadrageſimum annum urbs noſtra agebat, cum primum Cimbrorum audita ſunt nomina.* Etiam Ptolemæus & Pomponius Cimbrorum ac Teutonorum maritimarum nationum in deſcriptione Germaniæ meminerunt. Etiam eorundem, ne cæteros nominem, D. Hieron. eodem modo in epiſt. ad Gerontiam meminit. *B. Rhenan.*

1. *Quam*

ſenem, & inermem, & ſqualore obſitum, ſtrictum gladium tenens, aggredi non ſuſtinuit: ſed claritate viri occæcatus, abjecto ferro, attonitus inde ac tremens fugit. Cimbrica nimirum calamitas oculos hominis perſtrinxit: devictæque ſuæ gentis interitus animum comminuit: etiam Diis immortalibus indignum ratis, ab uno ejus nationis interfici Marium,[1] quam totam deleverat. Minturnenſes autem majeſtate illius capti, compreſſum jam & conſtrictum dira fati neceſſitate, incolumem præſtiterunt:[2] nec fuit his timori [3] aſperrima Syllæ victoria, ne in eos conſervationem Marii ulciſceretur, cum [4] præſertim ipſe Marius eos à conſervando Mario abſterrere poſſet.

7. [5] M. quoque Porcium Catonem admiratio fortis & [1] ſin-

1. *Quam totam deleverat.*] Saltem, quæ in Italiam tranſcenderat.

2. *Nec fuit his timori aſperrima Syllæ victoria, &c. cum præſertim ipſe Marius eos, &c.*] Hoc loco vulgo quædam deeſſe MSS. libri demonſtrant, quamvis & hi varie mutilati ſunt. In Suſiano & Pulmanniano legitur, *Nec fuit his timori aſperrima Sullæ victoria, ne in eos conſervationem Marii ulciſceretur.* Sed reliqua minime omittenda deſiderantur. In Campenſi ac Wincheliano frequens illa repetitio nominis *Marii*, librarium immerito offendit; in quibus ita, *Nec fuit his timori aſperrima Sullæ victoria, ne in eos conſervationem ulciſceretur, cum præſertim ipſe Marius eos, &c.* Pighius.

3. *Aſperrima Syllæ victoria.*] Quia ex Aſia victor redierat.

4. *Præſertim ipſe Marius, &c.*] Nam poterant Minturnenſes cogitare, quantum exitii ipſis conſervantibus Marium immineret, cum Marium ipſum adeo afflictum eſſe conſpicerent. *Oliv.*

5. *Marcum quoque Porcium Catonem.*] Non minus Porcium Catonem à Cæſaris injuria liberavit majeſtatis excellentia: nam cum publicani peterent vectigalium remiſſionem, eos tertia parte mercedum C. Cæſar liberavit, & ne in locatione novorum vectigalium immoderatius leges ferrentur, propalam admonuit. Cato contra Cæſarem nolebat quicquam Publicanis remitti: ſed eos univerſa vectigalia perſolvere; nam Publicani conquerebantur, quod vectigalia nimis dura ſolvere cogerentur. Cato igitur rogatus ſententiam dicere, ne quid eo die in ſenatu confici poſſet: quia contra rempub. id eſſe videbat, orationem ſuam longiorem habebat. Quod cum ſenſiſſet Cæſar, eum per lictorem juſſit in carcerem duci. Tunc univerſus Senatus Catonem ſecutus eſt. Cæſar id graviter ferre Senatum ſentiens, dimitti juſſit. Aulus Gellius lib. IV. cap. 10. *C.*, inquit, *Cæſar conſul, M. Catonem ſententiam rogavit. Cato rem, de qua conſulebatur, quoniam non è republica videbatur, perfici nolebat: ejus rei gratia ducendæ longa oratione utebatur, eximebatque dicendo diem: erat enim jus Senatori, ut ſententiam rogatus, diceret ante quicquid vellet alii rei, & quoad vellet. Cæſar conſul viatorem vocavit, eumque cum finem non faceret, prehendi loquentem, & in carcerem duci juſſit. Senatus conſurrexit, & proſequebatur Catonem in carcerem. Hac invidia*

 facta,

[1] ſinceræ vitæ adeo admirabilem ſenatui fecit, ut cum invito C. Cæſare conſule adverſus publicanos dicendo in curia [2] diem extraheret, & ob id ejus juſſu à lictore in carcerem duceretur, univerſus ſenatus illum ſequi non dubitaret: quæ res [3] divini animi perſeverantiam flexit.

8. [4] Eodem Ludos Florales, quos Meſſius ædilis faciebat, ſpectante, populus, ut Mimæ nudarentur, poſtulare erubuit: quod cum ex Favonio amiciſſimo ſibi una ſedente cognoviſſet, diſceſſit è theatro, ne præſentia ſua ſpectaculi conſuetudinem impediret: Quem abeuntem [5] ingenti plauſu populus proſecutus, priſcum morem jocorum in ſcenam revocavit; [6] confeſſus, plus ſe majeſtatis uni tribuere,

facta, Cæſar deſtitui & dimitti Catonem juſſit. Oliv.

1. *Sinceræ vitæ.*] Quia nemo illum unquam potuit gratia, neque prece, neque pretio à recto deducere.

2. *Diem extraheret.*] Sic locutus eſt Cæſar lib. I. de bello civili: *Catone vero acerrime repugnante & priſtina conſuetudine contradicendi mora dies extrahente.* Hoc Agellio eſt, *diem eximere*, cujus locum ita lego: *Cajus Cæſar conſul M. Catonem ſententiam rogavit. Catonem, quam conſulebat, quoniam non è Republ. videbatur, perfici noluit. Ejus rei gratia utebatur, eximebatque dicendo diem. Eximere* igitur *diem* eſt totum diem dicendo quaſi auferre & abſumere. Contra *frangere diem* erit, dimidium diem abſumere. Horatius lib. 2. od. 7.

Cum quo morantem ſæpe diem mero
Fregi.

Hoc veteres Jureconſulti *Diffindere diem* dicebant, ut in formula Prætoria: HIC DIES DIFFISUS ESTO. Quando omiſſo reliquo diei ſpatio, judicium differebatur, ut docet Doctor ille Juris unicus lib. XII. Obſ. cap. 18. Sed & *diſcindere diem*, pronuntiaſſe veteres conſtat, quod nihil aliud, quam Jureconſultorum illud *Diffindere*. Gloſſæ veteres: Diſcindendi τμήσεως. ἐν τῷ τέμνειν τὰς δίκας. Noti etiam ex Faſtis veteribus Dies inciſi & interciſi. Fabricius ex Horatiano exemplari Saxonico citat: *Dies alii ſunt Faſti, alii Solidi, quibus laborandum eſt, alii inciſi.* Hic inciſi, opinor, *ſolidis* opponuntur. Ad quod reſpexit Horatius:

Nec partem ſolido demere de die.

Seneca Epiſt. 84. *Hodiernus dies ſolidus eſt.* Colerus.

3. *Divini animi.*] A conſuetudine adulandi non diſcedit.

4. *Eodem ludos Florales.*] Ludi florales in honorem Deæ Floræ Romæ celebrabantur, in quibus obſcœna quædam committebantur; & illud in primis quod mimæ nudabantur. Unde Lactantius Firmianus: *Meretrices*, inquit, *flagitante populo nudatis corporibus in Floralibus mimorum fungebantur officio, & propterea* mimas *eas Valerius appellat.* Oliver.

5. *Ingenti plauſu.*] Quod ſignificabat placere ſibi Catonem diſcedere, ut priſtina ludorum conſuetudo revocaretur in theatrum.

6. *Confeſſus.*] Significavit, inquit, populus hoc plauſu plus majeſtatis & honoris uni tribuere, quam ſibi univerſo; nam quod præſente Catone fieri non fuerant paſſi, id ſe univerſo ſpectante paſſi ſunt, *Oliv.*

1. *Una*

buere, quam univerſo ſibi vindicare. Quibus opibus, quibus imperiis, quibus triumphis hoc datum eſt? exiguum viri patrimonium, aſtricti continentia mores, modicæ clientelæ, domus ambitioni clauſa; paterni generis [1] una imago, minima blanda frons; ſed omnibus numeris perfecta virtus. Quæ quidem effecit, ut quiſquis ſanctum & egregium civem ſignificare velit, [2] ſub nomine Catonis definiat.

EXTERNA.

1. [3] Dandum eſt aliquid loci etiam alienigenis exemplis: ut domeſticis aſperſa, varietate ipſa delectent. Harmodii, & Ariſtogitonis, qui Athenas tyrannide liberare conati ſunt, effigies æneas Xerxes ea urbe devicta in regnum ſuum tranſtulit: longo deinde interjecto tempore, Seleucus

1. *Una imago.*] Non multas majorum ſuorum imagines habebat, ſed unam patris ſui Catonis.

2. *Sub nomine Catonis.*] Tertullianus Apologet. cap. 11. *Qui ex illis Diis veſtris gravior & ſapientior Catone? juſtior & militarior Scipione?* Juvenalis:

Tertius è cœlo cecidit Cato.

Crebro hoc ſchemate Catones vocat Martialis. Prudentius contra Symmachum:

Exultare Patres videas, pulcherrima mundi
Lumina, conciliumque ſenum geſtire Catonum. Colerus.

3. *Dandum eſt, &c.*] Tranſit ad externa. Primum autem exemplum eſt majeſtatis Harmodii & Ariſtogitonis fratrum Athenienſium, qui cum indigne ferrent Tyrannidem in libera civitate regnare, die feſto convenerunt, ut tyrannum occiderent, nam tyrannis Athenis à Piſiſtrato incepit, quo mortuo Hipparchus & Hippias in regnum ſucceſſerunt: tunc ergo Hippias regnabat, in quem die ſolenni cum populus convenisset, impetum facere ſtatuerunt, ſed cum id parum proceſſiſſet, Hipparchum fratrem occiderunt. Aulus Gellius lib. XVII. cap. 21. *Tarquinii filio*, inquit, *regnum obtinente Romæ, (cui cognomen Superbus fuit) iiſdemque temporibus occiſus eſt Athenis ab Harmodio & Ariſtogitone Hipparchus Piſiſtrati filius, Hippiæ tyranni frater.* Itaque hi adoleſcentes, quantum in ſe fuit, urbem tyrannide liberare conati ſunt, licet non liberarint, tamen Athenienſes effigies æneas in honorem eorum erexerunt: quas cum Xerxes cepiſſet, Athenis in regnum ſuum tranſtulit, deinde Seleucus rex Aſiæ, qui poſt Alexandrum regnavit, cum Athenis potitus eſſet, ab Athenienſibus viſus eſt honorificentiſſime tractari; quod cum proſpexiſſet, ut rem gratam populo faceret, ſtatuas illas in ſuam priſtinam ſedem reportandas curavit. Et cum tranſveherentur Athenas, ad Rhodios forte appulerunt, quibus veluti Deorum ſimulacbris lectiſternia exhibuerunt. *Oliver.*

 1. *Rhodii.*]

cus in priſtinam ſedem reportandas curavit: [1] Rhodii quoque eas urbi ſuæ appulſas, cum in hoſpitium publice invitaſſent, ſacris etiam [2] pulvinaribus collocaverunt. Nihil hac memoria felicius, quæ tantum venerationis in tam parvulo ære poſſedit.

2. Quantum porrò honoris Athenis [3] Xenocrati ſapientia pariter ac ſanctitate claro tributum eſt? Qui cum teſtimonium dicere coactus ad aram acceſſiſſet, ut [4] more civitatis juraret, omnia ſe vere retuliſſe; univerſi judices conſurrexerunt, proclamatumque ne jusjurandum diceret: Quodque ſibimetipſis poſtmodum dicendæ ſententiæ loco remiſſuri non erant, ſinceritati ejus concedendum exiſtimarunt.

V A-

1. *Rhodii.*] Vide ſupra.

2. *Pulvinaribus.*] Pulvinaria loca erant in templis, quæ alio nomine *lectiſternia* dicebantur, in quibus Deorum ſimulachra locabantur. *Olivenus.*

3. *Xenocrati.*] Vide Diogenem Laërtium in ejus vita.

4. *More civitatis.*] Teſtimonium apud Athenienſes vel coram dicebant teſtes, vel teſtimonium tabulis inſcriptum dabant: idque lege ſancitum, ne quis teſtimonium corrumpat, radat, mutet. Teſtatur id Demoſthenes ἐν τῷ κατὰ ςεφάνου. Atque hæ tabulæ, ut idem Demoſthenes teſtatur, erant exaſciatæ & expolitæ. Inter teſtandum autem imam vellebant. Unde in Etymologico: Λοβοὶ λέγονται, ἐπειδὴ μαρτυρόμενοι ὦσι, λαμβανόμεθα αὐτῶν. *Teſtimonio dicto in liberorum capita jurabant ſe vera dicere.* Quod tum Valerius hic noſter, tum Diogenes Laërtius in vita Xenocratis teſtantur. Vide & Ciceronem lib. 1. Epiſt. 16. Teſtes autem, qui de re capitali, puta homicidio, teſtimonium dicerent, oportebat ad cæſa porrecta Suovetaurilii jusjurandum concipere, & ſi falſa dicerent, ſibi ſuæque familiæ dira imprecabantur, ut teſtatur Antiphon de Herodis cæde. Vide Petitum ad Leges Atticas. *Thyſ.*

VALERII MAXIMI
LIBER TERTIUS.

CAP. I.
DE INDOLE.

CUIUS EXEMPLA SUNT ROMANA.

1. *Æmilii Lepidi pueri.*
2. *M. Catonis Uticenſis.*
3. *C. Caſſii Longini.*

EXTERNUM UNUM.

1. *Alcibiadis Athenienſis.*

ATTINGAM nunc quaſi cunabula quædam & elementa virtutis: animique procedente tempore ad ſummum gloriæ cumulum perventuri, certo cum indolis experimento, datos guſtus referam.

1. [1] Æmilius Lepidus puer etiam tum progreſſus in aciem, hoſtem interemit, civem ſervavit: cujus tam memorabilis operis index eſt in Capitolio [2] ſtatua bullata, & incin-

1. AEmilius Lepidus.] Hoc contigit ſub Tiber. Graccho bello Celtiberico. *Oliver.* *Æmilius Lepidus.*] Conſimile prorſus facinus L. Tarquinii filii apud Macrobium lib. 1. Servius ad IX. Æneidos: *Hoc loco puerum ideo poſtea fecit armari, quia legit in Hiſtoria, pueros de bellis gloriam reportaſſe; filium M. Druſi annorum ſexdecim: Criſpini filium Criſpinum in Corſica cum fugeret exercitus Sp. Carvilii Conſulis, bellum reſtituiſſe. Apud Soram bello Italico ab Herennio puerum in aciem eductum, à quo hoſtem occiſum ſpoliatumque. Lucii Tarquinii filium, quem ob hoc pater aurea bulla prætextaque donavit.* Hæc Servius ille P. Danielis. *Colerus.*

2. *Statua bullata.*] Bulla erat inſigne puerorum, & præſertim nobilium, quod à collo in pectus deſcendebat. Macrobius dicit ingenuis pueris conceſſum, ut cordis figuram in bulla ante pectus annecterent, quam inſpicientes ita demum ſe homines cogitarent, ſi corde præſtarent, hoc eſt, ſapientia & magna-

incincta [1] prætexta S. C. poſita. Iniquum enim putavit, eum honori nondum tempeſtivum videri, qui jam virtuti maturus fuiſſet. Præcurrit igitur Lepidus ætatis ſtabilimentum fortiter faciendi celeritate, duplicemque laudem è prœlio retulit, cujus eum [2] vix ſpectatorem anni eſſe patiebantur. Arma enim infeſta, & deſtricti gladii, & diſcurſus telorum, & adventantis equitatus fragor, & currentium exercituum impetus, juvenibus quoque aliquantum terroris incutit. Inter quæ Æmiliæ gentis pueritia [3] coronam mereri, ſpolia rapere valuit.

2. [4] Hic ſpiritus ne M. quidem Catonis pueritiæ defuit. Nam

magnanimitate. Togam quoque prætextam his additam, ut ex purpuræ rubore ingenuitatis rubore tegerentur. Priſcus Tarquinius filium ſuum annos tredecim natum, quod hoſtem manu percuſſerat, & pro concione laudavit, & bulla aurea prætextaque donavit, inſigniens puerum ultra annos fortem præmiis virilitatis & honoribus. Nam ſicut prætexta inſigne magiſtratuum ab Hetruſcis acceptum regnante Tullo, ita bulla geſtamen erat triumphantium, quam in triumpho præ ſe gerebant Imperatores. Hinc deductus mos ut prætexta & bulla in uſum puerorum nobilium uſurparentur ad omen & vota conciliandæ virtutis ei ſimilis, cui primis inannis munera iſta ceſſerunt. *Oliver. Bullata.*] Sciat rudior lector *bullam* fuiſſe rem factam ex auro, argento, aut alio metallo in formam cordis & concavam, in qua contra faſcinum contenta erant remedia, eaque dependebant de collo puerorum, præſertim nobilium, ut in cordatos viros evadant, faſcinum vincant, & à turpibus locis, ſociis & factis ſe arceant. *Bad.* De Bulla ita Aſconius: *Bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea, quaſi communiens pectus puerile.*

1. *Prætexta.*] Veſte purpurea, qua utebantur nobiles pueri uſque ad quartum decimum annum, qua poſtmodum depoſita in Capitolio virilem togam ſumebant. Ex quo deprehenditur puerum fuiſſe Æmilium, quo tempore hoſtem in acie interemit. *Oliv.*

2. *Vix ſpectatorem.*] Nam decimo ſexto demum anno militabant, ut notat Servius ad illud 7. Æneid.

Ante urbem pueri & primævo flore juventus
Exercentur equis domitantque in pulvere currus. Coler.

Qui de militari diſciplina libros poſteris reliquêre, haud fere quenquam minorem ſeptem & decem annis, aut ſex & quadraginta majorem militiæ, & tyrocinio aſcribi ſolere docuerunt. Idque à Servio Tullio vetere cenſione primum cautum fuit. Gellius teſtis lib. x. cap. 28. & ævo ſubſequente à Caio Graccho lege ſacrata ſancitum. Livius lib. 25. Plutarchus in Gracchis. Seneca de Brevitate Vitæ, cap. ult. Antonius Auguſtinus libro ſingulari ad Modeſtinum in l. paupertas. §. jam vero militi, ff. de excuſationibus. Imo legem fuiſſe probat Juſtus Lipſius ad Taciti Annales, quæ militem liberaret anno demum ætatis quinquageſimo.

3. *Coronam.*] Quernam ex ſervato cive.

4. *Hic ſpiritus.*] Quantum futuræ Virtutis ſpecimen & documentum à pueritia de ſe Cato dederit, & in hoc, & in ſequenti

Nam cum in domo M. Druſi avunculi ſui educaretur, & ad eum Trib. plebis Latini de civitate impetranda conveniſſent; à Q. Poppedio Latinorum principe, Druſi autem hoſpite, rogatus, ut [1] ſocios apud avunculum adjuvaret; conſtanti vultu non facturum ſe reſpondit. Iterum deinde, ac ſæpius interpellatus, in propoſito perſtitit. Tunc Poppedius in excelſam ædium partem levatum, abjecturum indè ſe, niſi precibus obtemperaret, minatus eſt: nec hac re ab incepto moveri potuit. [2] Expreſſa eſt itaque illa vox hominum, Gratulemur nobis Latini, & ſocii, hunc eſſe tam parvum, quo ſenatore ne ſperare quidem nobis civitatem licuiſſet. [3] Tenero ergo animo Cato totius Curiæ gravitatem percepit, perſeverantiaque ſua Latinos jura noſtræ civitatis apprehendere cupientes reppulit.

[4] Idem cum ſalutandi gratia prætextatus ad Syllam veniſſet, & [5] capita proſcriptorum in atrium allata vidiſſet; atro-

ſequenti exemplo videre licet. Cum judicia ab equeſtri ordine in ſenatoriam dignitatem eſſent tranſlata, eaque ſibi vellet equeſtris ordo vendicare, Senatus M. Druſum tribunum plebis creavit, ut Senatus partes tueretur. Hic, ut facilius conſequeretur quod Senatus cupiebat, Latinis civitatem permiſit, ut eorum auxilio adverſus equeſtrem ordinem uteretur. Eo tempore Druſus Catonem, cujus avunculus erat, alebat. Cum igitur legati Latinorum ad eum veniſſent, ut promiſſam civitatem populo impetrarent, etiam ipſo potiſſimum Druſo interprete, Catonem puerum conſpicientes, rogarunt, ut ſibi apud avunculum auxilio eſſe vellet ad civitatem obtinendam, quod ſe nequaquam facturum conſtanti vultu reſpondit. *Oliv.* Contigit A. U. DCLXII.

1. *Socios.*] Notandum Latinos & Italicos ſæpe abſolute ſocios appellari. Quin & aliquando Latini & Italici confundebantur. Ita Valerius Pelignos, qui Latini non erant, ita tamen appellavit. Latium autem diſcrevit Latinos ab Italicis, qui non erant in Latio: fœdus ab iis civibus Romanis, qui agrum Romanum poſſidebant aut colebant in Latio; jus Latii ab iis Latinis, qui cum agrum Latinum tenerent, non tamen Latii jure fruebantur. Ex fœdere autem, quod cum Latinis eſt percuſſum, jus illud emanavit. Quod eſt jus Latii, vel Latinitas appellatur, quod conſtat quidem jure civium Romanorum fuiſſe deterius, Italico vero commodius. *Sigonius.*

2. *Expreſſa eſt itaque illa vox hominum, Gratulemur nobis Latini, &c.*] Scribo, *illa vox homini.* De Poppedio enim ipſo capiendum, qui, ut ex narratione Valeriana & clarius è Plutarcho apparet, auctor unus honorificæ hujus in Catonem vocis. *Lipſius.*

3. *Tenero, &c.*] Cum adhuc eſſet puer.

4. *Idem, &c.*] Contigit A. U. DCLXXI.

5. *Capita proſcriptorum.*] Qui proſcribebantur, eorum nomina ſcripta in tabella in foro exponebantur, & jus omnibus erat eos interficiendi. Illi vero ubi intellexiſſent ſe eſſe proſcriptos, con-

atrocitate rei commotus pædagogum ſuum Sarpedonem nomine interrogavit, quapropter nemo inveniretur, qui tam crudelem tyrannum occideret: Cumque is, non voluntatem hominibus, ſed facultatem deeſſe, quod ſalus ejus magno militum præſidio cuſtodiretur, reſpondiſſet: ut ferrum ſibi daretur, obſecravit, affirmando, perfacile ſe eum interfecturum, quod in [1] lecto illius conſidere ſoleret. Pædagogus & animum Catonis agnovit, & propoſitum exhorruit, eumque poſtea ad Syllam excuſſum ſemper adduxit. Nihil hoc admirabilius. Puer in officina crudelitatis deprehenſus, victorem non extimuit: tum maxime Conſules, Municipia, Legiones, [2] Equeſtris ordinis majorem partem trucidantem.[3] Ipſum Marium ſi quis eo loci ſtatuiſſet, celerius aliquid de fuga ſua, quam de Syllæ nece cogitaſſet.

3. [4] Cujus filium [5] Fauſtum C. Caſſius condiſcipulum ſuum in ſchola, proſcriptionem paternam laudantem, ipſum quoque, cum per ætatem potuiſſet, idem facturum minitantem, colapho percuſſit. Dignam manum, quæ [6] publico parricidio ſe non contaminaret.

EX-

continuo ſe è civitate proripiebant. Eorum vero bona pro arbitrio proſcribentis tractabantur; ſed multi antequam proſcriberentur deprenſi, occidebantur, & eorum capita deferebantur ad Syllam. *Oliv.*

1. *Lecto.*] Antiqui ſtibadia non habebant, ſed ſtratis tribus lectis epulabantur; unde & triclinium ſterni dicitur. Sic Cicero ſterni triclinia & in foro jubebat. Unde apparet errare eos, qui dicunt Triclinium eſſe Baſilicam ipſam, vel cœnationem. Hæc Servius. Eadem vetus Scholiaſtes Juvenalis Sat. 3. ℣ſ. 17. De modo in lectis diſcumbendi, & quiſnam honoratior fuerit locus, vide Comm. in Salluſt. pag. 457. Quæ hic non repetimus.

3. *Equeſtris ordinis, &c.*] Sc. duo milia delecta ſunt ad ſupplicium.

3. *Ipſum Marium.*] Veroſimile, ſed minus mirabile. Marii enim, non Catonis vitæ inſidiabatut Sylla. *Badius.*

4. *Cujus filium.*] Exemplum indolis C. Caſſii. Fuit autem hic Caſſius, qui Cæſarem interfecit in Senatu. Contigit A. U. DCLXXVIII.

5. *Fauſtum.*] Sylla poſt victoriam creatus Dictator perpetuus, voluit ſe felicem, liberos vero fauſtos, hoc eſt, marem Fauſtum, & fœminam Fauſtam appellari. *Badius.*

6. *Publico parricidio.*] Caſſius cum Bruto Cæſarem interfecerunt, quaſi parentem patriæ: hoc ideo dicit, ne læderet Auguſtum, ex eo quod laudaſſet Caſſium.

1. *Alci-*

EXTERNUM.

1. Et ut à Græcis aliquid,[1] Alcibiades ille, cujus neſcio utrum bona, an [2] vitia patriæ pernicioſiora fuerint: illis enim cives ſuos decepit, his afflixit: cum adhuc puer ad Periclem avunculum ſuum veniſſet, eumque ſecreto triſtem ſedentem vidiſſet, interrogavit, quid ita tantam in vultu confuſionem gereret? At illo dicente, mandato ſe civitatis [3] Propylæa Minervæ, quæ ſunt [4] januæ arcis, ædificaſſe, conſumptaque in id opus ingenti pecunia, non invenire quo pacto miniſterii rationem redderet, atque ideo conflictari: Ergo, inquit, quære potius, quemadmodum rationem non reddas. Itaque vir ampliſſimus atque prudentiſſimus ſuo conſilio defectus, puerili uſus eſt, atque id egit ut Athenienſes [5] finitimo implicati bello rationibus exigendis non vacarent. Sed viderint Athenæ, utrum Alcibiadem lamententur, an glorientur: quoniam adhuc inter execrationem hominis & admirationem, dubio mentis judicio fluctuantur.

CAP. II.

1. *Alcibiades.*] Juſtinus de Alcibiade: *Erat ætatis flore, & fortunæ veneratione, nec minus eloquentia inter Athenienſes inſignis: ſed in reconciliandis amicitiarum ſtudiis, quam in retinendis vir melior, quia morum vitia ſub umbra eloquentiæ primo latebant.*

2. *Vitia.*] Libido, ambitio, imperii cupiditas, ſuperbia, arrogantia.

3. *Propylæa.*] Significat *veſtibulum*; ſed Græco vocabulo uſus eſt, quia Græca tractatur hiſtoria. Civitas mandaverat Pericli, ut januas arcis Minervæ ædificari curaret, & in eam rem de publico data eſt pecunia; hic vero ingentem pecuniam in hoc opere conſumpſit: unde etiam Demetrius Phalerius, teſte Cicer. lib. de Offic. II. vituperat Periclem quod tantam pecuniam in præclara illa propylæa projecerit. *Oliver.*

4. *Januæ arcis.*] Scilicet Athenienſium, in qua Minervæ erant ſacra, ut Romæ in Capitolio Jovis. Unde in Æneid. Maro:

—— *Pallas quas condidit arces*
Ipſa colat. —— Badius.

5. *Finitimo implicati bello.*] Scilicet Peloponneſiaco.

CAP. II.

DE FORTITUDINE.

CVIVS EXEMPLA ROMANA SVNT.

1. *M. Horatius Cocles.*
2. *Clœlia virgo.*
3. *Romulus.*
4. *A. Cornelius Coſſus.*
5. *M. Marcellus.*
6. *Duellorum victores, T. Manlius Torquatus, M. Valer. Corvinus, & P. Scipio Æmilianus.*
7. *C. Atilius.*
8. *Equites Rom. in prœlio ad Verruginem.*
9. *Iidem in prœlio contra Samnites.*
10. *Milites Rom. in retinenda claſſe Punica.*
11. *Milites Rom. in prælio Cannenſi.*
12. *P. Licinius Craſſus Procoſ.*
13. *Q. Metellus Scipio Procoſ.*
14. *M. Cato Vticenſis.*
15. *Porcia M. F. M. Bruti.*
16. *M. Cato majoris Catonis filius.*
17. *P. Scipio Naſica.*
18. *M. Æmilius Scaurus.*
19. *C. Iulius Ceſa. Procoſ.*
20. *Tres milites, Vibius Acceus, Valerius Flaccus, T. Pedianus.*
21. *Q. Cotius Achilles.*
22. *C. Atilius.*
23. *M. Cœſius Scava.*
24. *L. Sicinius Dentatus.*

EXTERNA.

1. *T. Iubellius Campanus.*
2. *Gobrias Perſa.*
3. *Leonidas Spartanus.*
4. *Othryadas Spartanus.*
5. *Epaminondas Thebanus.*
6. *Theramenes Athenienſis.*
7. *Theogenes Numantinus.*
8. *Aſdrubalis Pœni uxor.*
9. *Harmonia Gelonis Regis filia.*

NOs quia jam initia procurſuſque virtutis patefecimus, actum ipſum perſequemur; cujus ponderoſiſſima vis, & [1] efficaciſſimi lacerti, in fortitudine conſiſtunt. Nec præterit me, [2] conditor Urbis noſtræ Romule, principa-

1. E*fficaciſſimi lacerti.*] Validiſſima robora.

2. *Conditor Urbis noſtræ.*] Condi cœpta eſt à Romulo. Ex A. D. XII. Kal. Maji die, ipſis Palilibus, ſive Paſtorum Deæ Pali Sacro, hora inter tertiam & quartam. Fuit is annus poſt captam Trojam CDXXXII. Ante Chriſtum natum DCCL. & diebus CXXCV. Sed variant vehementer Chronologi. *Stadius.* *Conditor Urbis, &c.*] Romæ igitur urbis initium fuit, quo tempore Salmanaſſer Rex Aſſyriis imperabat, nimirum, anno primo ſeptimæ Olympiadis, auctore Plutarcho, conditi autem orbis anno ter milleſimo ducenteſimo duodecimo, tum fere annis quadringentis ante in Latio regnare cœpiſſet Æneas. De initio urbis Romæ & diſſentientibus ſcriptorum ſententiis videatur

patum tibi hoc in genere laudis aſſignari oportere. Sed patere, obſecro, uno te præcurri exemplo, cui & ipſe aliquantum honoris debes: quia beneficio illius effectum eſt, ne tam præclarum opus tuum Roma dilaberetur.

1. [1] Etruſcis in urbem [2] ponte Sublicio irrumpentibus, [3] Horatius Cocles extremam ejus partem occupavit: totumque hoſtium agmen, donec poſt tergum ſuum pons abrumperetur, infatigabili pugna ſuſtinuit. Atque, ut patriam periculo imminenti liberatam vidit, armatus ſe in Tiberim miſit: cujus fortitudinem Dii immortales admirati, incolumitatem ſinceram ei præſtiterunt. Nam neque altitudine [4] dejectus, quaſſatuſve, neque pondere armorum preſſus,

deatur Plutarchus in Romulo, Solinus cap. 1. Camers in annotation. in Solin. Onuphr. lib. 1. Faſtorum. *Sleidanus.*

1. *Etruſcis, &c.*] Contigit A. U. ccxlv.

2. *Ponte ſublicio.*] Pons Romæ in Tiberi fuit, ad eam partem qua Janiculum ab Urbe dirimitur, ea arte conſtructus, ut trabes ſine fulturis eximi poſſent. Dictus eſt ſublicius, quod ligneus eſſet & ſublicis fulciretur. Ita enim vocant palos ad pontis ſuſtentationem in aqua defixos. Feſtus air quorundam opinione vocabulum Volſcorum eſſe, Scalig. putat à ſimplici liquis deduci, unde & obliquis. Vetus auctor loquens de figuris & lineamentis: *Omnem autem ſummitatem metiundi obſervationes ſunt duæ: enormis & liquis. Enormis quæ in omnem actum rectis angulis continetur. Liquis quæ minuendi laboris cauſa, & ſalva rectorum ratione angulorum ſecundum ipſam extremitatem ſubtenditur.*

3. *Horatius Cocles.*] Fuit autem hujus viri pugna & virtus mirabilis, ac propemodum incredibilis, defenſus enim pons ſublicius per ipſum contra omnem exercitum Hetruſcorum, donec à tergo fractus pons, ptæcluſuſque hoſtibus aditus, indignante rege, ac ſtupente exercitu, quod vix unus monoculus, ut qui jam alio prœlio alterum amiſiſſet, contra tot armata hominum milia ſe opponere auſus fuiſſet. Fracto ponte, ipſe, ut erat armatus, ex alto in Tiberim ſe projecit, & ad ſuos ſoſpes enatavit, niſi quod in caſu ipſe, ut quidam tradidêre, ſagitta femur trajectus claudus evaſit. quod cum illi poſt temporis ſpatium, ut perhibetur, in petitione honoris objectum eſſet ut vitium, magnifica prorſus, & facto pari reſponſione, Per ſingulos, inquit, gradus admoneor triumphi mei. Huic tantæ virtuti non ingrata civitas fuit, ſtatua illi in comitio poſita, & de publico donatus ager, ter quantum uno die circumducto aratro poſſet amplecti. Sic honore ſimul & commodo auctus, in præſens, & in poſterum rei fama plures admiratores repertura, quam credulos. *Oliver.*

4. *Dejectus quaſſatuſve.*] Lipſius corrigit *Dejectu quaſſatus. Dejectus*, inquit, *eſt ipſa dejectio altitudinis.* Si vulgatam lectionem retineas, exponi poteſt *dejectus* pro *eliſus*. Ita Ciceronem locutum eſſe docet Nonius. Sane Græcum quoque καταβάλλειν exponit Græcus magiſter, *Elidere.* Coletus. *Dejectus.*] Aliter, *disjectus*: *dejectus* autem eſt, deorſum in profundum uſque jactus.

preſſus, nec ullo [1] vorticis circuitu actus: nec telis quidem, quæ undique congerebantur, læſus, tutum natandi eventum habuit. Unus itaque tot civium, tot hoſtium in ſe oculos convertit, ſtupentes illos admiratione, hos [2] inter lætitiam [3] & metum hæſitantes: unuſque duos acerrima pugna conſertos exercitus, alterum repellendo, alterum propugnando, diſtraxit. Denique unus urbi noſtræ tantum ſcuto ſuo, quantum [4] Tiberis alveo, munimenti attulit: Quapropter diſcedentes Etruſci dicere potuerunt: Romanos vicimus, ab Horatio victi ſumus.

2. [5] Immemorem me propoſiti mei Clœlia penè facit. eadem enim tempeſtate, certe adverſus eundem hoſtem & in eodem Tiberi inclytum auſa facinus. Inter cæteras

enim

1. *Vorticis.*] Vortex, teſte Quintil. libro VII. de Inſtitut. Orat. proprie eſt contorta in ſe aqua, vel quicquid allud ſimiliter vertitur.

2. *Inter lætitiam.*] Quia videbant eum fortiter agere, & poſſe evadere.

3. *Et metum.*] Quia timebant ne deficeret, aut mergeretur, aut telis opprimeretur.

4. *Tiberis alveo.*] Recentiſſimum nomen hoc deducunt à Tiberino Sylvio Albanorum rege, qui anno ante Romam ducenteſimo ſexageſimo tertio in trajectu ejus ſubmerſus fuit, ſicut refert Euſebius, Ovidium ſecutus, qui 14. Metamorph. canit:

—— Regnum Tiberinus ab illis
Cæpit, & in Thuſci demerſus fluminis undas
Nomina fecit aquæ. ——

Servius tradit in Vergilium in ſacris eum nuncupatum Serram. Annius Viterbienſis auctor eſt, eum quoque Volthurrenum & per ſyncopen Volthurnum dictum. Idem Albulam appellatum affirmat à Livio, Silio, Virgilio. Nomen autem illud eſſe antiquius nomine Tybris, indicat Virgilius Æneid. VIII. his verſibus:

Tum Reges aſperque immani corpore Tybris,
A quo poſt Itali fluvium cognomine Tybrim
Diximus, amiſit verum vetus Albula nomen.

Tandem hic bis auctus dirimit Latium ab Hetruria, & decimo quinto ab urbe lapide duobus oſtiis devolvitur in mare. *Fungerus.*

5. *Immemorem.*] Aliud exemplum Clæliæ virginis. Immemorem ſe ideo dixit quia ſe modo unum exemplum propoſiturum Romulo dixerat. Porto in hujus rei memoriam, & tantæ virtutis præmium ſtatua Clæliæ fortiſſimæ fœminæ equeſtris in foro, ſecundum Titum Livium, ſecundum vero Servium in via ſacra poſita fuit. Autor de Viris illuſtribus: *Porſenna Clœliam virginem inter obſides accepit, quæ noctu caſtris ejus egreſſa, equum, quem fors dederat, arripuit, & Tyberim trajecit, à Porſenna per legatos repetita, redditaque: cujus ille virtutem admiratus, cum quibus optaſſet, in patriam redire permiſit: illa virgines & pueros quidem elegit, quorum ætatem injuriæ obnoxiam ſciebat. Huic ſtatua equeſtris poſita eſt.* Oliverius. Contigit hoc A. U. CCXLV.

1. Redeo

enim virginis obſes hoſti Porſenæ data, nocturno tempore cuſtodiam egreſſa, equum conſcendit, celerique trajectu fluminis, non ſolum obſidione, ſed etiam metu patriam puella ſolvit, viris lumen virtutis præferendo.

3. [1] Redeo nunc ad Romulum, qui ab Acrone [2] Cenínenſium rege [3] ad dimicandum provocatus, quanquam & numero & fortitudine militum ſuperiorem ſe crederet, tutiuſque erat, toto cum exercitu, quam ſolum in aciem deſcendere, ſua potiſſimum dextra omen victoriæ rapuit: nec incepto ejus fortuna defuit. Occiſo enim Acrone, fuſiſque hoſtibus, optima de eo ſpolia [4] Jovi Feretrio retulit. Hactenus iſtud: quia [5] publica religione conſecrata virtus, nulla privata laudatione indiget.

4. [6] A Romulo proximus Cornelius Coſſus; [*] eidem Deo ſpolia

1. *Redeo nunc ad Romulum.*] Poſt raptas ſine more Sabinas, aliorumque finitimorum fœminas, inter quas Ceninenſes, mota ſunt bella. Ceninenſes ira magis, quam conſilio rem gerentes, primo impetu fuſi ſunt atque fugati; rex eorum Acron à rege Romulo interfectus: qui ad ſingulare certamen, ut Valerius tradit, fuerat provocatus: cujus occiſi Romulus opima ſpolia Jovi Feretrio obtulit. Duo deinde ſecuti ſunt Romulum: qui opima ſpolia retulerunt occiſis imperatoribus, Marcus Marcellus & Cornelius Coſſus. *Oliverius.* Contigit A. U. IV.

2. *Ceninenſium.*] Cenina Latii oppidum fuit à Romulo deletum, cujus meminit Plinius lib. VIII. cap. 5.

3. *Ad dimicandum provocatus.*] In hoc Valerius diſſentit à Livio; non enim provocatum Livius, ſed in acie dimicantem, & imperatorio munere fungentem, occidiſſe refert. Quod idem ſentit Dionyſius, ſed intra Urbem hoc factum fuiſſe dicit, cùm capta urbe illi cùm armata multitudine occurriſſet. *Oliverius.*

4. *Jovi Feretrio*] Jupiter *Feretrius* dicebatur à *feretro*, inſtrumento, de quo ſuſpendebantur ſpolia. Erat *feretrum* ligneum inſtrumentum, ad id aptè fabricatum, ut ſpolia ferret, id eſt, ſuſtineret. Livius lib. I. *Romulus*, inquit, *duce hoſtium occiſo, urbem primo impetu capit, inde exercitu victore ducto, ipſe, cum factis vir magnificus, tum factorum oſtentator haud minor, ſpolia ducis hoſtium cæſi ſuſpenſa, fabricato ad id aptè feretro gerens, in Capitolium aſcendit; ibique cum ea ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet ſimul cum dono, deſignavit templo Jovis fines, cognomenque addidit Deo, Jupiter Feretri*, inquit, *hæc victor tibi Romulus rex regia arma fero, templumque his regionibus, quas modo animo metatus ſum dedico, ſedem opimis ſpoliis, quo regibus ducibuſque hoſtium cæſis, me autorem ſequentes poſteri ferent.* Oliverius.

5. *Publica religione.*] Quia Romulus in Deorum numerum tranſlatus, nulla indiget privata laudatione, ſed per ſeipſum laudationem amplam habet, utpote conſecratus. *Oliverius.*

6. *A Romulo proximus.*] Secundus poſt Romulum Corn. Coſſus opima ſpolia retuliſſe fertur, cæſo Larte Tolumnio

ſpolia conſecravit, cum magiſter equitum ducem [1] Fidenatium in acie congreſſus interemiſſet. Magnus initio hujuſce generis inchoatæ gloriæ Romulus: Coſſo quoque multum acquiſitum eſt, quod Romulum imitari valuit.

5. [2] Ne M. quidem Marcelli memoriam ab his exemplis ſeparare debemus, in quo tantus animi vigor fuit, ut apud [3] Padum * Gallorum regem ingenti exercitu ſtipatum, cum paucis

Fidenatium duce: in qua re dicit Livius ſe à cæteris diſſentire ſcriptoribus, qui eandem rem tradunt, quod illum tribunum militum fuiſſe dicant, quando rem tantam geſſit, ſe vero duabus rationibus commoveri, ut credat illum fuiſſe Conſulem; altera, quod ea tantum ſpolia *opima* dicuntur, quæ dux duci detraheret, neminem autem ducem eſſe, niſi cujus auſpicio res geratur; altera, quod titulus ſpoliorum oſtendit illum conſulem fuiſſe, & ea ſpolia cepiſſe. *Oliverius.*

* *Eidem Deo.*] Teſtis Servius quoque ad illud:

Quis te magne Cato tacitum aut te Coſſe relinquat?

Non igitur verum eſt, quod Auſonius ſcripſit in Eidyllio:

Tertia opima dedit ſpoliatus Armoricus Lars.

Sed nomen illius equitum magiſtri verum nos docet, contraquam Grammatici faciunt. Priſcianus lib. v. *Lar ſi familiaris eſt facit Laris: Si Tolumnii Porſennæ, Lartis.* Cum Auſonio ſcribit & Livius lib. IV. *Daturos quod Lars Tolumnius dediſſet.* Hinc Græci more ſuo Λαρθς fecerunt, ut Dionyſius, Diodorus, Plutarchus. *Colerus.*

1. *Fidenatium.*] Fidenæ urbs Latinorum mediterranea, cujus meminit Plinius lib. III. cap. 5.

2. *Ne M. quidem Marcelli, &c.*] Cum adverſus Bojos & Inſubres, qui nunc Mediolanenſes dicuntur, quibuſcum erat Viridomarus, vel, ut alii dicunt, Britomarus, Gallorum dux cum ingenti exercitu ferme decem milium, Marcus Marcellus miſſus eſſet cum quingentis aut paulo amplius militibus, & paucis equitibus, apud Padum univerſum exercitum fudit atque fugavit, regem ipſum tanto exercitu ſtipatum obtruncavit. Erat autem hic Viridomarus inter Gallos eximia corporis magnitudine; armatura auro & argento ac variis diſtincta coloribus fulgoris inſtar perlucida. Quæ ubi Marcellus pulcherrima ex toto conſpicatur agmine, ea futura meditatus, quæ concepta Deo vota perſolveret; nam in ea pugna Marcellus opima ſpolia Jovi Feretrio voverat. Virum igitur adortus, haſta perfodit, & moribundum ex equo proſtravit, & ita opima ſpolia cum ingenti gloria in patriam reportavit. Livius lib. XX. *M. Caudius Marcellus Conſul occiſo Inſubrium Gallorum duce Viridomaro, opimà ſpolia retulit.* Florus: *Galli Inſubres Britomaro duce non prius ſoluturos ſe baltea, quam Capitolium cum Viridomaro aſcendiſſent, juraverant. Factum eſt. Victos enim Æmilius in Capitolio diſcinxit. mox Arioviſto duce vovere de noſtrorum militum præda Marti ſuo torquem. Intercepit Jupiter votum; nam de torquibus eorum aureum trophæum Jovi Flamminus erexit. Viridomaro rege Romana arma Vulcano promiſerant, aliorſum vota ceciderunt; occiſo enim rege Marcellus tertia poſt Romulum patrem Feretrio Jovi arma ſuſpendit.* Oliverius.

3. *Padum.*] Padus fluvius aurifer Italiæ (etiamſi Strabonis tempore aurum ferre deſierit) ſicut Tagus Hiſpaniæ, Hebrus Thraciæ, Pactolus Aſiæ, Ganges Indiæ, ut lib. XXXIII. docet Plinius,

alio

paucis equitibus invaderet: quem protinus obtruncatum, armis exuit, eaque [1] Jovi Feretrio dicavit.

6.[2] Eodem virtutis & pugnæ genere uſi ſunt T. Manlius Torquatus, & [3] Valerius Corvinus, [4] & Æmilianus Scipio. Hi-

alio nomine Eridanus Ἠριδανός, olim Liguribus Bodincus, auctore Scepſio, Polybio Βόδεγκος, Botigum Catoni, ex imis radicibus montis Viſuvii ortus, & triginta in ſe fluminibus aliis brivi ſpatio receptis, teſte Solino, in Adriaticum mare excurrens, omnium etiam (ſi credimus Straboni) fluminum Europæ circa oſtia longè maximus, excepto Iſtro, nomen accepit juxta Catonem & Plinium, qui id habet ex Metrodoro, ab arbore juxta fontem picea, quæ Gallice vocatur Pades. Iſidorus vult eum Alpium jugis effuſum ex tribus fontibus oriri, ex quibus unus dictus fuerit Padus, qui fluvio quoque nomen indiderit. *Fungerus.*

* *Gallorum.*] Viridomarum, ut alii referunt, Britomarum.

1. *Jovi Feretrio.*] Vide ſupra.

2. *Eodem virtutis, &c.*] Cum Titus Manlius Torquatus Gallum quendam inſultantem, & Romanum fortiſſimum quemque ad pugnam provocantem audiſſet, ad Dictatorem accedens, ait: Injuſſu tuo, Dictator, nunquam extra ordinem pugnaverim, non ſi certam victoriam videam; ſed ſi permiſeris, oſtendam profecto illi belluæ me ex illa familia ortum, quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeja dejecit. Itaque permiſſu Dictatoris in certamen progreſſus, cum utrinque dimotæ acies ad pugnæ ſpectaculum conſtitiſſent, Gallum primo & linguam ab irriſu exerentem, & magnitudine & proceritate eximium interfecit, & de collo ipſi torquem aureum detraxit cum cæteris ſpoliis, à quo etiam Torquatus appellatus eſt. Eſt autem torques ornamentum colli ex auro contorto confectum. *Oliv.*

3. *Valerius Corvinus.*] Conſule Camillo Furii Camilli filio contra Gallos bellum gerebat, ubi cum utrinque ſtationibus quietis tempus tereretur, Gallus magnitudine atque armis inſignis in medium proceſſit, & per interpretem ſilentio facto haſta ſcuto concuſſo, unum ex Romanis, qui ſecum ferro decernat, ad pugnam provocat. M. Valerius tribunus militum adoleſcens permiſſu Conſulis in medium armatus proceſſit, & inito prælio corvus in galea Valerii contra hoſtem conſedit, qui cum lætus omen accipiens, Deos vel Deas, quicunque miſiſſent præpetem illam, precatus, ut ſibi adeſſent, avis non ſolum ſedem ſemel captam tenuit, ſed quotieſcunque prælium iniretur, levans ſeſe, oculos hoſtis roſtro & unguibus petivit. Valerius hoſtem talis prodigii perterritum obtruncavit, deinde Corvino cognomen additum. *Oli.*

4. *Et Æmilianus Scipio.*] Hic eſt qui deleta Carthagine, ſublata Numantia dictus eſt Africanus inferior. Igitur cum ſub Lucullo Imperatore militiam gereret, provocatus ad pugnam, hoſtem interemit, oppidi, quod expugnabatur, primus ipſe mœnia conſcendit, aliaque egregia belli facinora edidit, quibus futuræ magnitudinis ſuæ omnibus certiſſima daret indicia. Autor de Viris Illuſtribus: *P. Scipio Æmilianus Pauli Macedonici filius à Scipione Africano adoptatus, in Macedonia cum patre agens, victum Perſem tam pertinaciter proſecutus eſt, ut media nocte redierit in caſtra, Lucullo in Hiſpaniam legatus apud Intercatiam oppidum, provocatorem ſingulari certamine vicit, muros hoſtiles civitatis primus aſcendit, tribunus in Africa ſub Tito Manlio Imperatore VII. cohortes obſidione vallatas conſilio & virtute ſervavit, in quibus corona obſidionali aurea donatus eſt.* Oliv.

Hi enim ultro provocatos hoſtium duces interemerunt: ſed quia ſub [1] alienis auſpiciis rem geſſerant, ſpolia Jovi Feretrio non poſuerunt conſecranda. Idem Scipio Æmilianus, cum in Hiſpania [2] ſub Lucullo duce militaret, atque [3] Intercatia prævalidum oppidum circumſederetur, primus mœnia conſcendit: Neque erat in eo exercitu quiſquam aut nobilitate, aut animi indole, [4] aut futuris actis, cujus ſaluti magis parci & conſuli deberet: ſed tunc clariſſimus quiſque juvenum, pro amplificanda & tuenda patria, plurimum laboris ac periculi ſuſtinebat, deforme ſibi exiſtimans, quos dignitate præſtaret, ab his virtute ſuperari. Ideoque Æmilianus hanc militiam aliis propter difficultatem vitantibus, ſibi depopoſcit.

7. [5] Magnum inter hæc fortitudinis exemplum antiquitas offert. [6] Romani à Gallorum exercitu pulſi, cum ſe in Capitolium, & in arcem conferrent, inque [7] his collibus morari omnes non poſſent; neceſſarium conſilium in plana urbis parte ſeniorum relinquendorum ceperunt, quo facilius juventus reliquias imperii tueretur. Ceterum ne illo quidem tam miſero, [8] tamque luctuoſo tempore, civitas noſtra virtutis ſuæ oblita eſt: Defuncti enim honoribus, apertis januis, [9] in curulibus ſellis, cum inſignibus magiſtratuum, quos geſſerant, ſacerdotiorumque, quæ erant adepti,

1. *Alienis auſpiciis.*] Videlicet Conſulum ſuorum.

2. *Sub Lucullo duce.*] Adverſus Celtiberos bellum gerebat, cui ſucceſſit M. Marcellus, qui Vaccæos, Cantabros, alioſque ignotos populi Romani ſubegit imperio. *Oliv.*

3. *Intercatia.*] Ἰντερκατία, Hiſpaniæ urbs, Straboni, Polybio, Appiano, Plinio de Viris Illuſtribus, & Antonino. Moralis eam conſtituit inter Leonem, Valliſoletum, & Aſtorgim civitates, hodie ſic nominatas. Intercatienſes ſunt Plinio in Hiſpania Citeriore. Prolemæus habet duas hujus nominis urbes in Hiſpania; unam Orniacis, alteram in Vaccæis. *Ortelius.*

4. *Aut futuris actis.*] Erat enim Carthaginem everſurus.

5. *Magnum, &c.*] Contigit A. U. CCCLXIII.

6. *Romani à Gallorum exercitu pulſi.*] Apud Alliam fluvium, unde *Allienſis dies* appellatus ab hac clade inter religioſos habitus eſt; nihil enim populo die eo agere licebat. *Oliv.*

7. *His collibus.*] Scilicet Capitolinis.

8. *Tamque luctuoſo.*] Utpote capta urbe.

9. *In curulibus ſellis.*] Sellæ curules dicebantur, ut quidam volunt, à curru; eo quod

Digitized by Google

pti, conſederunt, ut & ipſi in occaſu ſuo [1] ſplendorem & ornamenta vitæ præteritæ retinerent, & plebem ad fortius ſuſtinendos caſu ſuo vigore provocarent. Venerabilis eorum aſpectus primo hoſtibus fuit, & novitate rei, & magnificentia cultus, & ipſo [2] audaciæ genere commotis. Sed quis dubitaret, quin & Galli, & victores, illam admirationem mox in riſum, & in omne contumeliæ genus converſuri eſſent? Non expectavit igitur hanc injuriæ maturitatem [3] C. Atilius; verum barbam ſuam permulcenti Gallo ſcipionem vehementi ictu capiti inflixit, eique propter dolorem ad ſe occidendum ruenti cupidius corpus obtulit. Capi ergo virtus neſcit; patientia dedecus ignorat. Fortunæ ſuccumbere triſtius ducit omni fato, nova & ſpecioſa genera interitus excogitat, ſi quiſquam interit, qui ſic extinguitur.

8. [4] Reddendus eſt nunc Romanæ juventuti* debitus honos,

quod ſubjectas rotas in modum currus haberent: nam cum magna civitas eſſet, & jus in multis urbis partibus reddendum foret, quo facilius id fieri poſſet, ſellæ ſubjectas rotas habebant, ut in quamcunque partem impelli poſſent. Alii dicunt à Curibus Sabinorum urbe, à quibus & alia magiſtratus inſignia acceperant Romani. Sic primam corripit Virgil.

—— *Curibuſve Sabinis.*

His autem ſellis tantummodo patricii magiſtratus utebantur. A. Gellius tamen lib. III. cap. 81. *Vocabuli iſtius* inquit, *ratio dicitur, quam C. Baſſus, in commentariis ſuis ſcriptam reliquit. Senatores enim dicit in veterum ætate, qui curulem magiſtratum geſſiſſent, curru ſolitos in curiam vehi, in quo curru ſella eſſet, ſupra quam conſederunt; quæ ob eam cauſam* curulis *appellatur.* Ergo Gellius à *curru* vult eſſe dictam. Liv. *Haud pœnitet*, inquit, *eorum ſententiæ eſſe: quibus & apparitores & hoc genus ab Hetruſcis finitimis, una ſella curulis, una toga prætexta ſumpta eſt.* Magiſtratuum Romanorum ornamenta ab Hetruſcis ſumpta fuere. *Oliver.*

1. *Splendorem & ornamenta.*] Sic auctor interpretatur pro majorum ſuorum facto comprobando. Cæterum veroſimilius eos id eo conſilio feciſſe, ut majeſtate religionis, cujus Galli ſemper fuerunt obſervantiſſimi, ab injuria tuti eſſent. *Badius.*

2. *Audaciæ.*] Quia inermes, dum hoſtes urbem ſuam diriperent, in ſellis cum ſceptris eburneis conſederant.

3. *C. Atilius.*] In aliis, *M. Atilius.* Livio & Plutarcho *M. Papyrius* is eſt, non *Atilius.* Coler.

4. *Reddendus eſt nunc.*] Livius diſſentit ab hoc. Scribit enim cum Sempronio Atratino Q. Fabium Viblanum Conſulem tunc fuiſſe creatum Sempronio Volſcorum provinciam ſorte eveniſſe. Cum igitur contra hoſtem, qui ſæpe victi fuerant à Romanis, exercitum duxiſſet, fortuna conſtantiſſima populus Romanus fretus, omnia temere ac ne-

nos, & gloriæ titulus, quæ, C. Sempronio Atratino conſule cum Volſcis apud [1] Verruginem parum proſpere dimicante, ne acies noſtra jam inclinata propelleretur, equis delapſa, ſeipſam [2] centuriavit, atque hoſtium exercitum rupit. Quo dimoto, proximum tumulum occupavit, effecitque, ut omnis Volſcorum in ſe converſus impetus, legionibus noſtris ad confirmandos animos [3] ſalutare laxamentum daret. Itaque cum jam de [4] trophæis ſtatuendis cogitarent, prælium nocte dirimente, victoreſne an victi abirent, incerti diſceſſerunt.

9. [5] Strenuus ille quoque flos ordinis equeſtris, cujus mira

gligenter agere cœpit. Itaque cum primo concurſu non ſubſidiis firmata acie, non equite apte locato Romani impetum ferre non poſſent, deinde pedem referentes, cum ſe ferocius hoſtes infer rent, undique cæderentur, nequicquam Sempronio Conſulem objurgante adhortanteque, Sextus Tempanius decurio equitum exclamat, ut equites qui ſe in pedes exceperant in conferttiſſimos hoſtes incurrant, quacunque incidunt ferro viam faciunt. Tunc Volſcus Imperator ſignum dat, ut permutatis militibus locus detur, qui ſcutis objectis Romanos à ſuis excludant: quod ubi factum eſt, interclusi equites ad ſuos prorumpere non poterant. Igitur cum his vehementius hoſtes inſtarent, tumulum proximum occupant, ubi ſe in orbem tutabantur, nec ante noctem pugnandi finis fuit. Ibi Tempanius uſque ad lucem ſuos metu inſidiarum tenet; deinde cum ſpeculatores nuntiaſſent à Volſcis caſtra eſſe deſerta, lætus ab tumulo ſuos in caſtra Romanorum deduxit. *Oliv.*

* *Debitus honos.*] Nimis placet Scriptura Danielis & reliquorum veterum: *Debitus gloriæ titulus.* Nec video quid impulerit Pighium, ut illud male feriati librarii anno tamen infercitet. *Colerus.*

1. *Verruginem.*] Nomen oppidi Volſcorum, cujus ne veſtigia quidem extant.

2. *Centuriavit.*] In centurias peditum ſe conjecit.

3. *Salutare laxamentum.*] Id eſt, remiſſionem pugnæ,

4. *Trophæis.*] Belli uſus invenit, ut in quo loco hoſtes ſuperati eſſent; ibi tropæa erigerentur. De quibus Nonius Marcellus: *Fuga hoſtium Græcè vocatur τροπὴ, hinc ſpolia capta, fixa in ſtipitibus appellantur tropæa.* Notari mihi, primi hujus rei uſurpatores ex Ducibus Romanis apud L. Florum: *Domitius*, inquit, *Ahenobarbus, & Fabius Maximus ipſis quibus dimicaverant locis ſaxeas erexere turres, & deſuper exornata armis hoſtilibus tropæa fixère, quum hic mos inuſitatus fuerit noſtris. Nunquam enim populus Romanus hoſtibus domitis ſuam victoriam exprobravit.* Lib. III. cap. 2. & videndus, qui idem tradidit; Strabo lib. IV. Pompeium devictis Hiſpanis tropæa in Pyrenæis jugis conſtituiſſe. Salluſtius ſcriptum reliquit. Græcos autem tropæa quoque figere ſolitos, cum aliunde tum ex Plutarchi Pelopida, & Æmilii Probi Datame certiſſimum eſt. Tropæorum conſtituendorum perelegans exemplum Vide apud Virgilium Æneid. II.

Ingentem quercum, &c. Stewechius.

5. *Strenuus ille, &c.*] Livius VIII. decad. ab Urbe condita, à Valerio, ut multis in locis, ſic in hac quoque diſſentit hiſto-

mira virtute Fabius Maximus [1] Rullianus [2] magiſter equitum bello quod adverſus [3] Samnites gerebatur, male commiſſi prælii crimine levatus eſt. Namque [4] Papirio Curſore [5] propter auſpicia repetenda ad Urbem proficiſcente, caſtris præpoſitus, ac vetitus in aciem exercitum ducere; nihilominus manus cum hoſte, ſed non tam feliciter, quam temere conſeruit: procul enim dubio ſuperabatur. Ceterum optimæ indolis juventus detractis equorum frenis, vehementer eos calcaribus ſtimulatos, in adverſos Samnites egit, obſtinataque animi præſtantia extortam manibus hoſtium victoriam, & cum ea ſpem maximi civis Rulliani patriæ reſtituit.

10. [6] Qualis demum roboris illi milites, qui vehementi ictu remorum concitatam fugæ Punicam claſſem, nantes lubrico pelagi, quaſi [7] camporum firmitate, pedites [8] in littus retraxerunt?

11. [1] Ejuſ-

hiſtoria. Non enim male commiſſum prœlium refert, ſed oblata occaſione rei benegerendæ ita ſuſcepiſſe pugnam cum hoſte, ita rem geſſiſſe, ut nihil in ea pugna defuerit, ſi non abfuiſſet Dictator. *Oliv.* Contigit A. U. CCCLXIII.

1. *Rullianus.*] Lib. Danielis, ut ſupra, *Rutilianus.*

2. *Magiſter equitum.*] Dictator ſibi magiſtrum equitum ſæpe dicebat, unde etiam Dictator appellatus eſt, vel quod diceretur à populo, hoc eſt, crearetur, vel quod ſibi magiſtrum equitum diceret. Præerat autem equitibus magiſter equitum, Dictator vero legionibus, & univerſo exercitui, & erat ſummus magiſtratus in urbe Romana, ſine provocatione, & ſemeſtris tantum. *Oliv.*

3. *Samnites.*] Medios eſſe inter Picenum, Campaniam, & Apuliam, teſtis eſt Eutropius lib. II. Abruzzo hodie dici Leander docet.

4. *Papirio Curſore.*] Qui tunc Dictator ac Imperator erat.

5. *Propter auſpicia repetenda.*] Quia male capta fuerant. Nam erat tabernaculum vitio captum.

6. *Qualis, &c.*] Hoc contigit primo Punico bello, cujus auctor non extat quiſquam ex antiquis ſcriptoribus, quia per negligentiam indies magis cadentibus literis perierint T. Livii Decades. At Leonardus Aretinus vir Græcæ & Latinæ literaturæ peritiſſimus ac ſolertiſſimus homo, ex commentariis Græcis quod potuit in Latinum traduxit. Cum igitur Romani duces, Punicam claſſem in fugam convertiſſent circa Siciliam, nec illam fugientem, aliter ſe adipiſci poſſe viderent, nonnulli ex Romanis ſe in undas immiſerunt, & eam conſecuti, in littus rettraxerunt. Hoc tangit Cicero lib. de Senectute. *Oliv.* Contigit A. U. DXXXV.

7. *Camporum firmitate.*] Tanquam eſſent in continenti terra.

8. *In littus retraxerunt.*] Quod certe vix credibile eſt. Nam ut demus aſſecutos claſſem, decem in navi poſſunt centum in aquis aut arcere à claſſe, aut occidere, modo fugientibus aliquid reliquum eſſet animi. *Badius.*

 1. *Ejuſ-*

11. [1] Ejuſdem temporis & notæ miles, qui [2] Cannenſi prœlio, quo Annibal magis vires Romanorum contudit, quam animos fregit, cum ad retinenda arma inutiles vulneribus manus haberet, ſpoliare ſe conantis Numidæ cervicem complexus, os, naribus & auribus [3] corroſis, deforme reddidit: inque plenæ ultionis morſibus expiravit. Sepone iniquum pugnæ eventum, quantum interfectore fortior interfectus? Pœnus enim in victoria obnoxius morienti, ſolatio fuit: Romanus in ipſo fine vitæ vindex ſui extitit.

12. Militis hujus in adverſo caſu tam egregius tamque virilis animus, quam relaturus ſum imperatoris. [5] P. enim Craſſus cum Ariſtonico bellum in Aſia gerens, à Thracibus, quorum is magnum numerum in præſidio habebat, [6] inter Eleam & Smyrnam exceptus, ne in ditionem ejus perveniret, dedecus, accerſita ratione mortis, effugit. Vir-

1. *Ejuſdem, &c.*] Contig. A.U. DXXXVII.

2. *Cannenſi.*] Cannæ, in Italia locus, clade Romanorum nobilis, de quo Livius & alii. In Argytippæ territorio fuiſſe, ſcribit Tzetza in variis ſuis. In Apulia Dauniorum campo Diomedeo, ad Aufidi oſtia, Zonaras 2. *Ortelius.*

3. *Corroſis.*] Id eſt, mordicus abreptis.

4. *Militis hujus, &c.*] Contigit A.U. DCXXIII.

5. *P. enim Craſſus.*] Cauſa hujus belli hæc fuit. Attalus, qui Philometor cognominatus eſt, (teſte Strabone l. XIV. ubi de rebus Attali loquitur:) Rex Aſiæ regni ſui populum Rom. hæredem reliquerat. Ariſtonicus Eumenis filius poſt mortem Attali hoc regnum invaſit. miſſus eſt ergo contra illum P. Craſſus cùm exercitu Pontifex, & Imperator, quod nunquam antea factum erat, ut dux ſimul exercitus & pontifex mitteretur. ex quo etiam creditum eſt rem male proceſſiſſe. Captus itaque Craſſus à Thracibus, qui venerant in auxilium Ariſtonici, cum duceretur ab his, qui eum interceperant, virgam, qua equum ducere ſolitus erat, in oculum unius eorum, à quibus ducebatur, direxit, adeo ut illi oculum excuteret; quo facto, ita incenſus ille, hunc gladio transfixit, & ita fortiter egit, ut potius mori voluerit, quam in captivitatem venire & in ſervitute turpiter vivere. Sed poſtea contra Ariſtonicum miſſus, C. Perpenna illum vicit, cepit, & in vinculis habuit, imperiumque Aſiæ recuperavit. Aquilius Aſiatici belli reliquias confecit, mixto (nefas!) veneno fontibus ad deditionem quarundam urbium. Quæ res ut maturam, ita infamem reddidit victoriam: quippe cum contra fas Deûm, moreſque majorum medicaminibus impuris in id tempus ſacroſancta Romana arma violaſſet. *Oliv.*

6. *Inter Eleam & Smyrnam.*] Oppida ſunt majoris Aſiæ. Smyrnam, teſte Herodoto in vita Homeri, conſtruxit Theſeus Theſſalus, & eam ab uxoris ſuæ, quæ Smyrna dicebatur, monumento denominavit. Quam à Lydis everſam, ab

Virgam enim, qua ad regendum equum uſus fuerat, in unius barbari oculum direxit. qui vi doloris accenſus, latus [1] Craſſi [2] ſica confodit: dumque ſe ulciſcitur, Romanum imperatorem majeſtatis amiſſæ turpitudine liberavit. Oſtendit fortunæ Craſſus, quam indignum virum tam gravi contumelia afficere voluiſſet; quoniam quidem injectos ab ea libertati ſuæ miſerabiles laqueos prudenter pariter ac fortiter rupit, datumque ſe jam Ariſtonico, dignitati ſuæ reddidit.

13. [3] Eodem mentis propoſito uſus eſt Scipio; namque [1] in-

ab Antigono ſuſcitatam fuiſſe dicit Strabo lib. XIV. qui & à Valerio in hac hiſtoria diſſentit: non enim P. Craſſum captum, ſed in prœlio fortiter pugnando occubuiſſe dicit. Nam poſt deſcriptionem Smyrnæ, (quam ſatis ambitioſe deſcribit, & eam omnium pulcerrimam eſſe dicit, & in ea Homeri templum ac ſtatuam ponit, quoniam poëtam illum ſibi vendicent.) ſtatim ſubjungit: *Hoc in loco Dolabella Trebonium obſidione cepit, unum ex his, qui Divum Cæſarem dolo occiderunt, & multas partes urbis diruit. Poſt Smyrnam ſunt Leucæ oppidulum, quod Ariſtonicus poſt Attali Philometoris obitum ad defectionem perduxit, qui putans ſe eſſe regia ſtirpe, imperium ſibi vendicare cogitavit: quare eo excidit circa Cumanum agrum ab Epheſiis navali prœlio ſuperatus. Aſcendens vero in mediterraneam, hominum inopum ac ſervorum ad libertatem vocatorum, quos Heliopolitanos appellabat, tumultuariam manum congregavit, & primum quidem Thyatria aggreſſus eſt, deinde capta Apollonide alia caſtella capiebat. Sed non diu reſtitit. nam continuo civitates exercitum miſerunt. Nicomedes quoque Bithynius & Cappadocum reges auxilium tulere. Poſtea quinque legati à Romanis miſſi, deinde exercitus, & P. Craſſus Conſul, deinde M. Perpenna, qui capto Ariſtonico, & Romam miſſo, bellum abſolvit. Ariſtonicus ipſe in carcere mortuus eſt. Perpenna morbo abſumptus. Craſſus, cum quidam eum apud Leucas adorirentur, in prœlio occubuit. Poſtea M. Aquilius Conſul cum decem legatis miſſus, provinciam in eam gubernationis formam compoſuit, qua adhuc perdurat.* Diſſentit etiam à Plutarcho de M. Perpenna, quem dicit à Pompeio fuiſſe ſuperatum & occiſum. *Oliver.*

1. *Craſſi.*] Scil. Imperatoris capti, & dum ille barbarus ulciſcitur ſe, liberavit Imperatorem Romanum turpitudine majeſtatis amiſſæ, quia ſi vivus in hoſtis poteſtatem veniſſet, ex Imperatore ſervus deveniſſet. *Badius.*

2. *Sica*] Sica erat ferreus culter, vel potius gladiolus recurvatus. Hinc Suidas dixit eſſe ſicas ξίφη ἐπικάμπη. Joſephus quoque antiquitatum Judaicarum 20. tradit eos eſſe latrones utentes cultellis, qui magnitudine ſimiles erant recurvis Perſarum acinacibus. Cedrenus dicit eſſe μαχαίρια μικρὰ, ἃ ἐπιφέροντο κρυφῆ εἰς τὸ λαθραίως τοὺς προστυγχάνοντας πλήττειν. Id eſt, *exiguas machæras, quæ occulte geſtantur, ut clanculum obvios transfodiant.* Aprorum dentibus, comparavit Athenæus, Unde Lipſius non male *harpen* ſeu *enſem falcatum* interpretari videtur.

3. *Eodem mentis propoſito.*] Laudat Scipionis ſoceri Cnei Pomponii fortitudinem in conſciſcenda ſibi morte, quam,

[1] infeliciter Cn. Pompeji generi ſui defenſis in Africa partibus, claſſe Hiſpaniam petens; cum animadvertiſſet, navem qua vehebatur, ab hoſtibus captam, gladio præcordia ſua tranſverberavit: Ac deinde proſtratus in puppi, quærentibus Cæſarianis militibus ubinam eſſet imperator, reſpondit: Imperator bene ſe habet. tantumque eloqui valuit, quantum ad teſtandam animi fortitudinem æternæ laudi ſatis erat.

14 [2] Tui quoque clariſſimi exceſſus Cato * Utica monimen-

quam, ut Divus Auguſtinus lib. de Civitate Dei, de morte Catonis Uticenſis loquens, & vere & docte declarat, nemo merito laudaverit. Non enim penes nos eſt, animam, quam Deus cuſtodiendam nobis, donec eam evocaverit, dedit, pro libitu ejicere; neque qui ſeipſum necat, immunis eſt homicidii, neque fortitudinis, ſed puſillanimitatis eſt argumentum, ne duriora patiantur, leviora ſubire. *Badius.* *Eodem mentis propoſito.*] Poſt deletas Cnei Pompeii Magni partes in campis Philippicis, Scipio cum Sexto Pompeio Magni Pompeii filio, & Catone, aliiſque compluribus ſe in Africam ad regem Jubam contulerunt, & ibi ingenti exercitu comparato, bellum adverſus Cæſarem rurſus geſſere; in quo bello cum Pompeiani fuſis fugatiſque Cæſarianis caſtra arripuiſſent teſte Plutarcho, eo die actum fuiſſet de re Cæſaris, niſi Cæſar & Aſinius Pollio auxilium conferentes, fugam inhibuiſſent: quare beneficio quodam fortunæ adjutus; tandem victor evaſit, tum ex Africa Scipio claſſe in Hiſpaniam ſe transferre parabat, cum milites Cæſariani claſſem proſequentes adepti ſunt, & interrogantibus, ubinam claſſis imperator eſſet? Reſpondit ipſe Scipio: Bene ſe habet imperator; cum pectori gladium inflixiſſet, ne in poteſtatem hoſtium veniret. Seneca de Scipione in epiſtola ad Lucillium vigeſima quinta: *Sollicitum te eſſe ſcribis, ſi oſtendero non tantum fortes viros hoc momentum efflandæ animæ contempſiſſe, ſed quoſdam ad alia ignavos in hac re æquaſſe animum fortiſſimum, ſicut illum, Cn. Pompeii ſocerum Scipionem, qui contrario in Africam vento relatus, cum teneri navem ſuam vidiſſet ab hoſtibus, ferro ſe tranſverberavit, & quærentibus ubi imperator eſſet: Imperator, inquit, bene ſe habet. Vox hæc illum parem majoribus fecit, & fatalem Scipionis in Africa gloriam non eſt interrumpi paſſa. Multum eſt Carthaginem vincere, ſed amplius mortem.* Oliv.

1. *Infeliciter.*] Dicitur Cæſar, cum audiſſet adverſarios ſuos vetuſto quodam confidere vaticinio, quo ſemper in Africa vincere fatale Scipionum generi foret, haud facile dictu eſt, ſive ut hoſtium imperatorem Scipionem per jocum flocci penderet, ſive, ut ſerio ſibi id vendicaret augurium, quendam ex Corneliorum familia, hominem ſane abjectum & diſpectiſſimum Scipionem, cognomento Salutionem, inter præliandum perinde ac exercitus ducem propoſuit, ita ut cum hoſte interdum congredi cogeretur, & quaſi eadem fortuna ex nomine Scipionis uteretur. *Oliv.*

2. *Tui quoque, &c.*] De Catone Uticenſi loquitur, qui jam profligatis reipubl. partibus, & in Pharſalia duce Pompeio, & in Africa Sexto Pompeii filio, ubi nullam ſibi libertatis potiundæ ſpem ſupereſſe vidit, maluit dignitati ſuæ, quam vitæ conſulere. Platonis enim,

mentum eſt, in qua ex fortiſſimis vulneribus tuis plus gloriæ, quam ſanguinis manavit. Siquidem conſtantiſſime in gladium incumbendo, magnum hominibus documentum de-

enim, quem in manibus habebat, de Immortalitate Animæ librum perlegens, cubiculum ingreſſus, gladio incubuit. Excitati ſervi accurrunt, ad tranſfixum veniunt, dominum accuſant, qui ſibi mortem conſciſceret. Hortari deinde, vulnus religant, & ſalubria ſtatim adhibent medicamenta. Ille vero pœnitentiam ſimulans, cum ſe requieſcere velle dixiſſet, remotis arbitris, vulnus reſolvit, & digitis, quia teli poteſtas erepta, dilaceravit, donec ſpiritum emiſit. De hoc Cæſar dictare ſolitus erat, invidiſſe gloriæ ſuæ, quod ſub ejus eſſe noluiſſet imperio: nam is erat Cato, qui niſi liber, & cum dignitate vivere potuiſſet, quem Uticenſes honore ſepulturæ decorarunt. Seneca de Catone Epiſt. ad Lucillium vigeſima quinta: *Tu mihi, cum ad contemnendam mortem ventum fuerit, Catonem narrabis. quid ni ego narrarem? Ultima illa nocte Platonis librum legens, poſito ad caput gladio, duo hæc in rebus extremis inſtrumenta perſpexerat, alterum, ut vellet mori, alterum, ut poſſet. Compoſitis ergo rebus, utcunque componi fracta atque ultima poterant, id agendum exiſtimavit, ne cui Catonem aut occidere liceret, aut ſervare contingeret, & ſtricto gladio, quem uſque ad illum diem ab omni cæde purum ſervaverat: Nihil, inquit, egiſti, Fortuna, omnibus meis conatibus obſtando: non pro mea adhuc, ſed pro patria libertate pugnavi: nec agebam tanta pertinacia ut liber, ſed ut inter liberos viverem: Nunc, quoniam deploratæ ſunt res humanæ, Cato deducatur in tutum. Impreſſit deinde mortiferum corpori vulnus: quo deinde obligato à Medicis, cum minus ſanguinis haberet, minus virium animi, idem jam non tantum Cæſari undas in vulnus manus egit, & generoſum illum contemptorem, vis potentiæ ſpiritum non emiſit, ſed ejecit.* Auguſtinus de Civitate Dei lib. I. damnat hunc Catonem, *Oliv.* Contigit A.U. DCCVII.

* *Vtica.*] Punicarum in Africa urbium, ſi Carthaginem demas, nulli ceſſit Utica. Sexaginta autem ſtadiis à Carthagine diſtabat, ut teſtatur Appianus; nempe verſus occaſum. Stephanus eam ſcribit Tyriorum coloniam fuiſſe. Quod & Juſtinus affirmat lib. XVIII. *Cum & opibus & multitudine Tyrii abundarent, miſſa in Africam juventute, Vticam condidere.* Itaque de antiquitate gloriabatur non parum; quin & eo nomine Carthagini præferebatur. Silius Italicus lib. III.

Proxima Sidoniis Vtica eſt effuſa maniplis,
Priſca ſitu, Veteriſque ante arces condita Byrſæ.

Ariſtoteles in libro mirabilium: τὴν δὲ Λιβύης ἐν Ἰτύκῃ καλουμένην, ἣ κεῖται μὲν ὡς λέγουσιν, ἐν τῷ κόλπῳ τῷ μεταξὺ Ἑρμαίας καὶ τῆς ἵππου ἄκρας, ἐπέκεινα δὲ Καρχηδόνος ὡς σταδίους διακοσίους· ἣ καὶ πρότερον κτισθῆναι λέγεται αὐτῆς τῆς Καρχηδόνος ἔτεσι διακοσίοις ὀγδοήκοντα ἑπτά, ὡς ἀναγέγραπται ἐν ταῖς Φοινικικαῖς Ἱστορίαις: Id eſt: *In Libyæ Utica, quam vocant, quam in ſinu ſitam eſſe ajunt inter Mercurii & Hippi promontoria, ultra Carthaginem ſtadiis fere ducentis, atque annis CCLXXXVII. ante Carthaginem eſſe conditam, ut in Phœniciis hiſtoriis ſcriptum legitur.* Vellejus Paterculus circa Codri tempora, qui Sauli fuit æqualis, Tyrios paucis annis poſt Gades Uticam condidiſſe refert. Urbi igitur tam vetuſtæ nomen fecit ipſa antiquitas. Utica enim vel Ityca Punicè עתיק, Itica, id eſt, priſca dicebatur. *Bochart.* Qui nunc locus à Barbaris Mazachares appellatur. *D. Marius Niger.*

I. Cujus,

dediſti; quanto potior eſſe debeat probis dignitas ſine vita, quam vita ſine dignitate.

15. [1] Cujus filia minime muliebris animi: quæ cum Bruti viri ſui conſilium, quod de interficiendo Cæſare ceperat, ea nocte, quam dies teterrimi facti ſecutus eſt, cognoviſſet; egreſſo cubiculum Bruto, cultellum tonſorium quaſi unguium reſecandorum cauſa popoſcit, eoque velut forte elapſo, ſe vulneravit: Clamore deinde ancillarum in cubiculum revocatus Brutus,[2] objurgare eam cœpit, quod tonſoris præripuiſſet officium. Cui ſecreto [3] Porcia, Non eſt inquit, hoc temerarium factum meum; ſed in tali ſtatu noſtro amoris mei erga te certiſſimum indicium. Experiri enim volui, ſi tibi propoſitum ex ſententia parum ceſſiſſet, quam æquo animo me ferro eſſem interemptura.

16. [4] Felicior progenie ſua ſuperior Cato, à quo [5] Porciæ fami-

1. *Cujus, &c.*] Contigit A. U. DCCIX.

2. *Objurgare.*] Id proprie dixit. Nam jurgium eſt inter amicos & conjunctos.

3. *Porcia.*] Hujus, quem ſupra diximus, Catonis filia, & Bruto, qui Cæſarem interfecit, matrimonio copulata. Hæc poſtea audita viri morte, cum illi ſupereſſe nullo modo conſtituiſſet, carbones ardentes conjecit in os, ac devoravit, nulla alia mortis via reperta, quoniam genus omne telorum inde eſſet amotum: & ita novo genere mortis conſumpta eſt. Hæc Porcia, ut habetur in Vita Catonis, primo Bibuli uxor fuit, ex quo duos ſuſcepit filios. *Oliv.*

4. *Felicior, &c.*] Hic, ut Juſtinus tradit lib. XXXIII. fuit M. Cato Catonis Oratoris filius, qui, cum forte ſub Paulo Æmilio bello Macedonico ſtipendia faceret, die, quo certamen atrox commiſſum fuerat, inter confertiſſimos hoſtes dum fortiter pugnaret, equo delapſus, pedeſtre prœlium aggreditur, nam cadentem manipulus hoſtium cum horrido clamore, velut jacentem obtruncaturus, circumſteterat. At ille citus corpore collecto, magnas ſtrages edidit, cum ad unum opprimendum undique hoſtes convolarent, dum procerum quendam petit, gladius è manu elapſus, in mediam cohortem hoſtium decidit, ad quem recuperandum, umbone ſe protegens, inſpectante utroque exercitu, inter mucrones ſe hoſtium immerſit, recollectoque gladio, multis vulneribus exceptis, ad ſocios cum clamore omnium revertitur. Hujus audaciam cæteri imitati, victoriam peperere; nam hoſtes poſtero die ſupplices ad pacem petendam venerunt. Cicero lib. de Senectute. Ubi Catonem de ſe loquentem inducit. *Redeo* inquit, *ad me, quartum gero annum & octogeſimum. Vellem equidem idem poſſe gloriari quod Cyrus, ſed tantum queo dicere non me quidem his eſſe viribus, quibus miles bello Punico aut quæſtor eodem bello, aut Conſul in Hiſpania fuerim: aut quadriennio poſt cum tribunus militaris depugnavi apud Thermopylas, M. Attilio Glabrione Conſule.* Oliverius. Contigit A. Urb. DXXCV.

5. *Porciæ familiæ.*] Porcia gens Plebeia M. Ca-

familiæ [1]principia manarunt. Qui cum ab hoſte [2]in acie vehementi periculo peteretur, è vagina gladius ejus elapſus decidit: Quem ſubjectum prœliantium [3]globo, & undique hoſtilibus pedibus circumdatum, poſtquam abeſſe ſibi animadvertit; adeo conſtanti animo in ſuam poteſtatem redegit, ut illum non periculo oppreſſus rapere, ſed metu vacuus ſumere videretur. [4]Quo ſpectaculo attoniti hoſtes; poſtero die ad eum ſupplices pacem petentes venerunt.

17. [5]Togæ quoque fortitudo militaribus operibus inſerenda eſt, quia eandem laudem foro atque caſtris edita meretur. [6]Cum [7]Ti. Gracchus in tribunatu profuſis largitionibus favore populi occupato remp. oppreſſam teneret; palamque dictitaret, interempto ſenatu, omnia per plebem agi debere; in ædem [8]Fidei publice convocati Patres con-

M. Catonem, qui Cenſorinus appellatus eſt, Tuſculo municipio oriundum, auctorem extitiſſe, inter Scriptores ſatis convenit: de quo Cicero II. de Legibus: itemque de genere ac nominibus Porciæ familiæ Agellius libro XIII. Noct. Attic. cap. XVIII. meminitque eodem in lib. cap. XII. Porcii Tribuni pleb. Familias duas habet Liciorum & Catonum. Ex hac duo Reipubl. lumina M. Porcius Cato major & minor, & multi Conſulares, ut in Faſtis Capitolinis cernes. item Lecca cognomento.

1. *Principia.*] Quia primus fuit Porciæ familiæ.

2. *In acie.*] Perſei Regis, & Pauli Æmilii.

3. *Globo.*] Multitudini conglobatæ.

4. *Quo ſpectaculo attoniti hoſtes. poſtero die ad eum ſupplices pacem petentes: venerunt.*] Hæc clauſula tota rei falſæ eſt, & abſurdæ. A Catone tum admodum juvene, nullum imperium, nullum munus publicum fungente, pacem publicitus petitam? Nunquam factum, nuſquam ſcriptum. Audacior medicina huic loco facienda, ne tam latæ culpæ exemplum ſit Exemplaris ſcriptor. Legitur, *Ad Paullum ſupplices.* Quod ad hiſtoriam eſt, quia univerſi Macedones illo biduo, Plutarchus autor, in fidem paulli Æmilii ſe permiſerunt. *Lipſius.*

5. *Togæ, &c.*] Contigit A. U. DCXX.

6. *Cum Tiberius Gracchus.*] Hæc ſuperius hiſtoria notata eſt in cap. de Somniis. Refertur autem pleniſſime ab Appiano, Bellorum Civilium ſcriptore diligentiſſimo. Non igitur hoc loco repetenda; quod vero ad rem pertinet, illud ſatis erit dixiſſe, Scipionem Naſicam, virum fortiſſimum, cum videret rempubl. perditum iri, tergiverſante Conſule Mutio Scævola, atque etiam negante rem armis aut vi geſturum, cæteris quoque torpeſcentibus, involuta ſiniſtra manu, ſublataque dextra, magna voce proclamâſſe: *Quicunque Rempubl. vult eſſe ſalvam, me ſequatur:* & ſeditioſiſſimum virum T. Gracchum cum ſcelerata factione pœnas dare coegiſſe: nam ferme à triginta Senatoribus occiſus eſt. *Oliv.*

7. *Tiberius Gracchus, profuſis largitionibus, favore populi occupato.*] Malim, *Aucupato*, patiendi ſignificatu, ut alias notavi. *Lipſius.*

8. *Fidei publice.*] Ædem Fides habuit in

conſcripti à conſule Mucio Scævula, quidnam in tali tempeſtate faciendum eſſet, deliberabant: Cunctiſque cenſentibus, ut conſul armis rempub. tueretur, Scævula negavit ſe quidquam vi eſſe acturum. Tum Scipio Naſica, Quoniam, inquit, conſul, dum juris ordinem ſequitur, id agit, ut cum omnibus legibus Romanum imperium corruat; egomet privatus voluntati veſtræ me ducem offero: Ac deinde lævam manum apertæ togæ circumdedit, ſublataque dextera proclamavit: [1] Qui rempubl. ſalvam eſſe volunt, me ſequantur: eaque voce, cunctatione bonorum civium diſcuſſa, Gracchum cum ſcelerata factione, quas merebatur pœnas perſolvere coëgit.

18. [2] Item cum tribunus plebis Saturnius, & prætor Glaucia, & [3] Equitius deſignatus Trib. plebis, maximos in civitate noſtra ſeditionum motus excitaſſent, nec quiſquam

in Capitolio, auctore Plinio 35. Natur. Hiſtor. Vicinam eam eſſe Jovi in Capitolio air Cicero Offic. III, & II. de Natur. Deor. Ab Attilio Calatino conſecratam ait Feſtus. Plutarchus vero & Dionyſius primum à Numa Pompilio ipſi remplum erectum volunr, quibus ego me lubenter adjunxerim. Huic aliquando ollam auro plenam commiſſam & creditam ab Euclione legitur in Aulularia Plauti. Velamen, quo fidei ſimulacrum obtegi ſolebat, album fuiſſe conſtat. Unde canam fidem appellaſſe videtur nonnullis Maro. Album, inquam, id fuit ſinceritatis indicio. Abeſſe enim ab ea debet fucus atque fallacia. Neque ulla ratione candor ejus oblitterandus. Symbolum ejus ſemper fere, & ubique fuir manus dextra, quam ad rem confirmandam multæ faciunt auctoritates. Inde namque illud Maronis:

—— En dextra, fideſque.

Item:

Dat dextram, atque animum præſenti pignore firmat.

Tacitus: *Juravere amici, dextram morientis contingentes.* Gemiſtius Plethon libro II. de rebus Græciæ: *Perſarum Rex Mentorem, quod dexteram dediſſet (maxima enim hæc apud Perſas fides) conſervavit.*

1. *Qui Rempublicam ſalvam.*] Hanc formulam in evocatione militum ſubitariorum uſurpatam fuiſſe ſcribit Iſidorus lib. IX. cap. 3. Lege Appianum libro I. de Bello Civili. Locus præterea Valerii non ſincerus mihi videtur. Nam quid illa ſibi volunt? *Ac deinde lævam manum apertæ togæ circumdedit.* Appianus diſerte ſcribit, laciniam togæ in humerum & caput rejeciſſe. Laboto, ut emendem: *Ac deinde læva humerum parte togæ circumdedit.* Nam & in libro Danielis expreſſe ſcriptum erat, *Parte togæ.* Sed & Servius mirifice ad meam emendationem facit, dum ita ad V. Æneid. ſcribit: *Cincti*, inquit, *ritu Gabino, id eſt, togæ parte capitis velati, parte ſuccincta.* Coler.

2. *Item cum, &c.*] Contigit A. U. DCLIII.

3. *Equitius.*] Qui ſe Tiberii Gracchi filium faciebat.

1. Æmi-

quam ſe populo concitato opponeret: Primum M. [1] Æmilius Scaurus C. Marium conſulatum ſextum gerentem hortatus eſt, ut libertatem legeſque manu defenderet: protinuſque arma ſibi afferri juſſit: Quibus allatis, ultima ſenectute confectum & pene dilapſum corpus induit, [2] ſpiculoque innixus ante fores [3] Curiæ conſtitit, ac parvulis extremi ſpiritus reliquiis, ne reſp. exſpiraret, effecit: Præſtantia enim animi ſui ſenatum & equeſtrem ordinem ad vindictam exigendam impulit.

19. [4] Sed ut ſuperius armorum & togæ; ita tunc etiam [5] ſiderum clarum decus [6] Divum Julium, certiſſimam veræ virtutis effigiem repræſentemus. Cum innumerabili multitudine, & feroci impetu [7] Nerviorum inclinari aciem ſuam

1. *Æmilius Scaurus.*] Fuit autem Æmilius Scaurus, teſte Salluſtio, vir nobilis, factioſus, avidus potentiæ, honoris, divitiarum, cæterum vitia ſua callide occultans.

2. *Spiculoque.*] Id eſt, telo acuti ferri. *Spiculoque.*] Eſt lancea brevis teli, erat autem, ut Veget. ait, telum miſſile, cujus ferrum triangulum, unciarum novem, haſtile pedum quinque & ſemis.

3. *Curiæ.*] Varro his verbis de iis loquitur: *Curiæ duorum generum ſunt: nam & ubi curarent ſacerdotes res divinas, curiæ dictæ, & ubi Senatus humanas, ut Curia Hoſtilia, quam primus Rex Hoſtilius ædificavit.* Hæc ille. Notandum autem quod Senatus ſemper in locis ſacratis cogeretur.

4. *Sed ut armorum.*] Hæc hiſtoria in ipſis Cæſaris commentariis habetur. *Sed ut, &c.*] Contigit A.U. DCXCVI.

5. *Siderum.*] Quod in ſidus tranſlatum Romani eſſe credebant, propterea quod cum Auguſtus funebres illi ludos faceret, medio die ſtella viſa eſt, quam Cæſaris eſſe credidere. Unde Virgilius:

Ecce Dionæi proceſſit Cæſaris aſtrum,
Aſtrum quo ſegetes gauderent. Oliv.

6. *Divum.*] Id eſt inter Deos relatum.

7. *Nerviorum impetum.*] Nervii ſunt Galliæ Tranſalpinæ, & Germaniæ populi, qui nunc Moguntinenſes dicuntur, &, teſte Plutarcho, denſiſſimas incolunt ſylvas, qui in profundiſſimo nemore filiis & ſupellectili collocatis, ex ſexaginta milibus ad quingentorum numerum pervenerunt, & ex patritiis, qui ſexingenti numero erant, tres ſuperfuere incolumes. Animis adeo obſtinatis & perſeverantibus pugnam ſuſtinuerunt, ut exercitum pene in fugam coëgerint: nam verſo in fugam equitatu, ſeptimam & duodecimam legiones circumvenere, & univerſos centuriones trucidarunt. Cæſar ubi vidit territos ſuos cedere, & aciem inclinari, ſcutum militi cuidam ſegnius timidiuſque pugnanti detraxit, eoque tectus in confertiſſimos hoſtes ſe contulit, ibique fortiter pugnans, exercitum pene labentem reſtituit, ingentique victoria potitus eſt. Ex hac tanta Nerviorum pertinacia, qui ſibi murum ex cadaveribus fecerant, natum eſt proverbium, Romanorum perſeverantia Nerviorum tandem vicit pervicaciam. *Oliv.* *Nerviorum.*] Quos Tornacenſes, ſeu Tornatenſes quidam dici putant. Ita & Beatus Rhenanus exiſtimat. Alii aliter.

ſuam videret; timidius pugnanti militi ſcutum detraxit, eoque tectus acerrime præliari cœpit. Quo facto fortitudinem per totum exercitum diffudit, labentemque belli fortunam divino animi ardore reſtituit. [1] Idem alio prœlio [2] legionis Martiæ [3] aquiliferum ineundæ fugæ gratia jam converſum, faucibus comprehenſum, in contrariam partem detraxit, dexteramque ad hoſtem tendens, Quorſum tu, inquit, abis? illic ſunt cum quibus dimicamus: & manibus quidem unum militem, adhortatione verò tam acri omnium legionum trepidationem correxit, vincique paratas, vincere docuit.

20. [4] Cæterum ut humanæ virtutis actum exequamur: cum

1. *Idem, &c.*] Hoc contigit alio prœlio, quod in Africa geſſit contra Scipionem Magni Pompeii ſocerum, de quo ſupra dictum eſt. *Oliv.*

2. *Legionis Martiæ.*] Sic illi legioni nomen impoſuerat.

3. *Aquiliferum.*] Aquilifer, id eſt, ſiguifer. Signum enim legionis Aquila, nec niſi unius una, nec Socii quidem, cum in aliis pares, eam habuerunt. Et quia hæc præcipui imperii ſignum, ſubjungi ſub eam Socios voluerunt, & Auxilia, non ſeorſum habere. Itaque per ipſas Aquilas numerabant Legiones. Aquilæ origo varie petitur. A Jove alii, qui hanc inſigne militiæ habuerit. Quidam à Trojanis. Forte Romani repererunt à ſe, aut vicinorum exemplo. Sane rapacium aliquot animalium effigies aſſumi & præferri bello convenit, & varie olim fecerunt Romani. Nec enim ſolam Aquilam priſci illi, ſed plura ejuſmodi animalia prætulerunt, nata in pugnas aut raptus, ut Lupos, Minotauros, Equos, Apros, Porcos. Etiam priſci Germani ferarum imagines inter ſigna habuerunt. Aquilæ vero hæc dignitas etiam apud alias gentes fuit. Perſis regale hoc ſignum. Forma Romanæ Aquilæ: Pinnas extendens ſummæ haſtæ inſiſtebat, ex auro vel argento, & fulmen ſæpe unguibus tenebat, quaſi jaculatura. Sed nec corpus ipſum Aquilæ magnum. Cum in hibernis eſſet Aquila, in ſacello ſeu ædicula repoſita, atque inde mota, cum educenda. Enimvero & olim Romæ ſigna in templo. Et ſane repoſita ea in ærario, templo Saturni, religionis cauſa, & cuſtodiæ; quia pecunia ibi publica & argentum. Defigi etiam in terram ſolebat, etiam in ipſa pugna, cum ea in loco ſtaret, nec impelleretur hoſtis. Sed & in caſtris defixæ ſtabant Aquilæ: ac inter prodigia erat, cum in hoſtem eundum eſſet non potuiſſe evelli. Olim quidem ipſa haſta ita ſolo infixa: at poſtea (ad cuſtodiam, an ad delicias?) non ipſa haſta, ne macularetur aut abſumeretur: ſed loculi aut thecæ ferreæ in terram defixæ, & in eas immiſſa ima haſtæ cuſpis. Iſti loculi ferrei quadrati, in acutum deſinentes, introrſum vacui efformabantur. *Lipſius.*

4. *Cæterum ut humanæ virtutis actum.*] More ſuo Valerius diſſentit à Livio in hac Hiſtoria. Nam Livius Decade Secundi Punici Belli dicit: *poſt Cannenſem cladem cum multæ civitates à Romanis defeciſſent, in primis Capua non parvum Romani imperii vinculum & columen deſcivit, ad quam recuperandam* cum

cum [1] Annibal [2] Capuam, in qua Romanus exercitus erat, obſideret; Vibius Acceus [3] Pelignæ cohortis præfectus, vexillum trans Pœnicum vallum projecit: ſe ipſum, ſuoſque commilitones, (ſi eo hoſtes potiti eſſent) [4] execratus: & ad id petendum ſubſequente cohorte primus impetum fecit: Quod ut Valerius Flaccus tribunus tertiæ legionis aſpexit, converſus ad ſuos, Spectatores, inquit, ut video, alie-

cum ſuas omnes Romani vires intendiſſent, nec minori animo defenderetur à Pœnis, longo bello, & obſidione oppreſſi famem ſentiebant propter depopulatos agros, prohibitamque ſementem. Hanno dux Carthaginienſis ab Hannibale miſſus, qui operam daret, ut frumenti copia fieret Campanis, haud procul à Benevento caſtra poſuerat; quem cum Furius Conſul Romanus, cui illa provincia évenerat, per exploratores accepiſſet, frumentatum cum parte exercitus eſſe profectum, caſtra hoſtium cum expeditis militibus paulo ante lucem adoritur, tantumque pavoris injecit, ut ſi in plano caſtra poſita fuiſſent, primo impetu capi potuiſſent; ſed eos altitudo loci, & munimenta defenderunt. Prima luce atrox prælium fuit, nec vallo modo tutabantur ſe Pœni, ſed detrudebant quoque per ardua nitentes hoſtes. Vicit tamen pertinax virtus: nam Romanus Imperator ab incœpto deſiſtere conſtituerat, quod ſine militum ſuorum pernicie magna id obtineri non poſſe videret, jamque receptui canere juſſerat, quum clamor militum aſpernantium tam ſigne imperium, disjecit ejus conſilia. Proxima portæ hoſtium erat cohors Peligna, cujus præfectus Vibius Acceus vexillum trans vallum hoſtium trajecit, execratus inde ſeque, cohortemque, ſi ejus vexilli hoſtes potiti eſſent, princeps ipſe per vallum foſſamque in caſtra hoſtium irrumpit cum tota cohorte. Hunc deinde ſecutus eſt Valerius Flaccus, tertiæ legionis tribunus, cujus imitatione accenſus T. Pedanus Centurio, vexillum è ſignifери manibus ereptum, intra vallum conjecit, dicens: Et ſignum, & hic Centurio jam intra caſtra hoſtium erit. Quicunque me ſalvum, & vexillum eſſe voluerit, ſubſequetur. Nec retrectarunt ejus manipulares tam glorioſum certamen. Caſtra virtute horum capta, & direpta ſunt, magnaque cædes facta: nam ſupra ſex milia hoſtium cæſa, ſupra ſeptem milia capta, cum alia ingenti præda. Oliv. *Humanæ virtutis.*] Nam ſuperiora duo Julii exempla divinæ vult eſſe virtutis. *Badius.* Contigit A. U. DXLI.

1. *Annibal Capuam.*] Imo Romani Capuam obſeſſuri erant abſente Annibale. Livius lib. XXV. *Corradus.*

2. *Capuam.*] Capua urbs Campaniæ, de qua alibi.

3. *Pelignæ cohortes.*] Pelignum oppipum Latinum eſt, à quo Peligna cohors dicta, qui ſocii Romanorum, in eorum venerant auxilium. *Oliv.*

4. *Execratus.*] *Execrari*, eſt dira quædam & imprecatoria verba ſibi indicere, atque caput ſuum devovere, ſi fallat.

5. *Tertiæ legionis.*] Communis agnominatio Legionum à numero fuit, idque diſcretionis cauſa, ut diceretur Prima, Secunda, Tertia, &c. Id autem ab ordine temporis & delectus, quo conſcriptæ. Sed fuerunt & alia paſſim Legionum cognomina. Ab Imperatoribus Auguſta, Claudia, Flavia. A locis hibernorum, ut Gallica, Cyrenaica, Scythica, Macedonica, Ægyptiaca, Germanica, Italica, &c. A Diis cultis, Apollinaris, Minervia. Ab armorum præſtantia, Ferrata, quæ tota è ferro. A loco, Fretenſis, freto aſſita. Ab inſigni forte ſcutorum, Fulminatrix. Item, Victrix, Gemina, Valens, Adjutrix, Pia, Fidelis, Felix, &c. *Lipſius.*

næ virtutis huc venimus: ſed abſit hoc dedecus à ſanguine noſtro, ut Romani gloria cedere Latinis velimus. Ego certe aut ſpecioſam optavi mortem, aut felicem audaciæ exitum: Vel ſolus igitur præcurrere paratus ſum. His auditis, Pedanius Centurio [1] convulſum ſignum dextra retinens: Jam hoc, inquit, intra hoſtile vallum mecum erit: proinde ſequantur, qui id capi nolunt: & cum eo in caſtra Pœnorum irrupit, totamque ſecum traxit legionem. Ita trium virorum fortis temeritas, Annibalem paulo ante ſpe ſua Capuæ potitorem, ne [2] caſtrorum quidem ſuorum potentem eſſe paſſa eſt.

21. [3] Quorum virtuti nihil cedit Q. Cotius, qui propter fortitudinem [4] Achilles cognominatus eſt. Nam ut reliqua ejus opera non exequar, abunde tamen duobus factis, quæ relaturus ſum, quantus bellator fuerit, cognoſcetur. Q. Metello conſule legatus in Hiſpaniam profectus, Celtibericum ſub eo bellum gerens, poſtquam cognovit à quodam gentis hujus juvene, ſe ad dimicandum provocari: erat autem illi forte prandendi gratia menſa poſita: relicta ea, arma ſua extra vallum deferri, equumque clam educi juſſit, ne à Metello impediretur: Et illum Celtiberum inſolentiſſime obequitantem conſectatus interemit, detractaſque corpori ejus exuvias, ovans lætitia in caſtra retulit. Idem Pireſium nobilitate ac virtute [5] Celtiberos omnes præſtantem, cum ab eo in certamen pugnæ devocatus eſſet, ſuccumbere ſibi coëgit. Nec erubuit flagrantiſſimi pectoris juvenis gladium ei ſuum & [6] ſagulum utroque

1. *Convulſum ſignum.*] Scilicet è terra, in qua fixum fuerat.

2. *Caſtrorum ſuorum.*] Quod illis exutus, & in fugam verſus eſt.

3. *Quorum &c.*] Contigit A. U. DCXI.

4. *Achilles cognominatus.*] Hoc tamen cognomen Agellius L. Sicinnio Dentato tributum ſcribit lib. II, cap. II. Et Feſtus in voce Obſidionalis. *Coler.*

5. *Celtiberos.*] Celtæ cum ad Iberum conſediſſent, Celtiberi dicti ſunt. Unde Lucanus:

—— *Profugique à gente vetuſta*
Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberi.

6. *Sagulum.*] Veſtis militaris variis coloribus contexta. Virgilius:

Virgatis lucent ſagulis. ——

que exercitu ſpectante tradere. [1] Ille vero etiam petiit, ut hoſpitii jure inter ſe juncti eſſent, quando inter Romanos & Celtiberos pax foret reſtituta.

22. [2] Ne C. Atilium quidem præterire poſſumus, qui cum decimæ legionis miles pro C. [3] Cæſaris partibus maritima pugna prœliaretur, abſciſſa dextra, quam Maſſilienſium navi injecerat, læva puppim apprehendit: nec ante dimicare deſtitit quam captam profundo mergeret: Quod factum [4] parum juſta notitia patet. [5] At Cynægyrum Athenienſem ſimili pertinacia in conſectandis hoſtibus uſum, ver-

1. *Ille vero.*] Videlicet Cotins, aut forte idem Pireſius, petiit etiam, ut eſſent juncti inter ſe jure hoſpitii, quando pax eſſet conſtituta inter Celtiberos & Romanos. *Badius.*

2. *Ne C. Atilium, &c.*] Ita lego ex U. C. Non *C. Acilium.* Ita etiam nominatur à Plutarcho & Suetonio. *Pighius.* *Nec Atilium quidem.*] Conflato jam Civili Bello, Cæſar, cum Maſſiliam veniſſet, objectæ ſunt ei portæ: nam Maſſilienſes erga Rempubl. in fide & officio fuerunt, Cæſarem vero contra Rempubl. arma ſumpſiſſe credebant: quare iratus Cæſar, claſſem eo direxit, ubi commiſſa navali pugna, Atilius decimæ legionis miles, cum Maſſilienſium navem apprehendiſſet dextra, ea truncatus à nautis, læva puppim apprehendit; nec prius deſtitit, quam navem illam profundo ſubmerſit. Suetonius in Vita Cæſaris: *Atilius navali ad Maſſiliam prælio, injecta in puppem hoſtium dextra, abſciſſa, memorabile illud apud Græcos Cynægiri exemplum imitatus, tranſilivit in navem umbone obvios agens.* Oliver.

3. *Cæſaris partibus.*] Scilicet contra Pompeium.

4. *Parum juſta notitia.*] Quia non adhibita fuit eloquentia, quæ illi præclaro facinori conveniret. At vero Græci in laudando Cynægirum omnem dicendi copiam, & ornatum adhibuere. *Oliv.* *Parum juſta.*] Id eſt, non ſatis ampla, vel quia Scriptores ſilentio prætericrunt, Lucanus tamen meminit, vel quia non eſt veriſimile unum hominem, & eum altera manu captum, navim tantam ſubmerſiſſe, niſi forte prius convulſam dicamus, & per unius infeſtationem non potuiſſe ſuccurri rimas obſtruendo. *Badius.* *Parum juſta notitia.*] Suetonius quoque cum alios auctores non haberet, ſumſit ex Valerio noſtro; quod inde colligo, quia idem exemplum cum Cynægiri Athenienſis confert, de quo præter Herodotum & Juſtinum, lege Ammianum lib. XXVI. qui & Callimachum nominatum fuiſſe ſcribit. *Colerus.*

5. *At Cynægirum.*] Hoc geſtum eſt bello Perſico, quod Athenienſes adverſus Darium Perſarum Regem geſſerunt, de quo Juſtinus lib. II. *Cynægiri quoque militis*, inquit, *Athenienſis gloria, magnis Scriptorum laudibus celebrata eſt, qui poſt prælii innumeras cædes, cum fugientes hoſtes ad naves egiſſet, onuſtam navem dextra manu tenuit, nec prius demiſit, quam manum amitteret; tum quoque amputata dextra manu, navem ſiniſtra comprehendit; quam & ipſam cum amiſiſſet, ad poſtremum morſu navem detinuit. Tantam in eo virtutem fuiſſe dicunt, ut non tot cædibus fatigatus, non ambabus manibus amiſſis victus, ad poſtremum truncus, & veluti rabida fera dentibus dimicaverit.* Oliv.

verboſa laudum ſuarum cantu Græciæ, omnium ſeculorum memoriæ literarum præconio inculcat.

23. [1] Claſſicam Atilii gloriam terreſtri laude [2] M. Cæſius Scæva ejuſdem imperatoris centurio ſubſecutus eſt. Cum enim pro caſtello, cui præpoſitus erat, dimicaret, Cneique Pompeji præfectus, juſſu ejus, ſummo ſtudio & magno militum numero ad id capiendum [3] mitteretur; omnes qui propius acceſſerant, interemit: ac ſine ullo regreſſu pedes pu-

1. *Caliſſicam Atilii.*] Hoc Bello Civili geſtum eſt, quod inter Cæſarem fuit atque Pompeium, juxta Dyrrhachium: nam cum Cæſar ad expugnandam arcem Dyrrachii, ubi commeatum omnem & belli apparatum Pompeius repoſuerat, exercitum duxiſſet, Pompeius breviori itinere per mare navigavit, quo Cæſarem, ſi fieri poſſet, celeritate præveniret. Quod ubi vidit ex voto ſibi non ceſſiſſe, (nam Cæſar paulo ante illius adventum ſedes occupaverat) locum, qui dicitut Petra, haud procul à mœnibus Dyrrachii poſitum cepit: ibique caſtra locavit. Erat autem locus ille ſic navigationi opportunus, ut ex tota Aſia, & regionibus, quas Pompeius teneret, commeatus eo facile comportari poſſent. Hunc igitut locum Cæſar munitionibus undique claudere cœpit, ut obſidione Pompeius, & fame premeretur, quod parum ſibi profuit. Nam cum locus ille, ut dixi, ad commeatum ex multis partibus recipiendum eſſet accommodatus, majori ferme inopia obſidentes, quam obſeſſi laborabant. Pompeius tamen tantam indignitatem ferre non potuit, ut qui numero militum ſuperior eſſet, obſideri ſe pateretur: inde ergo erumpere ſtatuit cum exercitu: quod cum feciſſet ea parte, qua erat caſtellum, quod à Scæva fortiſſimo viro cum præſidio tenebatur, ſtatuit id expugnare caſtellum, quod tanta pertinacia, fortitudine, cum aliorum militum, tum in primis Scævæ centurionis defenſum fuiſſe conſtat; ut in caſtello nemo fuerit omnino militum, qui non vulneraretut; quatuorque ex una cohorte Centuriones oculos amiſerint, & cum laboris ſui periculique teſtimonium afferre vellent, millia ſagittarum circiter triginta in caſtellum conjecta Cæſari renuntiaverunt, ſcutoque ad eum telato Scævæ Centurionis, inventa ſunt in eo ducenta triginta: quem Cæſar, ut erat de ſe meritus, & de Republica, donavit millibus ducentis æris, atque ab octavis ordinibus, ad primipilum ſe rtaducere pronuntiavit: ejus enim opera caſtellum conſervatum eſſe ex magna parte conſtabat. Cohortem poſtea duplici ſtipendio frumentoque, & aliis militaribus donis ampliſſime donavit. De hoc Scæva Suetonius in Vita Cæſaris: *Scæva*, inquit, *excuſſo oculo, transfixus femore & humero, centum & viginti ictibus ſcuto perforato cuſtodiam portæ commiſſi caſtelli retinuit.* Lucanus de hoc multa libro ſexto. *Oliv.*

2. *M. Scæva.*] In Campenſi, aliiſque MSS. libris centurionis hujus nomen plene exprimitur, *M. Caſius Scæva.* Atque ita in Suetonio reſtituendum, ubi *Caſſius Scæva* legitur. In Appiano item Alexandrino *Minucius Scæva*, non minus mendoſe. Quo nominum errore inſuper accidiſſe ſuſpicor, ut iſtic de duobus, uno Scæva, & altero Minucio hæc hiſtoria ſcribi videatur, quam uno conſenſu Cæſar, Lucanus, Suetonius, ac Valerius uni adſcribunt. *Pigh.*

3. *Mitteretur.*] Idem liber, *Niteretur.* Quod omnibus modis amplector. *Col.*

1. *Stra-*

pugnans, ſuper ingentem [1] ſtragem, quam ipſe fecerat, corruit. [2] Cujus capite, humero, femore ſaucii, & oculo eruto cæci, ſcutum centum & viginti ictibus perfoſſum apparuit. Tales in caſtris Divi Julii diſciplina milites aluit, quorum alter dextera, alter oculo amiſſo hoſtibus inhæſit: ille poſt hanc jacturam victor, hic ne hac quidem [3] jactura victus.

[4] Tuum vero Scæva inexuperabilem ſpiritum in utraque [1] parte

1. *Stragem.*] Scil. cadaverum.

2. *Cujus capite, humero, femore ſaucii, oculo eruto cæci, ſcutum* 120. *ictibus perfoſſum apparuit.*] Non ſimplici menda contaminatus eſt locus. At nullus auctorum, qui hujus rei mentionem faciunt, in eo prœlio periiſſe Scævam ſcribunt, quod tamen ex Valerii verbis colligere. eſt. Lucanus quidem labore ac vulneribus defectum, ac exanguem à commilitonibus pugna clarum canit; cum à Cæſare ſubſidium caſtello periclitanti mitteret:

—— Nam ſanguine fuſo
Vires pugna dabat, labentem turba ſuorum
Excipit, ac humeris defectum imponere gaudet.

Plutarchus item ſuorum amplexibus tuto relatum dicit. Suetonius cuſtodiam portæ commiſſi caſtelli retinuiſſe; Cæſar ejus opera caſtellum magna ex parte conſervatum, ideoque virtutis ergo Scævam primipilatu milibuſque æris ducentis donatum refert. Atqui Valerius ipſum corruiſſe, corpuſque ejus vulneribus multis ſaucium apparuiſſe ait, ut vulgata ſonant exemplaria; ſed in MSS. omnibus dictio, (*corpus*) omittitur, quæ profecto videtur è Gloſſis inſuta. Nam in Suſiano, Pulmanniano ac Wincheliano legimus ita, *Cujus capite, humero, femore ſaucio, oculo eruto, ſcutum, &c.* Item in aliis ſimiliter; niſi quod *ſaucium* in his habetur, atque in Cauchiano *cæſum*, pro *ſcutum*; in Atrebatenſi, *ſectum*; in Campenſi vero, *ſecutum*. Ex qua quidem varietate colligo, duo vocabula iſtic perperam in unum contracta librariis reliqua etiam mutandi occaſionem dediſſe, omnemque textum corrumpendi. Nam qui *cæſum*, vel *ſectum*, in Codicibus repererunt, *ſaucium* antea quoque legendum eſſe, atque *corpus* ſubintelligi, vel deſiderari exiſtimarunt. Nobis autem pro *cæſum*, *ſectum* vel *ſecutum*, legi debere videtur, *cæci ſcutum*, totamque ſententiam ita reſtituendam eſſe, ſalvo tamen aliorum meliore judicio, opinamur: *Cujus capite, humero, femore ſaucii, & oculo eruto cæci, ſcutum centum & viginti ictibus perfoſſum apparuit.* Etenim hæc iiſdem pene verbis, aut certe eadem omnino ſententia Suetonius refert, qui duo hæc fortitudinis rara exempla de Scæva & Atilio videtur ex noſtro deſumſiſſe Valerio? *Nec mirum* (inquit) *ſi quis ſingulorum facta reſpiciat, vel Cæſii Scævæ centurionis, vel C. Atilii militis, ne de pluribus referam, Scæva excuſſo oculo, transfixo femore & humero, centum & viginti ictibus ſcuto perforato, cuſtodiam commiſſi caſtelli retinuit. Atilius navali ad Maſſiliam prælio injecta in puppem hoſtium dextra & abſciſſa, memorabile illud apud Græcos Cynægiri exemplum imitatus, tranſiluit in navem, umbone obvios agens.* Hæc Suetonius. *Pighius. Femore ſaucii.*] Pighius ſanavit locum, ſed non perſanavit. Mihi omnino proba lectio, quæ liber Danielis, *cujus capite, humero, femore ſaucio, oculo eruto ſcutum.* Non debuit Pighius *τὸ cæci* Valerio oggerere. *Coler.*

3. *Jactura.*] Id eſt, amiſſione oculi victus.

4. *Tuum vero, &c.*] Cum Cæſar non ſatis

[1] parte rerum naturæ, qua admiratione proſequar, neſcio: quoniam excellenti virtute dubium reliquiſti, inter undaſne pugnam fortiorem edideris, an in terra vocem emiſeris. Bello namque, quo C. Cæſar non contentus opera ſua Oceani claudere littoribus, [2] Britannicæ inſulæ cœleſtes injecit manus, cum quatuor commilitonibus rate tranſvectus, in ſcopulum vicinum inſulæ, quam hoſtium ingentes copiæ obtinebant; poſtquam æſtus regreſſu ſuo ſpacium, quo ſcopulus & inſula dividebantur, in vadum tranſitu facile redegit, ingenti multitudine barbarorum affluente, [3] ceteris rate ad littus regreſſis; ſolus immobilem ſtationis gradum retinens, undique ruentibus telis, & ab omni parte acri

ſatis haberet, præſcripſiſſe omnem occidentalem partem, in Britanniam, quæ alter orbis traditur à Poëtis, trajicere voluit: & cum forte expectaret, ut æſtus decurreret, & vadum relinqueretur, ut ſui tranſire poſſent, Scæva cum quatuor militibus in ſcopulum nave trajecit. Britanni eos aggrediuntur, ſolus hic Scæva telis, quæ ſatis eſſent quinque militibus, tota die pugnam ſuſtinuit. Laudat ergo Scævam, quod fortiter in navi fecerit, & veniam petierit à Cæſare, quod non fortiter pugnaſſet, ſicut forte voluiſſet Imperator, cum tamen ſupra humanas vires pugnaverit. *Oliv.* *Tuum vero, &c.*] Adducit hic autor aut tertium, quod potius dicam, militem Cæſarianum, aut eundem Scævam, qui priuſquam ad Dyrrachium caderet, egregium edidit in Britannia facinus. *Bad.* *Tuum vero Scæva inexuperabilem ſpiritum.*] Vulgo, *Scævola.* Mendoſe rurſus, nam in MSS. omnibus, *Scæva*, vocatur, videturque de eodem, adhuc loqui Valerius, quem Lucanus ſcribit in Galliis ſub Cæſare ex gregaria militia ad centurionatum multo ſanguine promotum fuiſſe:

Scæva viro nomen, caſtrorum in plebe merebat
Ante feras Rhodani gentes; ibi ſanguine multo
Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.

Et Plutarchus ipſum militem Cæſaris in Britannia centuriones ab hoſtibus in palude oppreſſos ſervaſſe refert, ἐν δὲ Βρεττανίᾳ τῶν πολεμίων εἰς τόπον ἑλώδη καὶ ὕδατος ἐμπεσοῦσι τοῖς πρώτοις, ταξιάρχαις ἐπιθεμένων, στρατιώτης Καίσαρος, αὐτοῦ τὴν μάχην ἐφορῶντος, ὠσάμενος εἰς μέσους, &c. Quæ eadem Valerius, hoc loco. Non igitur hæc exempla diverſorum ſunt, ut vulgati volunt Codices. *Pighius.*

1. *Parte rerum.*] Scilicet in mari, & in terra, quæ duo ſunt præcipua elementa, quibus rerum natura conſiſtit: nam vocem, qua uſus eſt ad Cæſarem in terra, virtuti comparat, qua uſus eſt in mari. *Oliv.*

2. *Britannicæ inſulæ.*] Quæ Angliam & Scotiam continet, atque eſt inſula totius Europæ maxima, quam Julius Cæſar ſumma virtute primus ingreſſus. Vide Cæſarem de Bello Gallico lib. v.

3. *Ceteris.*] Id eſt, commilitonibus, qui quatuor erant, regreſſis, rate ad littus. *Badius.*

1. *Quin-*

acri ſtudio ad te invadendum nitentibus,[1] quinque militum diurno prœlio ſuffectura pila, una dextra, hoſtium corporibus adegiſti: Ad ultimum deſtricto gladio audaciſſimum quemque modo [2] umbonis impulſu, modo mucronis ictu depellens, hinc Romanis, illinc Britannicis oculis incredibili, dum cernereris, ſpectaculo fuiſti. Poſtquam deinde [3] ira ac pudor cuncta conari feſſos coëgit, [4] tragula femur trajectus, ſaxique pondere ora contuſus, [5] galea jam ictibus diſcuſſa, & ſcuto crebris foraminibus abſumpto, profundo te crediſti; ac duabus [6] loricis onuſtus, inter undas, quas hoſtili cruore infeceras, enataſti: Viſoque imperatore armis non amiſſis, ſed bene impenſis, cum laudem merereris,

1. *Quinque militum, &c.*] Tela quæ quinque militibus ſufficere potuiſſent, ſi à mane uſque ad veſperum dimicaſſent. *Oliv.* *Quinque militum.*] Tot enim aſcenderant in ſcopulum ab hoſte tuendum, ſed quatuor abierant, relictis manenti telis. Unde unus quinque militum munus obiens, quinque militum adegit in corpora hoſtium pila. *Badius.*

2. *Umbonis.*] Umbo proprie umbilicus, hoc eſt, media pars ſcuti.

3. *Ira ac pudor.*] Ira quod vinceretur ab uno. Pudor, quod unus tantæ multitudinis impetum ſuſtineret. *Oliv.*

4. *Tragula.*] *Tragula* dicta quod ſcuto infixa trahatur. Hiſpani ea uſi apud Livium: ſed & Galli apud Cæſarem. Uſi & Romani. Validum fuit telum, hamatum, forte ob etymon illud à trahendo. Hoc telo Cotta tam validam plagam inferebat, ut percuſſum per loricam, per latera transfigeret, & velut clavo terræ affigeret. Vegetius *Tragularios* vocat, qui ad manuballiſtas vel arcuballiſtas ſagittas dirigebant. *Lipſius.*

5. *Galea.*] Galearum forma hæc: Antrorſum apertæ, & ferri aliqua eminentia, ſed repandi; unde & Silæ dictæ Feſto. Ad latus & malas utraſque Buccula, ſic dictæ, quod buccas tegant. Unde Buccularii, qui has parant, conficiuntque. Sidonius *Flexiles laminas* vocat, ſic aptas, ut penderent à caſſide, & flecterentur. Ab imis bucculis lora, quibus ſtringerentur ad guttur & firmarentur: Suidas ὀχεῖς vocat, Vincula Sidonius. Veteres clauſas, & vultui appreſſas undique galeas (more noſtrorum Equitum) vix habuerunt. Hinc illa vox Cæſaris in acie Pharſallca: *Miles, faciem feri*, quæ ſcilicet, niſi à ſcuti objectu, nuda. In galeis habebant Criſtas, in quibus mira & propria quædam ſuperbia, an laſcivia Romanorum, & valde ſibi in iis placebant. *Lipſius.*

6. *Loricis.*] Id eſt, integumentis, quæ ex loris olim fieri ſolebant. Plerique militum non habebant loricas hamatas, ſed partem æris aut ferri procuſam, quæ ſummum pectus tegeret: nam ima ventris ſatis ſcutum muniebat. Fuit adſimile quiddam hodierno pectorali, ſed minus longum, & æquabiliter quadrum. Et vocabant Pectorale, à re & uſu, quod pectori tegendo. De corio etiam crudo Pectoralia faciebant, & è ferro. Hoc genus appellat Polyænus ἡμιθωράκια, *Semiloricas.* Pauſanias veterum & Homericas loricas deſcribens: *Duæ*, inquit, *erant æreæ partes, illa quidem pectori, & iis, quæ circa ventrem, apta, hæc ut dorſo tegmen eſſet.* Vocabant

ris, veniam petiiſti. Magnus prœlio, ſed major diſciplinæ militaris memoria: itaque ab optimo virtutis æſtimatore, cum facta, tum etiam verba tua, centurionatus honore donata ſunt.

24. [1] Sed quod ad præliatorum excellentem fortitudinem attinet, merito L. Sicinii Dentati commemoratio omnia Romana exempla finierit: cujus opera honoreſque operum ultra fidem veri excedere judicari poſſent; niſi ea [2] certi auctores, inter quos M. Varro, monimentis ſuis teſtata eſſe voluiſſent: Quem [3] centies & [4] vigeſies in aciem deſcendiſſe tradunt, eo robore animi, atque corporis utentem, ut majorem ſemper victoriæ partem [5] traxiſſe videretur. Sed & XXX. ſpolia ex hoſte retuliſſe, quorum in numero octo fuiſſe, cum quibus inſpectante utroque exercitu ex provocatione dimicaſſet, XIV. cives ex media morte raptos ſervaſſe, quinque & XL. vulnera pectore excepiſſe, [6] tergo cicatricibus vacuo. Novem triumphales imperatorum

rum

cabant Gyala, ſive Cava & incurva à forma. Illam antrorſus, hanc retrorſum inducebant, deinde fibula utramque jungebant. Ecce adſimiles, aut ipſas noſtras loricas hodiernas. Fibulæ item in latere utroque loricas iſtas jungebant. *Lipſius.*

1. *Sed, &c.*] Contig. A. U. CCXCIX.

2. *Certi autores.*] Scribitur hoc à M. Varrone linguæ Latinæ teſte certiſſimo. Similiter ab Aulo Gellio viro graviſſimo. Pari ratione à Solino, qui de hoc ſic breviter tradit: *Prævaluiſſe fortitudine apud Roman. L. Sicinium Dentatum, titulorum numerus oſtendit.* Tribunus hic plebis fuit non multo poſt exactos Reges, Sp. Tarpeio, A. Haterio Coss. Idem ex provocatione victor octies, ac quadrageſies quinquies adverſas habuit cicatrices, in tergo nullam notam: ſpolia ex hoſte tricies quater cepit; in phaleris, haſtis, pilis, armillis, coronis trecenta duodecim dona meruit: novem Imperatores, qui opera ejus vicerant, triumphantes proſecutus eſt. Hunc ob fortitudinem Achillem tradunt fuiſſe nominatum. Dionyſius quoque Halicarnaſſæus multa de hoc viro tradit, quæ longum eſſet recenſere. Idem etiam facit Plinius de Nat. Hiſt. lib. XXII. cap. 5.

3. *Centies & vigeſies.*] Ita Appianus quoque. Majorem numerum apud Cæſarem & Plutarchum legiſſe me recordor. Florus quoque libro quarto numerum Valerianum adſerit. *Colerus.*

4. *Vigeſies.*] Lib. Danielis, *vicies.* Et ita Plinius lib. IV, cap. 1. & lib. VII, c. 28. Iterum lib. XXII, cap. 5. Agell. lib. II, c. 2. Dionyſius l. X. apud quem male ſcriptum *Σίκκιος* pro *Σικίνιος*. *Col.* Eſt tamen & Siccia gens apud Roman.

5. *Traxiſſe, &c.*] Quaſi major pars victoriæ ejus eſſet.

6. *Tergo.*] Unde nunquam terga vertiſſe hoſti probabatur.

1. *Totius*

rum currus ſecutum, [1] totius civitatis oculis in ſe numeroſa donorum [2] pompa convertentem. Præferebantur enim aureæ [3] coronæ octo: civicæ XIIII. murales tres: obſidionalis una: [4] torques CLXXXIII. *armillæ CLX. haſtæ XVIII. pha-

1. *Totius civitatis.*] Ut magis in L. Dentatum, quam in imperatorem oculos conjicerent.

2. *Pompa.*] Ordine ſequentium, in quo etiam victoriarum inſignia præferebantur.

3. *Coronæ.*] Solebant Imperatores parta victoria ſuggeſtum, aut tribunal conſcendere, & convocato exercitu, pro concione milites laudare ac gratias agere. Salluſtius Jugurth. Tacitus ſecundo Annalium, Livius lib. VII. Etiam nominatim, ſi quorum ſingularem in prælio virtutem animadverterant, prædicare, teſtem habeo Plutarchum in Coriolano, Livium lib. X. extremo, Ammianum lib. XXIV. Laudibus enim non minus, quam præmiis animi militum gaudent, ut ſcribit Livius lib. II. Sæpe tamen ſatis non fuit laudaſſe, prædicationi enim adjungebant varia dona. Diſtribuebant autem imprimis coronas, quas varias fuiſſe ſcimus ex Ciceronis Verrinis, Tertulliano de corona militis, Livii libro ſeptimo, Polybii libro ſexto, Zonaræ lib. II. Suetonii cap. 45. Plutarchi Mario, Plinii lib. VII, c. 28. & lib. XXIII. cap. 3. cum aliquot ſequentibus. De iis Agellius (ita enim A. Gellium nunc vocant) *Militares*, inquit, *coronæ multifariæ ſunt, quarum quæ nobiliſſimæ ſunt, has ferme eſſe accepimus, triumphalem, obſidionalem, civicam, muralem, caſtrenſem, navalem.* lib. V. Noct. Att. cap. 6. Ubi etiam cauſæ eorum nominum accurate explicantur, ut & apud alios in ſymbolis. Novum genus coronarum à Caligula inventum obſervavi, quas ipſe Solis, Lunæ, ſiderumque ſpecie diſtinxit, & exploratorias appellavit, Sueton. in ejus vita cap. 42. Etiam torques diſtribuerunt. Probat Vegetius, & Tacitus ſecundo Annalium. Adde auxiliates milites à Romanis aureis torquibus donatos, ac cives non niſi argenteis: coronas tamen aureas, quod magis miremur, cives acceperunt, eam quis primum acceperit, non conſtat: at A. Poſthumium Dictatorem primum eam contuliſſe certum eſt. Videndus Plinius lib. XXXIII, cap. 2. Item armillas. Teſtis Livius libro decimo extremo, Juvenalis ſatyra ultima, Feſtus in Armillas. Item phaleras. Teſtis Suetonius in Auguſto, Juvenalis eadem ſatyra, Solinus cap. 6. Etiam in monumentis ſuis Romani milites hanc gloriam non ſpreverunt, ubi dona militiæ accepta enumerata ſæpe videmus. Fragmentum unius inſcriptionis proponendum putavi:

DONIS. DONATO. AB. DIVO.
TRAIANO. AVG.
TORQVIBVS. ARMILLIS.
PHALERIS. BELLO. PARTHICO.

De diſtributione horum donorum memoria quoque in nummis. unus Imp. Cæſ. Ner. Trajani optimi repertus eſt. Item haſtas. Teſtis Pompeius Feſtus in voce Haſta, & in Optionatus. Item vexilla. Divus Octavianus M Agrippam in Cilicia poſt navalem victoriam ceruleo vexillo donavit, Suetonio teſte. Eadem de re etiam lapides veteres meminerunt:

DONATO. HASTIS. PVRIS. V.
VEXILLIS. VIII. CORONIS.
MVRALIBVS. II. VALLARIBVS. II.

Item corniculos. Livius lib. X. *Equites* inquit, *omnes ob inſignem multis locis operam corniculis, armilliſque argenteis donat.* Item veſtes. Livius: *data ex præda militibus æris octogeni bini, ſagaque & tunicæ, præmia illa tempeſtate militiæ haud quaquam ſpernenda.* Stewechius.

4. *Torques* CLXXXIII.] Delendus numerus

phaleræ xxv. ornamenta etiam legioni, nedum militi ſatis multa.

EXTERNA.

1. [1] Ille quoque ex pluribus corporibus [2] in unum magna cum admiratione [3] Calibus cruor confuſus eſt, in quo oppido cum Fulvius Flaccus, [4] propter Campanam perfidiam principes civitatis ante tribunal ſuum [5] capitali ſupplicio afficiendos judicaret, literiſque à ſenatu acceptis, finem pœnæ eorum ſtatuere cogeretur, ultro ſe ei T. Jubellius Taurea Campanus obtulit, & quam potuit clara voce, Quoniam, inquit, Fulvi, cupiditate tanta hauriendi ſanguinis noſtri teneris, quid ceſſas in me cruentam ſecurim diſtrin-

merus centenarius. Sic enim Agellius & reliqui. *Colerus.*

* *Armillæ.*] Ornamenta brachiorum, à regendis armis, id eſt, ſuperioribus brachiorum partibus. *Oliver.* *Armillæ* CLX.] Agellius: *Armillis plus centum ſexaginta.* Porro ex Varrone hæc ſumpſerat Valerius, quem & Fulgentius compilavit in libello de priſco ſermone. Verba ejus ſubſcribam: *At apud Romanos Varro ſcribit Sicinium Dentatum centies & vicies pugnaſſe ſingulari certamine, cicatrices habuiſſe adverſas quadraginta quinque, poſt tergum nullam, coronas accepiſſe* XXVI. *armillas* CXL. *& iſtum primum ſacrum feciſſe Marti.* Mendoſus locus. Lege: *armillas* CLX. De hoc Sicinio exſtat breviarium in Antiquitatibus Fabritii. *Colerus.*

1. *Ille quoque.*] Campani, ut ſupra diximus, cum ad Hannibalem defeciſſent, & Romani deinde civitatem illorum torpeſcente jam Hannibalis fortuna, in ſuam poteſtatem redegiſſent, Fulvius Flaccus Conſul, aſperioris ingenii homo, principes civitatis, qui defectionis autores extiterant, Cales & Theanum ducendos curavit, ut de illis ſupplicium ſumeret contra collegæ ſui voluntatem, qui rem tantam ad Senatum rejiciendam eſſe cenſebat. Ille veritus futurum quod evenit, ut à collega ſuper hac re literæ ad Senatum mitterentur, idque fore ſibi impedimentum, quo minus ſuam in Campanos voluntatem expleret, prævenit ipſum celeritate ſua. Nam cum equitatu profectus nocte eſt Theanum, & de Campanis, qui illic habebantur, ſumpto ſupplicio, properat Cales proficiſci, & cum jam producti eſſent Campani, ut capite mulctarentur, literæ ſupervenerunt à Senatu, quibus finem exigendæ pœnæ de Campanis ſtatuere cogebatur: quas acceptas, nec reſolutas, cum in gremio repoſuiſſet, præconi imperavit, ut lictorem lege agere juberet: quod cum feciſſet, ea quæ de Jubellio in litera continentur, acta ſunt. *Oliv.* Contigit A.U. DXLII.

2. *In unum.*] In unum permixtus eſt, quia uxore & liberis interemptis, ſuper hoc pectori gladium infigens, expirans corruit. Et ita multorum cadaverum cruor in unum confuſus eſt. *Oliv.*

3. *Calibus.*] In eo oppido Campaniæ.

4. *Propter Campanam perfidiam.*] Quia Campani ad Hannibalem defecerant.

5. *Capitali ſupplicio adficiendos judicaret.*] Imo, cum id evenit, jam maxime ſupplicio eos adficiebat. Bene igitur, *Adficiendo vindicaret.* Lipſ.

1. *Sugil-*

ſtringere, ut gloriari poſſis fortiorem aliquanto virum, quam ipſe es, tuo juſſu eſſe interemptum? Eo deinde dicente, libenter id ſe eſſe facturum, niſi ſenatus voluntate impediretur: At me, inquit, cui nihil Patres conſcripti præceperunt, aſpice, oculis tuis quidem gratum, animo vero tuo majus opus edentem. Protinuſque interfecta conjuge ac liberis, gladio incubuit. Quem illum virum putemus fuiſſe, qui ſuorum ac ſua cæde teſtari voluit, ſe Fulvii crudelitatem [1] ſugillare, quam ſenatus miſericordia uti maluiſſe?

2. [2] Age, Gobriæ quantus ardor animi? quia cum ſordida

1. *Sugillare.*] Notare, ut per cædem ſuã ac liberorum, & conjugis Fulvii crudelitas ad invidiam eſſet inſignis. *Oliv.*

2. *Age, &c.*] Cambyſes Cyri Regis Perſarum filius per quietem monitus eſt Mergidem regnaturum, ſeque regno expulſum iri. Veritus ergo, ne à fratre regno pelleretur, Cometem, ut vult Juſtinus, vel Prexaſpem quendam, ut Herodotus, miſit, qui fratrem interficeret. Ipſe vero telo caſu quodam femore ictus, diem ſuum obiit. Interea Magus quidam, nomine Mergis, regnum occupavit, antequam Rex periret. Ubi Cambyſes Mergim regnare intellexit, Prexaſpem interrogat, cur mandatum ſuum non ſit executus. Credebat enim Mergidem hunc fratrem ſuum eſſe. Ille affirmabat ſe fratrem illius occidiſſe, ut re vera fecerat: Rex Prexaſpem in carcerem conjici jubet: quo facto, haud ita multo poſt Rex moritur, Prexaſpes carcere liberatur. Qui poſtea in locum editum aſcendit, quaſi ſimulata ſtultitia, ridiculum quid dicturus eſſet, & congregato populo, convenerant enim omnes, mirantes quidnam facturus eſſet, confeſſus eſt ſe Mergim Regis fratrem illius juſſu interfeciſſe. Quo facto, ſe præcipitem dedit. Principes civitatis, etſi antea dubitaverant, hunc, qui regnaret, Cambyſæ fratrem, quanquam & ipſe Mergis appellaretur, atque illi perſimilis; tamen quia nunquam prodibat in lucem, & maxime confeſſione Prexaſpis jam pro certo habere cœperunt, hunc fratrem Regis non eſſe. Huc accedebat, quod cum Rex multas concubinas, filiam quoque Gobriæ cujuſdam Principis, haberet, patet, ut rem exploratam haberet, filiæ præcepit, ut diligenter animadverteret, cum Rex profundiori ſomno captus eſſet, numquid aures haberet. Nam huic Cambyſes, dum eſſet in regno, aures juſſerat avelli, ut dignoſceretur à fratre, cui & vultu & nomine ſimilis erat. Filia mox detulit ad patrem, ſine auribus Regem eſſe. Hæc cum rem certam feciſſent, hunc, qui regnaret, Cambyſæ Regis fratrem non eſſe, multi ex principibus civitatis conjurant patriam tyrannide liberare. Itaque cum Gobrias & reliqui ſecum primores civitatis ad regiam armati conveniſſent, à cæteris, quos ad ſui corporis cuſtodiam Rex habere conſueverat, prohibebantur ultimam portam intrare, ibique cum Gobrias Mergim Regem amplexus humi ſe proſtraviſſet, unuſque ex ſociis telum in corpus Regis demittere dubitaret, ne, dum Mergim vulnerare petit, Gobriam quoque transfigeret, Telum, inquit Gobrias, per utrumque corpus agas, dum hic pereat quam celerrime. In hac hiſtoria Valerii opinionem ſecuti

da & crudeli [1] Magorum tyrannide Perſas liberaret, unumque ex iis obſcuro loco abjectum corporis pondere urgeret, præclari operis ſocio plagam ei inferre dubitanti, ne dum Magum petit, ipſum vulneraret, Tu vero, inquit, nihil eſt quod reſpectu mei timidius gladio utaris: vel per utrumque illum agas licet, dum hic quam celerrime pereat.

3. Hoc loci [2] Leonidas Spartanus nobis occurrit: cujus propoſito, opere, exitu, nihil fortius. Nam cum CCC. civibus apud Thermopylas toti Aſiæ objectus, gravem illum, & mari & terræ Xerxem, nec hominibus tantum terribilem, ſed [3] Neptuno quoque compedes, & * cœlo tenebras

cuti ſumus, qui multum diſſentit à Juſtino de Mago illo, qui ſe per dolum Regem fecerat. *Oliv.*

1. *Magorum tyrannide.*] Præſertim Mergidis, qui ſe fratrem Cambyſæ mentiebatur. *Badius.*

2. *Leonidas.*] Cum Xerxes Perſarum, & totius Aſiæ Rex exercitum infinitæ multitudinis, utpote decies centena milia militum in Græciam traduceret, ut eam ſuo imperio ſubigeret, Lacedæmonii Leonidam principem civitatis cum trecentis civibus miſerunt, qui in anguſtiis Thermopylarum ſe Perſis offerret, tranſitum eorum in Græciam prohibiturus. Eſt autem mons longiſſimus, qui ita Græciam dividit, ſicut Apenninus Italiam, teſte Livio de Bello Macedonico lib. v. Strabo vero vult eſſe anguſtias montis Oetæ, ut ſupra diximus. Ibi Leonidas cum trecentis civibus, quos ſecum duxerat, tanta virtute dimicavit, ut non ſolum multos ac prope innumerabiles ex hoſtibus de monte repulerit, ſed etiam Rex ipſe ter de ſede ſua conſternatus fuiſſe dicatur. Multos ex ſatellitibus, quos ad cuſtodiam ſui corporis ſervabat, quoſque *ἀθανάτους*, hoc eſt, *immortales* appellabat, Leonidas ſuperavit, & docuit eſſe mortales. Itaque apparebat Xerxem ſibi tranſitum in Græciam viribus quidem aperire non poſſe, niſi agreſtis incola Regi locum aperuiſſet, per quem in cacumen montis evadere poſſet. Rex illum multis muneribus donatum multitudini ſuæ ad montem ſcandendum ducem dedit, quos cum jam ſuperiora loca tenentes Leonidas conſpexiſſet, demum cognovit ſe diutius reſiſtere non poſſe, nec eo tamen remiſſior ad pugnam eſt factus: quin etiam ſuos ita allocutus eſt, ut diceret, eos ita prandere oportere, tanquam cœnaturos apud inferos. Hi duci ſuo, tanquam victoriam ac triumphos promiſiſſet, intrepide paruerunt, & ita pugnantes omnes pro patria fortiter occubuerunt, multis tamen prius ex hoſtibus interfectis. Unde de hoc Strabo lib. IX. in Deſcriptione Thermopylarum: *Leonidas*, inquit, *ſane paucis adjunctis finitimis, contra tot Perſarum milia hominum valentiſſimorum tunc ope locorum obſtitit, donec alio per montana circumeuntes tramite barbari, ipſius Leonidæ commilitones conciderunt, & nunc in communem cunctorum tumulum eorum Polyandrion extat, & inſculpta in columna Spartanorum gloria.* Oliv.

3. *Neptuno quoque, &c.*] Quia dicitur Xerxes Bizantium ponte junxiſſe, vel

quod

nebras minitantem, pertinacia virtutis ad [1] ultimam deſperationem redegit. Ceterum perfidia & ſcelere incolarum ejus regionis, & loci opportunitate, qua plurimum adjuvabatur, ſpoliatus: [2] occidere dimicans, quam aſſignatam ſibi à patria ſtationem deſerere, maluit. Ideoque tam alacri animo ſuos ad id prœlium, quo perituri erant, cohortatus eſt, ut diceret, Sic prandete commilitones tanquam apud inferos cœnaturi. Mors erat denunciata: Lacedæmonii perinde ac victoria eſſe promiſſa, ductori intrepide paruerunt.

4. [3] Othryadæ quoque pugna pariter ac * morte ſpecioſa Thy-

quod mare navibus ſtravit, ut dicit Juſtinus. Propterea compedes videtur injeciſſe Neptuno. *Oliv.* *Neptuno.*] Vide Herodotum. Juvenalis:

Ipſum compedibus qui vinxerat Ennoſigæum.

Eadem libro II. Pauſanias in Lacon. Oroſius libro ſecundo, capite nono. Diodorus Siculus. Xerxes omnino Helleſponto, Neptuno, Soli malum minatus fuerat. Montes etiam in planum deduxerat, convexa vallium æquaverat, maria pontibus ſtraverat, ut Juſtini verbis dicam. Meminit ejus & Arnobius lib. I. adverſus gentes. Et memorabile eſt Epitaphium Alphei:

Οὔρεά μ̃ κ̀ πόντον ὑπὲρ τύμβοιο χάραξε,
Καὶ μέσον ἀμφοτέρων Μάρτυρα Λητοΐδην
Ἀενάων τε βαθὺν ποταμῶν ῥόον.

Coler.

* *Cœlo tenebras.*] Nihil hic moverem, niſi me moveret liber Danielis, *Et chao tenebras.* An legendum *chao tenebras*? id eſt, *cœlo.* Feſtus: *Cohum Poëtæ cœlum dixerunt à chaos, ex quo putabant cœlum eſſe formatum.* Sed cui perſuadebo Valerium ex ultima illa antiquitate repetito verbo uſum? Alio pro hoc vulnere emplaſtro opus. In libro altero Pariſienſi, quod Lavernii cujuſdam nomen præferebat, ſcriptum inveni: *Et cœlo chaos minitantem.* Aut ego vehementer fallor, aut aliquis ſciolus ex Feſti loco ad chaos, illud *caho* adſcripſerat oræ libri Danielis. Hinc adeo facile colligas *chaos* germanam eſſe apud Valerium lectionem, cui aliquis tenebrio illas etiam tenebras obduxerat. Nam *chaos* tenebræ dicuntur. Gloſſarium: χάος *tenebræ.* Nec adtinet hic dicere Xerxen per *chaos* ſive *tenebras* intelligere *nimbos ſagittarum.* Nam id qui libet adſequitur. Huc traho, quod idem Valerius infra ſcripſit cap. 7. Referente quondam ſagittis Perſarum ſolem obſcurari ſolere. *Colerus.*

1. *Ultimam deſperationem.*] Præter laudatos alios Auctores, addo Polyænum Stratag. lib. VIII. In numero occiſorum non conveniunt. ccc. fuiſſe ex Herodoto Valerius & Seneca. Idem Cic. II. de Fin. Ælianus, & Front. Ex quorum unanimi conſenſu pene labor, ut Diodorum, Juſtinum, Oroſium corrigendos cenſeam. Sed iſti omnes Herodotum ſecuti ſunt. Et ego quoque memor ſum tituli illius Plutarchi περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας. *Idem.*

2. *Occidere.*] Id eſt, occumbere.

3. *Othryadæ.*] Athenienſes & Lacedæmonii de agro Thyreatium invicem diſſidebant, & cum de hoc utrinque exercitus

Thyreatium laude, quam [1] ſpatio latius ſolum cernitur. Qui ſanguine ſuo ſcriptis literis, direptam hoſtibus victoriam, [2] tantum non [3] poſt fata ſua in ſinum patriæ cruento trophæi titulo retulit.

5. [4] Excellentiſſimos Spartanæ virtutis proventus miſerabilis

citus pugnaturi conſtitiſſent, ne magnam cladem acciperent, totius belli fortunam trecentis militibus commiſerunt, qui utrinque pro ſuo dimicarent exercitu, & dum hi pugnarent, reliqui omnes in caſtra diſcederent. In hac pugna tanta animorum pertinacia certatum eſt, ut cæteri omnes occubuerint, unus tantum Othryades pugnæ ſuperſtes extiterit; qui, ne ſolus in caſtra rediret, ſeipſum inter hoſtilia cadavera gladio transfixit, & ſanguine proprio ſcuto ſuo literas inſcripſit, *Vici*. Deinde cum è caſtris utrinque omnes exiſſent ad colligenda cadavera, ut ſepulturæ mandarentur, nec aliqua ratione ſecerni poſſet, utri victi victoreſve fuiſſent, Orthyadæ corpus inter cadavera Athenienſium repertum eſt, cum ſcuto in quo victoriæ titulus erat inſcriptus: ex quo cognitum eſt, ipſum victorem ſuperſtitem fuiſſe, & ita conſenſu Athenienſium Lacedæmonii Thyreatium agrum ſpatio quidem anguſtum, ſed laudibus amplum principes poſſederunt. *Oliv. Othryadæ.*] Herodotus, Plutarchus in Parallelis, Strabo, Suidas auctores. Pauſanias quidem hujus ϖλὼ ἰνὸς Σπαρλιάδυ meminit. Addo & Senecæ locum, qui extat in Suaſoriis: *Othryades pene à ſepulchro victor digitis vulnera geſſit, ut trophæa Laconum inſcriberet, & dignum Deo in Spartano ſacramento virum, cujus ne literæ quidem fuere ſine ſanguine.* Locus male diſtinctus & correctus. Sic lege, *En dignum Deo, &c.* Non omitto illud Crinagoræ adſcribere: Ὀθρυάδαν Σπάρτης τὸ μέγα κλέος. *Coler.*

* *Morte.*] Alii non, *morte*, ſed *mors*, legunt, quibus libentius accedo propter particulam, *quoque*; ut ſit ordo: *Pugna quoque pariter ac mors Othryadæ ſpecioſa eſt.* Badius.

1. *Spatio.*] Quia parvo ſpatio circumſcriptus erat locus ille. Ordo autem literæ eſt, ſolum Thyreatium latius laude quam ſpatio cernitur, ſpecioſa pugna pariter, ac morte Othryadæ. *Oliv.*

2. *Tantum non, &c.*] Id eſt, ferme, & quaſi poſt mortem ſuam: nam parum aberat à morte, cum ſanguine ſuo victoriæ titulum ſcuto ſuperinſcripſit, ac ſi diceret, in ipſo mortis articulo. Et eſt modus dicendi *tantum non*, pro *ferme*, Valerio propemodum peculiaris. *Oliv.*

3. *Poſt fata ſua in ſinum patriæ, &c.*] Id eſt, poſt mortem voluntariam: noluit enim ſupervivere cæteris cæſis, ut qui ejus ſcripta legerunt, interpretati ſunt. Potuit tamen fieri, ut accepto letali vulnere, ſed ſpiritu nondum ſopito, ea ſcripſerit, & eo ſolum vicerit, quod cæteri ſimilia ſcribere aut non potuerint, utpote jam defuncti, aut non curaverint, minus pro patriæ gloria attenti. *Badius.*

4. *Excellentiſſimos, &c.*] Epaminondas bellicæ artis gloria præſtans primus docuit Lacedæmones, qui Græciæ regnum occupaverant, vinci poſſe, & eorum opus frangi. Nam apud Leuctra primo fudit atque fugavit illorum exercitum cum Cleombroto duce, qui tanta cum ſpe fuerat à Lacedæmoniis adverſus Thebanos miſſus, ut nihil prorſus de victoria dubitarent: qui cum ad Leuctra veniſſet, ac diligenter hoſtium vires, & conſilia cognoviſſet, tandem intellexit illos omnibus rebus eſſe ſuperiores, ſed quoniam tanta cum opi-

rabilis lapſus ſequitur. Epaminondas maxima Thebarum felicitas, idemque Lacedæmonis prima clades, cum vetuſtam ejus urbis gloriam, [1] invictamque ad id tempus publicam virtutem apud [2] Leuctra, & Mantineam, ſecundis prœliis contudiſſet; trajectus haſta, ſanguine & ſpiritu deficiens, recreare ſe conantes, primum an [3] clypeus ſuus ſalvus eſſet, deinde an penitus fuſi hoſtes forent, interrogavit: Quæ poſtquam ex animi ſententia comperit, Non finis, in-

opinione civium venetat Cleombrotus, ut redire non poſſet, niſi cum magna civium offenſione, rem pugnæ commiſit, & à Thebanis, Epaminonda duce ſuperatus, magnam patriæ ſuæ cladem intulit, adeo ut niſi eſſet accitus ex Ægypto Ageſilaus, actum fuiſſet de rep. Lacedæmoniorum. Erat enim ad eam neceſſitatem perventum, ut mulieres arma ſumere coactæ fuerint, ad urbis mœnia defendenda. Rurſus apud Mantineam, cum utrinque exercitus conſtitiſſent, veritus Thebanos in acie ſegnius pugnaturos, his verbis & oratione horratus eſt, ut diceret, captivitatem uxorum, liberorum, patriæ ſibi ante oculos proponerent, ipſius quoque urbis mœnia ſolo paulo poſt adæquanda, niſi fortiter agerent. Quibus animati Thebani cives, Lacedæmonios acri pugna ſuperarunt. Frontinus lib. I. cap. II. *Epaminondas*, inquit, *dux Thebanorum adverſus Lacedæmonios dimicaturus, ut non ſolum milites viribus ſuis, verum etiam affectibus juvarentur, pronuntiavit in concione, deſtinatum Lacedæmoniis, ſi victoria potirentur, omnes virilis ſexus interficere, uxoribus autem & liberis in ſervitutem adductis, Thebas diruere. Qua concione concitati primo impetu Thebani, Lacedæmonios expugnaverunt.* De hoc viro & Cicero in Epiſtolis ad L. Luceium. Dicit enim: *Quem noſtrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas, non cum quadam miſeratione delectat, qui tum denique ſibi ſpiculum avelli jubet, poſtquam ei percontanti dictum eſt clypeum ſalvum eſſe, ut etiam in vulneris dolore æquo animo cum laude moreretur.* Oliv.

1. *Invictamque ad id tempus, &c.*] Quia etſi multi ex Lacedæmoniis oppreſſi ſunt publice, tamen omnium bellorum ad id tempus ſuperiores extiterant. *Oliv.*

2. *Leuctra & Mantineam.*] Leuctra oppidum eſt Bœotiæ, haud procul ab Helicone, teſte Strabone lib. IX. in deſcriptione Bœotiæ. Dicit enim: *Lebadia ſita eſt inter Heliconem & Cheronam medio, juxta Coroneam. Leuctra in eo tractu ſunt, ubi Epaminondas Lacedæmonios ingenti ſuperans prælio, eorum calamitatis & cladis initium reperit. Ex eo enim tempore Græciæ principatu ultra recuperare nequierunt, quem prius adepti tenebant, præſertim poſteaquam ſecundo apud Mantineam congreſſi, rem infeliciter geſſerunt. Unum tamen illis, quanquam hunc in modum afflictis permanſit, ut nullorum aliorum ditioni ſubacti ſint, uſque ad Romanorum imperium, à quibus eis habitus perdurat honos, propter regendæ civitatis probitatem. Monſtratur ſane locus ipſe in via quæ ex Plateis ducit ad Theſpias.* Mantinea vero fuit in Arcadia, eodem teſte, ſed, ut vult, nunc non extat. Nam Epaminondas, inquit, Mantineam, ſuperatis ſecunda pugna Lacedæmoniis, illuſtrem reddidit, in qua & ipſe obiit, hæc autem evanuit. *Oliverius.*

3. *Clypeus ſuus ſalvus eſſet.*] Quia turpiſſimum erat clypeum abjicere.

inquit,commilitones,vitæ meæ,ſed [1] melius & auctius initium advenit. Nunc enim veſter Epaminondas naſcitur, quia ſic moritur. Thebas ductu & auſpiciis meis caput Græciæ factas video: fortis & animoſa civitas Spartana jacet, armis noſtris abjecta: amara dominatione Græcia liberata eſt. Orbus quoque, non tamen ſine liberis morior, quoniam mirificas filias Leuctra, & Mantineam relinquo. E corpore deinde ſuo haſtam educi juſſit, eoque vulnere expiravit. Quod ſi eum Dii immortales victoriis ſuis perfrui paſſi eſſent, ſoſpes glorioſior patriæ mœnia non intraſſet.

6. [2] Ac nec Theramenis quidem Athenienſis in publica cuſtodia mori coacti, parva mentis conſtantia, in qua triginta tyrannorum juſſu porrectam veneni potionem non dubitanter hauſit: Quodque ex ea ſuperfuerat, jocabundus illiſum humo [3] clarum edere ſonum coëgit. [4] Renidenſque

1. *Melius & auctius.*] Quia fama virtutis meæ apud poſteros æterna manebit. *Sed melius & auctius initium.*] Vulgo, *Altius.* In Cauch. cod. *auctius initium.* Sane eleganter. Addit enim: *Nunc veſter Epaminondas naſcitur, quia ſic moritur.* Conſtat autem naſcentia augeri. *Pighius.*

2. *Ac nec Theramenis, &c.*] Subactis Athenienſibus, ut diximus in capite de Somniis, Lyſander Lacedæmoniorum dux triginta prætores impoſuit, qui paulo poſt facti ſunt triginta tyranni. Nam illorum opera ſublato de medio Alcibiade, cujus metu reprimebantur, ſævire cœperunt in plebem Athenienſem, & in populum univerſum crudelem tyrannidem exercere. Nam tanti ultoris, videlicet Alcibiadis, metu liberati, miſeras urbis reliquias cædibus, & rapinis crudeliter exhauſerunt: quod cum Theramini vehementer diſpliceret, eorumque libidinibus ſæpiſſime obſtaret, injecto falſo crimine in carcerem conjecerunt, eique venenatum poculum paulo poſt hauriendum miſerunt, quod cum forti animo, & indubitanter hauſiſſet, quod intra poculum venenatum miſſum in fundo remanſerat, tunc terræ incuſſit, dicens, Hoc Critiæ propino. Erat autem unus ex triginta. Hi vero fuerunt à Thraſibulo ejecti, & Critias interemptus. *Oliv.*

3. *Clarum edere ſonum.*] Græci κοτταβίζειν dicunt, quorum & hic mos proprius, de quo doctiſſimus Lipſius in Antiquis. *Coler.*

4. *Renidenſque ſervo publico, qui eam tradiderat.*] Vera lectio remanſit in Atrebatenſi, Gemblacenſi, Suſiano, & Pulmanniano, *Renidenſque ſervo publico, qui eam tradiderat.* ſubintellige, *dixit.* In Wincheliano, *Ridenſque* legitur. Atque hæc conveniunt Ciceronis omnino verbis, qui de eadem re ita: *Quo ſonitu reddito, arridens, Propino hæc, inquit, pulchro Critiæ, qui in eum fuerat teterrimus.* Renidere autem eſt leve ac ſalſum ridere. *Pigh.* *Servo publico.*] Lictori, vel Magiſtratus miniſtro.

1. *Critiæ,*

que ſervo publico, qui eam tradiderat, [1] Critiæ, inquit, propino: Vide igitur ut hoc poculum ad eum continuo perferas. Erat autem is ex XXX. tyrannis crudeliſſimus. Profecto eſt ſupplicio ſe liberare, tam facile ſupplicium perpeti. Itaque Theramenes perinde ac in domeſtico lectulo moriens, vita exceſſit: inimicorum [2] exiſtimatione punitus, ſuo judicio finitus.

7. Sed Theramenes à literis & doctrina virilitatem traxit. [3] Numantino vero Theogeni ad conſimilem virtutem capeſſendam, quaſi magiſtra gentis ſuæ ferocitas extitit. Perditis namque & afflictis rebus Numantinorum, [4] cum omnes cives nobilitate, pecunia, honoribuſque præſtaret; vicum ſuum, qui in ea urbe ſpecioſiſſimus erat, contractis undique nutrimentis ignis, incendit, protinuſque ſtrictum gladium in medio poſuit, ac binos inter ſe dimicare

1. *Critia, inquit, propino.*] Quaſi divinans quod futurum erat, ut exigerentur omnes, Critias occideretur. Ciceto lib. I. Tuſcul. *Quam me delectat*, inquit, *Theramenes, quam elato animo eſt? etſi enim flemus cum legimus, tamen non miſerabiliter vir clarus emoritur; cum etiam conjectus in carcerem triginta tyrannorum juſſu, venenumque, ut ſciens ebibiſſet, reliquum ſic è poculo ejecit, ut id reſonaret; quo ſonitu reddito, arridens, propino, inquit, hoc pulchro Critia, qui in eum fuerat deterrimus. Græci enim in conviviis ſolent nominare, cui poculum tradituri ſint. Juſſit vir egregius in extremo ſpiritu, cum jam præcordiis ſuſceptam mortem contemneret, vereque ei qui venenum præbuerat, mortem eam eſt auguratus, quæ brevi conſecuta eſt.* Oliv.

2. *Exiſtimatione.*] Judicio inimicorum.

3. *Numantino vero.*] Perpetuo contextu tanquam principium ſequentis narrationis ex fine præcedentis dependeat, connectit autor narrationem ſuam. Quaſi dicat: Theramenes quidem ex literis fotitudinem didicerat, ſed Theogeni Numantino, id eſt, uni ex principibus Numantiæ urbis Hiſpaniæ, quam Scipio ad excidium compulit, ferocitas gentis ſuæ, id eſt, qua fere omnes Numantini præditi eſſe ſolent, extitit quaſi magiſtra ad capeſſendam, id eſt, obeundam ſimilem virtutem. *Badius. Numantino, &c.*] Cum Numantiam obſideret Scipio poſterior, complures oppidanos ex urbe progreſſos ad colligenda frumenta palantes per agros occidere vetuit, quod diceret eo facilius quicquid frumenti eſſet in Urbe, conſumpturos eſſe, quo plures eſſent. Nam quod portabatur in urbem per eos qui exierant, ad paucorum dierum uſum erat. Igitur conſumptis omnibus, quæ ad victum præſtarent, deſperatiſque ſociorum, & aliorum auxiliis, cum jam famis extremitatem diutius tolerare non poſſent, ne in ſervitutem venitent, conſilio Theogenis ſe invicem tradentes neci, omnes occubuere. Sed de hac fame & neceſſitate videbimus lib. VII. cap. de Neceſſitate. *Oliv.*

4. *Cum omnes cives.*] Vulgatum *Ejus*, inepte inſutum ex Annotationibus, libri Mſſ. non habent. *Pigh.*

care juſſit: ut victus, inciſa cervice ardentibus tectis ſuperjaceretur: Qui cum tam forti lege mortis omnes abſumpſiſſet, ad ultimum ſeipſe flammis immerſit.

8. [1] Verum ut æque pop. Rom. inimicæ urbis excidium referam: Carthagine capta, uxor Aſdrubalis exprobrata ei [2] impietate, quod à Scipione ſoli ſibi impetrare vitam contentus fuiſſet: dextra lævaque communes filios mortem non recuſantes trahens, incendio ſe flagrantis patriæ injecit.

9. Muliebris fortitudinis exemplo æque fortem duarum puellarum caſum adjiciam. [3] Cum peſtifera ſeditione Syracuſarum, tota regis Gelonis ſtirps, evidentiſſimis exhauſta cladibus ad unicam filiam [4] Hermoniam Virginem eſſet

1. *Verum ut æque, &c.*] Idem Scipio poſterior Catthagioem, quam ſuperior tributariam fecerat, expugnavit, io cujus everſione cum Aſdrubal in Scipionis deditionem veniſſet, ejus uxor iodignata, quod ſe liberiſque contemptis, ſibi ſoli conſuluiſſet, ne in captivitatem veniret, ſecum duos filios mortem non recuſantes, in arcis faſtigia trahens, ſe cum illis in urbis incendium præcipitem dedit. Fuit autem hujus Aſdrubalis uxor, qui filiam ſuam, nomioe Sophonisbam, Syphaci Numidarum Regi dederat uxorem, ne io Romanorum ſocietatem veniret, ſecundo Puolco Bello: quæ quidem & ipſa nihil à matre degenerans, miſſo à Maſaniſa, qui per nuptiarum occaſionem volebat illam à captivitate vindicare, cum ooo poſſet, venenum fortiter hauſit. *Oliv.*

2. *Impietate.*] Quod ſui, & liberorum oblitus eſſet.

3. *Cum peſtifera.*] Hiero Syracuſarum Rex pop. Rom. amiciſſimus fuit, Secundo Punico Bello. Hic autem filium habuit Gelonem, à quo Hiero oatus eſt, qui cauſa fuit extinguendæ regiæ ſtirpis. Nam mortuo Hierone atque patre, cum eſſet admodum puer, & regno immaturus, tutoribus tunc commendatus eſt, & amicis, qui ejus ingenium ad præcipitandum in omoia vitia acceperunt. Quæ ita cernens futura Hiero, ultima ſenecta dicitur voluiſſe liberas Syracuſas relinquere, oe ſub dominatu puerili per ludibrium, bonis artibus partum, firmatumque interiret regnum; ſed ejus conſilio reſtitere filiæ, quæ precibus & blanditiis pellexerunt ſenem, ut regnum relinqueret nepoti. Itaque tutores xv. puero tunc reliquit, quos precatus eſt moriens, ut fidem erga pop. Rom. quinquaginta annos à ſe cultam inviolatamque ſervareot. Quod longe ſecus factum eſt. Nam eo mortuo, mala puero ſuadentes, impulerunt, ut à Romana ſocietate deficeret, regioque habitu, & cultu auguſtiori cum purpura & diademate, ſatellitibus undique ſtipatus, ad terrorem omoium iocederet, quod nunquam antea pater nec avus fecerat. Ex quo in Puerum tyrannidem exercentem facta eſt conjuratio; ubi non ſolum rex occiditur, ſed univerſa ſtirps regis Hieronis funditus tollitur. In ea igitur perſecutiooe factum eſt, quod Valerius memorat. *Oliverius.*

4. *Harmoniam.*] Eſt hoc Punicum origine nomen. Et ſignificat *concinnam.* Unde & Harmonia Martis & Veneris filia credita, & Cadmi, qui Agenoris filius fuit, uxor. עורם Hebræis adhuc denotat, concinne compoſuit.

1. *Vel*

eſſet redacta, & in eam certatim ab inimicis impetus fieret: nutrix ejus, æqualem illi puellam, regio cultu ornatam, hoſtilibus gladiis objecit. Quæ ne cum ferro quidem trucidaretur, cujus eſſet conditionis, ederet: proclamavit admirata illius animum Harmonia, & tantæ fidei ſupereſſe non ſuſtinuit: Revocatoſque interfectores, profeſſa quænam eſſet, in cædem ſuam convertit. Ita alteri tectum mendacium, alteri veritas aperta finis vitæ fuit.

CAP. III.

DE PATIENTIA.

CVIVS EXEMPLA ROMAN. SVNT DVO.

1. *C. Mucius Cordus primus Scævola dictus.*
2. *Pompejus legatus ad Gentium Regem.*

EXTERNA.

1. *Puer Macedo.*
2. *Zeno Eleates.*
3. *Alter Zeno.*
4. *Anaxarchus Abderita.*
5. *Theodorus Syracuſanus.*
6. *Indi.*
7. *Servus Afer in pœnis & morte ridens.*

EGregiis virorum pariter ac fœminarum operibus fortitudo ſe oculis hominum ſubjecit: Patientiamque in medium procedere hortata eſt, non ſane infirmioribus radicibus ſtabilitam, aut minus generoſo ſpiritu abundantem; ſed ita ſimilitudine junctam, ut cum ea, [1] vel ex ea nata videri poſſit.

1. Quid enim iis, quæ ſupra retuli, facto Mucii convenientius? cum [2] à Porſena rege Etruſcorum urbem noſtram gravi ac diutino bello urgeri ægre ferret, caſtra ejus clam ferro cinctus intravit: [3] immolantemque ante altaria conatus

1. V*El ex ea.*] Nam fortitudinis partes ſunt, Patientia & Perſeverantia.

2. *A Porſena.*] Hetruſcorum rege, ad cujus opes ea tempeſtate florentiſſimas Tarquinius cum ſcelerata ſtirpe pulſus ex urbe confugerat.

3. *Immolantemque ante altaria.*] In hoc Valer. à Livio diſſentit; non enim ſacrificantem, ſed milites recenſentem una cum ſcriba in caſtris, & ſtipendium dantem dicit Livius; & Mucium, qui ad regis cædem venerat, errore ductum,

tus eſt occidere. Ceterum inter molitionem pii pariter ac fortis propoſiti oppreſſus, nec [1] cauſam adventus texit, & tormenta quantopere contemneret, mira patientia oſtendit. Peroſus enim (credo) dexteram ſuam, quod ejus miniſterio in cæde regis uti nequiſſet, injectam [2] foculo exuri paſſus eſt. Nullum profecto Dii immortales admotum aris cultum attentioribus oculis viderunt. Ipſum quoque Porſenam oblitum periculi, ultionem ſuam vertere in admirationem coëgit. Nam, Revertere, inquit, ad tuos Muci, & eis refer, te, cum vitam meam petieris, à me vita donatum. Cujus clementiam non adulatus Mucius, triſtior Porſenæ ſalute, quam ſua lætior; urbi ſe cum æternæ gloriæ cognomine, [3] Scævolam reddidit.

2. [4] Pompeji etiam probabilis virtus, qui dum legationis officio

ctum, pro rege ſcribam obtruncaſſe, quod ille corporis cultu nihil ferme à rege diſtaret. Comprehenſum deinde cum regii ſatellites retraxiſſent ante tribunal regis deſtitutum, & tum quoque inter tantas fortunæ minas metuendum magis, quam metuentem dixiſſe, *Romanus ſum civis.* C. Mutium vocant, hoſtis hoſtem occidere volui, nec ad mortem minus animi eſt, quam fuit ad cædem, *Et facere, & pati fortia, Romanum eſt.* Non unus ego in te hos animos geſſi, longus eſt poſt me ordo idem petentium decus. Proinde in hoc diſcrimen ſi juvat accingere, ut in ſingulas horas capite dimices tuo, ferrum, hoſtemque in veſtibulo habeas regiæ, hoc tibi juventus Romana bellum indicimus, nullam aciem, nullum prœlium timueris, uni tibi cum ſingulis res erit. Tum regem ſimul ira incenſum, periculoque conterritum ad terrendum adoleſcentem, ut in etu pœnarum expromeret, quid illud eſſet, quod per ambages minaretur, tormenta afferri, & ignem parari juſſiſſe, quo tanquam victima immolaretur; illum vero, ut regi oſtenderet, quam facile tormenta contemneret, dextram, foculo jam incenſo, ſpectantibus omnibus injeciſſe, & exuri paſſum eſſe. Inde Scævolam fuiſſe nominatum. Dionyſius, qui multo prolixius hanc Hiſtoriam narrat, nullam prorſus de hac Patientia mentionem facit. *Oliv.*

1. *Cauſam adventus.*] Quia ingenuè confeſſus eſt ſe ad occidendum regem veniſſe.

2. *Foculo.*] In quo ignis Sacerdotis conſervabatur.

3. *Scævolam.*] Id eſt, *ſiniſtra utentem manu*, quam Græci σκαιὰν dicunt. Unde *Scævæ* & *Scævolæ*, qui ſiniſtra tantum manu utuntur. *Badius.*

4. *Pompeii etiam probabilis virtus.*] Quiſnam hic Pompejus fuerit legatus, à Gentio rege interceptus, obſcurum ſane nobis eſt. In Livio quidem nulla ejus mentio, niſi in ejus belli Hiſtoria lib. XLIV. interrupta, mutilataque perierit, ubi M. Perpernam, & L. Petillium Rom. legatos à Gentio rege miſſos in cuſtodiam ſcribit. &, poſtea rege capto à L. Anicio prætore liberatos, & forte hoc loco *Perpernæ*, pro, *Pompeii*, legendum. Pompeia quidem gens eo tem-

officio fungeretur, à [1] Gentio rege interceptus, cum ſenatus conſilia prodere juberetur, ardenti lucernæ admotum digitum cremandum præbuit: eaque patientia regi ſimul & deſperationem tormentis quicquam ex ſe cognoſcendi excuſſit, & expetendæ populi Rom. amicitiæ magnam cupiditatem ingeneravit. Ac ne plura hujuſce generis exempla domi ſcrutando, ſæpius ad civilium bellorum deteſtandam memoriam progredi cogar, duobus Romanis exemplis contentus, quæ ut clariſſimarum familiarum commendationem, ita nullum publicum mœrorem continent, externa ſubnectam.

EXTERNA.

1. Vetuſto Macedoniæ more regi Alexandro nobiliſſimi pueri præſto erant ſacrificanti. [2] E quibus unus thuribulo arrepto, ante ipſum aſtitit, in cujus brachio carbo ardens delapſus eſt: quo etſi ita urebatur, ut aduſti corporis ejus odor ad circumſtantium nares perveniret; tamen & dolorem ſilentio preſſit, & brachium immobile tenuit, ne ſacrificium Alexandri, aut concuſſo thuribulo impediret, aut

tempore admodum obſcura adhuc fuit, quemadmodum ex Cicerone colligere eſt: Nobile tamen illud factum Pompeii merito viam ad omnes honores aperire poſſet. *Pigh. Probabilis, &c.*] Pompeius in Aſiam legatus, quum per Illyricum navigaret, interceptus eſt ab Illyricis, & quum à Gentio Illyricorum rege, & hoſte populi Romani conſilia publica prodere juberetur, digitum lucernâ ardenti admodum exuri paſſus eſt, ut oſtenderet, ne ſupplicio quidem mortis induci unquam poſſe, ut conſilia publica indicaret. Quo facto, & regi deſperationem induxit, tormentis ex ſe quicquam cognoſcendi, & cupiditatem amicitiæ cum pop. Roman. jungendæ. Hunc regem Lucinius Conſul bello poſtea ſuperavit, quum violata fide rebellaſſet, qui cum uxore & liberis Romam miſſus eſt. *Oliverius. Pompeii.*] De hoc & ſequenti Macedonico exemplo nihil equidem dicere habeo. Illud tantum dico, Gentium illum Illyricorum regem longe longeque ante Cn. Pompejum vixiſſe. Cogitandum igitur de alio Pompeio. *Colerus.*

1. *Gentio.*] Seu Genitio rege Illyricorum.

2. *E quibus unus thuribulo arrepto ante ipſum aſtitit.*] Vett. libb. omnes, *Arrepto*, legunt, non, *accepto*. Non inepte. Videtur enim puer thuribulum feſtinanter improvideque arripuiſſe, atque ideo carbonem excidiſſe in ejus brachium. *Pigh. Thuribulum.*] Eſt vas, quo thus adoletur.

aut edito gemitu regias aures aſpergeret. Rex quoque patientia pueri magis delectatus, hoc certius perſeverantiæ experimentum ſumere voluit: conſulto enim ſacrificavit diutius, nec hac re eum à propoſito repulit. Si huic miraculo Darius inſeruiſſet oculos, ſciſſet ejus ſtirpis milites vinci non poſſe, cujus infirmam ætatem tanto robore præditam animadvertiſſet.

Eſt & illa vehemens & conſtans animi militia, literis pollens venerabilium doctrinæ [1] ſacrorum antiſtes philoſophia, quæ ubi pectore recepta eſt hominum, inhoneſto atque inutili affectu depulſo, totos in ſolido virtutis munimento confirmat, [2] potentiores metu ac dolore faciens.

2. Incipiam autem à [3] Zenone Eleate: qui cum eſſet in diſpicienda rerum natura maximæ prudentiæ, inque excitandis ad vigorem juvenum animis promptiſſimus, præceptorum fidem exemplo virtutis ſuæ publicavit. Patriam enim egreſſus, in qua frui ſecura libertate poterat, [4] Agrigentum miſerabili ſervitute obrutum petiit, tanta fiducia in-

1. *Sacrorum antiſtes.*] Veluti quædam ſacerdos, quæ præcepta tradit, quibus homines ad bene beateque vivendum inſtituuntur. *Oliv.*

2. *Potentiores metu.*] Facit, ut homo metum vincat, atque dolorem; quia nec metu, nec dolore præſentis mali ab officio diſcedit. *Idem.*

3. *Zenone Eleate.*] Zenon Eleates dicebat mundum eſſe, vacuum non eſſe, univerſi naturam conflatam eſſe è calido, frigido, humido, & ſicco, mutuas operas inter ſe mutando tradentibus: homines è terra ortum ducere: Animam eſſe miſcellam è prædictis concinnatam, nullo omnium prævalente aut exſuperante. Ajunt convitio verberatum, ira exarſiſſe: quod cum alius illi vitio vertiſſet, reſpondiſſe, ſi contumelia vexatus id diſſimulavero, ne tum quidem quum laudabor, voluptatem capiam. *Heſych.* in Vit. Phil. *Zenone Eleate.*] De hoc Varro Eumenidibus: *Ubi dicatur primus Zenon novam hæreſin novo paxillo ſuſpendiſſe.* De hujus Διαμαστιγώσεως Tertullianus Apologetico capite ultimo, & de Spectaculis. *Coler.* *Eleate.*] Eſt Elea Peloponneſi regiuncula, quæ Cauconia aliquibus dicta eſt, ut inquit Strabo. Eſt & Livio XXXIII. Elea in Laconica, imminens Leucis & Acriis. Eſt & Arcadiæ apud Pauſaniam.

4. *Agrigentum.*] Plinio Siciliæ urbs. Ἀκράγας Ptolemæo, Laërtio, Xenophonti, & Thucydidi, qui cum Æliano dicit à flumine Agragante ſic appellatam. Naro hodie a Nigro nominatur. Cuidam Anonymo duo ſunt, cui Agragas Monte ſecco, & Agrigentum Gergenti eſt. Hoc erit forte Agrigentinorum emporium, ad mare; illud Agragas in mediterraneis: utrumque Ptolemæi. Agrigenti hujus ſitum lege apud Polybium. *Ortel.*

1. Ty-

ingenii ac morum ſuorum fretus, ut ſperaverit & [1] tyranno & Phalaridi veſanæ mentis feritatem à ſe diripi poſſe. Poſtquam deinde apud illum plus conſuetudinem dominationis, quam conſilii ſalubritatem valere animadvertit; nobiliſſimos ejus civitatis adoleſcentes cupiditate liberandæ patriæ inflammavit. Cujus rei cum indicium ad tyrannum manaſſet, convocato in forum populo, torquere eum vario cruciatus genere cœpit: ſubinde quærens, quoſnam conſilii participes haberet: At ille nec eorum quempiam nominavit, ſed [2] proximum quemque, ac fidiſſimum tyranno ſuſpectum reddidit: Increpitanſque Agrigentinis ignaviam ac timiditatem, effecit ut ſubito mentis impulſu concitati, Phalarim lapidibus proſternerent. Senis ergo unius [3] equleo impoſiti, non ſupplex vox, nec miſerabilis ejulatus; ſed fortis cohortatio totius urbis animum, fortunamque mutavit.

3. [1] Ejuſ-

1. *Tyranno & Phalaridi.*] In nomine ipſo emphaſim facit, quia Phalaris olim crudeliſſimus fuiſſe traditur. Delectabatur ſemper crudelioribus tormentis. Unde ingenioſus ille Athenienſis faber, nomine Perillus, putans ſe regi maxime gratificaturum, quod crudeliſſimus eſſet, novum & infandum tormenti genus excogitavit, & illi pariter oſtendit, ut tauro æneo includerentur; & ſubjecto igne fiſtulis quibuſdam ſpiritum emittentes, mugientis bovis vocem imitarentur: quod tamen ipſe inventor primus expertus eſt, teſte Ovidio. *Oliv.*

2. *Proximum quemque.*] Hoc ideo fecit, ut regi deſperationem excuteret.

3. *Equleo.*] Equuleus, quem Sozomenus lib. v. Hiſtor. Eccleſiaſt. *lignum tortorium* vocat, Prudentius *ſtipitem noxialem*, tormenti genus, nempe lignea cataſta & cochleata ad intendendum ac remittendum apta, idque ad exprimendum è noxiis veritatem, nomen habere quibuſdam videtur ab equi forma, etiamſi alii ardentem laminam malunt interpretari. Sed res ita ſe habet, quantum ex bonis auctoribus colligere licet. Brachia pedeſque ejus, qui in equuleo torquendus erat, nervis quibuſdam, quos fidiculas nominabant, alligabantur: Tum cataſta intenta in altum erigebatur, ut ex ea, quaſi ex cruce quadam miſer ille penderet. Atque hic primum divellebatur oſſium compages: inde candentibus ejuſdem corpori laminis admotis, atque biſulcis ungulis ferreis lateribus laniatis, doloris acerbitatem augebant. Utebantur ergo in hoc tormento & fidiculis & laminis. Fidiculas etiam ungulas dictas teſtatur Iſidorus Etymol. v. cap. 27. Meminit harum Cyprianus Epiſt. lib. II. una equulei mentionem faciens his verbis: *Haſta illic & gladius, carnifex præſto eſt, ungula effodiens, equuleus extendens, ignis exurens.* Meminit ejus Cic. in Ver. pro Deiotaro, Philip. VIII. Quintilianus declam. ultim. Suetonius in Tiberio. Valerius hoc capite, Seneca XXII. Epiſtol. lib. III. de Ira. Rurſus Cicero pro Milone, Tuſculan. v. de finibus IV. & alii auctores diverſis locis. *Fungerus.*

 1. *Ejuſ-*

3. [1] Ejuſdem nominis philoſophus, cum à [2] Nearcho tyranno, de cujus nece conſilium inierat, torqueretur, ſupplicii pariter atque indicandorum conſciorum gratia; doloris victor, ſed ultionis cupidus, eſſe dixit quod eum ſecreto audire admodum expediret: laxatoque eculeo, poſtquam inſidiis opportunum tempus animadvertit, aurem ejus morſu corripuit, nec ante dimiſit quam & ipſe vita, & ille corporis parte privaretur.

4. [3] Talis patientiæ æmulus Anaxarchus, cum à tyranno Cypriorum Nicocreonte torqueretur, nec ulla vi inhiberi poſſet,

1. *Ejuſdem nominis, &c.*] Diogenes Laërtius de Vita Philoſophorum diſſentit à Valerio: non enim duos fuiſſe Zenones qui cruciati fuerint, ſed unum ſeniorem, nec duos tyrannos, ſed unum Nearchum, cujus tormenta ſuperavit. Ego autem hunc errorem inde manaſſe crediderim, quod & Heraclides dicit, quod alii mordicus abſcidiſſe aurem, ut Valerius, alii naſum, ut Demetrius, alii neutrum factum eſſe dicunt, inter quos Antiſthenes; ſed linguam abſciſſam & dentibus contritam, in ejus faciem exſpuiſſe. Alii unum hæc omnia feciſſe, & aurem ſive naſum mordicus abſcidiſſe; & cum omnino conſcios conjurationis proferre cogeretur, linguam dentibus conſciſſam in os tyranni conſpuiſſe: quo facto, cives tyrannum lapidaverunt. Et inde ortum, ut hæc duo fuiſſe viderentur, atque alterum pro altero poſitum. Nam conſtat Zenonem Stoïcum ad nonageſimum ætatis annum perveniſſe, ſemper integrum & incolumem & ſine morbo; &, ut refert Apollonius, cum abiret ex ſchola, lapide pedem offendiſſe, digitum perfregiſſe, ac manu terram ferientem dixiſſe: Ex Niobe venio, quid me vocas? & continuo ſe ſtrangulantem interiiſſe. Alii vero dicunt, quod cum gingivarum dolore laboraret, conſilio Medicorum ſe à cibo duos dies continenter abſtinuit. Quo facto ita convaluit, ut Medici eum quovis genere cibi uti permitterent; at hic, quod ſe ſatis in vita fuiſſe diceret, in jejuniis perſiſtens, inedia conſumptus eſt. *Oliv.*

2. *Nearcho.*] Tyranno Lacedæmonio.

3. *Talis patientiæ, &c.*] Anaxarchus Diomenis Smyrnei, ut quidam dicunt, ut alii vero, Methrodori Chii auditor, Olympiade centeſima & decima viguit. Hic etiam cum Alexandro congreſſus eſt, & de Rerum Natura apud eum acutiſſime diſputans, in ejus familiaritatem ſe facile inſinuavit. Habuit Nicocreontem Cypri tyrannum acerrimum inimicum; cujus odii principium inde ortum eſt, quod cum Anaxarchum Alexander in convivio aliquando interrogaſſet, quidnam de ea cœna ſentiret? Cuncta magnifice, inquit, ô rex; verum oportere Satrapæ cujuſdam caput apponi, Nicocreontem ſemper intuens. Quo ille indignatus, poſt Alexandri mortem, cum Anaxarchus navi forte veheretur, divinituſque Cypro appuliſſet, ab illo captus crudelibus pœnis affectus eſt. Nam eum tyrannus malleis ferreis cædi juſſit. Hinc illud celebre dictum geminaſſe dicitur, Tunde, tunde Anaxarchi ſacculum, nam Anaxarchum nihil teris. Pro ſacculo corpus intelligebat, pro Anaxarcho animam ejus interiorem. Cicero lib. II. Tuſculan. *De Anaxarcho Demetrio cogitetur, qui cum Cypri in manus Nicocreontis*

poſſet, quo minus amariſſimorum eum maledictorum verberibus invicem ipſe torqueret: ad ultimum amputationem linguæ minitanti, non erit, inquit, effœminate adoleſcens, hæc quoque pars corporis mei tuæ [1] ditionis: protinuſque dentibus abſciſſam, & commanducatam linguam, in os ejus ira patens expuit. Multorum aures illa lingua, & in primis Alexandri regis admiratione ſui attonitas habuerat, dum terræ conditionem, [2] habitum maris, ſiderum motus, totiuſque denique mundi naturam prudentiſſime & facundiſſime expromſit. Pene tamen occidit glorioſius, quam viguit; quia tam forti fine illuſtrem profeſſionis actum comprobavit, Anaxarchuſque vitam non modo non deſeruit, ſed mortem reddidit clariorem.

5. [3] In Theodoro quoque viro graviſſimo Hieronymus tyrannus fruſtra tortorum manus fatigavit. Rupit enim verba, [4] fidiculas laxavit, ſolvit [5] equuleum, [6] laminas extinxit prius,

creontis regis incidiſſet, nullum genus ſupplicii deprecatus eſt, nec recuſavit. Sunt qui dicunt hunc præciſam linguam in os tyranni conſpuiſſe. Oliv. *Anaxarchus.*] Aliud & horribilius exemplum deeodem celebravit Diogenes Laërtius, & Cicero Tuſculanis. Tertullian. Apologetico: *Anaxarchus cum in exitium Ptiſanæ pilo contunderetur, tunde, tunde ajebat Anaxarchi follem.* Colerus.

1. *Ditionis.*] Id eſt, poteſtatis tuæ.

2. *Habitum.*] Vulgo, *Ambitum.* Id eſt, circuitum maris, videlicet Oceani. *Dum terræ conditionem, habitum maris.*] MSS. Codd. omnes, *Habitum maris* dicunt. Sic Virgilius Georg. 1. ——*Cultuſque habituſque locorum.* Pighius.

3. *In Theodoro.*] Conjuratio in tyranni caput facta indicatur per Calonem quendam æqualem Hieronymi, etiam inde à puero in omnia familiaria jura aſſuetum: index unum ex conjuratis Theodorum nominavit, qui comprehenſus extemplo traditusque Andronodoro torquendus, de ſeipſo haud cunctanter faſſus, conſcios celabat. Poſtremo cum omnibus intolerandis humanæ ſapientiæ cruciatibus laceraretur, victum malis ſe ſimulans, avertit à conſciis in inſontes indicium, Thraſonem etiam auctorem conſilii mentitus, nec niſi tam potenti duce confiſos rem tantam auſuros fuiſſe, nominabat autem eos, quorum capita viliſſima fingenti inter dolores gemituſque occurrerunt: maxime animo tyranni credibile indicium Thraſo nominatus fecit. Itaque extemplo traditus ad ſupplicium, adjectique pœnæ cæteri ſontes juxta & inſontes: tum ſociorum nemo dum conſcius conſilii diu torqueretur, aut latuit, aut fugit; tantum illis in virtute ac fide Theodori fuit fiduciæ, tantumque ipſi Theodoro virium ad arcana occultanda. *Oliv.* Contigit A. U. DXXXVIII.

4. *Fidiculas.*] Nervos & chordas tortiles, quibus tormenta fiunt.

5. *Equuleum.*] Vide ſupra.

6. *Laminas.*] Candentes, quibus ad veritatem excutiendam urebantur rei.

1. *Satel-*

prius, quam efficere potuit, ut tyrannicidii conſcios indicaret. Quinetiam [1] ſatellitem, in quo totius dominationis ſumma [2] quaſi quodam cardine verſabatur, falſa criminatione inquinando, fidûm lateri ejus cuſtodem eripuit; beneficioque patientiæ, non ſolum quæ occulta fuerunt, texit, ſed etiam tormenta ſua ultus eſt: quibus Hieronymus dum inimicum cupide lacerat, amicum temere perdidit.

6. [3] Apud Indos verò patientiæ meditatio tam obſtinate uſurpari creditur, ut ſint qui omne vitæ tempus nudi exigant,

1. *Satellitem.*] Scilicet Thraſonem, quem licet Valerius non nominet, Livius tamen ita nominatum fuiſſe dicit. Theodoros xx. fuiſſe lectum, inter quos fuit hic Syracuſanus, quem etiam de re militati ſcripſiſſe legimus. *Oliv.*

2. *Quaſi quodam cardine.*] Id eſt, ut janua in cardine verſatur.

3. *Apud Indos vero, &c.*] Solinus de his ait: *Indi Gymnoſophiſtas habent, qui ab ortu uſque ad Solis occaſum contentis oculis orbem candentiſſimi ſyderis contuentur, in globo ignis rimantes ſecreta quædam, areniſque ferventibus perpetuum diem alternis pedibus inſiſtunt.* Strabo lib. xv. de his multa, quæ quia longa nimis, prætermittenda duxi, verum illud ad hanc rem ſatis erit, quod Oneſicritus ſcribit ſe miſſum ab Alexandro, ut eum Gymnoſophiſtis loqueretur, quod Alexander audiviſſet eos nudos ſedere, & tolerantiam exercentes, in honore maximo haberi; ad hos veniſſe, & xv. homines inveniſſe, xx. ſtadiis ab urbe, alium in alio geſtu vel ſtantem, vel ſedentem, vel jacentem nudum, & uſque ad veſperam immotum, poſtea in urbem diſcedere, ſed omnium difficillimum eſſe Solem perpeti adeo calidum, ut nemo alius nudis pedibus, ſcilicet in meridie, per terram ire facile ferret: locutumque cum uno eorum, nomine Calano, qui poſtea uſque in Perſiam Alexandrum ſecutus eſt. Nec illud prætermittendum cenſeo, quod Ariſtobulus dicit ſe vidiſſe Sophiſtas duos ex Taxilis utroſque Bragmanas, alterum ſeniorem tonſum, alterum juniorem comatum, quos diſcipuli ſequebantur: hos deinde ad Alexandri menſam aſſiſtentes, cœnaſſe, & patientiam docuiſſe; poſtea in locum quendam proximum ſecedentes, ſeniorem ſupinum & Solem & imbres toleraviſſe, (jam enim pluebat vere incipiente:) juniorem vero in altero pede ſtantem, lignum tricubitale ambabus manibus ſublatum, ſuſtentaſſe; pede autem jam defeſſo rurſum alteri innixum, atque ita quotidie perſeveraſſe. Ex his continentiorem viſum fuiſſe juniorem, qui cum aliquamdiu regem ſecutus fuiſſet, domum reverſus eſt, & eo relicto, juſſit, ſi quid vellet, ad ſe veniret. Alterum uſque ad extremum ſecutum, & veſtem, & vitam apud regem immutaſſe, & cum à quibuſdam increparetur, reſpondiſſe, quod xx. exercitationis annos compleſſet, quos promiſerat. Alexandrum filiis ejus dona plurima dediſſe. De his quoque Plinius lib. vi. Natur. Hiſtor. & Lucanus lib. III. mentionem facit. Cicero lib. v. Tuſculan. Quæſt. inquit: *Quæ & Barbaria India vaſtior & agreſtior? in ea tamen gente primum hi, qui Sapientes habentur, nudi ætatem agunt, & Caucaſi nives hyemalemque vim perferunt ſine dolore; cumque ad flammam ſe implicaverint, ſine gemitu aduruntur: Gymnoſophiſtæ adeo ſibi patientiam quaſi propriam vendicant, ut vitam ſuam nudi ſemper ducant.* Hæc ille. Unde etiam

Gymno-

gant, modo [1] Caucaſi montis [2] glaciali rigore corpora ſua durantes, [3] modo flammis ſine ullo gemitu objicientes: Atque haud parva his gloria contemptu doloris acquiritur, [4] titulus namque ſapientiæ datur.

7. [5] Hæc è pectoribus altis & eruditis orta ſunt: illud tamen non minus admirabile, quod ſervilis animus cepit. Servus barbarus Aſdrubalem, quod dominum ſuum occidiſſet, graviter ferens, ſubito aggreſſus interemit. Cumque comprehenſus [6] omni modo cruciaretur, lætitiam tamen, quam ex vindicta ceperat, in ore conſtantiſſime retinuit. Non ergo faſtidioſo aditu virtus excitata, ingenia vivida ad ſe penetrare patitur, neque hauſtum ſui cum aliquo perſonarum diſcrimine largum, [7] malignumve præbet; ſed omnibus æqualiter expoſita, quid cupiditatis potius, quam quid dignitatis attuleris, æſtimat. [8] Inque captu bonorum ſuorum tibi ipſi pondus examinandum relinquit, ut quantum ſubire animo ſuſtinueris, tantum tecum auferas.

CAP. IV.

Gymnoſophiſtæ dicuntur, quod nudi philoſophentur, ut ſupra diximus. *Oliverius.*

1. *Caucaſi.*] Caucaſii montes, qui proptie ſic dicuntur, ſunt Ptolemæo circa Oxi & Indi fluminis fontes.

2. *Glaciali rigore.*] Ita plures libri habent. Vulgo, *Gelido rigore.* Non minus eleganter ptius, ut Juvenalis, *Glacialem Oceanum*, dixit. *Pighius.*

3. *Modo flammis.*] Aut quia, ut diximus, arenis ferventibus perpetuum diem alternis pedibus inſiſtunt, aut quia Gymnoſophiſtæ cum diu ſe ſatis vixiſſe arbitrarentur, inſtructo rogo vivi comburi patiebantur. *Oliv.*

4. *Titulus namque ſapientiæ.*] Nam Γυμνοσοφισταὶ appellabantur. Tertullianus Apolog. *Neque enim Brachmanæ aut Indorum Gymnoſophiſtæ ſumus, ſilvicolæ & exules vitæ.* Coler.

5. *Hæc, &c.*] Contigit A. U. xxxii.

6. *Omni modo.*] Omni genere ſupplicii.

7. *Malignum.*] Id eſt, exiguum.

8. *Inque captu.*] Tibi, inquit, curam reliquit, quantum ex ea capere velis, tantumque tecum ſemper habeas quantum tui animi magnitudo complexa fuerit; nec ejuſmodi eſt virtus, ut his ſe quidem tota præbeat, illis perexiguam partem concedat, ſed æqualiter ſe omnibus exponit: nam ſi magni animi fueris, ut ex ea te multum capere poſſe confidas, multum tibi ex ſe auferre permittit; quod ſi puſillanimis fueris, parum ex ea conſequeris. *Oliv.*

1. *Quod*

CAP. IV.

DE HUMILI LOCO NATIS, QUI CLARI EVASERUNT.

APUD ROMANOS.

1. *Tullus Hoſtilius rex.*
2. *L. Tarq. Priſcus rex.*
3. *Ser. Tullius rex.*
4. *C. Terentius Varro.*
5. *M. Perperna.*
6. *M. Porcius Cato.*

APUD EXTERNOS.

1. *Socrates Athenienſis.*
2. *Euripides & Demoſthenes.*

[1] QUod ſæpe evenit, ut & humili loco nati ad ſummam dignitatem conſurgant, & generoſiſſimarum [2] imaginum fœtus, in aliquod devoluti dedecus acceptam à majoribus lucem in tenebras convertant. Quæ quidem planiora ſuis exemplis reddentur: ut primum de iis ordiar, quorum in meliorem ſtatum facta mutatio, ſplendidam relatu præbet materiam.

1. [3] Incunabula Tulli Hoſtilii agreſte tugurium cepit: ejuſdem adoleſcentia in pecore paſcendo fuit occupata: vali-

1. *QUod ſæpe evenit ut & humili, &c.*] In Winchel. *Quo ſæpe evenit.* Atque huc transferendus quarti capitis titulus; nam more ſuo præfatiuncula quadam tranſgrediens in aliud argumentum, hic exorditur. *Pigh.*

2. *Imaginum fœtus.*] Id eſt, filii generoſiſſimarum imaginum, id eſt, clariſſimorum patrum, quorum imagines ſunt. *Bad.*

3. *Incunabula, &c.*] Conſtat Tullum Hoſtilium, tertium Romanorum regem humili loco natum, in caſa paſtoris fuiſſe educatum. Hunc Livius dicit nepotem fuiſſe illius Hoſtilii, qui fortiter pugnans adverſus Sabinos, in lacum Curtium lapſus eſt, qui deinde lacus Hoſtilius dictus eſt. Dionyſius, qui plurimum diſſentit à Valerio principio l. III. hunc ex genere honeſto & opibus potentem fuiſſe oſtendit. Dicit enim: *Numa Pompilio mortuo factus iterum Senatus Reipubl. dominus in eodem genere regiminis, nec invito populo permanendi cenſuit, conſtituitque iterum ex ſenioribus in præfinitum quendam dierum numerum præfuturos urbi Interreges, à quibus deinde is quem populus omnis prætulit, Tullus Hoſtilius rex dictus eſt. Ejus autem genus hoc fuit. Ex urbe Medullia, quam ab Albanis conditam Romulus fœdere ſuſcipiens, Romanam coloniam fecerat, vir quidam generoſus & opibus pollens, Hoſtilius nomine, Romam commigrans, uxorem duxit ex genere Sabinorum, Herſilii filiam, eam ipſam, quæ fœminis bello Sabino conſuluerat legationem ſuſcipiendam pro viris ad patres; quæque etiam viſi erat conciliandorum ducum cauſa fuiſſe præcipua. Hic igitur vir multis in bellis ſub Romulo militans, claris editis facinoribus, bello Sabino interiit, filium relinquens unicum, ſepelituſque à regibus, in optimo fori loco; virtutem ejus teſtante colu-*

validior ætas imperium Romanum rexit, & duplicavit: ſenectus excellentiſſimis ornamentis decorata, in altiſſimo majeſtatis faſtigio fulſit.

2. [2] Verum Tullus etſi magnus, & admirabilis incrementi; domeſticum tamen exemplum eſt. Tarquinium autem Priſcum ad Romanum imperium occupandum fortuna in urbem noſtram advexit; [3] alienum, quod ortum Corintho: faſtidiendum, quod mercatore Demarato genitum: [4] erubeſcendum, quod etiam exule. * Ceterum tam pro-

columna cum inſcriptione. Ex hoc autem filio, viro facto, & illuſtrem ducente fœminam Tullus Hoſtilius eſt genitus, vir promptus & alacer, qui rex deinde creatus eſt cum ſuffragiis civitatis legitimis: tum vero Numæ ſecundis auguriis firmante, quæ populo viſa erant. Oliverius. Contigit A. U. xxcii. circiter.

1. *Duplicavit.*] Quia omnem populum Albanum Romam traduxit, everſis mœnibus & ſolo proſtratis. Cauſa fuit quod bello Fidenati infidi fuerunt populo Rom. *Oliv.*

2. *Verum, &c.*] Contigit A. U. cxxxviii.

3. *Alienum.*] Vulgo additur: *Exactum*, id eſt, civitate ejectum: nam *exigere* inter alia ſignificata & *expellere* ſignificat. Unde Terentius:

Spectandæ an exigendæ ſint fabulæ.

Hujus autem expulſionis cauſa fuit, quod pater tyrannidem Eupili fugiebat. Dionyſius tamen libro III. non exactum, ſed ſponte diſceſſiſſe dicit, cum multarum ex mercatura pecuniarum dominus factus eſſet; nam occupante, inquit, Corinthum ſeditione, & inſtante Brachiadis Cypſelli tyrannide, cum haud tutum videretur ſub tyrannide vivere, hominem præſertim multa poſſidentem, eumque ex familia factionis optimatum, compoſitis rebus ſuis, quaſcunque erat fieri poſſibile, Corintho ſolvens, profectus eſt, habensque amicos multos ex Hetruſcis, & bonos, propter continua commercia, maximeque Tarquiniis, urbe magna aliquando & felici, domum ſibi ibi conſtruxit, & uxorem genere illuſtrem duxit, &c. *Oliv.*

Alienum, quod exactum, alieniorem, quod ortum Corintho: faſtidiendum, quod mercatore genitum: erubeſcendum, quod etiam exule Demarato natum patre.] De Tarquinio Priſco Rege loquitur, verum prodigioſe ineptis annotationibus intermixtis eſt depravatus hic locus, qui idcirco variatur in MSS. è quibus Suſii & Pulmanni exemplaria uno ore rejiciunt hæc verba, *Quod exactum alieniorem.* Nec immerito. Videntur enim alieniſſima, ac veluti per ſomnium interjecta. Ita Campenſe non agnoſcit hæc, *Demarato natum patre.* Ex omnibus autem recte comparatis unam hanc veram, ni fallor, lectionem elicimus: *Alienum quod ortum Corintho, faſtidiendum, quod mercatore Demarato genitum, erubeſcendum, quod etiam exule.* Mox quæ ſequuntur, non minus conſpurcata ſunt. *Pighius.*

4. *Erubeſcendum.*] Quod filius ejus regnaverit Romæ. Nam hujus pater Demaratus exul patria ſe ad Tarquinios contulit, & ibi duxit uxorem, ex qua Aruntem & Lucumonem genuit. Aruns gravida uxore relicta mortem obiit ante patrem ſuum, qui haud ita multo poſt cum diem ſuum obiturus eſſet, ignorans nurum ferre ventrem, immemor in teſtando nepotis, ſolum Lucumonem reliquit hæredem, & puero in nulla ſorte nato, Egerio cognomen inditum

proſpero conditionis ſuæ eventu, induſtrioſum pro ignominioſo, pro inviſo glorioſum reddidit: [1] Dilatavit enim imperii fineis, [2] cultum Deorum novis ſacerdotiis auxit, [3] numerum ſenatus amplificavit, [4] equeſtrem ordinem uberiorem reliquit: Quæque laudum ejus conſummatio eſt, præclaris virtutibus effecit, ne hæc civitas pœnitentiam age-

ditum eſt. Lucumo cum omnium bonorum hæres relictus in ſummis divitiis eſſet, uxorem nobilem duxit Tanaquilem; quæ cum virum ſuum Tarquinius non ſatis pro dignitate honoratum eſſe videret, migrandi Romam conſilium dedit viro, ubi omnis repentina ex virtute nobilitas fieret, & cum ad Janiculum ventum eſſet, carpento ſedenti cum uxore aquila ſuſpenſis demiſſa alis leniter pileum aufert, ſuperque carpentum cum magno clangore volitans, rurſus veluti miniſterio miſſa capiti repoſuit. Id omen læta dicitur accepiſſe Tanaquil, & continuo virum complexa alta ſperare juſſiſſe. Hic igitur cum beneficiis multorum ſibi civium benevolentiam conciliaſſet, euſque proceſſit, ut in ſummam Anci regis familiaritatem veniret, à quo liberorum etiam tutor inſtitutus eſt. Poſt mortem Anci regnum intercepit. *Oliv.*

* *Cæterum tam proſpero conditionis ſuæ eventu, induſtrioſum pro ignominioſo, glorioſum pro inviſo reddidit.*] Sic in Winchelian. aliquanto plenius, atque etiam rectius, quam vulgo; *Ceterum tam proſperum conditionis ſuæ eventum, induſtrium pro invidioſo, glorioſum pro inviſo reddidit.* Priorem lectionem ambabus manibus accептandam puto, licet dubitem, *induſtrioſus*, an apud claſſicos nunc auctores reperiatur; atqui *induſtrioſiſſime*, M. Cato Originum ſecundo dixit, quod adverbium ab *induſtrioſus* deducitur. Citat Catonem Soſipater: *Pleraque Gallia duas res induſtrioſiſſime perſequitur, rem militarem, & argute loqui.* Unde colligo nomen hoc ipſum quoque apud veteres in uſu fuiſſe, quamvis apud nunc extantes vix reperiatur. Nec adeo quidem rejicienda videtur libri Cauchiani lectio, quæ ſic habet; *Ceterum tam proſperum conditionis ſuæ eventum induſtria ſua pro invidioſo glorioſum reddidit.* Pigh.

1. *Dilatavit.*] Prorogavit; nam Sabinos bello ſuperavit, & eis Collatiam ademit, & quicquid agri circa Collatiam erat, omneque Latinum nomen domuit, & multas Latinorum civitates populi Romani imperio ſubegit; videlicet, Apiolas, Corniculum, Ficulneam, Cameriam, Cruſtomerium. *Oliv.*

2. *Cultum Deorum novis ſacerdotiis.*] Quia augurum collegium ſummo in honore habere voluit, adeo ut nihil privatim vel publice ageret, niſi prius captis auſpiciis; quod inde factum eſt, quia cum vellet curiis à Romulo inſtitutis novas addere curias, Nautius augur id niſi Diis prius per auguria conſultis fieri poſſe negabat. Rex vero ejus artis fidem elevans, conſule, inquit, aves, fieri ne poſſit quod animo concipio: quod cum ille captis auguriis fieri poſſe reſpondiſſet: cape, inquit, hanc cotem, eamque novacula diſcinde. At ille incunctanter accepit ac ſecuit. Tunc rex cœpit & arti fidem, & auguribus honorem maximum adhibere. *Oliv.*

3. *Numerum ſenatus.*] Quia centum patres adjecit ordini ſenatorio; qui minorum gentium appellati.

4. *Equeſtrem ordinem.*] Quia centurias inſtitutas à Romulo auxit, ut in tribus centuriis mille & trecenti equites eſſent.

I. In,

ageret: quod regem à finitimis potius mutuaſſet, quam de ſuis legiſſet.

3. [1] In Ser. autem Tullio fortuna præcipue vires ſuas oſtendit: [2] vernam huic urbi natum, regem dando: cui quidem diutiſſime imperium obtinere, [3] quater luſtrum condere, ter triumphare contigit: Ad ſummam aut unde proceſſerit, aut quo pervenerit; ſtatuæ ipſius titulus abunde teſtatur, [4] ſervili cognomine, & regia appellatione perplexus.

4. Miro quoque gradu [5] Varro ad conſulatum ex [6] macellaria patris taberna conſcendit: Et quidem fortuna parum duxit [7] ſordidiſſimæ mercis capturis alito, XII. faſces lar-

1. *In, &c.*] Contigit A.U.CLXXV.

2. *Vernam huic urbi natum, regem dando.*]Verba trajecta recolligo & repono, *Vernam natum, huic urbi regem dando.* Viliores videlicet nati ſervi, quam facti. Plautus ad correctionem noſtram appoſite, de Mercurio & Soſia:

Satius eſt me queri illo modo ſervitutem, hodie.

Qui fuerim liber: hic qui verna natus eſt, queritur. Lipſ.

Vernam.] Servum ex ancilla natum. Autor de Viris Illuſtribus, *Servius Tullius*, inquit, *Publii Corniculani, & Ocriſiæ captivæ filius, cum in domo Tarquinii Priſci educaretur, flammæ ſpecies caput ejus complexa eſt.* Oliv. *Vernam.*] Id eſt, ſervum ex ancilla, Livius tamen vult duntaxat ex captiva natum *Badius.*

3. *Quater luſtrum condere.*] Id eſt, luſtrationem civium, id eſt, inquiſitionem quot eſſent, & quantum poſſiderent, quod quinto quoque anno fiebat: Unde *luſtrum* pro quinquennio deinde uſurpatum. *Badius.*

4. *Servili cognomine.*]Quia dictus *Servius*, atque à *ſervo* nomen habuit, quamvis Liv. dicat patrem hujus Servium appellatum eſſe, principem in Corniculo civitate, & probat hunc non ſervum fuiſſe de ſerva natum. *Oliv.* *Servili cognomine, & regia appellatione perplexus.*] Demonſtrat hoc idem in antiquiſſimis Capitolinis marmoribus triumphorum ejus titulus:

SER. TVLLIVS. REX.

Quo titulo & ſtatuam inſcriptam fuiſſe autumo. Cum igitur nil præter prænomen, *Servius*, Tullio adjungatur, id ipſum recte cognomen dixit, eo quod nomini jungitur. Nam ſi tertium aliud accederet, *Servius* prænomen diceretur, ad differentiam alterius tertii, quod tunc cognomen. Atqui tria nomina nobiliorum cum fuerint, Auſonio teſte; Servius rex ob ignobilitatem duo duntaxat habuit, atque ex his alterum ſervilis conditionis indicem. *Pighius.*

5. *Varro.*] Quod humili loco hic ſit natus diximus in cap. de Neglecta Religione. Cum igitur favore plebis, patribus nequicquam reſiſtentibus, conſul creatus eſſet cum L. Paullo, graviſſima clades illa tantopere celebrata à ſcriptoribus apud Cannas Apuliæ vicum fuit Romanis illata: cujus autor fuit hic Terentius Varro. *Oliv.*

6. *Macellaria.*] Id eſt, ubi pater obſonia in macello venditabat. *Bad.*

7. *Sordidiſſimæ mercis, &c.*]In nullo veterum codicum, vulgatum *inquinari*, reperitur. At pro *ſolito* in Atrebatenſi,

 ſalito.

largiri; niſi etiam L. Æmilium [1] Paullum dediſſet collegam; Atque ita ſe in ejus ſinum infudit, ut cum apud Cannas culpa ſua vires pop. Rom. exhauſiſſet, Paullum, qui prœlium committere noluerat, [2] occidere pateretur; illum in urbem incolumen reduceret. Quinetiam ſenatum gratias ei agentem, quod redire voluiſſet, ante portas eduxit: [3] extuditque, ut graviſſimæ cladis auctori etiam Dictatura deferretur.

5. [4] Non parvus conſulatus rubor [5] M. Perperna, utpote qui conſul [6] ante quam civis; ſed in bello gerendo utilior aliquanto reipubl. Varrone imperatore. Regem enim Ariſtonicum cepit, [7] Craſſianæque ſtragis punitor exititit,

Cum

ſalito.] Vetum correctius in Cauchiano legitur, *alito.* Melius, inquit Diomedes, dicitur *alitus*, quam *altus*, vitandæ ambiguitatis gratia. *Pigh.*

1. *Paullum.*] Virum videlicet nobiliſſimum. Contigit A. U. DXXXVII.

2. *Occidere.*] Id eſt, occumbere.

3. *Extuditque.*] Legitur &, *Excudit*, id eſt, expreſſit. Tranſlatio à fabris, qui ferrum cudentes, in cujuſpiam inſtrumenti formam efficiunt. *Oliver.*

4. *Non, &c.*] Contigit A. U. DCXXIII.

5. *M. Perperna.*] Hic Græcus fuit, & in urbem peregrinus venerat; deinde cum ſe gratioſiorem patribus feciſſet, & magnas opes comparaſſet, eo proceſſit res, ut cum comitia haberentur, auſus fuit petere conſulatum, quem etiam obtinuit. Multa hie rei militaris documenta dedit, adeo ut prius pene conſul quam civis miſſus contra Ariſtonicum fuit, ut ſupra diximus. Nam Ariſtonicus rex Eumenis filius, Aſiam Attali regis teſtamento pop. Rom. legatam occupaverat, adverſus quem P. Licinius Craſſus, & idem Pontifex Maximus, quod nunquam antea factum fuerat, cum exercitu miſſus, qui rem infeliciter geſſit, & per inſidias interceptus, occubuit. Poſtea vero M. Perperna exercitum adverſus hunc Ariſtonicum duxit, & cum ſuperatum in deditionem accepit, ac de illo triumphavit; deinde cum Sertorius hoſtis patriæ judicatus fuit, hic ſocius ejus fuit. Pompejus & Metellus conſules adverſus Sertorium in Hiſpaniam cum exercitibus miſſi ſunt, ubi cum Sertorius omnibus fere prœliis victor evaſiſſet, ad ultimum proditione ſuorum occiditur; cujus proditionis princeps fuit M. Perperna, qui deinde ſucceſſit ei Et cum Pompeius intelligeret ſe rem habere cum uno duce, & longe inferiore Sertorio, ſex cohortes objecit ei, quæ tanquam pabulatum irent, per agros evagarentur, & ſpem bene gerendæ rei Perpernæ facerent. Quod etiam ita evenit. Nam ubi cohortes Romanas palantes per agros animadvertit, eas toto cum exercitu invaſit, quæ fugam ſimulantes Perpernam cum exercitu ſuo ad inſidias perrraxerunt: ubi cum milites vivum Perpernam ad Pompeium deduxiſſent, eum lege Papia interfici juſſit, utpote qui hoſtis patriæ judicatus eſſet. *Oliverius.*

6. *Antequam civis.*] Quod contra leges. Peregrini enim Magiſtratibus arcebantur.

7. *Craßianæque.*] Id eſt, Craſſi, qui à Thracibus interceptus, à milite virga in oculum percuſſo, à quo ad Ariſtonicum trahebatur occiſus. *Badius.*

1. *Mors*

Cum interim cujus vita triumphavit, [1] mors Papia lege damnata eſt. [2] Namque patrem illius, nihil ad ſe pertinentia civis Romani jura complexum, Sabelli judicio petitum, redire in priſtinas ſedes coëgerunt. Ita M. Perpernæ [3] nomen adumbratum [4] falſus conſulatus, caliginis ſimile imperium, [5] caducus triumphus, aliena in urbe improbe peregrinatus eſt.

6. [6] M. vero Porcii Catonis incrementa publicis votis ex-

1. *Mors Papia lege damnata eſt.*] Papia lex de peregrinis urbe pellendis, cujus Cicero meminit Officiorum tertio; primum lata fuit anno urbis DCLXXXVIII. ut autor eſt Dion lib. XXXVIII. additque eadem exceptos fuiſſe peregrinos Italiam incolentes. Quomodo igitur Perpernæ pater lege Papia damnari potuit, qui ſæculo fere hanc præceſſerat? Et quomodo à Sabellis, qui montes inter Sabinos ac Marſos incolebant, quibuſque cum aliis ſociis civitas data fuit bello Marſico confecto, viginti amplius annis ante legem Papiam latam? Vel igitur aliam fuiſſe Papiam legem dicamus neceſſe eſt, multo ante Marſicum bellum promulgatam, cujus alii auctores non meminerunt, vel, quod potius autumo, nomen hoc in Valerio corruptum eſſe à librariis, qui libenter obſcura nomina in celebriora ſolent mutare. Fuere quidem & aliæ prius leges de peregrinis latæ, ut ex Ciceronis eodem loco conſtat. Penni legem de peregrinis nominat Feſtus, latam, ut autumat Carolus Langius vir ingenio ſingulari atque eruditione ſumma præditus, à M. Junio Penno tribuno plebis A.U.C. DCXXVII. quo Quæſtor C. Gracchus fuit, atque ſpes civitatis accipiendæ ſociis ab ipſo injiciebatur, ut idcirco contra Juniam legem Gracchus tum dixiſſe videatur, quemadmodum Feſtus indicat, atque etiam Tullius in Bruto. Qua Junia lege potius, quam Papia, quæ tum non erat, Perpernæ patrem mortuo filio conſulari quadriennio antea, à Sabellis repetitum fuiſſe veriſimile eſt. Attamen exemplaria Valerii omnia Papiam legem vocant. Lector ſequatur, quod ſibi viſum erit. *Pighius.*

2. *Namque patrem illius.*] Id eſt, bene dico, M. Perpernam lege Papia per Pompeium interfici juſſum, cum patrem illius judicio Sabelli tribuni plebis damnatum, ſe civem Romanum, & civis Romani jura uſurpantem in priſtinas ſedes redire coëgerunt. *Oliv.*

3. *Nomen adumbratum*] Tranſlatio à pictoribus, qui primo quidem formam imaginis adumbrant, deinde coloribus illam diſtinguunt, & ſic imaginem reddunt. Adumbrare proprie eſt alicujus rei formam inducere. Ergo nomen adumbratum, quia principia quidem M. Perpernæ ſummæ claritatis & gloriæ formam induxerant; ſed exitus formam illam adumbratam in veram ſplendoris imaginem exprimere non potuerat. *Idem.*

4. *Falſus conſulatus.*] Quia, cum civis non eſſet, conſul eſſe non debuit.

5. *Caducus.*] Id eſt, cujus gloria non diu duravit.

6. *Marci vero Porcii Catonis.*] Autor de Viris Illuſtr. M. Porcius Cato genere Tuſculanus, à Valerio Flacco Romam ſollicitatus Tribunus militum in Sicilia, Quæſtor ſub Scipione fortiſſimus, & Prætor juſtiſſimus fuit: in prætura Sardiniam ſubegit, ubi ab Ennio Græcis literis inſtructus, conſul Celtiberos domuit, & ne rebellare poſſent, literas ad ſingulas civitates miſit, ut

expetenda fuerunt: qui nomen ſuum [1] Tuſculi ignobile, Romæ nobiliſſimum reddidit. Ornata ſunt enim ab eo literarum Latinarum [2] monimenta, adjuta [3] diſciplina militaris, [4] aucta majeſtas ſenatus, [5] prorogata familia, in qua [6] maximum decus [7] poſterior eſt ortus Cato.

EX-

mutos diruerent, cum unaquæque ſibi ſoli imperari putaret, fecerunt. Syriaco bello Tribunus militum ſub M. Atilio Glabtione occupatis Thermopylarum jugis, præſidium hoſtium depulit. Cenſor L. Flaminium conſularem Senatu movit, quod ille in Gallia ad cujuſdam ſcorti ſpectaculum eductum quendam carcere in convivio jugulari juſſiſſet. Baſilicam ſuo nomine primus fecit, matronis ornamenta Oppia lege repetentibus reſtituit, accuſatot aſſiduus malorum Galbam octuagenarius accuſavit, ipſe quadragies quatet accuſatus glotioſe abſolutus. Carthaginem delendam cenſuit, poſt octoginta annos filium genuit. Plutarch. dicit hunc genere Tuſculanum fuiſſe, & priuſquam ad militiam atque rempublicam ſe conferret, in agro paterno circa Sabinos vixiſſe, cujus cum majores prorſus ignobiles eſſe viderentur, ipſe Cato M. patrem, ut virum bonum, fortem, ac in re militari verſatum, efferebat laudibus, Catonem etiam proavum ſæpenumero præmiorum honore ab Imperatoribus laudatum, & quinque bellantium equorum, quos inter dimicandum amiſerar, pretium, fortitudinis ſuæ teſtimonium à populo ſibi reſtitutum re ferebat. Cum ex more Romani eos, qui generis gloria carentes, à ſeipſis initium caperent nominis ſui, novos homines, quemadmodum & ipſum Catonem, appellarent; ipſe ad gloriam ſibi magiſtratus ſe novum eſſe, tebus vero geſtis ac virtute majorum vetuſtiſſimum prædicabat. Principio autem tertio nomine non Cato, ſed Priſcus vocabatur; conſequenti tempore *Cato* ei virrutis cognomentum extitit. Nam Romani eum, in quo multarum rerum uſus ac experientia ſit, *Catonem* nominant. Hæc Plutarchus in vita Catonis. *Oliver.*

1. *Tuſculi.*] Municipii Romani.

2. *Monimenta.*] Hiſtoriæ. Nam librum de Originibus edidit, quibus Italicarum Urbium originem & res geſtas populi Romani accuratiſſime collegit. Idem ſummus Orator fuit. Horatius in Poëtria:

—— *Cum lingua Catonis & Enni*
Sermonem patrium ditavit. ——

Et Cicero lib. de Oratore III. *Quid*, inquit, *M. Catoni præter hanc politiſſimam doctrinam tranſmarinam atque adventitiam defuit? Num quia jus civile non didicerat, cauſas non dicebat, aut quia poterat dicere, jus negligebat? ſed utroque genere & laboravit & præſtitit, num propter hanc ex privatorum negotiis collectam gratiam, tardior in rep. capeſſenda fuit? nemo apud populum fuit fortior, nemo melior Senator, & idem optimus Imperator; denique nihil in hac civitate temporibus illis sciri diſcique potuit, quod ille non tum etiam inveſtigaverit & ſciverit, tum etiam conſtripſerit, &c.* Oliv.

3. *Diſciplina militaris.*] Quia bello omnem ferme Hiſpaniam imperio pop. Rom. ſubegit ductu & auſpiciis ſuis. *Oliv. Diſciplina militaris.*] Spectant hæc libtos Catonis de Re Militari, quos ſæpius citat Feſtus. *Colerus.*

4. *Aucta majeſtas.*] Quando in ordinem Senatorum electus.

5. *Prorogata.*] Propagata & extenſa eſt.

6. *Maximum decus.*] Scilicet Romæ: quod miror adjeciſſe, cum contta Cæſarem ſenſerit. *Badius.*

7. *Poſterior eſt ortus.*] Qui Uticenſis dictus.

1. *Sotra-*

EXTERNA.

1. Sed ut Romanis externa jungamus: [1] Socrates non ſolum hominum conſenſu, verumetiam Apollinis oraculo ſapientiſſimus judicatus, Phanarete matre obſtetrice, & Sophroniſco patre [2] marmorario genitus, ad clariſſimum lumen gloriæ exceſſit, neque immerito. Nam cum eruditiſſimorum virorum ingenia in diſputatione cæca vagarentur, menſuraſque Solis & Lunæ, & ceterorum ſiderum loquacibus magis, quam certis argumentis explicare conarentur, totius etiam mundi ambitum complecti auderent, primus ab his [3] indoctis erroribus abductum animum, intima conditionis humanæ, ac in receſſu pectoris repoſitos affectus ſcrutari coëgit: ſi virtus per ſeipſam æſtimetur, vitæ magiſter optimus.

2. Quam

1. *Socrates.*] Hic fuit Athenienſis Philoſophus clariſſimus ex pago Alopocenſi, filius Sophroniſci marmorarii & Phanaretæ obſtetricis, fuitque, ut quidam ferunt, Anaxagoræ primum auditor, deinde Archelai, cui ſucceſſit in ſchola. Hic animadvertens ſpeculationis naturalis nullum fructum eſſe, quantum ad commodum vitæ ſpectaret, primus Ethicen, hoc eſt, moralem Philoſophiam invenit, relicta naturali. Nam, teſte Cicerone in Prologo quinti libri Tuſculan. Quæſt. primus de cœlo Philoſophiam devocavit, & in Urbibus collocavit, in domoſque introduxit, & coëgit de moribus, & vita, rebuſque bonis & malis quærere. Fuit Orator promptus, acer. Primus, teſte Favonio, cum Æſchine diſcipulo oratoriæ artis campos aperuit, fuitque illi cura etiam corporeæ exercitationis, atque erat præclari habitus, ut dixit Laërtius. Unde ſuadebat diſcipulis ſuis, ut ſe crebro intuerentur in ſpeculo; ut quibus eſſet corporis dignitas à natura donata, eam integram, nullis vitiis corruptam conſervarent, quibus vero negata fuiſſet, virtute compararent, ut animo, ſi non corpore, hominibus placerent. Militavit quandoque, & Xenophontem ab equo dejectum, in prœlio facto viriliter ſuſcipiens, ſalvum reddidit. Fugientibus Athenienſibus univerſis in bello navali vicit, victoriamque Alcibiadi conceſſit, quem ipſe, teſte Ariſtippo, ſuis manibus armaverat; de quo alia dicemus in capitulo de Sapienter dictis. *Oliverius.*

2. *Marmorario.*] Id eſt, qui marmora poliebat aut ſculpebat. *Badius.* *Marmorario.*] Laërtio υἱὸς λιθουργοῦ. Gloſſarium: *Marmorarius*, Μαρμαροποιὸς, Ἀγαλματογλύφος. Alibi: Μαρμάριος, *Marmarius.* Coler.

3. *Indoctis.*] Ignarus etiam correctionis Lipſianæ, malui, *Doctis.* Doctos errores eleganter vocat vana quædam ſcentiarum Mathematicarum. Ambitum autem illum diſciplinæ Mathematicæ non minus proprie quam facete *errores* indigitat. Diogenes Cynicus Mathematicos πλανῆτας, per jocum appellitaſſe legitur apud Stobæum. *Colerus.*

2. Quam matrem Euripides, aut quem patrem [1] Demoſthenes habuerit, ipſorum quoque ſeculo ignotum fuit: [2] alterius autem matrem olera, alterius patrem cultellos venditaſſe omnium pene doctorum literæ loquuntur: Sed quid aut illius tragica, aut hujus oratoria vi clarius?

CAP. V.

QUI A PRÆCLARIS PARENTIBUS DEGENERARUNT.

1. *Cn. Scipio Africani majoris F.*	3. *P. Clodii & Fulviæ F.*
2. *Q. Fabius Allobrogici F.*	4. *M. Hortenſius Corbio.*

SEquitur duplicis promiſſi pars adopertis illuſtrium virorum imaginibus reddenda: quoniam quidem ſunt referenda, quæ ab earum ſplendore degeneraverunt, teterrimis ignaviæ ac nequitiæ ſordibus imbuta [3] nobilia portenta.

1. Quid enim [4] monſtro ſimilius, quam ſuperioris Africani

1. *Demoſthenes.*] Demoſthenis patrem Plutarchus Demoſthenem nominatum fuiſſe dicit, illumque, teſte Theopompo Hiſtorico, virum probum, honeſtum, Macheropium cognominatum, ab officina gladiorum, quam Athenis egregiam, multiſque artificibus ſervis inſtructam habebat, quod & Juvenalis affirmat in Satyra, cum dicat:

Quem pater ardentis maſſæ fuligine lippus
A carbone & forcipibus, gladioſque parante
Incude, & luteo Vulcano ad rhetora miſit.

Matrem ejus Æſchines tradit ex barbara muliere & Athenienſium quodam exule natam: id verum ſit, nec ne, incertum eſt, nam ad falſam calumniam id objectum Demoſtheni ab æmulo putatur. Fuit autem Demoſthenes Orator omnium maximus, ut ſub Oratoris nomine apud Græcos *Demoſthenes* intelligatur, ſicut apud nos *Cicero.* Et conſtat quidem parvum admodum orphanum fuiſſe, qui cum ſe à tutoribus ſuis deceptum fuiſſe cognoſceret, ſtatuit omnino artem oratoriam aſſequi pleniſſime, ut ab his jus ſuum aliquando repoſceret, ſed omnia à natura ſuo propoſito habebat adverſa, quæ tamen ſtudio & induſtria ſuperavit, ut in cap. de Induſtria dicemus. *Oliv.*

2. *Alterius autem matrem olera.*] De Euripidis matre contrarium oſtendit Suidas. *Corradus.*

3. N*Obilia.*] Quia à nobiliſſimis parentibus nati ſunt. *Nobilia.*] Sceleribus etiam quis nobilis dicitur.

4. *Monſtro ſimilius.*] Imo niſi tenui fuiſſet valetudine, alterum extitiſſet lumen civitatis, inquit Cicero in Cat. *Corrad.*

1. *A par-*

cani filius Scipio? Qui in tanta domeſtica gloria ortus, [1] à parvulo admodum regis Antiochi præſidio capi ſuſtinuit: cum ei voluntaria morte abſumi ſatius fuerit, quàm inter duo fulgentiſſima cognomina patris & patrui, [2] altero oppreſſa Africa jam parto, [3] altero jam majore ex parte recuperata Aſia; ſurgere incipiente, manus vinciendas hoſti tradere, ejuſque beneficio precarium ſpiritum obtinere: de quo mox L. Scipio ſpecioſiſſimum [4] Deorum hominumque oculis ſubjecturus erat triumphum.

[5] Idem præturæ petitor [6] candidam togam adeo turpitudinis maculis obſoleſactam [7] in campum detulit, ut niſi gratia Cicerei, qui patris ejus ſcriba fuerat, adjutus eſſet, honorem à populo impetraturus non videretur. Quanquam quid interfuit utrum repulſam, an ſic adeptam præturam domum referret? quam cum propinqui ab eo pollui animadverterent, id egerunt ne aut ſellam ponere, aut jus dicere auderet. Inſuperque è manu ejus [8] annulum, in quo caput

1. *A parvulo admodum regis, &c.*] Scimus quomodo Lucius Scipio frater ſuperioris Africani conſul ſortitus provinciam Aſiam, ut bellum adverſus Antiochum gereret, quam Senatus eo libentius conceſſit, quod frater Africanus ultro pollicitus eſt, ſe in Aſiam iturum illi legatum. L. ergo Scipione & Africano fratribus exercitum trajicientibus in Aſiam, nuncii venerunt, debellatum utrinque eſſe, à terra quippe ab Atilio Regulo, mari autem ab Æmilio. Primo igitur adventu eorum legatos pacem petentes Antiochus ad eos mittit peculiare donum Africano ferentes filium ejus, quem rex parvo navigio trajicientem ceperat; hunc autem regiis muneribus donatum remiſit. Pax regi data, parte provinciæ adempta uſque ad montem Taurum. *Oliv.*

2. *Altero.*] Patre, qui Africanus cognominatus ab oppreſſa Africa.

3. *Altero.*] Patruo, qui Aſiaticus dictus eſt recuperata Aſia.

4. *Deorum hominumque.*] Quia curru triumphans vectus eſt in Capitolium, ubi Dii & homines illum intuebantur. *Oliv.*

5. *Idem præturæ petitor.*] Hic & Cicereus, qui ſcriba patris ejus fuerat, competitores erant præturæ: qui cum in campum Martium veniſſet, in honore ſcriba Cicereus Scipioni prælatus eſt: ſed hic motus reverentia patris ejus, cujus ſcriba fuerat, conceſſit illi præturam, quam tamen cognati ejus adminiſtrare non ſunt paſſi. *Oliv. Præturæ petitor.*] Id eſt, cum tempore comitiorum candidatus in campum Martium ad petendam præturam deſcenderet. *Badius.*

6. *Candidam togam.*] Qua induebantur inſignum candoris animi, nulla ambitione aut avaritia polluti. *Idem.*

7. *In campum.*] Martium, ubi comitia habebantur.

8. *Annulum.*] Hoc autem faciebat, ne eo quicquam temere ſignaret: nam in

annulo

put Africani ſculptum erat, detraxerunt. Di boni quas tenebras ex quo [1] fulmine naſci paſſi eſtis!

2. [2] Age Q. Fabii Max. Allobrogici & civis, & imperatoris clariſſimi filius Q. Fabius Max. quam perditam luxuria vitam egit? cujus ut cetera flagitia obliterentur, tamen abunde illo dedecore mores nudari poſſunt, quod ei Q. Pompejus prætor urbanus [3] paternis bonis interdixit: neque in tanta civitate, qui illud decretum reprehenderet, inventus eſt: Dolenter enim homines ferebant, pecuniam quæ Fabiæ gentis ſplendori ſervire debebat, flagitiis [4] diſjici. Quem ergo [5] nimia patris indulgentia hæredem reliquerat, publica ſeveritas exhæredavit,

3. [6] Poſſedit favorem plebis Clodius Pulcher, adhærenſ-

annulo ſigna ſua fere, ut nunc multi, habebant *Badius*. *Annulum.*] Tanquam indignus eſſet annulum geſtare, cui inſculpta eſſer Africani imago.

1. *Fulmine.*] Id eſt, vehementiſſimo lumine.

2. *Age Q. Fabii Maximi.*] Hic fuit, qui adverſus Allobroges & Betultum Atvernorum regem, ſecundum quoſdam, felici pugna dimicavit. Nam viginti milia hoſtium è pugna cæſa dicuntur, & cum Betulrus Romam veniſſet, ut Senatui ſatisfaceret, hoc eſt, ut ſe excuſatet quod à ſe bellum illum non eſſet ortum; & propterea ſibi ignoſci & pacem dari peteret, Albam miſſus, traditus eſt in cuſtodiam, & cum ſecundum pacem non videretur filium ejus Congoneciarum in imperio eſſe, ne motum aliquem in provincia concitaret, ipſe quoque Romam accitus eſt. Valerius tamen lib. IX. cap. 6. de Perfidia, dicit hunc regem Betultum non à Fabio victum, neque ſponte Romam veniſſe, ſed à Cn. Domitio perfidia captum, & Romam miſſum fuiſſe. Quod factum Senatus nec probare, nec reſcindere voluir, ſed regem Albam cuſtodiæ cauſa relegavir, quod ſi ſic eſt, Fabius rem tantum cum Allobrogibus habuit. *Oliv.*

3. *Paternis bonis.*] Prodigus bonis interdicebatur. Formula extat apud Paulum lib. III. Sent. Tit. 4. QVANDO TVA BONA PATERNA AVITAQVE NEQVITIA TVA DISPERDIS, LIBEROSVE TVOS AD EGESTATEM PERDVCIS, OB EAM REM TIBI EA RE COMMERCIOQVE INTERDICO.

4. *Disjici.*] Id eſt, dilapidari.

5. *Nimia patris indulgentia.*] Qui tametſi filium prodigum videret, tamen eum reliquit hæredem. *Oliv.*

6. *Poſſedit favorem plebis Clodius.*] Tametſi Clodius Pulcher ſeditioſiſſimus fuerir, tamen plurimum valuit in republ. nam trib. pleb. fuit, & in tribunatu ſuo Ciceronem dejecit, cum ſe totum plebi inſinuaſſet. Conſtat autem omnes Clodios ſemper potentiæ patritiorum aſſertores fuiſſe, præter hunc unum, de quo loquimur; qui, ut Ciceronem ejicerer civitate, non dubitavit renuntiare generi patritio, & ſe plebeium facere. Nam lex erat, quæ patritium quemque tribunum fieri vetabat. Hic igitur cuidam plebeio & minori natu ſe in adoptionem dedir, ſuadente hoc C. Cæſate conſule. Nam quodam loco deplorante Cicerone ſtatum reipublicæ,

renſque [1] Fulvianæ ſtolæ pugio, militare decus muliebri imperio ſubjectum habuit: quorum filius Pulcher, præterquam quod enervem & [2] frigidam juventam egit, perdito etiam amore vulgatiſſimæ meretricis infamis fuit, mortiſque erubeſcendo genere conſumptus eſt: [3] Abdomine enim avide devorato, fœdæ ac ſordidæ intemperantiæ ſpiritum reddidit.

4. Jam & Q. quidem [4] Hortenſii, [5] qui in maximo & ingenuorum civium, & ampliſſimorum proventu, ſummum auctoritatis atque eloquentiæ gradum obtinuit, nepos Hortenſius [6] Corbio omnibus ſcortis abjectiorem & obſcœniorem vitam exegit: ad ultimumque [7] lingua ejus tam libidini cunctorum inter lupanaria proſtitit, quam avi pro ſalute civium in foro excubuerat.

CAP. VI.

publicæ, iratum dicunt Cæſarem in cauſam plebis Clodium adduxiſſe, qui continuo tribunus plebis factus, favorem plebis poſſidere cœpit. *Poſſedit favorem.*] Hoc dicit, etiamſi Clodius civis ſeditioſus erat, & uxorius, tamen virtutes magnas cum vitiis habuit conjunctas, ſed filius ejus ſtagitiis omnibus adeo obrutus fuit, ut nullam omnino virtutum imaginem habuerit. *Oliv.*

1. *Fulvianæ ſtolæ pugio.*] Metonymia, *ſtolam* pro ipſa muliere Fulvia ponit, *pugionem*, pro homine militari: nam pugione milites utuntur. Hic Fulviam uxorem habuit, quam deinde mortuo Clodio M. Antonius duxerat uxorem. *Oliv.*

2. *Frigidam.*] Segnem, cum proprie ardor juvenum ſit.

3. *Abdomine.*] Id eſt, pingui ſuillo, aut ſumine delicato avide devorato. *Bad.*

4. *Hortenſii.*] Hic eloquentia tantum valuit, ut ſæpius dubitatum ſit, utrum ipſe an Cicero principatum obtineret.

5. *Qui in maximo & ingenuorum civium, & ampliſſimorum proventu.*] Emendo, *Et ingeniorum, & civium ampliſſimorum.* Ipſa ex re. *Lipſ.*

6. *Corbio.*] Quia tanquam corbis devorabat omnia paterna bona. Nam ſunt, qui dicant hoc nomen accepiſſe a cupiditate vorandi: nam *corbitare*, eſt avide deglutire. Unde Plautus, *corbitant*, dixit. *Oliv.*

7. *Lingua.*] Fellatorem forte innuit.

CAP. VI.

DE ILLUSTRIBUS QUI IN VESTE AUT CETERO CULTU LICENTIUS SIBI INDULSERUNT.

1. *P. Scipio major,*
2. *L. Scipio Aſiaticus.*
3. *L. Cornelius Sylla.*
4. *C. Duilius.*
5. *C. Papirius Maſo.*
6. *C. Marius.*
7. *M. Cato Uticenſis.*

ANimadverto in quam periculoſum iter proceſſerim. Itaque meipſe revocabo, ne ſi reliqua ejuſdem generis naufragia conſectari perſeveravero, aliqua inutili relatione implicer. Referam igitur pedem, [1] deformeſque umbras in imo [2] gurgite turpitudinis ſuæ jacere patiar. Satius eſt enim narrare qui illuſtres viri in cultu, ceteroque ritu, aliqua ex parte novando ſibi indulſerint.

1. [3] P. Scipio, cum in Sicilia augendo, trajiciendoque in Africam exercitu opportunum quærendo gradum, Carthaginis ruinam animo volveret; inter conſilia ac molitiones hujus tantæ rei operam [4] gymnaſio dedit, [5] pallioque & [6] crepidis uſus eſt. Non hac re ſegniores Pœnicis exercitibus manus intulit: ſed neſcio an ideo alacriores, quia ve-

1. DEformeſque umbras.] Id eſt, turpiſſimas & ignobiliſſimas aliorum vitas, ut Ciceronis Junioris, ut Neronis, & aliorum multorum. *Bad.*

2. *Gurgite.*] Id eſt, voragine turpitudinis ſuæ.

3. *Publius Scipio, &c.*] Hanc Livius tradit Hiſtoriam Decade ſecundi Punici belli.

4. *Gymnaſio.*] Proprie nunc dixit, id eſt, palæſtra, ubi ſe juvenes exercebant. *Oliv.* *Gymnaſio.*] Id eſt, palæſtræ, ut Oliverius interpretatur, aut, ut mihi placet, exercitationi in re literaria: nam quid pallium aut crepidæ ad palæſtram? *Badius.*

5. *Pallioque.*] Quod genus veſtis Græci Philoſophi habebant, & utebantur: erat ad talos uſque dimiſſa.

6. *Crepidis.*] Gellius lib. XIII. *Omnia,* inquit, *ferme id genus quibus plantarum calces in fine teguntur, cætera fere nuda, & teretibus habenis juncta ſunt, ſoleas dixerunt: nonnunquam Græca voce crepidulas.* Servius tamen dicit fuiſſe Thuſca calceamenta, quæ corrigiis ad pedes ligabantur. Virgilius:

Et Tyrrhena pedum circumdant vincula plantis.

Servius exponit *crepidas*, quas primo habuere Senatores, poſt equites, deinde milites. *Oliv.*

vegeta & ſtrenua ingenia, quo plus receſſus ſumunt, hoc vehementiores impetus edunt. Crediderim etiam favorem eum ſociorum uberiorem ſe adepturum exiſtimaſſe, ſi victum eorum & ſolennes exercitationes comprobaſſet: Ad quas tum veniebat, cum multum ac diu fatigaſſet humeros, & cetera membra militari agitatione firmitatem ſuam probare coëgiſſet, conſiſtebatque in his labor ejus, in illis remiſſio laboris.

2. L. verò Scipionis ſtatuam [2] chlamydatam, & crepidatam [3] in Capitolio cernimus: Quo habitu videlicet, quia aliquando uſus erat; effigiem ſuam formatam poni voluit.

3. [4] L. quoque Sylla, cum imperator eſſet, chlamydato ſibi, & crepidato Neapoli ambulare deforme non duxit.

4. [5] C. autem Duilius, qui primus navalem triumphum ex

1. *Lucii vero Scipionis.*] De hoc ſatis ſupra dictum eſt, cui Aſia provincia à Senatu eo libentius demandata fuit, quod frater ejus Africanus pollicitus fuerat, legatum ſe cum illo iturum, ex qua provincia cum victor rediiſſet, Aſiaticus dictus. *Oliv.*

2. *Chlamydatam.*] Id eſt, indutam aut ornatam chlamyde.

3. *In Capitolio.*] Ubi ſtatuæ triumphantium ponebantur.

4. *Lucius quoque Sylla.*] Qui adverſus Mithridatem miſſus fuit, quam provinciam Marius ſibi dari invito Senatu per populum, aut ſuæ factionis principes, cum vellet, exorta eſt ſeditio; deinde bellum inter ipſum & Syllam, ut ſupra dictum eſt. *Oliv.*

5. *C. autem Duilius.*] Is quidem primus navali prœlio victor ex Pœnis triumphum duxit, ſed ante ipſum bellum navale geſſit cum Carthaginienſibus Scipio, qui æquo Marte diſceſſit: ei deinde ſucceſſit Appius Claudius, qui poſt victoriam cum in patriam rediret, vi ſubitæ tempeſtatis exercitum ferme omnem amiſit: quod ideo ipſi contigiſſe putant nonnulli, quod pullarem diſciplinam contempſiſſet. Poſt hunc igitur miſſus eſt C. Duilius, qui intra LX. dies claſſem centum & LX. navium tanta celeritate paravit, ut creditum ſit, munere Deorum arbores in naves fuiſſe converſas; quo facto machinas etiam adjunxit ferreas, quibus catenatæ naves ita ſtarent, ut in continenti pugnare viderentur, & ita commiſſa pugna victoriam egregiam conſecutus eſt, & claſſis hoſtium partim ſubmerſa, partim in hoſtium poteſtatem redacta eſt, ex quo de Pœnis ſpecioſiſſimum egit triumphum. Autor de Vir. Ill.: *C.* inquit, *Duilius primo Punico bello contra Carthaginienſes miſſus, cum videret eos multum mari poſſe, claſſem magis validam quam decoram fabrefecit, & manus ferreas in viſu hoſtium primum inſtituit, quas inter pugnandum hoſtium naves apprehendit, qui victi & capti ſunt. Himilco dux Claſſis Carthaginem fugit, & à Senatu quæſivit, quid faciendum cenſeret: omnibus ut pugnaret clamantibus, feci, inquit, & victus ſum: ſic pœnam crucis effugit, nam apud Pœnos duxere malè ge-*

ſta

Digitized by Google

ex Pœnis retulit, quotieſcunque epulaturus erat, ad funalem cereum præeunte tibicine, & [1] fidicine, à cœna domum reverti ſolitus eſt, inſignem bellicæ rei ſucceſſum nocturna celebratione teſtando.

5. [2] Papirius quidem Maſo, cum [3] bene geſta Rep. triumphum à Senatu non impetraſſet, in Albano [4] monte triumphandi & ipſe initium fecit, & ceteris poſtea exemplum præbuit: proque [5] laurea corona, cum alicui ſpectaculo intereſſet, [6] myrtea ſemper uſus eſt.

6. [7] Jam C. Marii pene inſolens factum, nam poſt Jugurthinum, Cimbricumque & Teutonicum triumphum, [8] cantharo ſemper potavit: quod Liber Pater [9] inclytum ex Aſia ducens triumphum, hoc uſus poculi genere ferebatur; ut inter ipſum hauſtum vini, victoriæ ejus ſuas victorias compararet.

7. [1] M. au-

ſta morte puniebatur. Duilio conceſſum eſt, ut præcedente funali & præcinente tibicine à cœna publicè rediret. Cicero in Catone Majore: C. inquit, *Duilium Marci filium, quod Pœnos primus claſſe devicerat, redeuntem à cœna ſenem ſæpe videbat puer: delectabatur crebro funali & tibicine, quod ſibi nullo exemplo privatus ſumpſerat, tantum ei licentiæ dabat gloria.* L. quoque Florus poſt narratam pugnam navalem, *Duilius*, inquit, *Imperator non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem ubi à cœna rediret, prælucere funalia, præcinere ſibi tibias juſſit; quaſi quotidie triumpharet.* Oliverius.

1. *Fidicine.*] Id eſt, canente fidibus, hoc eſt, chordis præeunte. *Badius.*

2. *Papirius, &c.*] Contig. A. U. DXXII.

3. *Bene, &c.*] Quia devicerat Samnites.

4. *Monte Albano.*] Ubi Latinæ feriæ celebrari ſolebant, & incunabula erant gentis Romanæ.

5. *Laurea.*] Id eſt, loco laureæ coronæ, qua triumphantes utebantur.

6. *Myrtea.*] Quo ovantes coronari ſolebant.

7. *Item C. Marii.*] Inſolentia carpitur Marii, qui cum debellaſſet Jugurtham, Cimbros atque Theutones, ſe Libero patri, qui, ut ait Solinus, primus Indiam ingreſſus, de Indis triumphavit, ſimilem eſſe volebat: nam cantharo potabat, quia hoc vaſis genere Liberum patrem uſum fuiſſe dicunt, cui ſe Marius comparare non dubitabat. In hunc quodammodo invehitur Plinius lib. XXXIII. ubi loquitur de Luxuria. Dicit enim: *Hinc aliquis veterum C. Marius poſt victoriam Cimbricam cantharo potaſſe, Liberi prioris exemplo traditur, ille arator Arpinas & Manipularis Imperator.* Oliverius Contigit A. U. DCLII.

8. *Cantharo.*] Cantharus vas vinarium, quo majores in ſacris Bacchi uſos fuiſſe dicunt, & anſam habebat. Unde Virgilius in Sileno:

Et gravis attrita pendebat cantharus anſa. Idem.

9. *Inclytum ex Aſia ducens triumphum.*] *Indicum*, in MSS. legimus, pro *inclytum*. De Indis triumphaſſe Bacchum, fabulis Poëtarum eſt notiſſimum. *Pigh.*

1. *M. au-*

7. [1] M. autem Cato Prætor, M. Scauri, ceterorumque reorum judicia, [2] nulla indutus tunica, ſed tantummodo prætexta amictus egit.

CAP. VII.

DE FIDUCIA SUI.

QUAE IN ROMANIS.

1. *P. Scipione majore.*
2. *P. Scipione Æmiliano Coſ. II.*
3. *P. Naſica Serapione Coſ.*
4. *M. Livio Salinatore Coſ.*
5. *P. Furio Philo Coſ.*
6. *L. Licinio Craſſo proc.*
7. *M. Catone majore reo.*
8. *M. Æmil. Scauro reo.*
9. *M. Antonio oratore.*
10. *Senatu Romano.*
11. *L. Accio Poëta.*

QUAE IN EXTERNIS.

1. *Euripide Poëta.*
2. *Antigenida tibicine.*
3. *Zeuxe pictore.*
4. *Phidia ſculptore.*
5. *Epaminonda Thebano.*
6. *Annibale Pœno.*
7. *Cotye Thracum rege.*
8. *Androclida, Leonida, & Agide Spartanis.*

SEd hæc, atque his ſimilia, virtutis aliquid ſibi in conſuetudine novanda licentiæ ſumentis indicia ſunt. Illis autem quæ deinceps ſubnectam, quantam ſui fiduciam habere ſoleat, cognoſcetur.

1. [3] P. & Cn. Scipionibus in Hiſpania cum majore parte exer-

1. *M. autem Cato Prætor.*] M. Scauri judicium egit. Accuſatus autem fuerat repetundarum Scaurus à Triario adoleſcente, quod avare provinciam Sardiniam adminiſtraſſet. Cato Prætor judicium, quia æſtate agebatur, ſine tunica exercuit, campeſtri ſub toga cinctus, in forumque ſic deſcenderat, juſque dicebat, idque repetierat ex veteri conſuetudine, ſecundum quam & Romuli ſtatuæ Capuæ in Capitolio, & roſtris Camilli fuerunt togatæ ſine tunicis, quibus verbis ſignificabat illos aliquando ſic in forum deſcendiſſe. *Oliverius.*

2. *Nulla indutus tunica, ſed tantummodo prætexta.*] Ac ſi diceres veſte ſola ſuper interula ſine dyploïde. Nam tunica veſtis interior, toga vero & prætexta exterior. *Idem.*

3. P. *& Cn. Scipionibus.*] Poſt cæſos in Hiſpania Scipiones fratres cum duobus exercitibus, non Italiæ jam major, quam Hiſpaniæ cura Rom. erat, exercitum augeri, & Imperatorem mitti placebat, nec tamen quem mitterent, ſatis conſtabat: ubi duo ſummi Imperatores intra dies triginta cecidiſſent, qui eum in locum duorum ſuccederet, extraordinaria cura deligendum eſſe. Quum alii alium nominarent, poſtremum eo decurſum eſt, ut populus pro Con-

exercitus ab acie Punica oppreſſis, omnibuſque provinciæ ejus nationibus Carthaginienſium amicitiam ſecutis, nullo ducum noſtrorum illuc ad corrigendam rem proficiſci audente, P. Scipio quartum & vigeſimum annum agens iturum ſe pollicitus eſt. Quæ quidem fiducia pop. Romani ſalutis ac victoriæ ſpem dedit. [1] Eademque in ipſa Hiſpania uſus eſt. Nam cum [2] oppidum Badiam circumſederet, tribunal ſuum adeuntes, in ædem, quæ intra mœnia hoſtium erat [3] vadimonia in poſterum diem facere juſſit: continuoque urbe potitus, & tempore & loco, quo prædixerat, ſella poſita, jus eis dixit. Nihil hac fiducia generoſius, nihil prædictione verius, nihil celeritate efficacius, nihil etiam dignitate dignius. [4] Nec minus animoſus minuſ-

Conſule creando in Hiſpania comitia habere, diemque comitiis edixerunt: Conſules primo expectaverant, ut qui ſe tanto imperio dignos cenſerent, nomina profiterentur, quæ ut deſtituta expectatio eſt, redintegratus luctus acceptæ cladis, deſideriumqne imperatorum amiſſotum. Mœſta itaque civitas prope inops conſilii, comitiorum die tamen in campum deſcendit, circumſpectant ora principum aliorum alios intuentium, fremuntque adeò perditas res; deſperatumque de Republica eſſe, ut nemo audeat in Hiſpania imperium accipere, cum ſubito P. Cornelius Scipio, filius ejus Scipionis, qui in Hiſpania ceciderat, quatnor & viginti ferme annos natus, profeſſus eſt ſe petere, in ſuperiore, unde conſpici poſſet, loco conſtitit, in quem poſtquam omnium ora converſa clamore atque favore, ominati ſunt felix fauſtnmque imperium; juſſi deinde inire ſuffraginm, ad unum omnes non centuriæ modo, ſed etiam homines, P. Scipioni imperium in Hiſpania juſſerunt: & hic fuit ille fatalis dux, qui Annibalem ex Italia, quam ſedecim ferme annos poſſederat, invitum extraxit, & Carthaginem populo Romano tributariam fecit. *Oliv.* Contigit A.U. DXLI.

1. *Eademque, &c.*] Contigit A. U. DXLII & DXLIV.

2. *Oppidum Badiam.*] Aſſidebat oppugnabatque oppidum in Hiſpania ſitum, mœnibus defenſoribuſque validum, & munitum, re etiam cibaria copioſum, nullaque ejus potiundi ſpes erat, & quodam die jus, in caſtris ſedens, dicebat; atque ex eo loco id oppidum procul videbat, tum è militibus, qui in jure apud eum ſtabant, unus interrogavit ex more, in quem diem locumque vadimonium permitti juberet, & Scipio manum ad ipſam oppidi, quod obſidebatur, arcem portendens, Perendie, *inquit*, ſeſe ſiſtant eo in loco, atque ita die factum illo, in quem vadari juſſerat, oppidum captum eſt. In eodem quoque die in arce ejus oppidi, ſicut prædixerat, jus dixit. Hæc Aulus Gellius. *Oliv.*

3. *Vadimonium.*] Sponſionem: nam, ſicut à teſte teſtimonium, ita à vade vadimoninm. Sed inter vades & ſponſores hoc intereſt, quod vades publici, ſponſores privati dicuntur. *Idem.*

4. *Nec minus animoſus.*] Scipio debellata Hiſpania, totaque in Romanam ditionem redacta, cum parte exercitus

Ro-

minuſve proſperus illius in Africam tranſitus, in quam ex Sicilia exercitum [1] ſenatu vetante traduxit, quia niſi plus in ea re ſuo, quam patrum conſcriptorum conſilio crediſſet; ſecundi Punici belli finis inventus non eſſet. [2] Cui facto par illa fiducia, quod poſtquam Africam attigit, ſpeculatores Annibalis in caſtris deprehenſos, & ad ſe perductos, nec ſupplicio affecit, nec de conſiliis ac viribus Pœnorum percunctatus eſt. Sed circa omnes [3] manipulos diligentiſſime

Romam rediit, cui Senatus extra urbem datus eſt, ubi expoſitis, quæ in provincia geſſiſſet, petiit ut Africa ſibi in provinciam decerneretur, in quam omnem belli molem converteret. Cui rogationi Q. Fabius Maximus invidia, ut quidam dicunt, commotus, ſumma ope interceſſit. Quare non Africa, ſed Sicilia, ei provincia data eſt; in quem ubi primum venit, exercitum paravit, qualem ad eam militiam, quam jam animo conceperat, longinquam & gravem oportere exiſtimavit, robuſtiſſimum quemque & maxime voluntarium ex civibus deligendo, quem paulo poſt inſcio ac invito Senatu trajecit in Afriam, eoque tempore, quo maxime ab ea opinione deterreri poterat, quod Syphacem Numidarum regem, quo cum ſuperiori æſtate publicum fœdus inierat, & in ejus opus magnam victoriæ ſpem poſuerat, à Romanis ad Carthaginienſes per nuptiarum occaſionem defeciſſe audierat, nihil tamen ejus fiduciam frangere aut debilitare potuit. Frontinus lib. de Conſtituendo ſtatu belli: *Scipio*, inquit, *manente in Italia Annibale, tranſmiſſo in Africam exercitu, neceſſitatem Carthaginienſibus impoſuit revocandi Annibalem. Sic à domeſticis finibus, hoſtile tranſtulit bellum.* Oliv. Contigit A. U. DXIIX.

1. *Senatu vetante.*] Non vetabat Senatus, ſed permittebat, ſi id è Rep. videretur. Livius lib. XXIX. *Corradus.*

2. *Cui facto, &c.*] Non minoris fiduciæ factum illud fuiſſe videtur, quod Annibal revocatus in patriam, cum ad opem laborantibus ſuis civibus nulla mora ferendam ex Italia, quam ſedecim ferme annos bello poſſederat, retractus Aſdrumetum oppidum veniſſet, & inde Zamam profectus eſſet, (abeſt autem Zama quindecim dierum itinere à Carthagine) præmiſit ſpeculatores, qui res pop. Rom., Imperatorem, & caſtra diligenter explorarent, qui excepti à cuſtodibus Romam., & deducti ad Scipionem ſunt. Scipio juſſit eos traditos tribunis militum, omiſſo metu, viſere omnia, perque caſtra qua vellent, duci, percontatuſque, ſatin' per commodum omnia exploraſſent, datis qui perſequerentur, retro ad Annibalem remiſit. Hoc idem feciſſe Publium Valerium Levinum, tradidit Eutropius lib. II. cum enim cepiſſet exploratores, juſſit eos per caſtra duci, & oſtendi ipſis omnem exercitum, deinde dimitti, ut nuntiarent Pyrrho quæcunque vidiſſent, quæque à Romanis agerentur. *Oliv.* Contigit A. U. DLI.

3. *Manipulos.*] Ordo eſt dimidiata pars manipuli: nam duo Centuriones erant in manipulo, & unicuique ſua pars adſignata, quam duceret; quæ vocata Centuria, ſive Ordo. Is in veteri Legione fuit LX. militum. Hinc Ordines petere, impetrare: ita Ordinis ductor, pro Centurione. Prima diviſio fuit in Manipulos, Græcis σπεῖρα, quæ diutiſſime in militia manſit. Sed labente imperio mutavit, & Centurias pro manipulis habere cœperunt; manipulos pro

me deducendos curavit. Interrogatoſque an ſatis ea conſideraſſent, quæ ſpeculari juſſi erant, prandio dato ipſis, jumentiſque eorum, incolumes dimiſit: Quo tam pleno fiduciæ ſpiritu prius animos hoſtium, quam arma contudit. Verum ut ad domeſtica eximiæ ejus fiduciæ acta veniamus: [1] cum à L. Scipione ex [2] Antiochenſi pecunia HS. quadragies ratio in curia repoſceretur, prolatum ab eo librum, quo acceptæ & expenſæ ſummæ continebantur, & refelli inimicorum accuſatio poterat, diſcerpſit: indignatus de ea re dubitari, quæ ſub ipſo legato miniſtrata fuerat. Quinetiam in hunc modum egit: Non reddo patres conſcripti ærario veſtro [3] HS. quadragies rationem, alieni imperii

pro contuberniis aut decuriis ipſis. Manipulorum vetuſtas ſtatim ab Urbe condita, imo ante ipſam fuit. *Lipſ.*

1. *Cum à L. Scipione.*] Hoc exemplum Aulus Gellius commemorat: *Cum*, inquit, *A. M. Catone ac trib. pleb. qui à M. Catone comparati, & inducti fuerant, accuſaretur, quod pecuniam & prædam uſurpaſſit, bello Antiochenſi captam, librum detulit, in quo ſumma pecuniæ continebatur, & ſtatim in conſpectu omnium diſceſſit: Poſſim, inquiens, reddere rationem, ſed non faciam: nec me ipſum contumelia afficiam, quandoquidem ærarium veſtrum bis millies ſeſtertio uberius fecerim.* Oliv. Contigit A. U. DLXVI.

2. *Ex Antiochenſi pecunia.*] Expenſa in bello contra Antiochum.

3. *Seſtertii quadragies.*] Seſtertius denarii quarta pars, atque idem alio nomine κατ' ἐξοχὴν nummus, qua frequentiſſimus ejus in rationibus uſus. De hoc Vitruvius lib. III. cap. I. *In denario*, inquit, *denos aſſes æreos conſtituerunt, & quartam ejus partem de duobus aſſibus, & tertio ſemiſſe ſeſtertium veteres vocarunt.* Æſtimatio denarii eadem fere hodie, quæ Regalis Hiſpanienſis, id eſt, ſtuferi III. cum dimidio: quinarii & ſeſtertii pro proportione. *Lipſ.* Seſtertius itaque quarta pars denarii, at Seſtertium mille nummos Seſtertios valet, vel duas argenti libras & dimidiam, ut Budæo placet. Hinc Horatius lib. II. epiſt. ad Florum:

Clarus ob id factum donis ornatur honeſtis,
Accipit & bis dena ſuper Seſtertia nummûm.

Ridicula hic fuiſſet Luculli munificentia, ſi viginti ſeſtertios ei donatos intelligamus. quo pacto ergo explicandus is locus? dico bis dena ſeſtertia nummûm ſignificare bis dena, ſeu viginti millia ſeſtertium nummûm. Ita & loquitur Cicero Epiſt. quinta ad Rufum: *reliquum eſt de ſeſtertium centum millibus, de quibus memini mihi à te Myrina literas allatas eſſe.* Eadem Epiſtola hanc ſummam ſeſtertia centum appellat. Itaque cum dicimus decem ſeſtertii, nullum numerum extra hunc intelligimus: cum vero decem ſeſtertium, his verbis decem milia ſeſtertium deſignamus, at cum decies ſeſtertium, majorem etiam numerum, nimirum decies centena millia ſeſtertium. Vide Budæum de Aſſe, & Agricolam de Pond. monetar. Manut. de Quæſit. per epiſt. cap. 8. lib. I Et nuperrime Gronovium de Seſtert.

1. *Sicut*

perii miniſter, quod meo ductu, meiſque auſpiciis bis millies HS. uberius feci. Neque enim huc puto malignitatis ventum, ut de mea innocentia quærendum ſit. Nam cum Africam totam poteſtati veſtræ ſubjecerim, nihil ex ea quod meum diceretur, præter cognomen, retuli. Non igitur me Punicæ, non fratrem meum Aſiaticæ gazæ avarum reddiderunt: ſed uterque noſtrûm magis invidia, quàm pecunia locupletior eſt. Tam conſtantem defenſionem Scipionis univerſus ſenatus comprobavit.

[1] Sicut & illud factum: quod cum ad neceſſarium Reipubl. uſum pecuniam ex ærario promi opus eſſet, idque Quæſtores, quia lex obſtare videretur, aperire non auderent, privatus claves popoſcit, patefacto ærario, legem utilitati cedere coëgit. Quam quidem ei fiduciam conſcientia illa dedit, qui meminerat omnes leges à ſe eſſe ſervatas. [2] Non fatigabor ejuſdem facta identidem referendo, quoniam nec ille quidem in conſimili genere virtutis edendo fatigatus eſt. Diem illi ad populum M. Nævius tribunus pleb. aut (ut quidam memorant) duo Petillii dixerant: quo ingenti frequentia in forum deductus, [3] roſtra conſcendit, capitique ſuo [4] corona triumphali impoſita, Hac, inquit, Quirites, die, Carthaginem [5] magna ſperantem, leges veſtras accipere juſſi: proinde æquum eſt vos mecum ire in Capitolium ſupplicatum. Specioſiſſimam ejus deinde vocem æque clarus eventus ſecutus eſt: ſiquidem

1. *Sicut & illud factum.*] Hoc deprehenditur contigiſſe Celtiberico bello, quod C. Sempronius Tuditanus Prætor contra Celtiberos geſſit, in quo ipſe fere cum toto exercitu occiſus eſt. *Oliv.*

2. *Non fatigabor.*] Hoc exemplum Aulus Gell. ponit lib. IV. cap. 18. Nam refert Scipionem à M. Nævio accuſatum, quod pecuniam accepiſſet ab Antiocho rege, ut conditionibus gratioſis & mollibus pax cum eo fieret pop. Rom. nomine. *Idem.*

5. *Roſtra.*] Id eſt, locum, unde edicta fiebant, roſtris navium Antiatium munitum. *Badius.*

4. *Corona triumphali.*] De talibus coronis alibi egimus.

5. *Magna ſperantem.*] Recte Modius emendavit, *Magna ſpirantem* Emendo & ego Ciceronem lib. I. Tuſc. *Nondum guſtaverat*, inquiunt, *vitæ ſuavitatem, hic autem jam ſpirabat magna.* Hactenus editur, *ſperabat*. Colerus.

dem & ſenatum totum, & univerſum equeſtrem ordinem, & cunctam plebem Jovis Optimi Maximi [1] pulvinaria petens, comitem habuit. Reſtabat ut tribunus apud populum ſine populo ageret, deſertuſque in foro cum magno calumniæ ſuæ ludibrio, ſolus moraretur: Cujus devitandi ruboris cauſa, in Capitolium proceſſit, deque accuſatore, Scipionis venerator eſt factus.

2. Aviti ſpiritus egregius ſucceſſor [2] Scipio Æmilianus, cum urbem[3] prævalidam obſideret, ſuadentibus quibuſdam ut circa mœnia ejus ferreos [4] murices ſpargeret, omniaque vada tabulis [5] plumbatis conſterneret, habentibus clavorum cacumina: ne ſubita eruptione hoſtes in præſidia noſtra impetum facere poſſent: reſpondit: Non eſſe ejuſdem, & capere aliquos velle, & timere.

3. [6] In quamcunque memorabilium partem exemplorum convertar, velim nolim, in cognomine Scipionum hæream neceſſe eſt. Quî enim licet hoc loci Naſicam præterire fidentis animi, dictique clariſſimum auctorem? Annonæ caritate increbeſcente, C. Curatius Tribunus pleb. productos in concionem C o s s. compellebat, ut de frumento emendo, atque ad id negotium explicandum mit-

1. *Pulvinaria.*] Lectiſternia, quæ in templo Jovis Optimi Maximi fuerunt.

3. *Scipio Æmilianus.*] Hic, ut ſæpe dictum eſt, de gente Æmilia fuit, Pauli filius in gentem Scipionum adoptatus. Hic ille fuit Africanus, qui Carthaginem evertit, & Numantiam ſuſtulit, urbes duas potentiſſimas, & pop. Rom. infeſtiſſimas. Cum igitur Intercallatiam, Hiſpaniæ urbem prævalidam, obſideret, vel, ut alii putant, Numantiam, multi hoſtium eruptionem metuentes, ſuadebant tribulos ferrataſque tabulas circa moenia ſpargendas eſſe, quæ hoſtes ab eruptione deterrerent. Quibus reſpondit, non eſſe viri fortis, velle hoſtes capere, eoſdemque timere. *Oliver.* Contigit A. U. DCXXIX.

3. *Prævalidam urbem.*] Intercallatiam, ut quidam putant, quæ eſt in Hiſpania, vel ut alii volunt, Numantiam. *Oliverius.*

4. *Murices.*] Murex proprie dicitur acumen ſaxi. Virgilius:

—— Et acuto murice remi
Obnixi crepuêre. ——

Sed pro unaquaque re acuta ponitur, ut hoc loco pro trigono poſuit ferreos murices, qui ſunt cujuſmodi tribuli, qui naſcuntur in lacubus & ſtagnis, qui in quamcunque partem reciderint, ita cadunt, ut unum acumen extet erectum. *Idem.*

5. *Plumbatis.*] Ut mergerentur in profundum, & ita laterent. *Bad.*

6. *In, &c.*] Contigit A. U. DCXV.

1. *Mini-*

mittendis legatis in curiam referrent. Cujus inſtituti [1] minime utilis interpellandi gratia Naſica contrariam actionem ordiri cœpit. Obſtrepente deinde plebe, Tacete quæſo Quirites, inquit: plus enim ego, quam vos, quid reipub. expediat, intelligo. Qua voce audita, omnes pleno venerationis ſilentio, majorem ejus auctoritatis, quam ſuorum alimentorum reſpectum egerunt.

4. [2] Livii quoque Salinatoris æternæ memoriæ tradendus animus: qui cum Aſdrubalem, exercitumque Pœnorum in [3] Umbria deleſſet, & ei diceretur, Gallos ac Ligures ex

1. *Minime utilis.*] Quia hoc idem cognoverat alias periculoſum fuiſſe libertari Romanæ. *Oliv.*

2. *Livii quoque Salinatoris.*] Hoc contigit ſecundo bello Punico: cum Aſdrubal cum multis millibus hominum in Italiam deſcendiſſet, ut ſe Annibali fratri conjungeret; quod ſi factum fuiſſet, omnium ferme judicio actum fuiſſet de Imperio Romano. Eo forte anno Conſules erant, Claudius Nero, & Livius Salinator. Claudio provincia evenerat Annibal, Livio vero Aſdrubal. Forte nuntii, qui ad Annibalem cum literis mittebantur à fratre, à vagis per agros populatoribus Romanis intercepti, ad Claudium Conſulem deducuntur, qui, lectis literis per interpretes, & ex captivis percontatione facta, non eſſe tempus ratus, quo conſiliis ordinariis provinciæ quiſque ſuæ finibus per exercitus ſuos cum hoſte deſtinato à Senatu bellum gereret, literis Aſdrubalis Romam miſſis ad Senatum, edoctiſque patribus, quid ipſe pararet, quid item illis parandum eſſet de toto exercitu; quod roboris erat, delegit ſex millia equitum, decem millia peditum, & ad collegam, quantis maxime itineribus potuit, contendit, nocte clam hoſtibus Romana caſtra ingreſſus, ſuadet collegæ prima luce pugnam cum hoſte ſuſcipere, multis in contrarium cenſentibus, tantiſper ſcilicet differendum eſſe, donec feſſum via & vigiliis reficeret militem. Ille ne conſilium ſuum, quod tutum celeritas feciſſet, morando temerarium faceret, inſtat pugnæ ſignum dari, quo facto, ſequenti die in aciem utrinque deſcenſum eſt: ſed id moram attulit pugnæ, quod Aſdrubal provectus ante ſigna, cum paucis ſcuta vetera hoſtium notavit, quæ antea viderat, ſtrigoſiores equos vidit, & auctum exercitum Romanum cognovit. Territus quamprimum receptui cani jubet, ſequenti nocte tacitus aufugit, quem Romanus exercitus prima luce inſecutus apud Metaurum fluvium, quem ille tranſnatare nequiverat, aſſecutus eſt. Ibi conſerto prælio, quinquaginta ſex millia hoſtium cum ipſo Imperatore cæſa, quinque millia quadringenta capta ſunt, denique reddita eſt æqua Cannenſi clades. In eo igitur prœlio tanta ſanguinis & cædis ſatietas ceperat Romanos victores, ut poſtero die, cum eſſet nunciatum Livio, Gallos Ciſalpinos, Ligureſque, qui aut prœlio non affuiſſent, aut inter cædem aufugiſſent, uno agmine abire ſine certo duce, ſine ordine ullo, aut imperio, poſſe, ſi una equitum ala mittatur, omnes deleri. Sint, ait Livius, qui ſuperſint aliqui nuntii, & hoſtium cladis, & virtutis noſtræ. *Oliv.* Contigit A. U. DCXVII.

3. *Umbria.*] Umbria inter Sabiniam &

ex acie ſine ducibus & ſignis, ſparſos ac palantes parva manu opprimi poſſe; reſpondit, Parci eis oportere, ne hoſtibus tantæ cladis domeſtici nuntii deeſſent.

5. [1] Bellica hæc præſentia animi: togata illa, ſed non minus laudabilis, quam P. Furius Philus conſul in ſenatu exhibuit. Q. enim Metellum, Q. que Pompejum conſulares viros vehementes inimicos ſuos, cupitam ſibi profectionem in provinciam Hiſpaniam, quam ſortitus erat, identidem exprobrantes, [2] legatos ſecum illuc ire coëgit. O fiduciam non ſolum fortem, ſed pene etiam temerariam; qua duobus acerrimis odiis latera ſua cingere eſt auſus, uſumque miniſterii vix tutum in amicis, è ſinu inimicorum petere ſuſtinuit.

6. [3] Hujus factum, ſi cui placet; neceſſe eſt [4] L. etiam Craſſi, qui apud majores eloquentiâ clariſſimus fuit, propoſitum non diſpliceat: nam cum ex conſulatu provinciam Galliam obtineret, atque in eam C. Carbo, cujus patrem damnaverat, ad ſpeculanda acta ſua veniſſet; non ſolum eum inde non ſummovit, ſed inſuper locum ei in tribunali aſſignavit, nec ulla de re, niſi eo in conſilium adhibito, cognovit. Itaque acer & vehemens Carbo nihil aliud Gallica peregrinatione conſecutus eſt, quam ut animadver-

Thuſciam poſita eſt, teſte Strabone, qui dicit libro v. *Cæterum in Sabiniæ & Thuſciæ medio Umbria jacet, monteſque tranſgreßi, uſque Ariminum Ravennamque procedunt; & ideo à multis pars Thuſciæ dicitur in jugis Apennini montis poſita, in parte Italiæ. Sunt autem loca juxta Spoletum, &c.* Idem.

1. *Bellica, &c.*] Contigit A. U. DCXVII.

2. *Legatos.*] Ut ex hoc loco patet, Imperator ſibi legatos, quos volebat, pronuntiabat, ſicut Dictator magiſtrum equitum. *Oliv.*

3. *Hujus, &c.*] Contigit A. U. DCLIX.

4. *Lucii Craßi.*] Is Cn. Carbon, de quo nunc agitur, patrem damnaverat. Prætores aliquot damnati fuerant, eo quod avare, & crudeliter provincias adminiſtraverant; ſed hic C. Carbo, damnatus fuerat, quod cum C. Graccho, & Fulvio Graccho triumviris dividendo agro creatis, ſeditionem concitaverat, bello etiam adverſus Cimbros infeliciter pugnaverat: hic quoque tribunus plebis rogationem tulerat, ut eundem tribunum plebis, quoties vellet, creari liceret. Quam rogationem P. Scipio diſſuaſit. Gracchus contra ſuaſit. His igitur de cauſis L. Craſſus eum damnatum exulare coëgit. *Oliv.*

1. *Ab*

adverteret ſontem patrem ſuum [1] ab integerrimo viro in exilium miſſum.

7. [2] Cato verò ſuperior ſæpenumero ab inimicis ad cauſſæ dictionem vocatus, nec ullo unquam crimine convictus: ad ultimum tantum fiduciæ in ſua innocentia repoſuit, ut ab his in quæſtionem publicam deductus, Ti. Gracchum, [3] à quo in adminiſtratione reip. ad multum odium diſſidebat, judicem depoſceret. Qua quidem animi præſtantia pertinaciam eorum inſectandi ſe inhibuit.

8. [4] Eadem M. Scauri fortuna, æque ſenectus longa ac robuſta, idem animus. Qui cum [5] pro roſtris accuſaretur, quod

1. *Ab integerrimo viro.*] Ut qui in oculis inimici omnia gerere audebat.

2. *Cato vero ſuperior.*] Hic Cato, teſte Plinio, quadragies quater accuſatus, & glorioſiſſime abſolutus eſt. Plutarchus vero quinquagies dicit fuiſſe accuſatum. Nam calumniarum, inquit, in republ. Cato non fuit expers; nam ubicunque inimicis accuſationis argumentum accuſationemque præſtabat, in cauſa dicenda magno cum diſcrimine vexabatur. Ferme enim quinquagies ei diem dictam eſſe ferunt, poſtremo ſex & octoginta natus annos, accuſatus, vulgatum illud dixiſſe ajunt, Difficillimum eſſe, cum inter alios homines vixerim, apud alios de his criminibus reſpondere, quæ ab adverſariis objecta ſunt, ut in cap. de Studio & Induſtria dicturi ſumus. *Oliver.* Contigit A. U. DLXXV.

3. *A quo in adminiſtratione Reipub. &c. diſſidebat.*] Obtrectationem enim egit cum Tiberio; nam uterque in Hiſpania præclara facinora ediderat. *Idem.*

4. *Eadem M. Scauri fortuna.*] Comparat & magnitudinem animi, & longitudinem vitæ M. Scauri, ætati & magnitudini animi Catonis Valerius; ſed diſſentit ab aliis ſcriptoribus: nam Auctor de Viris Illuſtribus dicit accuſatum fuiſſe, quod conſilio illius bellum ſociale concitatum eſſet. Aſcon. Pedianus refert apud Q. Varium accuſatum fuiſſe, cum ob negatam ſociis Latini nominis civitatem, nobilitas infeſta eſſet. Q. Varius trib. pl. legem tulit, ut quæſtiones haberentur eorum, quorum opera ſocii contra pop. Roman. arma ſumpſiſſent. Inimici primo M. Scauri, exiſtimantes ſe inveniſſe rationem opprimendi Scaurum, egerunt, ut in judicium traheretur, accuſatus, quod pecunia corruptus excitaſſet arma contra populum Rom. Hic eo tempore ægrotabat. Amici, & cognati hortabantur, ne vellet contra valetudinem ad quæſtionem accedere. Ille ſua maxima innocentia fretus, maximaque pectoris fiducia munitus, in forum deſcendit, & paucis verbis cauſam dixit. Q. Varius inquit M. Scaurum, regia pecunia corruptum, remp. perdere voluiſſe. M. Scaurus huic ſe culpæ affinem eſſe negat. Utri magis credendum eſt? Inter alios, quam inter vos; (nam apud majores veſtros vixi) vos autem vitam meam per ætatem noſcere non poteſtis. *Oliv.*

5. *Pro Roſtris accuſaretur.*] Quintilianus lib. V. & Auctor de Viris Illuſtribus, & Aſconius accuſatum volunt, quos ſocios ad arma concitaſſet, ut forte Valerius velit id factum auctore Mithridate hic lib. VIII. cap. 6. *Corradus.*

quod à rege Mithridate ob remp. prodendam pecuniam accepiſſet, cauſam ſuam ita egit: Eſt quidem iniquum Quirites, cum inter alios vixerim, apud alios me rationem vitæ reddere. Sed tamen audebo vos, quorum major pars honoribus & actis meis intereſſe non potuit, interrogare: [1] Varium Sucronenſis Æmilium Scaurum, regia mercede corruptum imperium populi Rom. prodidiſſe ait: Æmilius Scaurus huic ſe affinem eſſe culpæ negat: [2] Utri creditis? Cujus dicti admiratione populus commotus, Varium ab illa dementiſſima actione pertinaci clamore depulit.

9. [3] Contra M. Antonius ille diſertus, non enim reſpuendo, ſed amplectendo cauſæ dictionem, quam innocens eſſet, teſtatus eſt. Quæſtor proficiſcens in Aſiam, [4] Brunduſium jam pervenerat, ubi literis certior factus inceſti ſe poſtulatum apud L. Caſſium Prætorem, cujus tribunal propter nimiam ſeveritatem [5] ſcopulus reorum dicebatur: cum id vitare beneficio [6] legis Memmiæ liceret, quæ eorum, qui reip. cauſſa abeſſent, recipi nomina vetabat: in Urbem tamen recurrit: Quo tam pleno fiduciæ bonæ con-

1. *Varius Sucronenſis.*] Id eſt, oriundus ex Sucrone oppido Hiſpaniæ juxta Sucronem fluvium, ut autor eſt Strabo libro III. Sic autem verior eſt lectio, quam ſi *Veronenſis* legatur. *Oliverius.*

2. *Utri creditis.*] Utrum homini peregrino, & nihil de vobis merito, an civi tot annos apud vos tam innocenter & fortiter verſato? *Oliv.*

3. *Contra M. Antonius.*] Hic eſt ille M. Antonius Orator, quem Cicero lib. de Oratore loquentem inducit. Hic quæſtor in Aſiam proficiſcebatur, & cum Brunduſium uſque perveniſſet, amicorum literis certior factus ſe crimine inceſti accuſatum. omiſſo, quod jam cœperat, itinere, Romam reverſus eſt, quamvis lege Memmia accuſationem iſtam vitare potuiſſet. Ibique cauſam ſuam tanta cum eloquentia & laude peregit, ut ſtatim abſolutus fuerit, deinde ſecurior, & honeſtior in provinciam proficiſceretur; quanquam etiam fide ſervi, quem indices in quæſtionibus habere voluerunt, adjutus defenſuſque fuerit, ut videbimus in cap. de Fide Servorum. *Oliv.*

4. *Brunduſium.*] Calabriæ urbs, quæ hodie Brundiſi.

5. *Scopulus reorum.*] Nam quemadmodum navigantes ſcopulo illiſi, naufragium faciunt, ita apud tribunal hujus, qui accuſabantur, pro majori parte periclitabantur. *Oliv.*

6. *Legis Memmiæ.*] Quæ ſcil. lex vetabat nomina eorum, qui abeſſent reipublicæ, recipi, ſcilicet ad accuſationem, aut ad litem ſubeundam, tantiſper dum abeſſent. *Badius.*

1. *Sunt*

conſilio, cum abſolutionem celerem, tum profectionem honeſtiorem conſecutus eſt.

10. [1]Sunt & illa ſpecioſæ fiduciæ publica exempla. Nam eo bello, quod adverſus [2]Pyrrhum gerebatur, Carthaginienſes c. ac xxx. navium claſſem in præſidium Romanis [3]Oſtiam ultro cum miſiſſent, ſenatui placuit legatos ad ducem eorum ire, qui dicerent, populum Rom. bella ſuſcipere ſolere, quæ ſuo milite gerere poſſet: proinde claſſem Carthaginem reducerent. [4]Idem poſt aliquot annos Cannenſi clade exhauſtis Romani imperii viribus, ſupplementum exercitus in Hiſpaniam mittere auſus, fecit ne hoſtilium locus caſtrorum, tum maxime [5]Capenam portam armis Annibale pulſante, minoris veniret, quam ſi Pœni illum non obtinerent. Ita ſe gerere in adverſis rebus quid aliud eſt, quam ſævientem fortunam, in adjutorium ſui, pudore victam convertere?

11. Magno ſpacio diviſus eſt à ſenatu ad poëtam [6]Accium

1. *Sunt & illa.*] Mago Carthaginienſium dux, in auxilium Romanorum cum ducentis & triginta navibus miſſus, ut tradit Juſtinus, Senatum adiit, dicens, ægre pati Carthaginienſes, ut Itali ac Romani à peregrino hoſte infeſtarentur, & quoniam externo hoſte premerentur, auxilium miſiſſe, ut externis quoque opibus adjuvarentur, gratiæ à Senatu actæ, & naves remiſſæ ſunt, quia dicerent Romanos ea bella ſuſcipere, quæ ſuis viribus gerere poſſent. *Oliv.*

2. *Pyrrhum.*] Regem Epiri.

3. *Hoſtiam.*] Ad illud uſque oppidum ſuper Tiberim ſitum.

4. *Idem poſt aliquot.*] Cum à Romanis obſideretur Capua, Annibal, ut ab ea obſidione Romanos abſtraheret, quia non aliter ſociis ſubveniri poſſe videbat, ad oppugnandam urbem Romam exercitum duxit, & ad Anienem fluvium tria millia paſſuum ab urbe caſtra locavit; ubi cum ſtativa haberet Senatus, milites in ſupplementum Hiſpaniæ miſit, & agrum, in quo eſſent hoſtes, publice vendidit. Quod ubi per captivos cognitum eſt Annibali, id adeo ſuperbum, adeoque indignum ipſi viſum eſt, quod cum ipſe ad mœnia urbis Romæ armatus ſederet, milites ſub vexillis in ſupplementum aliarum provinciarum mitterentur, & ejus ſoli, quod ipſe bello captum poſſideret haberetque, Romæ inventum emptorem eſſe, qui nihil diminuto precio mercaretur, ut extemplo vocato præcone, tabernas argentarias, quæ circa Romanum forum eſſent, juſſerit venire, ſed emptor non eſt inventus. *Oliv.*

5. *Capenam portam.*] Qua itur Capuam, quæ Capua tunc ab Annibale tenebatur. *Bad. Capenam portam.*] Ad portam Collinam progreſſum Annibalem ſcribit Livius. *Corradus.*

6. *Accium.*] Hic Poëta inter principes Tragœdiarum ſcriptores relatus eſt à veteribus: paulo junior fuit M. Pacuvio: natus traditur parentibus liberti-

 nis,

cium tranſitus. Ceterum ut ab eo decentius ad externa tranſeamus, producatur in medium. Is [1] Julio Cæſari ampliſſimo & florentiſſimo viro, in collegium poëtarum venienti nunquam aſſurrexit: non majeſtatis ejus immemor, ſed quod in comparatione communium ſtudiorum, aliquanto ſuperiorem ſe eſſe confideret. Quapropter inſolentiæ crimine caruit, quia ibi voluminum, non [2] imaginum certamina exercebantur.

EXTERNA.

[3] Nec Euripides quidem Athenis arrogans viſus eſt, cum poſtulante populo, ut ex tragœdia quandam ſententiam tol-

nis, Marcino & Serano Coſſ. Quidam ſcribunt, fuiſſe illum relatum inter eos colonos, qui ex urbe ad oppidum Piſaurum conceſſerunt: ubi fundum ſuum poſſedit, qui de ipſius nomine Accianus eſt appellatus. Ingenio acri fuit, & in ſcribendis fabulis miro ſtudio incubuit. Notum eſt, quantum ei conceſſerit Decius Brutus, vir clariſſimus, cum voluerit Accianis verſibus templorum ac monumentorum aditus exornari. Quod à M. Tullio refertur. Idem Accius cum Iter faceret in Aſiam, divertit ad Poëtam Pacuvium, qui Tarenti agebat, cumque eo dies aliquot verſatus eſt, & cum Atreum ſuam illi recitaret, laudavit eam Pacuvius, & ſimul grandia inquit, & ſonora eſſe, quæ ab Accio ſcripta forent: videri tamen ſibi duriuſcula, & ſubacida. Quod Accius quidem minime negavit: nec ſe inquit pœnitere, quoniam idem ferme ingeniis ſoler accidere quod pomis: quæ enim dura admodum, & acerba naſcuntur, paularim mitia fiunt, atque perfectiora redduntur. Quæ viera gignuntur, & mollia, nunquam ad veram frugem & maturitatem perveniunt. Sic, inquit Accius, ſentiendum eſt de hominum ingeniis. Statura fuit admodum brevi, ut à C. Plinio refertur: etſi imaginem ſuam collocavit in æde Camœnarum prægrandi formà. Citantur ejuſdem Accii fabulæ complures à noſtris Grammaticis: ut Phœnice, Menalippus, Epigoni, Medea, Alcmeon, Prometheus, Philoctetes, Atreus, Neoptolemus. M. Cicero præcipue nominat Brutum, & Argonautas. *P. Crinitus.* Forſan alius fuit, qui Dictatoris tempore vixit.

1. *Julio Cæſari.*] Glareanus legit: *Sex. Julio Cæſari.* Qui enim Dictator ille potuit eſſe? Pighius C. Cæſarem Dictatorem accipit. *Coler.*

2. *Imaginum.*] Stemmatum majorum.

3. *Nec Euripides quidem.*] Tragicus iſte Poëta fuit clariſſimus, ut ſupra diximus. Euripides dictus, reſte Priſciano lib. 11. de octo partibus orationis, ab Euripo, ea maris parte, quæ eſt inter Eubœam, & Bœotiam, quoniam eo die natus ſit, quo Athenienſes cum Perſis in Euripo bellum gerentes, victoriam ſunt conſecuri, de cujus progenie atque fortuna, hæc Gellius: *Euripidis Poëtæ matrem Theopompus agreſtia olera vendentem victum quæſiſſe dicit. Patri autem ejus nato illo reſponſum eſt à Chaldæis, eum puerum, cum adoleviſſet, victorem in certaminibus fore, id ei puero fatum eſſe pater interpretatus, athletam debere eſſe, roborato exercitatoque filii corpore, Olympiam certaturum eum inter athle-*

tolleret, progreſſus in ſcenam, dixit: Se ut eum doceret, non ut ab eo diſceret, fabulas componere ſolere. Laudanda profectò fiducia eſt; quæ æſtimationem ſui certo pondere examinat, tantum ſibi arrogans, quantum à contemptu & inſolentia diſtare ſatis eſt.

1. Itaque etiam quod Alceſtidi tragico poëtæ reſpondit, probabile: apud quem cum quereretur, quod eo triduo non ultra tres verſus maximo impenſo labore [1] deducere potuiſſet, atque is ſe centum perfacile ſcripſiſſe gloriaretur. Sed hoc, inquit, intereſt, quod tui in triduum tantummodo, mei verò in omne tempus ſufficient. Alterius enim fœcundi curſus ſcripta [2] intra primas memoriæ metas corruerunt, alterius [3] cunctante ſtylo elucubratum opus per omne ævi tempus plenis gloriæ velis feretur.

2. Adjiciam ſcenæ ejuſdem exemplum: [5] Antigenidas tibicen diſcipulo ſuo magni profectus, ſed parum feliciter populi ſe approbanti, cunctis audientibus, dixit: Mihi cane, & Muſis. Quia videlicet perfecta ars fortunæ [6] lenocinio defecta, fidùcia juſta non exuitur: quamque ſcit ſe lau-

athletas pueros deduxit, ac primo quidem in certamine per ambiguam ætatem receptus non eſt; poſt Eleuſinio Theſeio certamine pugnavit, & coronatus eſt. Mox a corporis cura ad excolendum animi ſtudium transgreſſus, auditor Phyſici Anaxagoræ, & rhetoris Prodici, in morali autem Philoſophia Socratis. Tragœdiam ſcribere, natus annos duodeviginti, adortus eſt. Philocorus refert in inſula Salamina ſpeluncam eſſe tetram, & horridam, in qua Euripides Tragœdiam ſcriptitavit. Ita Gellius. Hic nonaginta duas dicitur ſcripſiſſe Tragœdias, in quibus decies quinquies victor evaſit, cum in theatro diverſorum Poëtarum Tragœdiæ recitarentur. Cujus patrem Meneſarchum, matrem Clitonem fuiſſe legimus. *Oliv.*

1. *Deducere.*] Id eſt, perficere, ita ut in locum tragœdiæ apte deduci poſſent.

2. *Intra primas metas.*] Id eſt, primos terminos.

3. *Cunctante ſtilo.*] Id eſt, immorante, & non eunctante.

4. *Adjiciam ſcenæ.*] Nam in ſcena recitantibus Tragœdias mimis, tibiæ ſemper adhibebantur.

5. *Antigenidas.*] Suidæ eſt Θηβαῖος μουσικὸς αὐλῳδὸς φιλοξένου. Meminit ejuſdem dicti Cicero libro II. de Claris Oratoribus, Plinius, & Agellius. Idem nomen *Antigenidæ* reddendum Apuleio in Floridis, apud quem hactenus ſcribitur, *Antigenes.* Colerus.

6. *Lenocinio defecta.*] Id eſt, blanditiis, videlicet externa laude deſtituta: nam quemadmodum lenones adoleſcentibus blandiuntur, ſic etiam fortuna modo huic, modo illi blanditur & favet. *Idem.*

laudem mereri, eam etſi ab aliis non impetrat, domeſtico tamen acceptam judicio refert.

3. [1] Zeuxis autem cum Helenam pinxiſſet, quid de eo opere homines cenſuri eſſent, expectandum non putavit: ſed protinus hos verſus adjecit: Iliad. 3.

Οὐ νέμεσις τρῶας, καὶ ἐϋκνήμιδας ἀχαιοὺς
Τοιῇ δ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν.
Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεαῖς εἰς ὦπα ἔοικεν.

Adeone dextræ ſuæ multum pictor arrogavit, ut eo tantum forma comprehenſum crederet, quantum aut [2] Leda cœleſti partu edere, aut Homerus divino ingenio exprimere potuit.

4. [3] Phidias quoque Homeri verſibus egregio dicto alluſit.

1. *Zeuxis, &c.*] Inter primos ſuæ ætatis pictores hic præcipuum locum obtinuiſſe fertur, quem Plinius tantam ex ea re gloriam, & opes comparaſſe dixit, ut gratuito pingere, & elargiri opera ſua non dubitaret, exſtimans illa non ſatis digno pretio poſſe compenſari. Dicitur in certamen deſcendiſſe cum Parrhaſio, & ab illo ſuperatus: nam cum detuliſſet uvas tanto ſucceſſu depictas, ut aves in ſcenam advolarent, Parrhaſius detuliſſe fertur linteum avibus pictum, ita veritatem repræſentantibus, ut Zeuxis alitum judicium rimens, ingenuo pudore palmam ei conceſſerit. Hic vero in fœmineo corpore pingendo cæteris omnibus anteceſſit: nam, ut Cicero meminit, in arte veteri à Crotoniatis ingenti pretio conductus, ut Junonis templum illud, quod illi magnificum ſatis condiderant, egregiis figuris locupletaret, poſt abſolutum opus, ut excellentem muliebris formæ pulchritudinem muta in ſe imago contineret, Helenæ dixit ſe velle pingere ſimulachrum, petiit itaque à Crotoniatis virgines, quas omnium formoſiſſimas haberent: illi publico de conſilio virgines in locum unum conduxerunt, & pictori, quas vellet, eligendi poteſtatem dederunt. Ille autem ex omnibus quinque delegit, in quibus veriſſimum pulchritudinis judicium haberet; neque enim putavit omnia, quæ ad venuſtatem quæreret, in uno ſe corpore reperire. Plinius vero ait lib. xxxv. non id feciſſe Crotoniatis, ſed Agrigentinis. *Zeuxis*, inquit, *tantus diligentia fuit, ut Agrigentinis facturus tabulam, quam in templo Junonis Laciniæ publice dicarent, inſpexerit virgines eorum nudas, & quinque elegerit, ut quod in unaquaque laudatiſſimum eſſet, picturæ redderet.* Oliver. *Zeuxis autem.*] De hoc Cicero, Plinius, Plautus Pœnulo. De ejus morte Feſtus, in voce *Pictor*. Feciſſe Helenam iſtam Agrigentinis Plinius ſcribit; Cicero, Crotoniatis. *Coler.*

2. *Leda.*] Leda uxor Tyndari potuit edere partu cœleſti, id eſt, ex conceptu Jovis, qui cum ea in ſpecie cygni concubuit, (ut fabulæ habent) & ex ovo concepto Helenam genuit, aut quam tum Homerus potuit exprimere divino ingenio. *Badius.*

3. *Phidias, &c.*] Statuarius hic nobiliſſimus fuit, tanta fiducia præditus, ut, teſte Macrobio, cum Jovem Olympium pingeret, interrogatus de quo exemplo divi-

luſit. Simulacro enim [1] Jovis Olympii perfecto, quo nullum præſtantius, aut admirabilius humanæ fabricatæ ſunt manus; interrogatus ab amico, quonam mentem ſuam dirigens, vultum Jovis propemodum [2] ex ipſo cœlo petitum eboris [3] lineamentis eſſet amplexus: illis ſe verſibus quaſi magiſtris uſum reſpondit: Iliad. I.

> Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.
> Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος,
> Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο· μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

5. Non patiuntur me tenuioribus exemplis diutius inſiſtere

divinam mutuaretur effigiem, reſpondit Archetypum Jovis in his ſe tribus Homeri verſibus inveniſſe: Ἦ καὶ, &c. ut in textu. Qui verſus ſic ſunt in Latinum traducti:

> *Atque ſuperciliis Saturnius annuit atris,*
> *Ambroſiæ fluxere comæ de vertice regis*
> *Æterni: aſt nutu totum concuſſit Olympum.*

De ſuperciliis & crinibus ſe totum Jovis vultum collegiſſe ait. De quo Plinius lib. VII. Nat. Hiſt. *Phidiæ Jupiter*, inquit, *Olympius quotidie artificii excellentiæ teſtimonium perhibet.* Rurſus libro XXXVI. cap. 5. *Phidiam clariſſimum eſſe per omnes gentes, quæ Jovis Olympii famam intelligunt, nemo dubitat; ſed ut merito laudari ſciant etiam qui opera ejus non viderunt, proferemus argumenta parva, & ingenii tantum. Neque ad hoc Jovis Olympii pulchritudine utemur, non Minervæ Athenis factæ amplitudine, cum ſit ea cubitorum XXVI. ebore, hac & auro conſtet; ſed in ſcuto ejus, in quo Amazonum prælium cælavit, intumeſcente ambitu parmæ, ejuſdem concava parte, Deorum & gigantum dimicationem, in ſoleis vero, Lapitharum & Centaurorum; adeo momenta omnia compacta artis illius fuere: in baſi autem, quod cælatum eſt, Pandoras geneſin appellavit, ibi Dii ſunt triginta numero naſcentes, Victoria præcipue mirabili. Periti mirantur etiam ſerpentem, & ſub ipſa cuſpide æream ſphingem.* Hæc Plinius. Quintilianus lib. VII. de Inſtitutione Orat. hunc dicit in Diis quam hominibus fingendis longe meliorem fuiſſe artificem, in ebore vero longe citra æmulum, ut ſi nihil niſi Minervam Athenis, aut Olympium in Elide Jovem feciſſet, cujus pulchritudo adjeciſſe aliquid etiam receptæ religioni videtur, adeo majeſtas operis Deum æquavit. Cicero quoque lib. Tuſculan. Quæſt. I. *Quid enim Phidias ſui oris ſimilem ſpeciem adeo artificioſe incluſit in clypeo Minervæ, cum inſcribere non liceret, quod ea convulſa tota operis colligatio ſolveretur.* Oliv.

1. *Jovis Olympii perfecto.*] Nota ejuſdem Minerva & Nemeſis ex Plinio. Sed & Jovem commemorat Tzetzes: Χαίρετε, inquit, ποιῶν τοῦ ἑρμηνεύειν ἀνθρώπῳ καὶ οὐκ εὔχαρ περὶ τὴν πλαστουργίαν, ἀγαλματώσας φειδιακῇ τῇ τέχνῃ τὸ ἐν Ῥαμνοῦντι ἄγαλμα Νεμέσεως, Διός τε, &c. De ejus Jove Olympio legere eſt apud Quintilianum lib. XII. c. 10. Plinium XXXIV. cap. 8. Tertullianum libro de Reſurrectione Carnis. *Coler.*

2. *Ex ipſo cœlo petitum.*] Si Jovem ipſum in cœlo, quo ſtare conſuevit, aliquando vidiſſet, melius certe non effinxiſſet. *Oliverius.*

3. *Lineamentis.*] Subtilibus ſculpturis & cælaturis.

1. *Epami-*

ſiſtere fortiſſimi duces. Siquidem [1] Epaminondas, cum ei cives irati, ſternendarum in oppido viarum contumeliæ cauſa curam mandarent (erat enim illud miniſterium [2] apud eos ſordidiſſimum) ſine ulla cunctatione id recepit, daturumque ſe operam ut brevi ſpecioſiſſimum fieret, aſſeveravit: [3] Mirifica deinde procuratione, abjectiſſimum negotium pro ampliſſimo ornamento expetendum Thebis reddidit.

6. [4] Annibal verò cum apud regem [5] Pruſiam exularet, auctorque ei committendi prœlii eſſet, atque is non idem ſibi

1. *Epaminondas.*] Conſtat Epaminondam omnium Thebanorum ducum fuiſſe clariſſimum, adeo ut, teſte Juſtino, cum illo nata, & extincta omnis patriæ gloria fuiſſe videatur: nam poſt illum Thebani memorabile nullum unquam bellum geſſere, nec virtutibus aut rebus geſtis, ſed cladibus inſignes ſemper fuere. Fuit etiam Philoſophus ſummus, ex quo dubium hominibus reliquit, vir ne melior an dux fuerit: nam & imperium non ſibi, ſed patriæ quæſivit; pecuniæ adeo parcus fuit, ut funebris ſumptus defuerit. Gloriæ quoque non cupidior, quam pecuniæ, quippe recuſanti omnia imperia ingeſta ſunt, honoreſque ita geſſit, ut ornamentum non accipere, ſed dare ipſi dignitati videretur; jam literarum ſtudium, jam Philoſophiæ doctrina tanta, ut mirabile videretur, unde tam inſignis militiæ ſcientia homini inter literas nato. Æmilius Probus hunc omnibus ferme virtutibus ornatum fuiſſe commemorat, prudentia, æquitate, modeſtia, ſapientia, rei militaris peritia, animi & corporis fortitudine, continentia, clementia, patientia vero tanta, ut non ſolum populi, ſed etiam amicorum facile ferret injurias; adeo Veritatis amatorem fuiſſe tradit, ut ne joco quidem mentiretur, adeo taciturnitatis ſervatorem, ut commiſſa cuncta celaret, ſtudioſum quoque audiendi, ex quo facile diſci poſſe arbitrabatur, multaque alia de hoc viro memoriæ prodidit, quæ longum eſſet enarrare. *Oliv.*

2. *Apud eos ſordidiſſimum.*] Quod proprium huic Reipublicæ. Romæ munus id erat Cenſorum vel Ædilium. Apud Indos τῶν ἀρχόντων, ut ſcribit Strabo lib. XV. Dicebantur apud Thebanos τελέαρχοι. Eorum munus fuiſſe περὶ τὰς στενώπους ἐκβολῆς κοπρίων καὶ ῥευμάτων ἀποτροπῆς ſcribit Plutarchus in Præcep. Polit. Apud nonnullos Græciæ populos dicti ſunt ἀστυνόμοι. *Coler.*

2. *Mirifica deinde, &c.*] Quod maxima cura & diligentia illud munus exercuerit.

4. *Annibal.*] Pruſias rex Bithyniæ fuit, apud quem Annibal exulabat, poſtquam victus à Romanis, tanquam rupti fœderis auctor, depoſcebatur ad pœnas. *Oliv.*

5. *Pruſiam.*] Cum Eumene Ponti rege tunc bellum habebat rex Pruſias, & prælio navali dimicabat: nam illum terreſtri prœlio ſuperaverat. Conſulebat Annibalem Pruſias, nunquid pugnam cum hoſte committendam eſſe conſuleret, reſpondit rex id ſibi extis non portendi. Tum indignatus Annibal, mavis, inquit, vitulinæ carunculæ, quam veteri Imperatori fidem habere? Quibus verbis rex commotus, prœlium ſuſce-

ſibi extis portendi diceret: An tu, inquit, vitulinæ caruncula, quam imperatori veteri mavis credere? Si verba numeres, breviter & [1] abſciſe, ſi ſenſum æſtimes [1] copioſe & valenter. [2] Hiſpanias enim ereptas populo Romano, Galliarum, ac Liguriæ vires in ſuam redactas poteſtatem, & [3] novo tranſitu Alpium juga patefacta, & [4] Traſimenum lacum dira inuſtum memoria, & [5] Cannas Pœnicæ victoriæ clariſſimum monimentum, & Capuam poſſeſſam, & Italiam laceratam, ante pedes hominis effudit, uniuſque hoſtiæ jocinori, longo experimento teſtatam gloriam ſuam, poſtponi æquo animo non tulit: Et ſane quod [6] ad exploranda bellica ſacrificia, æſtimandoſque militares ductus attinebat; omnes [7] foculos, omnes aras Bithyniæ, Marte ipſo judice, pectus Annibalis [8] prægravaſſet.

7. [9] Capax generoſi ſpiritus illud quoque dictum regis Co-

ſuſcepit, & hoſtes ſuperavit. Hac autem aſtutia uſus eſt Annibal, qui ſtratagemate omnique calliditate plurimum valebat. Juſſit lagenas fictiles omnium generum ſerpentibus repleri, & media pugna in naves hoſtium conjici. Pontici primum illudebant, dicentes, quomodo cum fictilibus lagenis pugnare poterunt, qui armis non poſſunt? deinde cum injecti ſerpentes per naves ferveſcere cœperunt, tum denique hoſtes ancipiti malo perterriti, in fugam naves verterunt. *Oliv.* *Apud Pruſiam regem exularet.*] Cicero lib. II. de Divin. & Plutarchus de Exſilio hoc Antiocho dictum refert. *Corradus.*

1. *Abſciſe.*] Id eſt, per abruptum ſermonem.

2. *Hiſpanias ereptas.*] Breviter perſtrinxit cuncta Annibalis geſta, quæ decade ſecundi Punici belli pleniſſime referuntur. *Hiſpanias.*] Ulteriorem & citeriorem, quas abſtulerat populo Romano. *Oliv.*

3. *Novo tranſitu.*] Quia nemo ante Annibalem cum exercitu tranſierat Alpes, fuitque tranſitus ille difficilis, & pernicioſus Annibali, quippe ubi multa hominum millia, & inedia, & difficultatibus conſumpta, perierunt. *Oliv.* *Novo tranſitu.*] Quia primus tranſtulit exercitum, & montem rupit aceto.

4. *Traſimenum lacum.*] Ubi C. Flaminium conſulem Romanum cum quindecim millibus hominum occidit.

5. *Cannas.*] Ubi cæſa dicuntur quinquaginta Romanorum & ſociorum millia, cum altero Conſule Paulo Æmilio, ſicut ſupra monſtratum eſt. *Oliv.*

6. *Ad exploranda.*] Quaſi dicat, Annibalem melius judicare poſſe de extis, quam ſacrificulos; atque ita non deprimit fidem extiſpicii, ſed exaltat experientiam Annibalis. *Bad.*

7. *Foculos.*] In quibus ignem ſacerdotes geſtabant.

8. *Prægravaſſet.*] Præponderaſſet, ſuperaſſet.

9. *Capax, &c.*] Cotys rex Thracum fuit, quum inter Dorienſes & Athenienſes veterum ſimultatum eſſent offenſæ, & ideo bellum inter ſe geſturi eſſent. Cotym regem accitum in auxilium ſuum Athenienſes exercitui præfecerunt, & ut illum ſibi amantiorem, fideljoremque redderent, eum civitate dona-

Cotys: ut enim ab Athenienſibus civitatem ſibi datam cognovit, Et ego, inquit, illis meæ gentis jus dabo. Æquavit Athenis Thraciam, ne viciſſitudine talis beneficii imparem ſe judicando, humilius de origine ſua ſentire exiſtimaretur.

8. Nobiliter etiam uterque Spartanus, & qui increpitus à quodam, quod in aciem claudus deſcenderet; pugnare, non fugere propoſitum ſibi eſſe reſpondit. [1] Et qui referente quodam, [2] ſagittis Perſarum ſolem obſcurari ſolere: Bene narras, inquit, in umbra enim melius prœliabimur. Ejuſdem vir urbis atque animi, hoſpiti ſuo patriæ muros excelſos latoſque oſtendenti, dixit: Si mulieribus iſtos comparaſtis, recte: ſi viris, [3] turpiter.

CAP. VIII.
DE CONSTANTIA.

ROMANORUM.

1. *Q. Fulvii Flacci procoſ.*
2. *Q. Fabii Max. Verucoſſi.*
3. *C. Calpurnii Piſonis* Cos.
4. *Q. Metelli Numidici.*
5. *Q. Scævolæ Auguris.*
6. *Semproniæ Gracchorum ſororis.*
7. *Pontii centurionis.*
8. *C. Mevii centurionis.*

EXTERNORUM.

1. *Blaſſii Salapini.*
2. *Phocionis Athenienſis.*
3. *Socratis Athenienſis.*
4. *Ephialtis Athenienſis.*
5. *Dionis Syracuſani.*
6. *Alexandri Magni.*

APertum & animoſum [4] bonæ fiduciæ pectus emenſo quaſi debitum supereſt opus conſtantiæ. [5] Natura enim

donarunt: quod cum ipſi nuntiaretur, ut oſtenderet Thraces Athenienſibus nihilo dignitate inferiores eſſe, reſpondit, Et ego Athenienſes cives facio Thracenſes. Legitur & *Codrus*, ſed ille fuit dux, & rex Athenienſis, qui ſe pro conſervanda patria devoverat, de quo in capite de Pietate erga patriam dicetur. *Oliv.*

1. *Et qui referente.*] Hic, teſte Frontino, lib. IV. fuit Leonidas rex Spartanus.

2. *Sagittis Perſarum.*] Scilicet in aëra tam denſe immiſſis, ut terram umbra cooperirent.

3. *Turpiter.*] Scilicet *feciſtis*, quia virorum eſt, armis, non muris tueri, unde eis Sparta caruit.

4. BOnæ fiduciæ.] Quia etiam eſt confidentia, quæ mala eſt.

5. *Natura enim, &c.*] Hoc, inquit, obſervare ſolemus, ut cum confidimus nos

enim comparatum eſt, ut quiſquis ſe aliquid ordine, ac recte mente complexum confidit; vel jam geſtum, ſi obtrectetur, acriter tueatur, vel nondum editum, ſi interpelletur, ſine ulla cunctatione ad effectum perducat.

1. Sed dum exemplar propoſitæ rei perſequor, latius mihi circumſpicienti ante omnia ſe Fulvii Flacci conſtantia offert. [1] Capuam fallacibus Annibalis promiſſis [2] Italiæ regnum nefaria defectione paciſci perſuaſam, armis occupaverat: Tam deinde culpæ hoſtium juſtus æſtimator, quam ſpecioſus victor, [3] Campanum ſenatum impii decreti auctorem funditus delere conſtituit. Itaque catenis onuſtum in duas cuſtodias Theanum, Calenamque diviſit: conſilium executurus, cum ea peregiſſet, quorum adminiſtrandorum celerior eſſe neceſſitas videbatur. Rumore autem de mitiore ſenatus ſententia orto, ne debitam pœnam ſcelerati effugerent, nocte admiſſo equo, [4] Theanum contendit; interfectiſque qui ibi aſſervabantur, [5] eveſtigio Cales tranſgreſſus, perſeverantiæ ſuæ opus executus eſt: Et jam deligatis ad palum hoſtibus, literas à P. C. nequicquam Campanis ſalutares accepit. In ſiniſtra enim eas manu, ſicut erant traditæ, retinuit: ac juſſo lictore [6] lege agere, tum demum aperuit, poſtquam illis obtemperari non

nos juſtum aliquid & honeſtum eſſe complexos, vel jam geſtum acriter tueamur, ſi quiſpiam illud reſcindere voluerit, vel nondum perfectum ſine mora ad exitum perducamus, ſi quiſquam illud interpellare tentaverit, quo minus perficiatur. *Oliv.*

1. *Capuam, &c.*] Hanc hiſtoriam ſuperius diligenter ſatis annotavimus in capite de Fortitudine, ubi de Jubellio Peligno diximus.

2. *Italiæ regnum.*] Nam in ipſa defectione inter cæteras fœderis conditiones de imperio totius Italiæ jactatum eſt, atque ſancitum, ut devictis Romanis regna Italiæ penes Campanos eſſent. *Oliv.*

3. *Campanum Senatum.*] Ex U. C. Ita etiam Cicero & Livius frequenter Capuanos *Campanos* vocant, & ipſe Valerius Capuam, *Campanam urbem*, l. VII. cap. 6.

4. *Theanum contendit.*] De quo Horat.

—— Cui ſi vitioſa libido
Fecerit auſpicium, cras ferramenta Theanum
Tolletis fabri. ——

5. *E veſtigio Cales.*] Livius hoc oppidum pluraliter tantum declinavit *Cales, Calium.*

6. *Lege agere.*] Suo fungi miniſterio ſumendi de nocentibus ſupplicii.

1. *Atque*

non poterat. Qua conſtantia victoriæ quoque gloriam antecellit: quia ſi eum intra ſeipſum partita laude æſtimes, majorem punita Capua, quam capta reperies.

2. [1] Atque iſta quidem ſeveritatis, illa verò pietatis conſtantia admirabilis, quam Q. Fabius Maximus infatigabilem patriæ præſtitit: Pecuniam pro captivis Annibali numeravit, fraudatus ea publice, tacuit. [2] Dictatori magiſtrum

1. *Atque iſta, &c.*] Nota eſt hiſtoria. Quintus Fabius Maximus bello Punico ſecundo adverſus Annibalem dictator miſſus, illum juveniliter exultantem ſua ſapientia repreſſit, ſed cum ille multos captivos Romanos haberet, quos apud Trebiam & lacum Traſimenum, alibique ab imperatoribus Romanis re infeliciter geſta ceperat, Dictator de his publice redimendis cum Annibale convenerat, impoſito in capita pro conditione cujuſque pretio; ſed ea ſpe fraudatus à Senatu, qui non publice redimi cenſuit, quod ſine ejus auctoritate id factum eſſe diceret, tacuit, & agrum, quem pretioſum habebat, publice vendidit, & pecuniam pro captivis hoſti promiſſam, fideliter exſolvit. Eadem animi conſtantia uſus eſt, cum Minucium magiſtrum equitum imperio ſibi parem Senatus populuſque Romanus eſſe juſſit; quod nunquam antea factum fuerat, ut Dictatori magiſter equitum æquaretur imperio. Id autem factum, quia cum Fabius videret ſuperiorum ducum temeritate rempublicam eſſe concuſſam, adeoque debilitatam, ut ſuis viribus niti vix poſſet, rem ſibi longe aliter gerendam eſſe duxit, quam ſuperiores fecerant, hoſtem ſcilicet conſilio, non viribus eſſe domandum, & rempublicam prudentiæ magis, quam fortunæ beneficio recreandam. Itaque noluit unquam, niſi quantum neceſſitas cogeret, cum hoſte certare; ſed illorum impetus indies fruſtrari, & multis modis illudere, donec ipſi ſuis viribus conficerentur. Nam loca, unde illis commeatus eſſe poſſent, quam maxima diligentia occupabat, arctioraque indies alimenta in caſtris hoſtium reddebat; quod unum vincendi conſilium ſaluberrimum excogitaverat; ſed Minucius magiſter equitum, vir ferox & rapidus in conſiliis, ac lingua immodicus, primo inter paucos, deinde palam in vulgus criminari, pro cauto timidum, pro prudente tardum, pro perito imbellem appellare, qui, ut diutius eſſe in Magiſtratu, & Romæ & in caſtris haberet imperium, nolle cum hoſtibus acie dimicare. Hæc & alia his indigniora de Dictatore ferens in vulgus, ſic animos militum incenderat, ut ſi militaris ſuffragii res fuiſſet, haud dubie viderentur Minucium Fabio duci prælaturi. Forte ita evenit, ut Dictator comitiorum cauſa Romam revocatus, Minucium caſtris præficeret, qui levi quodam certamine cum Annibale congreſſus, & victoria parva potitus, literas de rebus geſtis, & egregia victoria ad Senatum miſit: quibus motus Senatus & populus, decreverunt Minucium æquam imperii poteſtatem habere cum Dictatore; ſed paulo poſt intellexere Romani, bono imperatori haud magni fortunam momenti eſſe, & ſolam mentem rationemque dominari, nam Minucius temere cum hoſtibus ſuſcepta pugna, non mediocrem reipubl. cladem illaturus fuerat, niſi Dictatoris conſilio in tempore ſubventum fuiſſet. *Oliv.* Contigit A. U. DXXXVI.

2. *Dictatori ei Magiſtrum equitum Minucium jure imperii Senatus æquaverat.*] Hoc de Senatu plane & perſpicue falſum.

ſtrum equitum Minucium jure imperii ſenatus æquaverat, ſilentium egit. Compluribus præterea injuriis laceſſitus, in eodem animi habitu permanſit, nec unquam ſibi reip. permiſit iraſci, tam perſeverans in amore civium fuit. Quid in bello gerendo; nonne par ejus conſtantia? Imperium Romanum Cannenſi prœlio pene deſtructum vix ſufficere ad exercitus comparandos videbat. Itaque fruſtrari & eludere Pœnorum impetus, quam manum cum his tota acie conſerere melius ratus, pluribus comminationibus Annibalis irritatus, [1] ſæpe etiam ſpecie bene gerendæ rei oblata; nunquam à conſilii ſalubritate, nec parvi quidem certamine diſcriminis, receſſit. Quodque eſt difficillimum, ubique [2] ira ac [3] ſpe ſuperior apparuit. Ergo ut Scipio pugnando, ita hic non dimicando, maxime civitati noſtræ ſuccurrit. Alter enim celeritate ſua Carthaginem oppreſſit: alter cunctatione id egit, ne Roma opprimi poſſet.

3. [4] C. etiam Piſonem mirifice & conſtanter turbulento reipubl. ſtatu egiſſe conſulem, narratione inſequenti patebit. [5] M. Palicani ſeditioſiſſimi hominis [6] peſtiferis blanditiis præ-

ſum. Non ſciverunt, non approbarunt id temerarium & novum patres: plebis unius & Tribunorum hæc ſanctio, hic error. Itaque Livius diſerte Plebiſcitum appellat. Nec aliter Plutarchus. Quin iſte ipſe Valerius lib. v. cap. 2. *Dictatori ei*, inquit, *Magiſter equitum Minucius, ſcito plebis æquatus*. Neſcivit Valerius? corruptores iſti librorum potius, à quibus infarcta vox *Senatus*. Ego cenſeo illum ſcripſiſſe, *jure imperii æquaverant*. Satis enim pronum intellectu, quos intellegat. *Lipſ.*

1. *Sæpe etiam ſpecie bene gerendæ rei oblata.*] Malo, *Sæpe etiam ſpe bene gerendæ rei*. Atque ita priſcus liber. *Idem.*

2. *Ira.*] Quia iram ſuperavit id, quod nunquam in perniciem reipublicæ iraſci voluit.

3. *Spe.*] Quia Annibalem ſedendo magis, quam dimicando ſuperavit contra ſpem omnium. Hinc Ennius:

Unus homo nobis cunctando reſtituit rem.

4. *Cajum etiam Piſonem.*] Populus de Hiſpania, Sertorio victo, nuper redierat, & ſtatim concionem habuerat de retribuenda plebi tribunitia poteſtate, Palicano tribuno plebis legem ferente. Hunc Plicanum ſeditioſum fuiſſe conſtat, qui contra Senatus auctoritatem effecit, ut tribunitiam poteſtatem populo redderet. Fuit autem Palicanus ad viam Appiam cæſus cum aliis qui prælium ibi commiſerant pro recuperando filio, quem repetebat Tigranes. *Oliv.*

5. *M. Palicani.*] De hoc Salluſt. in hiſt. *M. Atilius Palicanus humili loco, Picens, loquax magis quam facundus.* Meminit ejuſdem aliquoties Cicero. *Coler.*

6. *Peſtiferis blanditiis.*] Quia ferente legem Palicano, tribunitia poteſtas reſtituta populo fuerat.

præreptus populi favor, conſularibus comitiis ſummum dedecus admittere conabatur, ampliſſimum ei imperium deferre cupiens, cujus teterrimis actis exquiſitum potius ſupplicium, quam ullus honos debebatur. Nec deerat [1] conſternatæ multitudini furialis fax tribunitia, quæ temeritatem ejus & ruentem comitaretur, & languentem actionibus ſuis inflammaret. In hoc miſerando pariter & erubeſcendo ſtatu civitatis, [2] tantum non manibus tribunorum pro Roſtris Piſo collocatus, cum hinc atque illinc eum ambiſſent, & an Palicanum ſuffragiis populi conſulem creatum, renunciaturus eſſet interrogaretur: primo reſpondit, Non exiſtimare ſe tantis tenebris offuſam eſſe rempub. ut huc indignitatis veniretur. Deinde cum perſeveranter inſtarent, ac dicerent: Age, ſi ventum fuerit: Non renuntiabo, inquit. Quo quidem tam [3] abſciſo reſponſo conſulatum Palicano, prius quam illum adipiſceretur, eripuit. Multa & terribilia Piſo contempſit, dum ſpecioſum mentis ſuæ flecti non vult rigorem.

4. [4] Metellus autem Numidicus, propter conſimile perſeverantiæ genus, excepit quoque indignam majeſtate ac mo-

1. *Conſternatæ.*] Perturbatæ, & quaſi mente captæ.

2. *Tantum non manibus tribunorum pro Roſtris Piſo collocatus.*] In Campenſi aliiſque, *Tantum non.* Optime. ponitur enim pro, *ferme* vel *quaſi*, & Valerio familiare eſt adverbium, Græcis *μονονουχί*. *Pigh.* De *Roſtris* vide ſupra.

3. *Abſciſo.*] Conciſo & brevi.

4. *Metellus autem, &c.*] Florus: *Apuleius*, inquit, *Saturninus Gracchanas aſſerere leges non deſtitit, tantum animorum viro Marius dabat, qui nobilitati ſemper inimicus, conſulatu inſuper ſuo confiſus, occiſo palam in comitiis Annio competitore tribunatus, ſubrogare conatus eſt in ejus locum C. Gracchum, homine ſine tribu, ſine nomine, ſed ſubdititio titulo in familiam ipſe ſe adoptabat. Cum tot tantiſque ludibriis exultaret impune, rogandis Gracchorum legibus ita vehementer incubuit, ut ſenatum quoque cogeret in verba jurare, cum abnuentibus aqua & igni interdicturum ſe minaretur, unus tamen extitit qui mallet exilium.* Hic autem fuit Metellus Numidicus. De hoc viro Autor de Viris illuſtribus: *Q.* inquit, *Cæcilius Metellus Numidicus, qui de Jugurtha rege triumphavit, Cenſor eum, qui ſe Tiberii Gracchi filium mentiebatur, in cenſum non recepit. Idem in legem Apuleiam per vim latam jurare noluit: quare in exilium actus, Smyrnæ exulavit. Claudia deinde rogatione revocatus, cum ludis forte literas in theatro accepiſſet de revocatione, non prius eas legere dignatus eſt, quam ſpectaculum finiretur. Metellum ſororis ſuæ virum laudare noluit, quod is ſolum judicium contra leges detrectaret.* Abbreviator T. Livii, *Cum legem*, inquit, *agra-*

moribus ſuis procellam. Cum enim animadverteret, quo tenderent Saturnini tribuni plebis funeſti conatus, quantoque malo Reipub. niſi his occurreretur, erupturi eſſent, in exilium, quam in legem ejus ire maluit. Poteſt aliquis hoc viro dici conſtantior? qui ne ſententia ſua pelleretur, patria, in qua ſummum dignitatis gradum obtinebat, carere ſuſtinuit.

5. Ceterum ut neminem ei prætulerim, ita [1] Q. Scævolam Augurem merito comparaverim. Depulſis, proſtratiſque inimicorum partibus, Sylla occupata urbe, ſenatum armatus coëgerat, ac ſumma cupiditate ferebatur, ut C. Marius quam celerrime hoſtis judicaretur: Cujus voluntati nullo obviam ire audente, ſolus Scævola interrogatus de hac re, ſententiam dicere noluit. Quinetiam truculentius ſibi minitanti Syllæ, licet, inquit, mihi agmina militum, quibus Curiam circumſediſti, oſtentes: licet mortem identidem miniteris, nunquam tamen efficies, ut propter exiguum ſenilemque ſanguinem meum, Marium, à quo [2] urbs & Italia conſervata eſt, hoſtem judicem.

6. [3] Quid fœminæ cum concione? ſi patrius mos ſervetur, nihil. Sed ubi domeſtica quies ſeditionum agitata [4] fluctibus eſt, priſcæ conſuetudinis auctoritas convellitur: pluſque valet quod violentia cogit, quam quod ſuadet & præcipit verecundia. [5] Itaque te Sempronia Ti. & C. Gracchorum

grariam per vim tuliſſet Saturninus, Metello Numidico, eo quod in eam minime juraſſet, diem dixit; qui cum à bonis civibus defenderetur, ne cauſa malorum certaminum eſſet, in voluntarium exilium Rhodum profectus eſt, ibique legendo & audiendo magnos viros advocabat. Oliverius.

1. *Q. Scævolam Augurem.*] Augur ante bellum civile mortuus videtur ex Lælio Ciceronis. *Corradus.*

2. *Urbs & Italia.*] Quia Teutones, Cimbros & Gallos devicerat.

3. *Quid fœminæ.*] Mulierem, more Romanorum peculiari, comitiis foroque carere ſolitam, ſatis eſt notum. Nec adeo arrogari poterat, ut docet Agellius lib. v. cap. 19. *Coler.*

4. *Fluctibus.*] Motibus & perturbationibus.

5. *Itaque te Sempronia.*] L. Apuleius tribunus plebis ſubornaverat Equitium quendam ignobilem, utpote libertinæ ſortis hominem, ut ſe filium T. Gracchi diceret. Sempronia in forum adducta, ut rem hanc falſam teſtaretur, nulla vi impelli potuit, ut dedecus familiæ ſuæ agnoſceretur. *Oliv.*

 1. *Mali-*

chorum ſoror, uxor Scipionis Æmiliani, non ut abſurde graviſſimis virorum operibus inſerens, [1] maligna relatione comprehendam; ſed quia à tribuno plebis producta ad populum, in maxima confuſione nihil à tuorum amplitudine degeneraſti, honorata memoria proſequar. Coacta es eo loci conſiſtere, ubi principum civitatis perturbari frons ſolebat: inſtabat tibi torvo vultu minas profundens [2] ampliſſima poteſtas, clamore imperitæ multitudinis obſtrepens, totum forum acerrimo ſtudio nitebatur, ut Equitio, cui Semproniæ gentis falſum jus quærebatur, tanquam filio Tiberii fratris tui [3] oſculum dares: tu tamen illum, neſcio [4] quibus tenebris [5] protractum, portentum, execrabili audacia, ad uſurpandam alienam propinquitatem tendentem, repuliſti.

7. Non indignabuntur Urbis noſtræ Lumina, ſi inter eorum eximium fulgorem, centurionum quoque virtus ſpectandam ſe obtulerit. Nam ut humilitas amplitudinem venerari debet, ita nobilitati fovenda magis, quam ſpernenda bonæ indolis novitas eſt. [6] An abigi debet Pontius ab

1. *Maligna.*] Detractoria relatione.

2. *Ampliſſima poteſtas.*] Videlicet tribunitia.

3. *Oſculum.*] Donatus in Eunuchum *oſcula* ita diſtinguit à *baſiis* & *ſuaviis*, ut hæc quidem eſſe dicat officiorum, altera pudicorum affectuum, poſtrema libidinum & amorum. Per *oſculum* hic agnitio Semproniæ, quod Equitius eſſet Tiberii fratris verus filius, intelligitur. Illud autem oſculum recuſavit Sempronia.

4. *Quibus tenebris.*] Obſcuris parentibus.

5. *Protractum.*] Procreatum.

6: *An abigi, &c.*] Hoc ſine dubio contigit Civil. Bello, quod in Africa geſtum eſt poſt Pompeji caſum: nam capta forte triremi una Cæſariana, quæ commeatum ex Sicilia advehebat: veterani quidam milites cum centurione uno ad Scipionem deducti ſunt, quos ita Scipio dicitur allocutus: Non ſponte veſtra certe ſcio, ſed illius ſcelerati veſtri Imperatoris impulſu, & imperio coactos cives, & optimum quemque nefarie conſectari; quos quoniam fortuna in noſtram detulit poteſtatem, ſi id, quod facere debetis, rempublicam cum optimo quoque defenditis, certum eſt vobis vitam & pecuniam donare; quapropter quid ſentiatis proloquimini. Tum centurio: Pro tuo, inquit, ſummo beneficio, Scipio, gratias ago, (non enim te Imperatorem appello) quod mihi vitam incolumitatemque, belli jure capto, polliceris; & forſan iſto uterer beneficio, ſi non ei ſummum ſcelus adjungeretur: egone contra Cæſarem Imperatorem meum, apud quem ordinem duxi, ejuſque exercitum, pro cujus dignitate victoriaque amplius XXXVI. annis depugnavi, adverſus armatuſque conſiſtam? neque ego id facturus

ab horum exemplorum contextu? qui pro Cæſaris partibus excubans, Scipionis præſidio interceptus, cum uno modo ſalus ab eo daretur, [1] ſi ſe futurum Cn. Pompeji generi ipſius militem affirmaſſet, ita reſpondere non dubitavit: Tibi quidem Scipio gratias ago: ſed mihi uti iſta conditione vitæ non eſt opus.

8. Sine ullis imaginibus nobilem animum, & idem conſtantiæ propoſitum ſecutus C. Mevius centurio divi Auguſti, cum [2] Antoniano bello ſæpenumero excellentes pugnas edidiſſet, improviſis hoſtium inſidiis circumventus, & ad Antonium [3] Alexandriam perductus interrogatuſque quidnam de eo ſtatui deberet: Jugulari me, inquit, jube: quia nec ſalutis beneficio, [4] neque mortis ſupplicio adduci poſſum, ut Cæſaris miles eſſe deſinam, & tuus eſſe incipiam. Ceterum quo conſtantius vitam contempſit, eo facilius impetravit. Antonius enim virtuti ejus incolumitatem tribuit.

EX-

rus ſum, & te magnopere, ut negotio deſiſtas, adhortor. Contra cujus enim copias contendas, ſi minus antea expertus es, licet nunc cognoſcas, elige ex tuis cohortem unam, quam putas eſſe firmiſſimam, & conſtitue contra me; ego ex meis commilitonibus, quos nunc in tua tenes poteſtate, non amplius decimum quemque ſumam: tunc ex virtute noſtra intelliges, quid ex tuis copiis ſperare debeas: tunc Scipio irritatus, omnes interfici juſſit. *Oliverius.*

An abigi debet Pontius.] In aliis editionibus, *Titius*, non *Pontius*, legitur. Ego vero legerim, *Titus Pontius.* Is ipſe eſt, de quo Cicero de Senectute: *Nec vos quidem T. Pontii centurionis vires habetis, num idcirco ille eſt præſtantior vobis?* Coler.

1. *Si ſe futurum, &c.*] Diſcrepat hoc loco Valerius à Cæſaris commentariis: nam poſt Pompeii mortem hoc factum fuiſſe, ex ipſius commentariis colligitur, niſi alter forte Centurio alio tempore Scipionis præſidio interceptus ad eum fuiſſet deductus, quod nuſquam me legiſſe memini: nam quod nonnulli dicunt hoc contigiſſe apud Alchmeonem fluvium, qui Macedoniam dividit à Theſſalia, cum Scipio ad Pompejum properaret, ut expeditius iter faceret, M. Favonium cum octo cohortibus ad Alchmeonem fluvium in præſidio collocavit, & quod Pontius certior factus de adventu Scipionis fuerit interceptus, totum falſum, teſte ipſo Cæſare, qui oſtendit nullum illi fuiſſe Pontium ſed Caſſium non interceptum, ſed adventu Domitii liberatum: quare Centurionem, quem ſupra diximus, *Pontium* nominatum fuiſſe crediderim. *Oliverius.*

2. *Antoniano bello.*] Hoc contigit bello civili, quod cum Antonio geſtum eſt.

3. *Alexandriam.*] Ubi cum Cleopatra vivebat.

4. *Neque mortis ſupplicio.*] Licet mortem miniteris.

EXTERNA.

1. Complura hujus notæ Romana exempla ſuperant, ſed ſatietas modo vitanda eſt. Itaque ſtylum meum ad externa jam delabi permittam, quorum principatum teneat Blaſſius, cujus conſtantia nihil pertinacius. [1] Salapiam enim patriam ſuam præſidio Punico occupatam, Romanis cupiens reſtituere, Daſium acerrimo ſtudio ſecum in adminiſtratione Reipublicæ diſſidentem, & animo toto Annibalis amicitiæ vacantem, ſine quo propoſitum conſilium peragi non poterat, ad idem opus aggrediendum majore cupiditate, quam ſpe certiore tentare auſus eſt: qui protinus ſermonem ejus, adjectis quæ ſe commendatiorem, & inimicum inviſiorem factura videbantur, Annibali retulit: à quo adeſſe juſſi ſunt, ut alter crimen probaret, alter defenderet. Ceterum pro tribunali cum res gereretur, & quæſtioni illi omnium oculi eſſent intenti, dum aliud forte citioris curæ negotium tractatur, Blaſſius vultu diſſimulante, & voce ſubmiſſa, monere Daſium cœpit, ut Romanorum potius quam Carthaginienſium partes foveret. Enimvero tunc ille proclamat, ſe in conſpectu ducis adverſus eum ſolicitari: quod quia & incredibile videbatur, & ad unius tantum aures penetraverat, & dictabatur ab inimico, veritas fide caruit: Sed non ita multo poſt Blaſſii mira conſtantia Daſium ad ſe traxit, Marcelloque [2] Salapiam, & quingentos Numidas, qui in ea cuſtodiæ cauſſa erant, tradidit.

2. [3] Phocion vero, cum Athenienſes rem aliter atque ipſe

1. *Salapiam.*] Urbs eſt Apuliæ Dauniorum, meretricio Annibalis amore nobilitata. Teſtis Plinius l.III.c.II.

2. *Salapiam & quingentos Numidas.*] Nec ſine cæde multa tradi potuit, quia longe fortiſſimi equitum ex toto Punico exercitu erant: itaque quanquam improviſa res fuit, nec uſus equorum in urbe erat, tamen armis inter tumultum captis, & eruptionem tentaverunt, & cum evadere nequirent, pugnantes ad ultimum occubuerunt, nec plus quam quinquaginta ex his in poteſtatem Romanorum vivi venerunt. Plus aliquanto damni hæc ala equitum amiſſa Annibali, quam Salapia fuit, nec deinde unquam Pœnus, quo longe plurimum valuerat, ſuperior equitatu fuit. *Oliverius.*

3. *Phocion vero.*] Cum Derculus quidam admonebat Athenienſes, ut caverent ab inſidiis Nicanoris, quia præfectus

ipſe ſuaſerat, proſpere adminiſtraſſent, adeo perſeverans ſententiæ ſuæ propugnator extitit, ut in concione lætari quidem ſe ſucceſſu eorum; ſed conſilium tamen ſuum aliquanto melius fuiſſe diceret. Non enim damnavit, quod recte viderat: quia quod alius male conſuluerat, bene ceſſerat: felicius hoc exiſtimans, illud etiam ſapientius. Blandum animum ſane temeritati caſus facit, ubi pravo conſilio propitius aſpirat: & quo vehementius noceat, inſpiratius prodeſt. Placidi & miſericordes, & liberales, omnique ſuavitate temperati mores Phocionis, quos optime profecto conſenſus omnium bonitatis cognomine decorandos cenſuit. Itaque conſtantia, quæ natura rigidior videbatur; lenis è manſueto pectore fluxit.

3. [1] Socratis autem virilitatis robore palliatus animus aliquanto præfractius perſeverantiæ exemplum edidit. Uni-

ctus erat Caſſandri, quod occulte bellum pararet, Pyreumque portum ne interciperet, periculum eſſe. Phocion vero, populo audiente, magna voce dixit nullum inſtare periculum, & nihil prorſus timendum eſſe, conſulebatque magis amicitiam cum Caſſandro, quam bellum ſuſcipiendum. Capto deinde Pyreo, nec ad recuperandum armari, nec armatis præeſſe voluit. Nam factio optimatum, in qua & Phocion erat, cum Caſſandro ſentiebat, populares Polyperconti favebant. Sed poſtquam ſuſcepto bello pulſus eſt Caſſander, Polyperconte duce, Phocionis conſilium minus probabile viſum fuit. Tum Phocion in concione Athenienſium fortunæ gratulatus eſt, & de proſpero eventu lætatus; at vero conſilium ſuum aliquanto ſanius fuiſſe affirmavit. Magna quidem conſtantia viri, ut in ipſa victoria probaret conſilium ſuum, quod fuerat de bello non ſuſcipiendo. Fuit hic Phocion, ut in capitulo de Ingratitudine latius prolixiuſque dicturi ſumus, capite damnatus: nam inter cætera, in eo quoque offenderat civitatem, quod male conſuluerat patriæ ſuæ, ne ultro Spartanis bellum inferrent, cujus duces fuere Pericles & Sophocles, quo bello multas Achaiæ civitates Athenienſium imperio adjecerunt. Phocion etſi ſæpe exercitibus præfuit, ſummoſque magiſtratus cepit, tamen multo ejus notior integritas vitæ, quam rei militaris labor. Itaque hujus memoria nulla, illius autem magna fama, ex quo cognomine *bonus* eſt appellatus. Legitur in vita Demoſthenis, vim maximam in dicendo habuiſſe Phocionem, qui multas graveſque ſententias paucis verbis complecteretur, item quod Demoſthenes omnes Oratores, uno Phocione excepto, non ſolum eloquentia, ſed vita quoque ſuperavit. *Oliv.*

1. *Socratis, &c.*] Cum bellum gererent Athenienſes adverſus Lacedæmonios, & forte apud Arginuſam inſulam utriuſq; populi claſſis comparata eſſet, ac ſtaret instructa, placuit decem Prætoribus, ut pugnam cum hoſte committerent, & fortunam experirentur. Quo prœlio ipſi victores fuerunt; ſed poſt pugnam ſubito exorta tempeſtas, quæ

Univerſa civitas Athenienſium iniquiſſimo ac truculentiſſimo errore inſtincta, de capite decem Prætorum, qui apud [1] Arginuſas Lacedæmoniam claſſem deleverant, triſtem ſententiam tulerat. Forte tunc [2] ejus poteſtatis Socrates, cujus arbitrio plebiſcita ordinarentur, indignum judicans tot, & tam bene meritos [3] ex indigna cauſſa impetu invidiæ abripi, temeritati multitudinis conſtantiam ſuam objecit: maximoque concionis fragore, & incitatiſſimis minis compulſus non eſt, ut ſe publicæ dementiæ auctorem adſcriberet: quæ oppoſitu ejus [4] legitima graſſari via prohibita, injuſto Prætorum cruore manus ſuas contaminare perſeveravit: nec timuit Socrates, ne [5] conſternatæ patriæ, [6] undecimus furor mors ipſius exiſteret.

7. [7] Proximum, etſi non ejuſdem ſplendoris eſt, tamen adeo certum conſtantiæ habere poteſt experimentum, cum efficacis [8] operæ forenſis, tum fidei non latentis. Athenis Ephialtes accuſare publice juſſus, & inter ceteros Demoſtrati nomen deferre coactus eſt, cujus filius erat Demochares,

claſſem Athenienſium disjecit, ac diſſipavit, ut militum corpora ſepulturæ mandari non potuerint. Cum nunciatum eſſet Athenas, militum corpora inſepulta jacere, adeo excitatus eſt populus Athenienſis adverſus Prætores, ut legem ferrent de ſumendo ſupplicio ex his cum primum rediiſſent. Et cum forte Dimarchus eſſet Socrates, id eſt, tribunus plebis, nulla ratione adduci potuit, ut huic legi tam veſanæ conſentiret, & quia plebiſcitum fieri non poterat injuſſu Socratis, illi per vim executi ſunt, quod jure non poterant, Itaque cum Prætores rediiſſent, ex his continuo ſummum ſupplicium ſumpſerunt. *Oliv.*

1. *Arginuſis.*] Arginuſa inſula exigua Leſbo adjacens inter Methymnam & Mitylenem, cujus meminit Plinius libro v. cap. 31. Strabo lib. XIII. tres facit Arginuſas modico intervallo diſtantes. Sicuti & hic plures facit Arginuſas Valerius noſter.

2. *Ejus poteſtatis.*] Δημαρχίας. Nam fuit apud illos Dimarchus, quod apud nos Tribunus.

3. *Ex indigna cauſa.*] Quod videlicet militum corpora, ſævitia maris interpellante, ſepulturæ mandare nequierant.

4. *Legitima graſſari via.*] Quia lex erat, tunc demum ſententiam populi ratam haberi, ſi Dimarchus autor fieret.

5. *Conſternatæ patriæ.*] Aliqua ſubita perturbatione concitatæ.

6. *Undecimus.*] Scilicet poſt mortem decem Prætorum ipſe undecimus eſſet, qui opprimeretur.

7. *Proximum, &c.*] Mos erat apud Athenienſes, ut ſorte traherentur, qui mores hominum, & vitæ rationem indagarent, & quos non probarent, publice accuſarent, cum vitæ rationem reddere non poſſent. *Oliv.*

8. *Operæ forenſis, tum fidei.*] Quia Ephialtes in foro fecit, quod debuit.

1. *Cum-*

chares, excellentis formæ puer, animo ejus flagrantiſſimo inhærens amore. Itaque [1] communis officii ſorte truculentus accuſator, privati affectus conditione [2] miſerabilis reus, puerum ad ſe exorandum, quo parcius patris criminibus inſiſteret, venientem, neque repellere, neque ſupplicem genibus ſuis advolutum intueri ſuſtinuit. Sed operto capite flens & gemens, preces exprimere paſſus eſt. Nihiloque minus ſincera fide accuſatum Demoſtratum damnavit: victoriam neſcio laude, an tormento majore conſecutus: quoniam prius quam ſontem opprimeret, ſeipſum vicit.

5. [3] Quem Syracuſanis [4] Dion diverſitate exempli prægravat: qui quibuſdam monentibus, ut adverſus Heraclidem, & Calippum, quorum fidei plurimum credebat, tanquam inſidias ei nectentes cautior eſſet; reſpondit, ſe vita [6] malle excedere, quam metu violentæ mortis amicos inimicoſque juxta ponere.

6. Quod ſequitur, & rei ipſius admiratione, & claritate auctoris illuſtre. Alexander Macedonum rex inclyta jam pu-

1. *Communis officii ſorte.*] Id eſt, quia officium delatoris & accuſatoris, quod in unumquemque eadere poterat, ſorte in eum ceciderat. *Badius.*

2. *Miſerabilis reus.*] Reſpiciens ad ipſius affectum; non enim accuſare, ſed accuſari videbatur.

3. *Quem Syracuſanus Dion diverſitate exempli prægravat.*] Bene omnino liber vetus, *Severitate exempli.* Nam prius exemplum amatorium eſt & tenerum; hoc ſerium, ſeverum. *Lipſ.*

4. *Dion.*] Hic fuit Dion Hipparini filius.

5. *Inſidias ei nectentes.*] Poſt Heraclidæ mortem hoc dictum refert in vita Plutarchus. Qui etiam de inſidiatore à Probo diſſentit. *Corrad. Nectentes.*] Id eſt, ſtruentes.

6. *Malle excedere.*] Id eſt, malle mori, quam ſemper in timore, tam ab amicis, quam inimicis vivere.

7. *Alexander Macedonum Rex.*] Alexander Macedonum Rex Darium Perſarum Regem jam primum acie profligerat; ille vero, cujus imperio tota ferme Aſia ſubjecta erat, brevi firmiorem reparavit exercitum. Quod cum audiſſet Alexander, metuens, ne in monte Tauro interciperetur, inde citatiſſimo curſu adverſus Darium profectus eſt; & cum uno die quingenta ſtadia confeciſſet, longo itineris labore, & Solis ardore fatigatus, ut æſtu levaret corpus, apud Tharſum in Cydnum fluvium frigidiſſimæ aquæ ſe demerſit, & ſubitam valetudinem inde contraxit. Acciti undique Medici, potionem ſaluberrimam, & ad eam vim morbi pellendam maxime accommodatam, conſtituerunt; quam cum Philippus medicus ſuis manibus compoſitam & temperatam Alexandro porrexiſſet, ille intrepidus atque impiger hauſit, & ſine cunctatione Medicinam aſſumpſit; deinde literas, quas paulo ante receperat à Parmenione, Philippo legendas tradidit. Conti-

 nebant

pugna, excellentiſſimis opibus Darii contuſis, æſtu & itineris fervore in Cilicia percalefactus, [1] Cydno, qui aquæ liquore conſpicuus, Tarſum interfluit, corpus ſuum immerſit: [2] ſubito deinde ex nimio hauſtu rigoris [3] obſtupefactis [4] nervis, ac torpore hebetatis artubus, maxima cum exanimatione totius exercitus, in oppidum caſtris propinquum defertur. Jacebat æger Tarſi, inque valetudine ejus adverſa, inſtantis victoriæ ſpes [5] fluctuabat. Itaque convocati medici, attentiſſimo conſilio ſalutis remedia circumſpiciebant. Qui cum ad unam potionem ſententiam direxiſſent, atque eam Philippus medicus ſuis manibus temperatam Alexandro (erat autem ipſius amicus & comes) porrexiſſet, à [6] Parmenione miſſæ literæ ſuperveniunt, admonentes, ut rex inſidias Philippi, perinde ac pecunia corrupti à Dario, caveret. Quas cum legiſſet, ſine ulla cunctatione medicamentum hauſit, ac tunc legendas Philippo tradidit: Pro quo tam conſtanti erga amicum judicio, digniſſimam à diis immortalibus mercedem recepit: qui incolumitatis ejus præſidium falſo interpellari indicio noluerunt.

nebant autem, ut ſibi à Philippi mediei caveret inſidiis, quoniam pecunia corruptus, & ipſe nuptiarum ſororis Darii, mortem illi machinaretur. Fuit profecto Alexandri pectus conſtantia pleniſſimum, qui à medico jam propemodum ſuſpecto, ſuæ incolumitatis præſidium ſumere non dubitaverit. *Oli.*

1. *Cydno.*] Hunc fluvium latitudine CCI. pedum Tharſum ſecare, Xenophon lib. I. teſtatur. Aquam rapidiſſimam & frigidam eſſe, teſtatur Strabo lib. XIV. Vide & Arrianum II. Solinum cap. 38. qui adeo limpidum hunc fluvium eſſe teſtatur, ut quicquid candidum eſt, gentili lingua *Cydnum* Syri appellent. Etſi aliam hic lectionem afferat Salmaſius.

2. *Subito d. ex nimio hauſtu rigoris o. nervis.*] Legendum ex V. C. *Ex nimio hauſtu rigoris.* non, ut vulgo, *rigore.* Non enim bibit aquam Alexander, ſed immerſus rigorem hauſit corpore. *Pigh.*

3 *Obſtupefactis.*] Contractis. Eſt enim ſtupor, cum præ admiratione, aut rei cujuſpiam horrore, ſenſum aliquem amittimus animi vel corporis, ut ſtupor pedum, ſtupor dentium, aut animi, cum admiratione excellenti ſenſum aliquem amittimus. *Oliv.*

4. *Nervis.*] Frigidiſſimum Cydnum eſſe ex l. Galen. de Procat. cauſ. liquet. Quomodo itaque Vitruv. dixit Podagræ mederi, cruribus eo merſis? Nunquid enim non frigus inimicum nervis? Strabo tamen quoque dicit hominibus auxiliari, qui craſſiores nervos habent. *Thyſius.*

5. *Fluctuabat.*] Id eſt, incerta agitabatur in adverſa valetudine ejus; quia ſi eum mori contigiſſet, actum fuiſſet de victoria, quam, ſi ſtatim ſanari potuiſſet, jam fere in manibus habebat. *Bad.*

6. *Parmenione.*] Hunc, quia ſuſpectas literas Alexandro regi dederat, Cleander & Polidamas mandato Alexandri interemerunt. Hic ſine rege Alexandro multa ſtrenue, rex ſine eo nihil magnæ rei geſſit, ut vult Q. Curtius l. VII. *Oliv.*

VALERII MAXIMI
LIBER QUARTUS.

CAP. I.
DE ANIMI MODERATIONE.

QVAE IN ROMANIS.
1. *P. Valerio Poplicola Coſ.*
2. *M. Furio Camillo exule.*
3. *C. Mario Rutilo Cenſ. II.*
4. *L. Quinctio Cincinnato Coſ.*
5. *Q. Fabio Max. Rulliano.*
6. *P. Africano majore.*
7. *M. Claudio Marcello Coſ. IV.*
8. *Ti. Sempronio Graccho tribuno pleb.*
9. *C. Claudio Nerone Coſ.*
10. *P. Scipione Æmiliano Cenſ.*
11. *Q. Mucio Scævula.*
12. *Q. Metello Macedonico.*
13. *Q. Metello Numidico exule.*
14. *M. Catone Vticenſi.*
15. *M. Calpurnio Bibulo procoſ.*

QVAE IN EXTERNIS.
1. *Archita Tarentino.*
2. *Platone Athenienſi.*
3. *Dione Syracuſano.*
4. *Thraſybulo Athenienſi.*
5. *Staſippo Tegeate.*
6. *Pittaco Mitylenæo.*
7. *Septem Sapientibus.*
8. *Theopompo Spartanorum Rege.*
9. *Antiocho Rege Syriæ.*

[1] TRanſgrediar ad ſaluberrimam partem, animi moderationem, quæ mentes noſtras impotenti temeritatis incurſu tranſverſas ferri non patitur. Quo evenit, ut reprehenſionis morſu ſit vacua, & laudis quæſtu opulentiſſima: Itaque effectus ſuos in claris viris recognoſcat.

1. [1] At-

1, TRanſgrediar ad ſaluberrimam partem, &c.] Ad capitulum tranſit de Moderatione Eſt autem *Moderatio*, cupiditatum noſtrarum quædam quaſi refrænatrix, quæ noſtros ſolutius evagari non ſinit affectus; ſed tanquam cæterarum virtutum auriga, hominis animum ita componit, ut quicquid fecerit aut dixerit, omnino reprehenſione careat. Recte

1. [1] Atque ut ab incunabulis ſummi honoris incipiam, P. Valerius, qui populi majeſtatem venerando, [2] Poplicolæ nomen aſſecutus eſt, cum, exactis regibus, imperii eorum vim univerſam; omniaque inſignia ſub titulo conſulatus in ſe tranſlata cerneret, invidioſum magiſtratus faſtigium moderatione ad tolerabilem habitum deduxit: [3] faſces ſecuribus vacuefaciendo, & in concione populo ſubmittendo, nu-

ctæ igitur Conſtantiæ ſubjungitur, cum ejus quaſi mater ſit atque magiſtra. *Oliv.*

1. *Atque ut ab incunabulis ſummi honoris incipiam, &c.*] Primi Conſules in Urbe Roma creati ſunt Junius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus. Quo deinde pulſo, quia ex gente Tarquinia foret, in ejus locum centuriatis comitiis, ſubſtitutus eſt P. Valerius Publicola, qui fuerant illius exactionis auctores, & Romanæ libertatis vindices. Brutus obviam regibus, qui populo Romano bellum inferebant, cum legione proceſſit, & ſuper Aruntem regis filium, quem haſta transfixerat, mutuo vulnere expiravit. In demortui locum ſubſtitutus eſt Lucretius, Lucretiæ pater; quo paulo poſt mortuo, Valerius per multos dies nullam ſubrogandi ſibi collegæ mentionem facere, & in ſumma Velia ſibi domum ædificare, populus eum regnum affectare ſuſpicatus eſt. Quod ubi ſenſit Valerius, vocato ad concionem populo, depoſitiſque faſcibus, graviter de illorum levitate conqueſtus, quod ſe, quem libertatis vindicem paulo ante magna ambitione prædicarant, nunc ejuſdem libertatis oppreſſorem ſuſpicarentur. Caſtigatis denium omnibus collegam ſibi ſubſtituit Spurium Lucretium, eique priores faſces præferri, & ædes quas in ſummo Veliæ ædificabat, dirui, & omnem materiam in planum, atque in infimum locum deferri juſſit: aliquas deinde populares leges tulit, inter quas & illam, ut nullus civis Romanus adverſus provocationem violari poſſet. *Incunabulis.*] Principiis. *Oliv.*

2. *Poplicolæ.*] A colenda plebe dictus, quia plebem mirifice coluit. *Qui populi majeſtatem venerando, Poplicolæ cognomen aſſecutus eſt.*] MSS. omnes, *Publicolæ nomen*, legunt. Equidem animadverto, Valerium, alioſque veteres fere quodcunque proprium, ſeorſim poſitum, ſimpliciter nomen appellare; ſi alterum jungatur eidem conveniens, quod gentis vel familiæ non eſt, cognomen; ſi tertium, quod ex his gentilitio præponitur, prænomen dicere. Cæterum *Publicola* ſcribitur in vulgatis, ac MSS. ubique. Antiquiſſima tamen marmora docent, *Poblicola* ſcribendum eſſe, quibus aſtipulatur ipſe Valerius, affirmans Valerium, populi majeſtatem colendo, hoc nomen conſecutum eſſe. Sed vide Annales noſtros. *Pigh.*

3. *Faſces.*] *Faſces* appellamus bacillos aliquot teretes colligatos in modum faſcis. Eos bacillos antiquitus ex ulmo fuiſſe, teſtis Plautus. Plinius tamen Betullam arborem terribilem ait magiſtratuum virgis lib. XVI. c. 18. Hetruſcorum antiquitus ornamentum fuiſſe, antequam Romam deduceretur, præter alios Florus autor eſt. Conſulibus autem duobus creatis, cum initio faſces XXIV. præferrentur, id eſt ſingulis XII. in voce & invidia populi res fuit, tanquam regno non depulſo, ſed duplicato, ea cauſa Valerius inſtituit, ut duodecim tantum faſces conſpicerentur, iique alternis menſibus apud alterum conſulem eſſent: ita, inquam, ut

numerum quoque eorum dimidia ex parte minuit, ultro [1] Sp. Lucretio collega aſſumpto: ad quem, [2] quia major natu erat, priores faſces transferri juſſit. Legem etiam [3] comitiis centuriatis tulit, ne quis magiſtratus civem Romanum adverſus [5] provocationem verberare, aut necare vellet. Ita quo civitatis conditio liberior eſſet, imperium ſuum paulatim

ut priore menſe prior conſul eos haberet, ſecundo alter atque ita in orbem, ut teſtantur Dionyſius lib. v. & Dio Caſſius lib. v. Sumere autem eos prior ſolebat, qui major natu eſſet: idque obtinuiſſe videtur uſque ad L. Juliam, quæ honorem hunc detulit numero liberorum. De utroque vide Valerium lib. ix. cap. 1. & Agellium lib. 11. cap. 15. Interea tamen conſul is, qui ſine faſcibus, ne nullo inſigni noſceremur, accenſum habebat, qui eum præcederet: auctore Dionyſio lib. v. initio, qui ſequerentur cum virgis & bacillis. Suetonius in Julio cap. 20. & Livius, ubi de Decemviris, lib. III. *Lipſius.*

1. *Spurio Lucretio.*] Qui intra paucos dies obiit, ſuffectus in Lucretii locum M. Horatius Pulvillus.

2. *Quia major natu.*] Hinc mos ille in multos annos derivatus, ut major natu conſul faſces haberet. Quod tamen ita intelligo, majorem ætate conſulem tantum priori menſe hanc prærogativam habuiſſe: nam menſe ſequenti ſummæ poteſtatis ille in collegam inſignia transferebat, atque ita ſingulis menſibus alternabant, & quaſi reciprocabant hæc inſignia. Suet. de Cæſ. Antiquum retulit morem, ut quo menſe faſces non haberet, accenſus ante illum iret. Ubi hoc amplius antiqui moris de accenſo præmiſſo advertas. Verum poſteà lege Julia non natu major, ſed multitudine liberorum ſuperior conſul priores faſces merebatur. De qua re Agellius lib. 11. cap. 15. *Colerus.*

3. *Comitiis centuriatis.*] Habitis per centurias. Nam populus Romanus in quinque claſſes diviſus, & unaquæque claſſis in centurias; ut apud Titum Livium videre licet. Cum igitur ſuffragia dabantur, primæ claſſis centuriæ rogabantur: quæ ſi variaſſent, ad ſecundæ claſſis centurias veniebatur, deinde per ordinem ad omnes deſcendebant. *Centuriatis.*] A. Gellius inquit lib. xv. cap. 27. *Quum ex generibus omnium ſuffragium feratur, curiata comitia eſſe, quum ex cenſu & ætate centuriata, quum ex regionibus & locis tributa.* Ita Gellius. Curiata itaque & tributa erant popularia. Magis adhuc tributa, quia ſine auſpiciis fiebant, neque obnunciato vitio impediebantur, deinde comperendinationem non admittebant. Neceſſum enim erat, ubi ea ſemel inſtituta eſſent, eodem die perfici. Neque SCto opus erat, antequam ad populum promulgarentur. Quod ſecus in curiatis. Vide Dionyſ. Halicarn. Ant. Rom. lib. ix. Centuriata porro erant oligarchica, vel potius Ariſtocratica, nimirum ubi ſingulæ centuriæ ſingula ſuffragia conficiebant. In qua claſſe ergo plures centuriæ, plura ibi quoque ſuffragia reperiebantur. Ac proinde major vis in prima claſſe, quæ cæteris claſſibus omnibus una centuria antecellit. Vide Nannium Miſcellan. libro x. capite ultimo.

5. *Provocationem.*] Lex hæc Valeria multum libertatem populi auxit. Foris enim Magiſtratui, qui cum imperio erat, verberandi necandique erat poteſtas: domi autem, niſi populi judicio, in eum qui provocaſſet, animadverti non potuit. Sed hæc lex poſtmodum per legem Porciam & Semproniam renovata eſt.

1. *Ad*

latim diſtruxit. Quid, quod ædes ſuas diruit, quia excelſiore loco poſitæ, inſtar arcis habere videbantur: nonne quantum domo inferior, tantum gloria ſuperior evaſit?

2. Vix juvat abire à Poplicola, ſed venire [1] ad Furium Camillum libet, cujus tam moderatus ex magna ignominia

1. *Ad Furium Camillum.*] Hic, fervente Romanorum ac Vejorum bello, cum tribunus militum conſulari poteſtate propter diſcordiam, quæ tunc domi militiæque fuit, prohibitus, qui vir eſſet, oſtendere, ad extremum, creſcentibus indies & domeſticis & externis malis, terrore publico Dictator dictus, ad unicæ urbis obſidionem tanta profectus omnium fiducia, ut cum imperatore mutata fortuna reipubl. videretur. Capenates in primis & Phaliſcos, qui cum hoſtibus conjuraverant, Nepeſinis in finibus obvios vicit. Hinc longam obſidionem Vejorum ac difficilem perpetiens mira conſtantia ac virtute, anno tandem decimo Veios cepit, qui dies multa hoſtium cæde tranſactus eſt, donec à Dictatore eſſet edictum, ut inermibus parceretur. Quibus captis, in prædam verſi omnes, cui nullius ad eam diem hoſtis præda par fuerat. Huic victoriæ Romæ ingens gaudium, & quatridui ſupplicationes, quantæ nunquam antea, Dictator inſolito honore triumphavit, & ſuper humanum habitum Capitolium aſcendit; currum aureum equis quatuor niveo candore trahentibus. Ipſe quidem perſolutis votis depoſuit dictaturam. Vir, & armis, & animi moderatione clariſſimus; ſed nulla claritas vacat invidia. Alienati à Camillo plebis animi, querentibus paſſim civibus hoſtilem prædam in voto diſperſam, & tribunis plebem de more turbantibus, pendente tamen invidia, quarto Tribunus militum factus eſt, commiſſumque illi bellum Phaliſcum, hinc exortum, quod cum Vejentibus Phaliſci conjuraſſent. Quos cum prœlio viciſſet, & direptis caſtris hoſtilibus prædam omnem ad quæſtores publicos rejeciſſet, magis magiſque alienavit ſibi animos militum, qui virtutem viri rigidam ſimul oderant & ſtupebant. Inde cum obſidio prævalidæ ac munitæ urbis nihilo brevior futura videretur, quam Vejentium fuiſſet, ducis virtus ac fortuna ingruente honeſtiſſimæ victoriæ viam fecit, magiſtro quodam nobilium, quorum patres primi erant in populo, qui per ſpeciem ſolatii illos in caſtra Romana, & ad tentorium ducis adduxerat, vincto, nudoque illis tradito, & virgis adhibitis, quibus agerent proditorem. Cujus admiratione virtutis fracti animi, urbs dedita, ipſe ſumma cum gloria, ſine triumpho tamen, quia res ſine armis acta fuerat, Romam rediit. Nec diu quidem viri gloria, & res geſtæ invidiam oppreſſere: accuſatus à tribuno plebis Apuleio, intercurrente per eos dies adoleſcentis morte filii; hinc publico, hinc privato incommodo affectus, in exilium abiit. Sed parabatur egregio viro laus, non ex proſperis modo, ſed ex adverſis patriæ rebus. Cum itaque per id tempus Gallorum primo, deinde Germanorum populi, noviſſimique omnium Senones Galli, frugum undique dulcedine, quæ adhuc eos hic detinet, in Italiam irruentes, infinito cum exercitu fudiſſent bello Hetruſcos, ea tempeſtate magnam Italiæ partem poſſidentes, deinde Apenninum tranſgreſſi, Cluſiumque aggreſſi, dehinc Romam, exercitumque Romanum apud Alliam fluvium prœlio fudiſſent, unoque impetu indefenſam urbem cepiſſent atque incendiſſent, Senatu impie trucidato, flammis hoſtilibus intactum ſolum Capitolii ſaxum remanſiſſet: neceſſitate ultima Camillus abſens

nia ad ſummum imperium tranſitus fuit; ut cum [1] præſidium ejus cives capta à Gallis urbe [2] Ardeæ exulantis petiiſſent, non prius [3] Vejos ad accipiendum exercitum iret, quam de Dictatura ſua omnia [4] ſolenni jure acta comperiſſet. Magnificus Camilli Vejentanus triumphus, egregia Gallica victoria; ſed iſta cunctatio longe admirabilior. Multo enim, multoque ſeipſum quam hoſtem ſuperare operoſius eſt: nec adverſa præpropera feſtinatione fugientem, nec ſecunda effuſo gaudio apprehendentem.

3. [5] Par Furio moderatione Marcius Rutilus [6] Cenſorinus. Iterum enim cenſor creatus, ad concionem populum vocatum quam potuit graviſſima oratione corripuit, quod eam poteſtatem bis ſibi detuliſſet; cujus majores, quia nimis magna videretur, tempus [7] coarctandum judicâſſent. Uterque recte, & Cenſorinus, & populus: alter enim ut moderate honores crederent, præcepit: alter ſe moderato credidit.

4. [8] Age, L. Quinctius Cincinnatus qualem conſulem egit?

ſens Dictator iterum dictus, recollegit laceras Romani exercitus reliquias, & turpi redemptione turbata in ipſa primum urbe, mox extra urbem cum hoſtibus fortiter feliciterque pugnavit. Quo in prœlio nec fuga, nec captivitas, ſed ſola hoſtium ſtrages fuit, ne nuntio quidem tantæ cædis ſuperſtite. Victor Camillus, & ſecundus Romanæ urbis conditor dictus eſt, ſervatamque in patriam inſigni rediit triumpho. Multa præterea bella geſſit, multas victorias, multos honores, multoſque habuit triumphos, quos brevitas ipſa non capit, nec ipſi propoſito noſtro conveniunt; nam quod ad moderationem ejus pertinet, noluit à civibus delatum imperium accipere, niſi prius ab exiguo Senatu, qui in Capitolio obſidebatur, ſolenni jure Dictator creatus eſt. *Oliv.*

1. *Præſidium.*] Protectionem.

2. *Ardeæ.*] In eo, oppido, Rutulorum quondam regia.

3. *Vejos.*] Id eſt, ad illud oppidum, quod Romani ſub Camillo paulo ante ceperant, & ubi exercitum adhuc incolumem habebant. *Badius.*

4. *Solenni jure.*] Id eſt, juſta electione, & debitis ſuffragiis more majorum.

5. *Par Furio, &c.*] Quia, ſicut Camillus dictaturam niſi ſolenni jure demandatam accipere non ſuſtinuit, ita hic continuare cenſuram omnino recuſavit.

6. *Cenſorinus.*] Ita à rigore cenſuræ dictus eſt.

7. *Coarctandum.*] Nam primo triennis fuit, deinde anni & ſex menſium facta eſt, poſtremo ad ſemeſtre ſpatium deducta. Livius ab U.C. de coarctando cenſuræ tempore: *M. Æmilius Dictator cenſuræ honore, qui antea per quinquennium gerebatur, anni & ſex menſium ſpatio finito, ob eam rem Cenſorinus vocatus eſt.* Oliv.

8. *Age, Lucius Quinctius Cincinnatus.*] Hic origine nobilis, de gente patricia, filio-

egit? cum honorem ejus Patres conſcripti continuare vellent, non ſolum propter illius egregia opera, ſed etiam quod populus eoſdem tribunos in proximum annum creare conabatur, quorum neutrum jure fieri poterat: utrunque diſcuſſit, ſenatus ſimul ſtudium inhibendo, & tribunos [1] verecundiæ ſuæ exemplum ſequi cogendo. Ita unus in cauſa fuit, ut ampliſſimus ordo, populuſque tutus eſſet ab injuſti facti reprehenſione.

5. Fa-

filiorum turba ornatus, integerrimus ac fortiſſimus fuit. Sed quum unus ex filiis accuſatus, grandi pecunia damnatus eſſet; Quinctius, ut ſolvendo filium liberaret, rebus ſuis pene diſtractis, ad inopiam redactus, relicta urbe, trans Tyberim habitavit, ruralem ac modicam vitam agens, quo tempore equorum incurſu ſubito pervaſtatis agris, & legatis Romanorum ad querendum de injuriis ſolenniter miſſis, & à duce hoſtium contemptis, cum ad ultionem alter Conſulum miſſus ad Algidum obſideretur cum exercitu, nec alteri ſatis virium eſſet ad collegam liberandum, attonita ac turbata urbe, ad extrema remedia accurſum eſt ſummi omnium magiſtratus, conſenſuque omnium civium Quinctius Cincinnatus Dictator factus eſt, atque in agro ſolus, ut diximus, ruſtico inhians operi inventus. Audito patriæ ſtatu, & honorem, & laborem pium prono, atque offenſarum immemori animo ſuſcepit, profectuſque confeſtim, tranſmiſſo amne exceptus à filiis, & Senatu, & ingenti populi concurſu quanquam populo morum auſteritate ſuſpectior, dicto magiſtro equitum T. Tarquinio nobiliſſimo itidem ac fortiſſimo viro, paritérque inopi, & collecto exercitu, omnibus ultro nomina dantibus, ſpe certa ſub tali duce vincendi, diſpoſitoque rerum ſtatu, die proximo ſub noctem Romam egreſſus alacritate mirabili, mediaque ad hoſtem nocte perveniens, & conſulem, & exercitum obſidione liberavit, & duces ac legiones hoſtium magno prælio victos, ut agri ritus in caſtra tranſveherentur, primus omnium ſub jugum, quaſi totidem boves, miſit. Direptis caſtris, quæ ab hoſtibus tenebantur, oppida recepta ſunt, diviſaque inter milites præda, hiſque omnibus inæſtimabili celeritate confectis, Romam rediens militaribus ornamentis inſignis, & ducibus hoſtium ante currum actis, proſequente exercitu victore præda onuſto ſolenniter triumphavit, & mox dictaturam quam ſemeſtrem, quia non jam amplius reip. neceſſarium videbat, die ſextodecimo depoſuit, & ad agrum ſuum rediit, dux præclarus & inſignis agricola. Magna profecto viri modeſtia, qui dictaturam ante legitimum tempus depoſuerit; major vero, qui magiſtratum continuare noluerit. Urbe namque inteſtina diſcordia laborante, quod tribunos plebis magiſtratum continuare populus juberet, & Senatus eoſdem conſules creari vellet, atque ipſum imprimis Quinctium Cincinnatum, ut neutrum fieret, ret, ſua ſapientia providit: nam depoſito conſulatu, tribuni verecundia moti, ſe quam primum à tribunitia poteſtate abdicarunt, & ita moderatione ſua nihil contra leges, ac reprehenſione dignum fieri paſſus eſt. *Oliverius.*

1. *Verecundiæ ſuæ.*] Nam cum ſprevisset conſulatum, pudore quodam deterriti ſunt tribuni plebis à continuatione magiſtratus.

Fabius

5. [1] Fabius vero Maximus cum à ſe quinquies, & à [2] patre, avo, proavo, majoribuſque ſuis ſæpenumero conſulatum geſtum animadverteret: comitiis, quibus filius ejus ſummo conſenſu conſul creabatur, quam potuit conſtanter cum populo egit, ut vacationem aliquando hujus honoris Fabiæ genti daret: non quod filii virtutibus diffideret (erat enim illuſtris) ſed ne maximum imperium in una familia continuaretur. Quid hac moderatione valentius, aut efficacius; quæ etiam patrios affectus, qui potentiſſimi habentur, ſuperavit?

6. Non defuit majoribus grata mens [3] ad præmia ſuperiori Africano exolvenda; ſiquidem maxima ejus merita paribus ornamentis decorare conati ſunt. Voluerunt [4] illi ſtatuas [5] in comitio, [6] in roſtris, [7] in curia, [8] in ipſa deinque [9] Jovis Opt.

1. *Fabius vero Maximus.*] Hic, ut diximus, fuit reip. Rom. in rebus duris & afflictis unicum levamen, qui plus opis conſilio & prudentia hoſtem ſubigendo, quam alii fortiter dimicando patriæ attuliſſe videtur. Primus enim docuit Sapientiam nunquam cum temeritate conjugi, neque ad conſilium caſus admitti, ſed rationem ſemper fortunæ dominari. Non eſt igitur hujus viri hiſtoria repetenda, ſed quod ad hunc locum pertinet, ejus pectus tanta fuit moderatione inſtructum, ut etiam affectus paternos, qui interdum nimii eſſe ſolent, ſuperare potuerit. Cum enim filio viro nobiliſſimo & ſingulari virtute prædito conſulatus ſummo omnium conſenſu certiſſimiſque ſuffragiis à populo demandaretur, quo minus fieret, ſummo ſtudio curavit, quod diceret, æquum eſſe, familiam ſuam, quæ per multos ducta viros antiqua ab origine gentis ejuſmodi honores propemodum continuaſſet, vacationem aliquando mereri. *Oliv.*

2. *Patre, avo, proavo.*] Nam Fabius Gurges genuit Fabium Rutilianum, qui genuit alterum Fabium Gurgitem, ex quo natus eſt Fabius Maximus. *Idem.*

3. *Ad præmia.*] Præter alios honores Scipioni à pop. Romano habitos, ille etiam ſingularis acceſſit, de quo Plinius lib. XXI. cap. 3. Florum quidem pop. Romanus honorem Scipioni tantum habuit. *Coler.*

4. *Illi ſtatuas.*] Quas honoris cauſa viris de Republica egregie meritis erigere ſoliti.

5. *In comitio.*] Loco, quo conveniebant ad magiſtratus eligendos.

6. *In roſtris.*] In loco, unde publica fiebant edicta.

7. *In curia.*] In Senatu.

8. *In Iovis cella.*] Sacello in Capitolio.

9. *Iovis Optimi Maximi.*] Cujus filius eſſe credebatur, teſte Gellio, quia, ſicut in cap. de Fiducia diximus, quod de Olympiade Philippi regis uxore, Alexandri matre, quidam Græci tradidere ſcriptores. Idem de P. Scipionis matre memoriæ proditum eſt, viſum immenſæ magnitudinis anguem cum Scipionis matre concumbere, & ex eo creditum eſt, Scipionem concepiſſe, quam famam ab ineunte ætate clariſſimis virtutibus, maximiſque rebus geſtis indies magis magiſque auxit & confirmavit.

Opt. Max. cella ponere: voluerunt imaginem ejus triumphali ornatu indutam, [1] Capitolinis pulvinaribus applicare: voluerunt ei continuum per omnes vitæ annos conſulatum, perpetuamque dictaturam tribuere. Quorum ſibi nullum, neque plebiſcita dari, neque ſenatuſconſulto decerni patiendo, pene tantum in recuſandis honoribus ſe geſſit, quantum geſſerat in emerendis.

[2] Eodem robore mentis cauſam Annibalis in ſenatu protexit, cum eum cives ſui miſſis legatis tanquam ſeditiones apud eos moventem accuſarent: Adjecit quoque non oportere Patres conſcriptos ſe reip. Carthaginienſium interponere; altiſſimaque moderatione alterius ſaluti conſuluit, alterius dignitati; [3] victoria tenus, utriuſque hoſtem egiſſe contentus.

7. [4] At M. Marcellus, qui primus & * Annibalem vinci, & [5] Sy-

1. *Capitolinis pulvinaribus.*] Lectiſterniis; volebant enim eum divino honore afficere. *Capitolinis pulvinaribus.*] Lectiſterniis Capitolinis, in quibus locabantur ſimulacra Deorum, ad quæ vocabantur ipſi Dii.

2. *Eodem, &c.*] Contig. A.U. DLVIII.

3. *Victoria tenus.*] Uſque ad victoriam, quia ultra victoriam neutrius hoſtis fuit, videlicet nec Annibalis, cujus ſalutem poſt victoriam protexit, nec ſenatus, quia docuit, quid eum deceret. *Oliver.*

4. *At M. Marcellus.*] M. Marcellus cum Valerio Lævino tum forte abſente, iterum Conſul idibus Martiis cum magiſtratum iniſſet, ſenatum eo die, more majorum, habuit, profeſſus, ſe nihil abſente collega, neque de republica, neque de provinciis acturum, ſcire ſe frequentes Siculos prope urbem in villis obtrectatores factorum ſuorum eſſe; quibus tantum abeſſet, ut pro ſe non liceat palam Romæ crimina, & dicta, & ficta ab inimicis vulgari, ut niſi inſimularent aliquem ſibi timorem abſente collega dicendi de conſule eſſe, ipſi eis extemplo daturus Senatum fuerit. Ubi quidem collega veniſſet, non paſſurum quicquam prius agi, quam ut Siculi in Senatum introducantur. Poſtquam igitur collega rediit, primum inter ſe provincias ſortiti ſunt. Sicilia & claſſis Marcello, Italia cum bello adverſus Annibalem Lævino evenit, quæ ſors velut iterum captis Syracuſis ita exanimavit Siculos, ut comploratio eorum flebileſque voces extemplo oculos hominum convertiſſent. Quod cum Marcello cognitum eſſet, ne quis frænari timore Siculos dicere poſſet, quo minus de ſe libere querantur, in cujus poteſtate mox futuri eſſent, provinciam cum collega permutavit; deinde Siculos in Senatum introduxit, & de ſe graviter conquerentes æquiſſimis auribus ſuſtinuit, juſſoſque à Lævino, poſt conqueſtionem excedere extemplo, ut de poſtulatis eorum patres conſuli poſſent, Marcellus tenuit ut coram ipſis reſponderet objectis, quo facto cum illis pariter exceſſit de Senatu, ut liberius Patres conſuli poſſent, qui acta Marcelli ſummo conſenſu comprobarunt;

& [1] Syracuſas capi poſſe docuit: cum in conſulatu ejus Siculi de eo queſtum in urbem veniſſent, nec ſenatum ulla de re habuit, [2] quia collega Valerius Lævinus forte aberat, ne ob id Siculi in querendo timidiores eſſent. At ut is rediit, ultro de his admittendis retulit, querenteſque de ſe patienter ſuſtinuit. Juſſos etiam à Lævino diſcedere; remanſerunt; revocatis deinde in Senatum Siculis, & conſule, citatoque Senatuſconſulto, Siculi benigne appellati ac demiſſi, ad genua ſe Marcelli conſulis projecerunt; & obſecrantes, ut quæ deplorandæ ac levandæ calamitatis ſuæ cauſa dixiſſent, veniam eis darer, & in fidem clientelamque acciperet. Perorantes hæc conſul clementer allocutus, eos dimiſit. *Oliv.*

1. *Annibalem vinci, & Syracuſas capi poſſe, &c.*] Nam omnes ante Marcellum Romani Imperatores, vel ex acie victi diſceſſerant, vel in acie cum magna reipubl. clade ceciderant. Aut certe nunquam cum Annibale fortunam belli tentate auſi fuerant. Primus igitur Marcellus apud Nolam vinci poſſe docuit. Nam quum ūrbem illam obſideret Annibal, quæ propemodum ad defectionem videbatur erecta, Marcellus nocte oppidum ingreſſus, & ad tres portas in hoſtes verſas tripartito, exercitum inſtruxit, impedimenta ſubſequi juſſit. Calones, lixas, & invalidos milites vallum ferre, ut paucitatem ſpernentibus Pœnis, ingentis exercitus ſpeciem repente facerent. His ita inſtructis, patefactiſque repente portis, in hoſtes ranto eum clamore & impetu feruntur, ut perturbata media acie, terga vertetint; non tamen ſine jactura. Nam duo millia & trecenti hoſtium cæſi, non plus Romanorum centum amiſſis. Ingens eo die res, ac neſcio an maxima illo bello geſta ſir. Non enim vinci ab Annibale, Romanis tunc vincentibus difficilius fuit, quam poſtea vincere. Hac victoria Marcellus poſtus, militum ſuorum animos multis antea cladibus territos erexit & excitavit, urbem Nolam à defectione prohibuit, validoque præſidio firmavit, & ſic propemodum amiſſam populo Romano reſtituit. *Oliver.*

1. *Syracuſas capi.*] Cujus difficillima ac prope incredibilis fuir expugnatio: quippe cum urbs ipſa ſitu & natura ſoli validiſſima, munitionibus quoque firmiſſimis undique foret, accedebar quod in ea vir erat Archimedes unicus cœli ſyderumque ſpectator, mirabilior tamen inventor ac machinator bellicorum tormentorum, operumque, quibus ea, quæ hoſtes ingenti mole agerent, ipſe perlevi momenro ludificaretur. Hic adverſus omnem Matcelli terreſtrem, maritimumque apparatum variæ magnitudinis tormenta in muris diſpoſuerat, in quibus illud præcipuæ admirationis fuit, ferrea manus firmiſſimæ catenæ illigata cum injecta proræ navis eſſet, gravique libramento plumbi recelleret ad ſolum, ſuſpenſa prora, navem in puppi ſtatuebat, deinde remiſſa ſubito veluti ex muro, cadentem navem cum ingenti trepidatione nautarum ita undæ affligebanr, ut etiam ſi recta recideret, aliquantulum aquæ reciperer. Ita maritima oppugnatio eſt eluſa omnis. Inter tantas tamen difficultates urbem omnino illo tempore, & in ea regione terra marique validiſſimam atque pulcherrimam, virtus Imperatoris tandem expugnavit. *Oliv.*

2. *Quia collega Valerius Lævinus forte aberat.*] Erat enim in Macedonia adverſus Philippum.

manere, [1] ut ſuæ defenſioni intereſſent, coëgit: ac deinde utraque parte perorata, etiam excedentes curia, [2] ſubſecutus eſt: quo liberius ſenatus ſententiam ferret. Improbatis quoque eorum querelis, ſupplices & orantes, ut ab eo [3] in clientelam reciperentur, clementer excepit: [4] Super hæc Siciliam ſortitus, eam provinciam collegæ ceſſit. Toties laudatio Marcelli variari poteſt, quoties novis ipſe gradibus moderationis adverſus ſocios uſus eſt.

8. [5] Quam Ti. etiam Gracchus admirabilem ſe exhibuit! Tribunus enim plebis, cum ex profeſſo inimicitias cum Africano., & Aſiatico, Scipionibus gereret, & Aſiaticus judi-

1. *Ut ſuæ defenſioni intereſſent.*] Quam ipſe Marcellus de ſe faceret.

2. *Subſecutus eſt.*] Quia, dum auditis partibus patres conſcripti de ſententia ferenda conſulunt, interea exire jubentur; ipſe autem, eo quod conſul manere potuit. *Badius.*

3. *In clientelam reciperentur.*] Apud majores, urbium expugnatores earum poſtmodum patroni eſſe dicebantur, & erant: æquum enim erat, ut qui vulnera intuliſſet, eadem ſanaret. Cicero in Officiis lib. 1. *Apud majores noſtros,* inquit, *tantopere juſticia culta eſt, ut hi, qui civitates, aut nationes devictas bello in fidem recepiſſent, earum patroni eſſent more majorum.* Oliv.

4. *Super hæc Siciliam ſortitus.*] Livius dicit, antequam introducerentur legati in Senatum, cum collega ſuo ſortitum fuiſſe provinciam; ſed utcunque fuerit, magna tamen illius modeſtia fuit. *Id.*

5. *Quam Ti. etiam Gracchus admirabilem.*] Gellius: *Pulchrum, liberale, atque magnanimum factum Tiberii Sempronii Gracchi in exemplis repoſitum eſt. Id exemplum hujuſmodi: L. Scipioni Aſiatico, P. Scipionis Africani ſuperioris fratri M. Minutius Augurinus tribunus plebis mulctam irrogavit, eumque ob eam cauſam prades poſcebat. Scipio Africanus fratris nomine ad collegium tribunorum provocat, petebatque, ut virum conſularem triumphalemque, à collega vi defenderet, &c. Octo tribuni, cognita cauſa, collegæ intercedere noluerunt: tum Augurinus trib. pleb. L. Scipionem prades non dantem prehendi & in carcerem duci cum juſſiſſet, Tiberius Sempronius Gracchus trib. pleb. pater Tiberii atque Caji Gracchorum, cum P. Scipioni Africano inimicus gravis ob pleraſque in Republica diſſenſiones eſſet, juravit palam in amicitiam & gratiam ſe cum P. Africano non rediiſſe, atque decretum ex tabula recitavit. Ejus decreti hæc verba ſunt:* CVM. L. CORNELIVS. SCIPIO. ASIATICVS. TRIVMPHANS. HOSTIVM. DVCES. IN. CARCEREM. CONIECTAVERIT. ALIENVM. ESSE. VIDETVR. A. DIGNITATE. REIPVBL. IN. EVM. LOCVM. IMPERATOREM. POP. ROM. DVCI. IN. QVEM. LOCVM. AB. EO. CONIECTI. SVNT. DVCES. HOSTIVM. ITAQVE. L. CORNELIVM. SCIPIONEM. ASIATICVM. A. COLLEGAE. VI. PROHIBEO. *Valerius autem Antias dicit poſt Africani mortem interceſſionem iſtam pro Scipione eſſe factam à Tiberio Graccho, neque mulctam irrogatam Scipioni, ſed damnatum eum peculatus ob Antiochenam pecuniam, de qua ſupra dictum eſt, quod cum prades non daret, in carce-*

judicatæ pecuniæ ſatiſdare non poſſet, [1] atque ideo à conſule in vincula publica duci juſſus eſſet, appellâſſetque collegium tribunorum, nullo volente intercedere, ſeceſſit à collegis, [2] decretumque compoſuit: Nec quiſquam dubitavit, quin eo ſcribendo, irati hoſtis adverſus Aſiaticum verbis uſurus eſſet. At is primum juravit ſe cum Scipionibus in gratiam non rediiſſe: deinde tale decretum recitavit: Cum L. Cornelius Scipio die triumphi ſui ante currum actos hoſtium duces in carcerem conjecerit; indignum & alienum à majeſtate populi Rom. videri eodem ipſum duci. Itaque id non ſe paſſurum fieri. Libenter tunc opinionem ſuam populus Romanus à Graccho deceptam cognovit, moderationemque ejus debita laude proſecutus eſt.

9. [3] C. quoque Claudius Nero inter cætera præcipuæ moderationis exempla numerandus eſt. Livii Salinatoris in

carcerem duci cœptum, atque ita intercedente Graccho exemptum. Autor de Viris Illuſtribus: *Scipio Aſiaticus reus pecuniæ interceptæ, ne in carcerem duceretur, Gracchus pater trib. pleb. interceſſit. Marcus Cato Cenſor equum ei, ignominiæ cauſa ademit.* Oliv.

1. *Atque ideo à conſule in vincula publica duci juſſus eſſet.*] Non à conſule, ſed à prætore Terentio dicit Livius. Quare prætorem hic Valerius conſulem appellare videtur. *Pighius.*

2. *Decretumque.*] Damnationis, vel abſolutionis.

3. *Cajus quoque Claudius Nero.*] Quomodo Haſdrubal frater Annibalis in Gallia Ciſalpina haud procul à Placentia victus, & cum ingenti exercitu cæſus fuerit, conſilio & prudentia Claudii Neronis, in cap. de Fiducia dictum eſt. Quod ad hunc locum pertinet, Claudius Nero, ut fuit rerum geſtarum gloria quidem illuſtris, ſic animi quoque moderatione conſpicuus; tanta enim, ut dixi, victoria conſilio ſuo parta, cum Romam uterque conſul rediiſſet, poſtulaſſetque, ut pro rep. fortiter feliciterque adminiſtrata, & diis immortalibus haberetur honos, & ipſis triumphantibus urbem inire liceret, idque ſibi eſſet à patribus benigne conceſſum, Claudius ea modeſtia uſus eſt, ut cum amborum nomine ſupplicatio, & triumphus utrique decretus eſſet, tamen, quia in provincia Livii res geſta eſſet, & eo die quo pugnatum foret, ejus forte auſpicium fuiſſet, & exercitus Livianus deductus Romam fuiſſet, ſuus vero deduci non potuiſſet, voluit ut Livius quadrigis tantummodo veheretur, ipſumque triumphantem milites ſequerentur, ipſe vero ſine militibus equo invectus eſt. Ita conſociatum triumphum unius tantummodo eſſe voluit, quanquam ipſe majore gloria triumphaverit. Nam milites ejus laudes magna cum ambitione decantabant; illum ſex dierum ſpatio decurriſſe longitudinem Italiæ, & eo die cum Haſdrubale in Gallia ſignis collatis pugnaſſe,

in Aſdrubale opprimendo gloriæ particeps fuerat: at tamen eum triumphantem equo ſequi, quam triumpho quem ei ſenatus [1] æque decreverat, uti maluit; quia res in [2] provincia Salinatoris geſta fuerat. Sine curru ergo triumphavit, eo quidem clarius, quod illius victoria tantummodo laudabatur, hujus etiam moderatio.

10. Ne Africanus quidem poſterior nos de ſe tacere patitur: Qui cenſor, [3] cum luſtrum conderet, inque ſolito fieri ſacrificio ſcriba ex publicis tabulis ſolenne ei precationis

gnaſſe, quo eum caſtra adverſus ſeſe in Appulia poſita habere Annibal credidiſſet, ita unum conſulem pro utraque parte Italiæ adverſus duos duces, duos imperatores, hinc conſilium ſuum, hinc corpus oppoſuiſſe, nomen Neronis ſatis fuiſſe ad continendum in caſtris Annibalem, Haſdrubalem vero nulla alia re quam ejus adventu obrutum atque extinctum eſſe. Quare iret alter conſul ſublimi curru multijugis, ſi vellet, equis, unius equo per urbem vetum triumphum vehi: Neroniſque etiam, ſi pedes incedit, vel parto eo bello, vel ſpreto triumpho, gloriam memorabilem fore, hi ſermones ſpectantium Neronem uſque in Capitolium perſecuti ſunt. *Oliv.*

1. *Æque.*] Æqualiter, ut Salinatori.

2. *Provintia.*] Gallia Ciſalpina.

3. *Cum luſtrum conderet.*] Cenſorum erat, inter cætera quæ gerebant, cenſum facere, & luſtrum condere. *Cenſum* autem *facere*, erat Romanorum civium capita deſcribere, & in claſſes, pro cujuſque opibus, conjicere. Sed quomodo in claſſes conjicerentur, ſatis ſupra notatum eſt. *Condere* vero *luſtrum*, erat, quinto quoque anno civitatem quibuſdam luſtralibus, id eſt, piacularibus ſacrificiis purgare. *Luſtrum* etiam dicebatur totius exercitus purgatio, cum cenſentur, id eſt, numerantur omnes, & qui ad arma ferenda non ſunt idonei, ſicut ſenes, juniores purgantur, id eſt, educuntur. Et tunc *condere luſtrum*, finire luſtrum ſignificat. *Oliv.*

Cenſor cum luſtrum conderet, inque ſolito fieri ſacrificio, ſcriba ex publicis tabulis, &c.] Damno verba, *Solito fieri.* Et jure. Sordent enim, imo & fallunt. An ſolet olim fieri id ſacrum, non Valerii ævo? Imo etiam tunc in uſu, quotiens conditum luſtrum. Vetus præivit mihi ad notabilem emendationem, in quo lego, *Solita viri.* Non ambiges tu, optime Cenſor, quin *Solitaurili*, ſcribendum ſit: quod ſacrificium proprium omnium luſtrationum: & inprimis Cenſoriæ hujus lapis Romæ pulchre, in quo apparatus omnis iſtius ſacrificii, cum triplici hoſtia, ſue, ove, tauro, Cenſore faciente. Vide, ſi lubet, quæ notavimus ad Hiſtorias Taciti. *Lipſius.*

Solito ſacrificio.] De hoc ſacrificio ſcripſerunt Alexander ab Alexandro, & Lipſius ad Hiſtoriam Taciti, quorum ſcripta non compilo. Hoc tantum addo, non uno nomine fuiſſe appellatum. Feſtus, Varro, Livius, & Gloſſarium vetus, *Solitaurilia*, ſcribunt; Cato, *Suovetaurilia*, appellat. Alii *Sollitaurilia* malunt. Servius ad IX. Æneid. *Suovetaurium* appellat. Cujus verba lubens ex egregia & novitia Danielis editione ſubſcribo: *Jovi de tauro non immolatur, niſi cum triumphi nomine Suovetaurium faciebant.* Ritum ſacrificii ſive luſtrationis illius graphice admodum Lucanus deſcripſit:

Mox

tionis [1] carmen præiret, quo dii immortales, ut pop. Rom. res meliores amplioreſque facerent, rogabantur: Satis, inquit, bonæ ac magnæ ſunt. itaque precor, ut eas perpetuo incolumes ſervent. Ac protinus in publicis tabulis ad hunc modum carmen emendari juſſit. Qua votorum verecundia deinceps cenſores in condendis luſtris uſi ſunt. Prudenter enim ſenſit tunc incrementum Romano imperio petendum fuiſſe, cum [3] intra ſeptimum lapidem triumphi quærebantur: Majorem autem totius terrarum orbis partem poſſidenti, ut avidum eſſet quicquam ultra appetere; ita abunde felix, ſi nihil ex eo quod obtinebat, amitteret. Neque alia ejus in cenſura moderatio pro tribunali apparuit. [4] Centurias recognoſcens equitum, poſtquam C. Licinium Sacerdotem citatum [5] proceſſiſſe animadvertit: dixit ſe ſcire illum [6] verbis conceptis pejeraſſe. Proinde ſi quis

Mox jubet & totam pavidis à civibus urbem
Ambiri, & feſto purgantes mœnia luſtro,
Longa per extremos pomæria cingere fines.
Pontifices ſacros, quibus eſt permiſſa poteſtas,
Turba minor ſequitur ritu ſuccincta Gabino:
Veſtalemque chorum ducit vittata ſacerdos,
Trojanam cui fas ſoli eſt vidiſſe Minervam. Colerus.

1. *Carmen.*] Id eſt, formulam. De quo carmine nihil licebat immutare, ſicut nec de reliquis verbis ſacratis: quo carmine Dii immortales rogabantur, ut facerent res populi Romani meliores & ampliores. *Badius. Solemne ei precationis carmen præiret.*] Ita in Manuſcriptis. Vulgo, *Solemni ejus precationis carmen præiret.* Sic Livius, *præeuntibus execrabile carmen ſacerdotibus.* Cicero pro Milone, *Ut vobis voce præirent.* Pigh.

2. *Ut populi Romani.*] Puto & illa adjecta fuiſſe in carmine ſolemni: *Uti Senatui populoque Romano animum Dii augerent, Uti hoſtibus oblivionem ac terrorem injicerent*, & alia nonnulla, quæ ex Macrobio & Servio obſervare liceat. *Colerus.*

3. *Intra ſeptimum lapidem.*] Cum fines Romani imperii non extenderentur ultra ſeptem millia paſſuum; nam lapidibus tanquam limitibus deſignabantur miliaria apud majores *Oliv.*

4. *Centurias recognoſcens.*] Dum recenſeret equites qui erant, in centurias diſtribuit. *Centuriæ* autem populi Romani fuerunt primo à Romulo inſtitutæ tres equitum ſolummodo, videlicet Ramnenſium, Titienſium & Lucerum. Ramnenſes à Romulo, Titienſes à T. Tatio rege Sabinorum poſt concitatum cum Romulo imperium: Luceres à Lucero quodam, qui Romulo venerat in auxilium: etſi alli dicunt, Lucerum nominis & originis cauſam incertam eſſe. Jubebat autem equites tranſire, ut ſi deprehendiſſet vitium, equo privaret, vel alia nota cenſoria damnaret. *Oliver.*

5. *Proceſſiſſe*] Scilicet in medium.

6. *Verbis conceptis.*] Solenni more expreſſis,

quis eum accuſare vellet, uſurum teſtimonio ſuo; ſed nullo ad id negotium accedente, Traduc equum, inquit, Sacerdos, ac lucrifac [1] cenſoriam notam: ne ego in tuam perſonam, & accuſatoris, & teſtis, & judicis partes egiſſe videar.

11. Quod animi temperamentum etiam in Q. Scævula excellentiſſimo viro adnotatum eſt: Teſtis namque in reum productus, cum id reſpondiſſet, quod ſalutem periclitantis magnopere læſurum videbatur, diſcedens adjecit, ita ſibi credi oportere, ſi & alii idem aſſeveraſſent: [2] quoniam unius teſtimonio aliquem credere peſſimi eſſet exempli: Et [3] religioni igitur ſuæ debitam fidem, & [4] communi utilitati ſalubre conſilium reddidit.

12. Sentio quos cives, quæve facta eorum ac dicta quam anguſto ambitu orationis amplectar. Sed cum magna, & multa breviter dicenda ſint de claritate excellentibus viris: ſermo infinitis perſonis rebuſque circumfuſus, utrunque præſtare non poteſt. Itaque propoſiti quoque noſtri ratio non laudanda ſibi omnia, ſed recordanda ſumpſit. Quapropter bona cum venia duo Metelli, [5] Macedonicus, & Numidicus, maxima patriæ ornamenta, ſtrictim ſe narrari patientur. Acerrime cum [6] Scipione Africano Macedonicus diſſenſerat, eorumque ab æmulatione virtutis profecta contentio, [7] ad graves teſtataſque inimicitias

preſſis, ut nihil deſit ad perjurii conſummationem.

1. *Cenſoriam notam.*] Quod à cenſore propter moderationem non es notatus ignominia; nam cum certo ſciret ipſum pejeraſſe, potuiſſet eum notaſſe ex ſuo unius teſtimonio, ſed noluit. *Badius.*

2. *Quoniam unius teſtimonio.*] L. 20. D. de Quæſt. L. jurisjur. C. de teſtibus. Seneca lib. VII. Controverſ. *Uni, etiam de minori ſcelere, non creditur.* Quæ omnia faciunt, ne credam iis, qui apud Valerium legere poſtulant, *cedere*, pro *credere.* Uno tamen teſte damnatus Scantinius, teſte Valerio lib. VI. cap. I. *Colerus.*

3. *Religioni igitur ſuæ debitam fidem.*] Quia affirmavit verum eſſe, quod dixerat.

4. *Communi utilitati.*] Ne quis unius teſtimonio periclitaretur.

5. *Macedonicus & Numidicus.*] Macedonicus, à devicta Macedonia; & Numidicus, à Numidia feliciter vinci cœpta. *Badius.*

6. *Scipione Africano.*] Scil. minore.

7. *Ad graves teſtataſque inimicitias.*] Cicero

tias progreſſa fuerat; [1] ſed cum interemptum Scipionem conclamari audiſſet, in publicum ſe proripuit, mœſtoque vultu & voce confuſa, Concurrite, concurrite, inquit, cives, mœnia Urbis noſtræ everſa ſunt: Scipioni enim Africano intra ſuos penates quieſcenti nefaria vis illata eſt. O Remp. pariter Africani morte miſeram, & Macedonici tam humana, tamque civili lamentatione felicem! eodem enim tempore, & quantum amiſiſſet principem, & qualem haberet, recognovit. [2] Idem filios ſuos monuit, ut [3] funebri ejus lecto humeros ſubjicerent, atque huic exequia-

cero de Offic. à Valerio diſſentit; dicit enim: *Inter Scipionem & Metellum fuit ſine acerbitate diſſenſio: non enim aliorum contentione, licet opinionum & ſententiarum diſſenſione diſcrepabant, ut in ſententiis dicendis frequenter altercarentur in Senatu.* Oliv.

1. *Sed cum interemptum Scipionem.*] Conſtat Scipionem celeriter mortuum, quo autem genere mortis, dubitatur ab omnibus. Cicero in libro de Amicitia: *Scipionis*, inquit, *vita quidem tali fuit vel fortuna vel gloria, ut nihil poſſet accedere. Morienti autem ſenſum celeritas abſtulit: quo de genere mortis difficile eſt dictu, quid homines ſuſpicentur, vos videtis; hoc tamen licet dicere, P. Scipioni ex multis diebus, quos in vita celeberrimos lætiſſimoſque viderat, illum diem clariſſimum fuiſſe, cum Senatu dimiſſo domum reductus ad veſperum eſt à Patribus Conſcriptis, & populo, ſociiſque Latinis, pridie quam exceſſiſſet è vita, ut ex tam alto dignitatis gradu ad ſuperos videatur potius, quam ad inferos perveniſſe Deos.* Ergo de morte Scipionis multi multa ſuſpicantur, plures tamen huic ſententiæ inclinant; Graccham Semproniam uxorem ſuam mortis mariti conſciam fuiſſe, quod veriſimile videtur: nam cum Scipio à Numantia victor rediiſſet, ut quidam tradunt, ab amicis Gracchorum, qui paulo ante cæſi fuerant, in forum perductus eſt, & quia Gracchis affinitate conjunctus erat, quippe quorum ſororem in matrimonium duxerat, credebant authoritate Scipionis confirmatum iri odium adverſus interfectores Gracchorum. Sed cum interrogatus eſſet, quid de C. Gracchi morte ſentiret, reſpondit jure cæſum videri. Quod reſponſum credunt adeo graviter & acerbe tuliſſe Graccham Semproniam ejus uxorem, quæ ſperabat cædem fratrum Scipionis authoritate poſſe vindicari, ut de mariti nece cogitaverit, & eum ſequenti nocte oppreſſerit. Quod veriſimile videtur. Quî enim fieri potuiſſet, ut in ejus cubiculo opprimeretur Scipio, niſi conſcia mortis ejus fuiſſet uxor? Sunt tamen qui credunt à C. Carbone fuiſſe interceptum. Aliter ſentit T. Livius de morte Africani. Dicit enim, *Seditiones à triumviris Fulvio Flacco, C. Graccho & Carbone de agro dividundo creatis, excitatæ ſunt, quibus cum P. Scipio Africanus adverſaretur, fortiſque ac validus pridie domum ſe recepiſſet, mortuus in cubiculo inventus eſt. Suſpecta fuit, tanquam venenum ei dediſſet Sempronia uxor, ideo maxime quod ſoror eſſet Gracchorum, cum quibus ſimultas Africano fuerat. De morte tamen ejus nulla quæſtio acta.* Oliv.

2. *Idem filios ſuos.*] Quos quatuor præcipuæ virtutis & ingenii dicitur habuiſſe.

3. *Funebri lecto.*] Qui ditiores erant, ii lectis

quiarum, illum honorem vocis adjecit, [1]Non fore, ut poſtea id officium ab illis viro majori præſtari poſſet. Ubi illa tot in curia jurgia? ubi tam multæ pro roſtis altercationes? ubi maximorum ducum & civium tantorum togata prœlia? Omnia nimirum iſta præcipua veneratione proſequenda delevit moderatio.

13. Numidicus autem Metellus populari factione patria pulſus in Aſiam ſeceſſit: in qua, cum ei forte ludos [2]Trallibus ſpectanti [3]literæ redditæ eſſent, quibus ſcriptum erat, maximo ſenatus & populi conſenſu reditum illi in Urbem datum: non è theatro prius abiit, quam ſpectaculum ederetur: non lætitiam ſuam proxime ſedentibus ulla ex parte patefecit, ſed ſummum gaudium intra ſe continuit. Eundem conſtat pari vultu, & exulem fuiſſe, & reſtitutum. adeo moderationis beneficio, medius ſemper inter ſecundas & adverſas res animi firmitate verſatus eſt.

14. [4]Tot familiis in uno genere laudis enumeratis, [5]Portium nomen velut expers hujuſce gloriæ ſilentione prætereundum? [6]Negat fieri debere [7]poſterior Cato, non parvo

lectis efferebantur, unde de L. Cornelio proditum eſt, quod ſex millia lectorum habuerit, & tenuis fortunæ homines capulis, ſive feretris, ut Servius notat.

1. *Non fore.*] Aliter Plinius lib. VII. c. 44. Si quidem liberis dixit: Ite filii, celebrate exequias, nunquam civis majoris funus videbitis. *Coler.*

2. *Trallibus.*] Tralles civitas Aſiæ tantum pluraliter declinata. Liv. dicit hoc contigiſſe Rhodi, ubi exulabat, ut in cap. de Conſtantia diximus. Livius vero Smyrnæ fuiſſe dicit. Eſt autem Smyrna civitas minoris Aſiæ. *Oliver.* *In qua, cum ei forte ludos Trallibus ſpectanti literæ redditæ eſſent.*] Sic etiam in MSS. exceptis Colonienſi, & Cauchiano exemplaribus, in quibus, *Ludos theatrales ſpectanti*, habetur. Et ſane nomen loci illius diverſimodè proditur. Livius enim Rhodi exulaſſe Numidicum ſcribit, Auctor de Viris Illuſtribus, Smyrnæ. *Pigh.*

3. *Literæ redditæ eſſent.*] Livius libro LXIX. ſed de loco diſſentit & Autor de Vir. illuſtr. qui ne factas quidem literas ſcribit. *Corradus.*

4. *Tot, &c.*] Contigit A. U. DCXVII.

4. *Portium nomen.*] Unde fuere Catones.

6. *Negat fieri debere.*] Lib. Dan. *Negat ſe poſterior.* Vulgaris lectio manum ſpurcam redolet. Negat, inquit, Valerius, poſterior Cato ſe prætereundum eſſe. *Coler.*

7. *Poſterior Cato.*] Sc. Uticenſis. *Poſterior Cato.*] Præfectus Cypriacæ pecuniæ fuit, lege lata per P. Clodium trib. pl. de redigenda in provinciæ formam Cypro, & compilanda pecunia. Adminiſtratio cujus rei primo M. Catoni mandata eſt, annuente Clodio, qui Catonem

parvo ſummæ moderationis fiſus indicio. [1] Cypriacam pecuniam maxima cum diligentia & ſanctitate in Urbem depo-

nem longius abeſſe cupiebat, ut liberius ageret in Ciceronem, quem exilio deſtinaverat,quia verebatur, ne Catonis authoritate impedirentur conſilia ſua. Demandata eſt igitur provincia invito Catoni; cum enim Clodius rem iſtam Catoni vocato ad ſe quaſi honorificam obtuliſſet, eam Cato repudiavit, quod diceret, non ob honorem, ſed ob contumeliam & inſidias hoc ſibi negotium deferri; tum Clodius iratus inſolenter ſatis reſpondit: Etſi nolles, inquit, tamen coactus dolenſque proficiſcere., advocataque concione, plebiſcito firmavit miſſionem Catonis, eique abeunti, nec navem, neque militem, nec etiam miniſtrum quempiam tradidit, præter duos, quorum ſcribarum alter fur erat, alter Clodii clientulus: & quaſi parum negotii foret Cyprus & Ptolemæus: etiam ut exules Byzantium reduceret, injunxit, eo conſilio, ut ipſum plurimo tempore extra urbem ablegaret. Ptolemæus vero ejus Ptolemæi frater, qui per Gabinium reſtitutus fuerat, tunc Cypri rex, ut hæc cognovit, nimio dolore percitus, veneno fata prævenit.Cæterum Porcius Cato Cypriacas opes liburnis per Tyberinum oſtium advexit. Plutarchus dicit Catonem in hac vehenda pecunia hoc uſum fuiſſe conſilio, ut loculorum funibus & loris longioribus ſuberes alligaret, quibus, ſuperveniente tempeſtate, ſi forte naufragium faceret, pecunia ſuſtentaretur, ne mergi poſſet. Hæc omnis pecunia circiter ſeptem millia talentorum argenti fuiſſe traditur, quod latius ærarium quam ullus triumphus implevit,quare Senatus decrevit, ut extra ordinem Prætor crearetur, quod ille recuſavit. *Oliv.*

1. *Cypriacam pecuniam.*]Quam ibi copioſam Ptolemæus congregaverat, & propterea Senatus timens, ne tantis opibus rex incitatus bellum ſuſcitaret, ad eas Romam deportandas miſerat Catonem. Alii dicunt Cyprum ideo factam eſſe provinciam, miſſumque Catonem, quia P. Clodius captus à Piratis, quum regem rogaſſet, ut ſe redimeret, Rex adeo exiguum pretium miſit,ut piratæ illud accipere dedignarentur,& Clodium gratuito dimittere maluerint. Quare indignatus Clodius in patriam reverſus, & trib. pl. creatus,legem tulit de ejiciendo rege, capiendaque provincia per Catonem, qui profectus, & accepta pecunia,libros, in quibus totius pecuniæ ſumma continebatur, amiſit. Quum igitur populus rationem ejus pecuniæ repoſceret, Senatus eam relationem interdici volebat, ut proximis comitiis Prætor creari poſſet, quod ille fieri non permiſit, iniquum eſſe exiſtimans ſibi tribui, quod nulli unquam conceſſum fuiſſet,maluit populi temeritatem experiri, quam Senatus benignitate frui. Huic in patriam redeunti, quum ad urbem acceſſiſſet, tanta omnis generis & ordinis hominum, tam Magiſtratuum quam Sacerdotum & ipſius Senatus, atque etiam plebis frequentia obviam proceſſum eſt, teſte Plutarcho, ut vix ripæ fluminis capere poſſent: nam à triumpho nihil ferme diſtare videbatur. Nonnullis vero tunc agreſtis, ſuperbuſque viſus eſt, quod Conſulibus Prætoribuſque obviam progredientibus, neque ſubſtitiſſet, neque currum retinuiſſet, nec in terram ad eos deſcendiſſet, ſed progreſſus, non prius deſtitiſſet, quam claſſem in navalia conjeciſſet, quum tamen argentum per forum portaretur. Admiratus eſt populus Romanus tantam magnitudinem, & Senatus poſt multas Catonis laudes decrevit ei præturam extra ordinem, & ludos inſpicere purpurea veſte, quæ Senatus decreta ipſe deprecatus eſt. *Oliverius.*

1. *Præ-*

deportaverat; cujus miniſterii gratia, ſenatus relationem interponi jubebat, ut [1] Prætoriis comitiis extra ordinem ratio ejus haberetur. Sed ipſe id fieri paſſus non eſt, iniquum eſſe affirmans, [2] quod nulli alii tribueretur, ſibi decerni. Ac nequid in perſona ſua novaretur, [3] campeſtrem experiri temeritatem, quàm curiæ beneficio uti, ſatius eſſe duxit.

15. [4] Ad externa jam mihi exempla tranſire conanti M. Bibulus vir ampliſſimæ dignitatis, & ſummis honoribus functus, manus injicit: Qui cum in provincia Syria moraretur, duos egregiæ indolis filios ſuos [5] à Gabinianis militibus occiſos eſſe cognovit. Quorum interfectores ad eum vinctos, regina Cleopatra miſit, ut graviſſimæ cladis ultionem arbitrio ſuo exigeret: At ille oblato beneficio, quo nullum majus lugenti tribui potuerat, dolorem moderationi cedere coëgit; carnificeſque ſanguinis ſui, intactos eveſtigio ad Cleopatram reduci juſſit: dicendo, po-

teſta-

1. *Prætoriis comitiis.*] Quibus Prætor crearetur extra ordinem, ut ſcilicet ſic creatus Prætor ab onere reddendæ rationis levaretur.

2. *Quod nulli alii tribueretur.*] Ut ſcilicet non ſuo anno aut loco, ſed extra ordinem Prætor crearetur; nam per certos gradus ad ſummos honores perveniebatur, quos qui non obſervabant, extra ordinem creari dicebantur. *Badius.*

3. *Campeſtrem*] Populi Romani, qui in campo Martio ſuffragia dabat.

4. *Ad externa jam mihi exempla.*] Marcus Bibulus de Gabinianis militibus à Cleopatra miſſis ſupplicium ſumere noluit, quum duos illius filios per ſeditionem occidiſſent; nam Marcus Bibulus in Syria provincia dum eſſet, Aulus Gabinius Proconſul, Ptolemæum reduxit, cæſo Archelao, cum Beronice Ptolemæi filia, quam Ægyptii, ejecto patre, ſibi reginam aſſciverant, & illa Archelaum virum aſſumpſerat. Paulo poſt, mortuo Ptolemæo, duo filii ex teſtamento in regnum illi ſucceſſerunt, natu major ex pueris Cleopatra. Dum igitur eam provinciam Syriam Gabinius conſtitueret, hoc eſt, adminiſtraret, milites per ejus rixam duos Bibuli filios occiderunt. Quippe exercitus cum ipſo duce corruptus erat; nam pactiones pecuniarum cum tyrannis egerat. Ariobarſani etiam Regi ſe ad cædem faciendam cum exercitu locaverat, ut infra dicetur lib. VIII. Hic Bibulus, collega Cæſaris fuerat in conſulatu, qui ab eodem loco aliquoties ejectus eſt, ſed ſe domi ſemper continuit. Unde dici ſolebat, Bibulo & Cæſare Conſulibus nihil geſtum eſt, Catone & Cæſare Conſulibus, aliquid geſtum eſt. *Oliver.* Contigit A. U. DCCIII.

5. *A Gabinianis militibus.*] Quia Bibulus erat in provincia Syria, quum Gabinius Ptolemæum, ut dixi, in regnum reſtituit juſſu Pompeii, propter populi Romani voluntatem, Senatuſque authoritatem. Unde & Gabinius reus factus gratia & authoritate Pompeii, pecuniarumque potentia abſolutus eſt. *Oliverius.*

1. Taren-

teſtatem hujus vindictæ non ſuam, ſed ſenatus eſſe debere.

EXTERNA.

1. [1] Tarentinus Archytas, dum ſe Pythagoræ præceptis [2] Metaponti penitus immergit, magno labore, longoque tempore ſolidum opus doctrinæ complexus; poſtquam in patriam revertitur, ac rura ſua reviſere cœpit, animadvertit negligentia villici corrupta & perdita: intuenſque malè meritum: Sumpſiſſem, inquit, à te ſupplicium, niſi tibi iratus eſſem: Maluit enim impunitum dimittere, quam propter iram gravius juſto punire.

2. [3] Nimis liberalis Archytæ moderatio, Platonis temperatior: nam cum adverſus delictum ſervi vehementius exarſiſſet, veritus ne ipſe modum vindictæ diſpicere non poſſet,

1. *Tarentinus Archytas.*] Ad externa tranſit exèmpla, quorum primum eſt Archytæ Tarentini. Fuit autem Philoſophus Pythagoricus nobiliſſimus, qui Platonem, quum à Dionyſio necandus eſſet, per epiſtolam eripuit. Admirationi ſummæ apud plurimos habitus eſt in omni virtutis genere; quippe qui ſepties civibus præfectus eſt, quum cæteri plus quam annum imperare lege prohiberentur. *Tarentinus.*] Tarentum urbs inclyta Calabriæ, in ultimo Italiæ circa Salentinorum confinia, à Tarte Neptuni filio condita. *Oliv.* *Archytas.*] De hoc celeberrimo Geometra ita Horatius Carminum lib. I. Ode XXVIII.

Te maris & terræ numeroque carentis arenæ,
Menſorem cohibent Archyta,
Pulveris exigui prope littus parva Matinum
Munera: nec quicquam tibi prodeſt
Aërias tentaſſe domos, animoque rotundum
Percurriſſe polum morituro.

2. *Metaponti.*] Italiæ oppidum in fine Tarentino conditum à Locrenſibus, teſte Solino.

3. *Nimis liberalis.*] Tarentinus Archytas in villicum nimis indulgens fuiſſe videtur, non ita moderationis proprium, ut Plato ſervaſſe dici poſſit, & niſi Philoſophi obſtaret authoritas, intemperantiam potius dicerem fuiſſe, quam moderationem, non puniiſſe delinquentem, nam ex impunitate major naſcitur peccandi licentia, & propterea Plato dicere ſolitus erat, neminem prudentem punire, quia peccatum ſit, ſed ne peccetur in poſterum. Non ergo propter iræ magnitudinem ab Archyta donanda erat villico pœna, ſed differenda; & tunc recte moderatio dici potuiſſet, ſi cum fuiſſet iratus, dediſſet iræ ſuæ ſpatium, ut reſidente per intervallum temporis animi tumore, haberet modum caſtigatio. Quare melius, ut inquit Valerius, feciſſe videretur Plato, qui non remittendum ſervo ſupplicium, ſed ab altero minime perturbato inferendum eſſe judicavit. *Oliv.*

I. Spea.

poſſet, [1] Speuſippo amico caſtigationis arbitrium mandavit: deforme ſibi futurum exiſtimans, ſi commiſiſſet, ut parem reprehenſionem culpa ſervi, & animadverſio Platonis mereretur. Quo minus miror, quod in [2] Xenocrate diſcipulo ſuo tam conſtanter moderatus fuit. Audierat eum de ſe multa impiè locutum: ſine ulla cunctatione criminationem reſpuit. Inſtabat certo vultu index, cauſſam quærens, cur ſibi fides non haberetur: adjecit, non eſſe credibile, ut quem tantopere amaret, ab eo invicem non diligeretur. Poſtremo cum ad jusjurandum inimicitias ferentis malignitas confugiſſet; ne de perjurio ejus diſputaret, affirmavit nunquam Xenocratem illa dicturum fuiſſe, niſi ea dici expedire ſibi judicaſſet. Non in corpore mortali, ſed in [3] arce cœleſti, & quidem armatum animum ejus, vitæ ſtationem putes peregiſſe, humanorum vitiorum [4] incurſus à ſe invicta pugna repellentem, cunctoſque virtutis numeros altitudinis ſuæ [5] ſinu clauſos cuſtodientem.

3. [1] Ne-

1. *Speuſippo.*] Plato Ariſtone patre, matre Perictiona ſive Potona Athenis natus eſt. Mater à Solone genus duxit. Ariſtonem vero patrem à Codro Melanthi filio originem ducere tradunt, qui à Neptuno itidem ſanguinem trahere, Thraſyllo teſte, memoratur, cui Speuſippus ſucceſſit, Eurymedontis filius, Athenienſis, pago Myrrhinuſius, & Platonis ſorore natus, qui fratres habuit Adimantum & Glauconem ſororemque Potonam matris cognomine, de qua Speuſippus hic, cujus nunc Valerius meminit. Tradit Heraclides Platonem adeo verecundum, adeo mente compoſitum fuiſſe, ut nunquam ridere, niſi modice, deprehenſus ſit. Ingreſſo aliquando Xenocrati, cæde, inquit, hunc puerum, nam ipſe, quod iratus ſum, neſcio. Cuidam item ſervorum delinquenti, jam, inquit, te verberibus concidiſſem, niſi iratus eſſem. Hic diſſentit à Valerio Diogenes Laërtius, eo etiam quod non Speuſippo ſervum puniendum, ſed Xenocrati traditum dixit, quod veriſimilius eſt. Nam Speuſippus, ut ait Diogenes, perſtitit quidem intra Platonis dogmata, etſi moribus eiſdem non fuit, namque & iracundus, & voluptatibus dederat manus. *Oliv.*

2. *Xenocrate.*] Auditor hic Platonis, qui Speuſippo ſucceſſit, & viginti quinque annos docuit. Hic primo ingenio fuit obtuſior, adeo ut illum calcaribus, Ariſtotelem frœno indigere dixerit Plato. Voluptatum ſeveriſſimus fuit hoſtis. Etiam Alexandri munerum contemptor. Teſtes Diogenes Laërtius, & Suidas.

3. *Arce cœleſti.*] Alludit ad hæreſim Platonis, aſſerentis animas in cœlo formatas, antequam in corpora demittantur. *Bad.*

4. *Incurſus.*] Impetus vitiorum humanorum.

5. *Sinu clauſos.*] Complexu ſuæ altitudinis.

1. *Nequa-*

3. [1] Nequaquam Platoni literarum commendatione par Syracuſanus Dion: ſed quod ad præſtandam moderationem.

1. *Nequaquam Platoni.*] Hic Dion Hipparini filius, nobili genere natus, utraque implicitus tyrannide; Dionyſiorum namque ille ſuperior, Ariſtomachem ſororem Dionis habuit uxorem, ex qua duos filios Hipparinum & Miſſeum procreavit, totidemque filias, nomine Sophroſynem & Aretem, quarum unam Dionyſio filio eidem, cui regnum reliquit, nuptum dedit, alteram Aretem Dioni, qui intimus Dionyſio fuit. Hic multa & alia habuit à natura bona, in his & ingenium docile. Cum igitur Platonem Tarentum veniſſe, fama eſſet in Siciliam perlata, adoleſcenti negare non potuit Dionyſius, quod cum accerſeret; cui ſe Dion tradidit, nec vero minus Plato delectatus eſt Dione. Itaque cum à Dionyſio tyranno crudeliter violatus eſſet, quippe quem venundari juſſit, tamen eodem rediit, ejuſdem Dionyſii precibus adductus. Interim in morbum incidit Dionyſius, quo cum gravius conflictaretur, quæſivit à medicis Dion, quemadmodum ſe haberet, ſimulque petiit ab his, ſi forte majori eſſet in periculo, ut ſibi faterentur; nam velle ſe cum eo colloqui de partiendo regno, quod ſororis ſuæ filios ex illo natos partem regni putabat habere debere. Id medici non tacuerunt, & hoc fuit initium Dionis & Dionyſii ſimultatis. Simulata tamen aliquandiu amicitia fuit. Sed cum à Dione ſe ſuperari videret, ingenio, auctoritate, amore populi, navem ei triremem dedit, qua vectus eſt Corinthum, oſtendens, ſe id utriuſque cauſa facere, ne, cum inter ſe timerent, alteruter alterutrum præoccuparet. Sed cum audiſſet eum in Peloponneſo manum comparare, Aretem Dionis uxorem alii nuptum dedit, filiumque ejus libidinoſe educari juſſit. Heraclides interim ab eodem expulſus, qui præfectus fuerat equitum, cum Dione bellum omni ratione comparare cœperunt, & Dion quidem fretus non tam ſuis copiis quam odio tyranni, cum Dionyſius claſſem in Italia opperiretur, poſt diem tertium, quod Siciliam attigerat, Syracuſas introivit, eoque rem perduxit, ut tyrannus pacem facere vellet pactionibus ejuſmodi: Siciliam Dion obtineret, Italiam Dionyſius, Syracuſas Apollicrates, cui maximam fidem uni habebat Dion. Haud ita multo poſt orta diſſenſio & inter eum, & Heraclidem, & factionem comparavit, quæ principatum non concedebat, neque is minus valebat apud optimates, quorum conſenſu præerat claſſi, cum Dion pedeſtrem exercitum teneret. Non tulit hoc æquo animo Dion, & verſum illum Homeri retulit ex ſecunda rhapſodia:

> Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,
> Εἷς βασιλεύς,

Poſtea vero, cum multitudinem, interfecto Heraclide, offendiſſet; nam militibus eorum bona, quos ſciebat adverſum ſenſiſſe, licentibus diſpertivit: Callippus quidam civis Athenienſis, qui cum eo ſimul ex Peloponneſo in Siciliam venerat, homo & callidus, & ad fraudem acutus, ſine ulla religione ac fide adiit Dionem; ait magno eum in periculo eſſe propter offenſionem populi & odia militum, quos, exhauſtis civibus, per libidinem eorum, expellere non poterat. Conſuluit ergo alicui ſuorum negotium mandet, qui ſe ſimulet illi inimicum; quem ſi idoneum invenerit, facile omnium animos cogniturum. Tali conſilio probato, excepit has partes ipſe Callippus, & ſe armat imprudentia Dionis ad eum interficiendum. Fit conjuratio multis conſciis, defertur ad Ariſtomachem ſororem Dionis, uxoremque Areten. Conveniunt Dionem. Negat à Callippo

nem attinet, vehementioris experimenti. [1] Patria pulſus à Dionyſio tyranno, [2] Megaram petierat: ubi cum [3] Theodorum principem ejus urbis domi convenire vellet, neque admitteretur, multum diuque ante fores retentus, comiti ſuo, Patienter hoc ferendum eſt, ait: forſitan enim & nos cum in gradu dignitatis noſtræ eſſemus, aliquid tale fecimus. Qua tranquillitate conſilii, ipſe ſibi conditionem exilii placidiorem reddidit.

4. [4] Thraſybulus etiam hoc loci* apprehendendus eſt: qui po-

po fieri inſidias. Mulieres nihilo ſecius Callippum in æde Proſerpinæ jurare cogunt, nihil ab illo periculi fore; ſed hoc maturius peregit, & proximo feſto Zacynthios è numero ſuorum adoleſcentes elegit, ut ad Dionem erant inermes, qui propter notitiam intromiſſi, foribus obſeratis, in lecto cubantem colligant, & quia inermes erant, flagitantibus, Lycon quidam Syracuſanus per feneſtras gladium dedit. Callippi frater Philoſtratus fuit, cui armatam triremem dederat in portum agitandam, ut parata eſſet ad ſalutem, ſi forte conſiliis fortuna obſtitiſſet. Hic igitur, quod ad moderationem ſpectat, à Dionyſio pulſus cum Megaram veniſſet, & Theodorum ejus loci principem convenire voluiſſet, ante illius fores aliquandiu præter ejus dignitatem detentus eſt. Quod nihil moleſte ferens, ait comiti ſuo, id minime videri grave, quod & ipſe fortaſſe, cum in imperio foret, tale quicquam feciſſet. *Oliverius.*

1. *Patria.*] Syracuſis.

2. *Megaram.*] Megara urbs eſt Achaiæ in confinio Atticæ & Peloponneſi.

3. *Theodorum principem.*] Plutarchus *Pteodorum Megarenſem divitem* vocat, non *Theodorum.* Corrad.

4. *Thraſybulus etiam hoc loci.*] Ut in capitulo de Somniis, & in capitulo de Fortitudine, diximus, Lyſander, dux Lacedæmoniorum, victis Athenienſibus, triginta Prætores præpoſuit, qui paulo pôſt in totidem evaſere tyrannos. Cum igitur civitatem tyrannide crudeli nimis opprimerent, multi ex Athenienſibus voluntarium exilium ſibi delegerunt. Lacedæmoniorum edicto civitates Athenienſes exules recipere prohibebantur. Omnes igitur ſe Argos & Thebas contulerunt, ubi non ſolum tutum exilium egere, verum etiam ſpem recuperandæ patriæ recepe-runt. Erat inter exules Thraſybulus, vir ſtrenuus, & domi nobilis, qui liberandæ patriæ princeps & auctor extitit. Nam cum animum induxiſſet, audendum aliquid eſſe pro patria, pro ſalute communi, etiam cum periculo, exulibus collectis, caſtellum Philem Atticorum finium occupat; nec deerat quarundam civitatum tam crudelis caſus miſerantium favor. Itaque & Iſmenias Thebanorum princeps, etſi publicis non poterat, privatis tamen viribus adjuvat. Et Lyſias Syracuſanus, orator exul tunc quingentos milites ſtipendio ſuo inſtructos, in auxilium patriæ communis eloquentiæ miſit. Itaque fuit aſperum bellum. Sed cum hinc pro patria ſummis viribus, hinc pro aliena potentia ſecurius pugnaretur, tyranni vincuntur, & victi in urbem refugerunt. Tyranni deinde fruſtra tentant corrumpere Thraſybulum. Tum accitis Lacedæmonii auxiliis, iterum vincuntur, in quo prœlio Critias & Hippolytus tyrannorum ſæviſſimi cadunt: Thraſybulus fugientes cives

populum Athenienſem xxx. tyrannorum ſævitia ſedes ſuas relinquere coactum, deſparſamque & vagam vitam miſerabiliter exigentem, animis pariter atque armis confirmatum, in patriam reduxit. Inſignem deinde reſtitutione libertatis victoriam clariorem aliquanto moderationis laude fecit. Plebiſcitum enim interpoſuit, ne qua præteritarum rerum mentio fieret: hæc oblivio, quam Athenienſes [1] *ἀμνηςίαν* vocant, concuſſum & labentem civitatis ſtatum [2] in priſtinum habitum revocavit.

5. Non minoris admirationis illud: Staſippus [3] Tegeates, hortantibus amicis ut gravem in adminiſtratione Reipublicæ æmulum, ſed alioqui probum & ornatum virum, qualibet ratione vel tolleret, vel ſummoveret, negavit ſe facturum, ne quem in tutela patriæ bonus civis locum obtineret, malus & improbus occuparet: ſeque potius vehementi adverſario urgeri, quam patriam egregio advocato carere præoptavit.

6. [4] Pittaci quoque moderatione pectus inſtructum, qui Al-

cives ad libertatem revocat, tyranni Eleuſim migrare jubentur; & ſubſtituit decem, qui reipubl. præeſſent, qui eadem via graſſari cœperunt, poſtremo Pauſanias rex ad comprimendum bellum miſſus, decemviros ad tyrannos Eleuſim migrare jubet, qui communi conſilio bellum Athenienſibus inferunt, ſed ad colloquium, velut dominationem recepturi, progreſſi, ac per inſidias comprehenſi, veluti pacis victimæ trucidantur. Hoc modo revocatur populus, & jurejurando adigitur diſcordiarum oblivionem fore, quam Græci *ἀμνηςίαν*, id eſt, *oblivionem mali*, dicunt. *Oliv.*

* *Apprehendendus.*] Scilicet à ſtilo, id eſt, ſcribendus etiam hoc loci.

1. *Ἀμνηςίαν*] De hac multi. Eam laudabiliter repetivit, ſingulari decreto Aurelianus, teſte Vopiſco. *Coler.*

2. *In habitum.*] Id eſt, diſpoſitionem.

3. *Tegeates.*] Tegeum oppidum eſt Arcadiæ. Virgilius:

—— *Tua ſi tibi Mænala curæ,*
Adſis ô Tegeæe ſavens. ——

4. *Pittaci quoque moderatione.*] Pittacus Mityleneus fuit, unus ex ſeptem Græciæ Sapientibus Syrrhadio patre, quem Thraca fuiſſe tradunt. In hunc Alcæus Poëta verſu jambico luſit, & his eum verbis ignominioſis appellavit, *σαράποδα, γαύρηκα, χειροπόδην, ἀγάσυρτον*, id eſt, *latos pedes trahentem, tumeſcentem, pedum morbo laborantem*, (*Χειρὰς*, Latine *tumor pedum*, hoc eſt, morbus pedum) obtrectationibus patentem & ſordidum. Tyrannidem autem ita adeptus eſt. Nam cum inter Mityleneos & Athenienſes de Achillitides agri poſſeſſione certamen eſſet, Pittacus cum Phrynone Athenienſi ſingulari certamine dimicavit pro his finibus. Nam ſic inter ſe convenerant

 Athe-

Alcæum Poëtam, & [1] amaritudine odii, & viribus ingenii adverſus ſe pertinaciſſime uſum, [2] tyrannidem à civibus delatam adeptus, tantummodo quid in opprimendo poſſet, admonuit.

7. [3] Hujus viri mentio ſubjicit, ut de ſeptem ſapientium mo-

Athenienſes & Mitylenæi, quo res cum minori utriuſque populi jactura tranſigeretur, ut hi duo imperatores exercitus inter ſe certarent ſingulari certamine, & uter eorum victor evaderet, illius populus agro potiretur. Pittacus igitur ſub clypeo rete occultabat, quo jacto, ſic Phrynonem implicuit, ut ſe deinde explicare non poſſet. Quo cæſo, victoria peces Mitylenæos fuit, per Pittacum parta, ſed cum paulo poſt Athenienſes iterum Mitylenem infeſtarent, cives ei ſummo conſenſu tyrannidem demandarunt, quam cum ille conſervata patria decem annos tenuiſſet, & optimis inſtitutis & legibus conſtituiſſet, ſeipſum ſponte à magiſtratu abdicavit. Unde Strabo lib. XIII. haud procul à fine: *Omni Pittacus*, inquit, *ad damnatos eruendos principatu uſus eſt, quibus ſublatis, cives in priſtinam libertatem reſtituit. Ejus ea lex fuit in ebrios, ut cum peccarent, duplici afficerentur pœna. Vixit temporibus Cræſi, Lydorum regis, ad quem ejus adhuc extat epiſtola.* Oliv.

1. *Amaritudine odii.*] Alcæus Pittacum Σαράποδα vocitabat. Suidas: Σαράπους, οὕτως ἐκάλει Ἀλκαῖος Πιττακὸν τὸν φιλόσοφον, διὰ τὸ πλατύπουν εἶναι καὶ σύρειν τὼ πόδε. Latini τὸν Σαράποδα Plancum reor vocant. Feſtus; *Planci appellantur, qui ſupra modum pedibus planis ſunt.* Gloſſarium: *Plancus*, πλατύπους. *Plancos* etiam *Plautos* dictos fuiſſe, Feſtus adfirmat: *Ploti*, inquit, *appellantur, qui ſunt planis pedibus, unde & Poëta Accius, quia Umber Sarſinas erat, à pedum planitie initio* Plotius, *poſtea* Plautus *eſt dictus*. Ex quibus verbis feſtine olfacias, verbum *Plotus* Umbriæ proprium fuiſſe initio. Ad Pittacum redeo, quem Laërtius ſcribit, illis etiam acerbiſſimis vocabulis verberatum eſſe ab Alcæo, nominatumque Χειροπόδην, Γαύρηκα, Φύσκωνα, Γάστρωνα, Ζοφοδορπίδαν, Ἀγάσυρτον. De quibus verbis erudite diſſerit Caſaubonus. *Coler.*

2. *Tyrannidem à civibus delatam.*] *Mitylenæ* vox vulgata in nullo veteri libro reperitur. Atque hæc ejuſque generis plurima ſe ex interlinearibus exemplarium gloſſulis operi inſinuarunt in contextum Valerianæ orationis à librariis admiſſa. *Pigh.*

Tyrannidem.] Imperium ac regimen civitatis.

3. *Hujus viri mentio ſubjicit.*] Legitur, apud Diogenem Laërtium in vita Thaletis, Iônicos quoſdam juvenes in piſcatores Mileſios incidiſſe, qui retia jacturi erant, & joco piſcatores interrogaſſe, venderent ne fortunæ jactum, hoc eſt, quicquid eo jactu caperent: rem joco actam, ſerio à piſcatoribus habitam fuiſſe, reſponſumque eſſe venditu-ros; & cum de pretio conveniſſent, jacto reti, ex lacu tripodem aureum ad litora eduxiſſe. Inde ortam contentionem, adoleſcentibus menſam auream poſcentibus, piſcatoribus capturam piſcium, non aliarum rerum ſe cum illis conveniſſe affirmantibus. Res igitur ad Appollinem delata eſt, qui conſultus cujuſnam eſſe deberet tripos ille, ſic reſpondiſſe fertur:

De tripode ex Phœbo rogitas, Mileſia pubes,
Huic tripodem addico, cujus ſapientia prima eſt.

Cum ergo ad Thaletem Mileſium primum

moderatione referam. A piſcatoribus in [1] Mileſia regione [2] verriculum trahentibus, quidam jactum emerat: Extracta deinde magni ponderis aurea [3] menſa Delphica, orta controverſia eſt: illis piſcium ſe capturam vendidiſſe affirmantibus, hoc fortunam [4] tractus ſe emiſſe dicente: Qua conditione propter novitatem rei, & [5] magnitudinem pecuniæ ad univerſum ejus civitatis populum delata, placuit Apollinem Delphicum conſuli, cuinam adjudicari menſa deberet. Deus reſpondit, illi eſſe dandam, qui ſapientia ceteros præſtaret, [6] his verbis:

Ὃς σοφίῃ πάντων πρῶτος, τούτῳ τρίποδ' ἂν δῶ.

Tum Mileſii conſenſu [7] Thaleti menſam dederunt; ille ceſſit

mum menſa delata foret, ille Bianti adjudicavit, Bias Pittaco, & omnes aliis alii adjudicantes, moderatione maxima uſi ſunt, cum nemo tantum ſibi nomen arrogare voluerit, Demum Apollini Solon, qui ultimus fuerat, dandam eſſe cenſuit, quod ille omnium ſapientiſſimus haberetur, & ita Apollini quodammodo reddita eſt. Varie tamen hanc hiſtoriam Diogenes refert: ut dicat Callimachum ab Alexandro Mileſio accepiſſe, Bathyclem quendam Arcadem, Phialam reliquiſſe, atque mandaſſe dari ſapienti primo, datamque Thaleti, quam ille Apollini Didymæo miſit, ſic dicens ſecundum Callimachum: Plebem me regenti Thales Nileo dat, clarum bis hoc qui jam aſſecutus eſt donum. Rurſus alius tradit non Phialam, ſed aureum poculum à rege quodam acceptum, ut ſapientiſſimo Græcorum daretur, Thaleti fuiſſe traditum, & multa alia, quæ apud ipſum Diogenem videre licet. *Oliv.*

1. *Mileſia regione.*] Juxta Miletum oppidum.

2. *Verriculum trahentibus.*] *Verriculum* rete dicitur, quod per alveum fluminis verritur, id eſt, trahitur, & à verrendo verriculum dictum. Eſt autem genus retis plumbati. *Oliv.*

3. *Menſa Delphica.*] Id eſt, talis, qualis eſt Delphica menſa. Nam in templo Apollinis tripodes erant, quibus admota Phœbas, ſtatim afflata numinis inſtinctu, futura prædicebat. *Idem.*

4. *Tractus.*] Lib. Danielis, *Ductus.* Ductum piſcium dici, non ambigo. Plautus Truculento:

——— *reti impedit*
Piſces uſque adeo, donicum eduxit foras.

Sic *arundine piſces ducere*, memini me apud Ovidium legiſſe. Hic impegerat Pighius. *Coler.*

5. *Magnitudinem.*] Quia menſa erat ſolidi auri. *Magnitudinem pecuniæ.*] Qua menſa illa aurea æſtimata erat.

6. *His verbis.*] Vox vulgata *Græcis*, gloſſema eſt, quæ quidem in MSS. non reperitur, ἔκγονε Μιλήτου, &c. neque etiam oraculi verſus ille prior. Unde colligo Valerium ſolummodo poſteriorem, quo Apollinis reſponſum continetur, poſuiſſe, prioremque addidiſſe, poſtea librarios ex Diogene Laërtio, qui ambos verſus recitat. *Pigh.*

7. *Thaleti.*] Fuerunt ſeptem Sapientes, videlicet Thales Mileſius, Bias Prieneus, Pittacus Mitylenæus, Solon Athenienſis, Chilo Lacedæmonius, Cleobulus Lydius, Periander Corinthius.

ceſſit eam Bianti, Bias Pittaco, is protinus [1] alii; deincepſque per omnium ſeptem ſapientum orbem, ad ultimum, ad Solonem pervenit: Qui & titulum ampliſſimæ ſapientiæ, & præmium ad ipſum Apollinem tranſtulit.

1. [2] Atque ut Theopompo quoque Spartianorum regi moderationis teſtimonium reddamus: cum primus inſtituiſſet ut [3] Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri regiæ poteſtati oppoſiti, quemadmodum Romæ conſulari imperio trib. pleb. ſunt objecti; atque illi uxor dixiſſet, id egiſſe illum, ut filiis minorem poteſtatem relinqueret: Relinquam, inquit, ſed diuturniorem. Optime quidem: ea enim demum tuta eſt potentia, quæ viribus ſuis modum imponit. Theopompus igitur legitimis regnum vinculis conſtringendo, quo longius à licentia retraxit, hoc propius ad benevolentiam civium admovit.

9. [4] Antiochus autem à L. Scipione ultra [5] Taurum montem imperii finibus ſummotus, cum Aſiam provinciam, vicinaſq; ei gentes amiſiſſet: gratias agere Pop. Rom.

non

1. *Alii.*] Uni ſcil. ex Sapientibus.

2. *Atque ut Theopompo quoque Spartanorum regi.*] Hic in omni vita communem ſe maxime geſſit, qui interroganti amico, quo pacto aliquis ſeveriſſime regnum tutari poſſet, ſi participes, inquit, juſtæ licentiæ & authoritatis amicos fecerit, & ne ſubditi afficerentur injuria, providerit. *Oliv.*

3. *Ephori.*] Ephororum creationem nonnulli ad ipſum Lycurgum referunt, inprimis pater Hiſtoriæ Herodotus, ſed plurium conſenſus Theopompo tribuit. Frænum hoc objectum regibus. Revera autem Theopompi tempore non tantam fuiſſe poteſtatem veriſimile. Sicut neque apud Romanos tribunitia poteſtas ſtatim uſque ad faſtigium pervenit. Cum Ε'φορεία adoleviſſet, numero v. ſingulis annis creati, quorum unus ἐπώνυμος, quod nomine ſuo annum ſignaret. Eligebantur in comitiis ex toto populo, ſine diſcrimine generis aut opum, adeo ut etiam infimæ ſæpe conditionis homines promoverentur ad eam dignitatem. Quod reprehendit Ariſtot. Tanta autem eorum autoritas, ut vocantibus iis Reges & omnes majores Magiſtratus cederent. Præterea adminiſtrabant domi pene omnia, quæ aliquod momentum in Rep. habebant, bellum gerendi, pacem ſtabiliendi, ipſos reges in carcerem compingendi, ad mortem damnandi poteſtas penes illos erat. Unde Plato & Ariſtot. ſcripſere eam poteſtatem ſpeciem tyrannidis obtinere.

4. *Antiochus.*] Scipio Aſiaticus, de quo ſupra mentionem fecimus, bello regem Antiochum ſuperavit, & illum magna parte regni mulctavit, utpote Aſia tota, nam ſummotus fuerat ultra montem Taurum, ut lib. VIII. cap. 1. dicturus eſt. *Oliv.* Contigit. A. U. DLXIV.

5. *Taurum.*] Eſt hic mons Aſiæ longe maximus.

1. *Tranſ-*

non diſſimulanter tulit, quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis uteretur. Et ſane nihil eſt tam præclarum, aut tam magnificum, quod non moderatione temperari deſideret.

CAP. II.

DE RECONCILIATIONE.

1. *M. Æmilii Lepidi, & M. Fulvii Flacci cenſorum.*
2. *M. Livii Salinatoris, & C. Claudii Neronis conſulum.*
3. *P. Africani majoris, & Ti. Sempronii Gracchi.*
4. *M. Tullii Ciceronis & A. Gabinii.*
5. *P. Clodii Pulchri, & L. Cornelii Lentuli.*
6. *L. Caninii Galli, & C. Antonii.*
7. *M. Cælii Rufi, & Q. Pompeji.*

QUæ quoniam multis & claris auctoribus illuſtrata eſt, [1] tranſgrediamur ad egregium humani animi ab odio ad gratiam deflexum; & quidem eum læto ſtylo proſequamur. Nam ſi placidum mare aſpero, cœlumque ex nubilo ſerenum hilari aſpectu ſentitur, ſi bellum pace mutatum plurimum gaudii affert: offenſarum etiam acerbitas depoſita, [2] candida relatione celebranda eſt.

1. [3] M. Æmilius Lepidus bis conſul, & Pontifex Max. ſplendorique honorum par gravitate vitæ, diutinas ac vehe-

1. T*Ranſgrediamur ad egregium humani animi ab odio ad gratiam deflexum.*] Duæ voces, *affectum quem*, à ſciolis infarcitæ perperam, quæ in Manuſcriptis non habentur, plurimumque obſcuritatis exterminatæ ſecum abducunt, ſententiamque Valerii noſtri non ſolum elegantem, ſed etiam ex nubila claram ac ſerenam linquunt, ſi legamus: *Tranſgrediamur ad egregium humani animi ab odio ad gratiam deflexum, & quidem eum læto ſtylo proſequamur. Nam ſi placidum ex aſpero, &c. ſi bellum pace mutatum, &c.* Pigh.

2. *Candida relatione.*] Livoris & triſtitiæ experti.

3. *Marcus Æmilius Lepidus bis conſul.*] Aulus Gellius: *Æmilius*, inquit, *Lepidus & Fulvius Flaccus, nobili genere, ampliſſimiſque honoribus, & ſummo loco in civitate præditi, odio inter ſe gravi, & ſimultate diutina conflictati ſunt. Poſtea populus eos ſimul cenſores fecit, atque illi, ubi voce præconis renuntiati ſunt, ibidem in campo ſtatim, nondum demiſſa concione, ultro uterque, & pari voluntate conjuncti complexique ſunt. Exque eo die, & in ipſa cenſura, & poſtea, jugi concordia fideliſſime amiciſſimeque vixerunt. Turpe enim ſibi fore putabant privatim diſſentire, cum publice in ſummo magiſtratu eſſent conjuncti.* Oliv.

 1. *Renunti*

bementes inimicitias cum Fulvio Flacco ejuſdem amplitudinis viro geſſit. Quas, ut ſimul cenſores [1] renuntiati ſunt, in campo depoſuit: exiſtimans non oportere eos privatis odiis diſſidere, qui publice [3] ſumma juncti eſſent poteſtate, Id judicium animi ejus & præſens ætas comprobavit, & nobis veteres Annalium ſcriptores laudandum tradiderunt.

2. [4] Sicuti Livii quoque [5] Salinatoris finiendarum ſimultatum illuſtre conſilium ignotum poſteritati eſſe noluerunt. Is namque etſi Neronis odio ardens in exilium profectus

fectus

1. *Renuntiati.*] Nam in comitiis collectis per/puncta ſuffragiis, qui numerandis punctis præerant, nuntiabant præconi eos, qui electi fuerunt. Et præco electis renunciabat, id eſt, iterum nunciabat. *Bad.*

2. *Campo.*] Scilicet Martio.

3. *Summa juncti eſſent poteſtate.*] Collegio ſummæ poteſtatis, ſeu cenſuræ, quod non erat pene minor conſulatu.

4. *Sicuti Livii quoque.*] Quanta fuerit inter Livium Salinatorem & Claudium Neronem cum acerbitate diſſenſio, in cap. de Cenſura diligenter notavimus.

5. *Salinatoris.*] Salinator dictus eſt à lege, quam arctiſſimam & populo maxime moleſtam de vendendo ſale tulerat. Ob quam deinde damnatus eſt. Nam cum primum conſulatu abiit, à Claudio Nerone illi dies dicta eſt ad populum. Et cum omnes tribus ei maxime forent infenſæ præter Metiam, facile damnatus eſt. Quam ignominiam adeo moleſte tulit, ut rus migraret, & per multos annos urbe & omni cœtu careret hominum. Octavo ferme poſt damnationem anno, M. Claudius Marcellus, & M. Valerius Levinus conſules eum reduxerunt in urbem. Sed erat veſte obſoleta, capillo, barbaque prolixa, præ ſe ferens inſignem in vultu habituque memoriam ignominiæ acceptæ, quem cenſores tonderi, ſqualoremque deponere, & in Senatum venire, ac omnibus publicis muneribus fungi coëgerunt. Cum igitur reſpubl. gravi & diutino bello Punico ſecundo premeretur, multiſque cladibus exhauſta viris fortibus eſſet, non facile inveniebantur, qui digni forent, quibus committeretur imperium. Itaque comitiis conſularibus Claudio Neroni declarato conſuli, par ei collega quærebatur, nec quiſquam in tanto populo inveniri potuit Sexto Livio præferendus, aut certe æquandus, vel quod cæteri ſi qui erant, lege impedirentur, vel quod nullus par huic virtute appareret. Quare omnium ſuffragiis ei recuſanti, ac prope invito conſulatus demandatus eſt. Quo facto, de reconciliatione etiam gratiæ in Senatu actum eſt. Erant autem inimicitiæ inter eos, ut ſupra diximus, quod damnationis & exilii ſui dux & auctor fuiſſet Nero. Has ergo acerbiores indignioreſque Livio ſua calamitas faciebat, quod ſe ſpretum in ea fortuna credebat. Itaque his magis implacabilis erat, & nihil opus eſſe reconciliatione dicebat, acrius & intentius omnia geſturos, timentes ne creſcendi ex ſe inimico collegæ poteſtas fieret. Vicit tamen auctoritas ſenatus, & patriæ charitas, ut depoſitis ſimultatibus, quæ inter ipſos diu fuerant, communi conſilio Rempubl. invicem adminiſtrarent. *Oliv.*

1. *Sibi*

fectus fuerat, teſtimonio ejus præcipue afflictus; tamen poſtquam eum inde revocatum cives collegam illi in conſulatu dederunt, & ingenii ſui, quod erat acerrimum, & injuriæ, quam graviſſimam acceperat, oblivisci [1] ſibi imperavit: Ne ſi diſſidente animo conſortionem imperii uſurpare voluiſſet, pertinacem ſe exhibendo inimicum, malum conſulem ageret: Quæ quidem mentis ad tranquilliorem habitum inclinatio, in aſpero ac [2] difficili temporum articulo plurimum ſalutis Urbi, atque Italiæ attulit: quia pari virtutis impetu conniſi, terribiles [3] Pœnicas vires contuderunt.

3. [4] Clarum etiam in Africano ſuperiore ac Ti. Graccho depoſitarum inimicitiarum exemplum. Siquidem ad cujus [1] menſæ

1. *Sibi imperavit.*] Id eſt, coëgit ſeipſum oblivisci.

2. *Difficili temporum articulo.*] Quo Annibal Romam vexabat.

3. *Pœnicas vires.*] Quia, ut ſupra diximus, Aſdrubalem Annibalis fratrem, cum innumero exercitu victum, ceciderunt.

4. *Clarum etiam in Africano ſuperiore.*] P. Africanus ſuperior, & T. Gracchus Tiberii & Caii Gracchorum pater, rerum geſtarum magnitudine & honorum atque vitæ dignitate illuſtres viri, diſſenſerunt ſæpenumero de republica, & ejus cauſſa, ſicut & in aliis amici non fuerunt. Ea ſimultas cum diu manſiſſet, & ſolenni die Jovi epulum libaretur, atque id ob ſacrificium Senatus in Capitolio epulatetur, fors fuit, ut apud eandem menſam duo illi juncti locarentur: tum quaſi Diis immortalibus arbitris in convivio Jovis Optimi Maximi dextras eorum conducentibus, repente amiciſſimi facti, neque ſolum amicitia incepta, ſed affinitas ſimul inſtituta. Nam P. Scipio filiam virginem habens jam viro maturam, ibi tum eodem loco deſpondit eam Tiberio Graccho, quam probaverat elegeratque exploratiſſimo judicii tempore, dum inimicus eſſet. Livius de Bello Macedonico lib. VIII. parum conſtare dicit inter auctores, utrum poſt mortem patris deſponſata fuerit, & nupſerit filia Africani Graccho, an veræ illæ opiniones ſint, Gracchum, cum L. Scipio in vincula duceretur, nec quiſquam collegarum auxilio eſſet, juraſſe ſibi inimicitias cum Scipionibus manere, nec ſe gratiæ quærendæ cauſa quicquam facere; ſed in quem carcerem reges & Imperatores hoſtium ducentem vidiſſet P. Africanum, in eum fratrem ejus duci non paſſurum. Senatum eo die forte cœnantem in Capitolio conſurrexiſſe, & petiiſſe, ut inter epulas Graccho filiam deſponderet. Quibus ita in publicum ſolenne ſponſalibus rite factis, cum ſe domum recepiſſet, Scipionem Æmiliæ uxori dixiſſe, filiam ſe minorem deſpondiſſe; cum muliebriter indignabunda, nihil de communi filia ſecum communicatum aut conſultatum adjeciſſet, non ſi T. Graccho daret, expertem conſilii debuiſſe matrem eſſe; lætum Scipionem tam concordi judicio, & ipſi deſponſam reſpondiſſe. Scipio ex duabus filialibus, majorem natu P. Cornelio Naſicæ, minorem huic Graccho deſpondit. *Ol.* Contigit A. U. DLXVI.

 1. *Menſæ*

[1] menſæ ſacra, odio diſſidentes venerant, ad ea & amicitia & affinitate juncti diſceſſerunt: Non contentus enim Scipio [2] auctore ſenatu, in Capitolio, Jovis epulo cum Graccho concordiam communicâſſe; filiam quoque ei Corneliam protinus ibi deſpondit.

4. [3] Sed hujuſce generis humanitas etiam in M. Cicerone præcipua apparuit: A. namque Gabinium repetundarum reum ſummo ſtudio defendit, qui eum in conſulatu ſuo Urbe expulerat. [4] Idemque P. Vatinium dignitati ſuæ ſemper infeſtum, duobus publicis judiciis tutatus eſt, ut ſine

1. *Menſæ ſacra.*] Mos annuus & ſolennis erat Romæ, ut epulæ Jovis in Capitolio celebrarentur, quo principes convenientes diſcumbebant, & epulabantur. *Idem.*

2. *Auctore Senatu.*] Id eſt, interveniente autoritate Senatus, qui eos, ut reconciliarentur, epulo ſimul intereſſe voluit. *Badius.*

3. *Sed hujuſce generis humanitas.*] Cicero Gabinio conciliatur. Huic Gabinio Cicero reſtiterat, ne ſupplicatio decerneretur, ob res geſtas in Syria, ut ex ipſo Cicerone deprehenditur ad Att. qui hoc inquit: *Nequeo differre ad Idus Majas, Senatus divinus fuit in ſupplicatione Gabinio deneganda.* Hunc autem Gabinium cum Clodio contra Ciceronem ſenſiſſe intelligimus, quem poſtea revocatus, depoſitis inimicitiis Cicero defendit. Fuerat autem majeſtatis poſtulatus à Lentulo Flaminis filio, quem poſtea de ambitu in petitione conſulatus reum fecit P. Sylla. Sed vetus erat Gabinii cum Cicerone inimicitia ob damnatorum ſupplicia: inter quos Gabinius quidam fuerat, hujus Gabinii propinquus. Gabinius ille conjurationis Catilinariæ conſcius traditus fuerat Craſſo cuſtodiendus: de quo poſtea cum cæteris ſupplicium ſumptum eſt. De hac autem inimicitia multis in locis apud Ciceronem nobis videre licet, ſed inprimis in Oratione de gratiarum actione, quam ad populum habuit, ſive ad Senatum, ubi ait Cicero: *Tu ne auſus iſto oculo, non dicam animo; illa fronte, non vita; tanto ſupercilio, non enim poſſum dicere tantis geſtis cum Gabinio conſociare conſilia peſtis meæ?* De reconciliatione vero ac defenſione multa videre poſſumus in epiſtola, quam ad Lentulum ſcribit lib. 1. ubi Lentulus ex Cicerone quæſiſſe videtur, quare Gabinium defenderit & laudarit. *Oliverius.* Contigere hæc A. U. DCXCIX. DCXCVII, & DCXCIX.

4. *Idemque P. Vatinium.*] Cicero cum Vatinio rediit in gratiam. In hunc Vatinium antea dixerat Cicero, accuſatum ambitus à Paulo vel M. Licinio Craſſo, cujus rei adhuc extat oratio Ciceronis, de quo etiam in Epiſtolis ad Atticum deprehenditur, & in ea, quam ſupra dixi, ad Lentulum. Ad Atticum vero ſic ait: *Quinetiam Paulus noſter productus teſtis in Sextium, confirmavit ſe nomen Vatinii delaturum, ſi M. Licinius cunctaretur.* Et hunc in Ciceronem cum Clodio conſpiraſſe, opinio eſt, cui deinde reconciliatus patrocinium ſuum dedit. *Oliv.*

3. *Duobus publicis judiciis.*] Ambitus & repetundarum. Publica judicia dicebantur, quæ ad remp. pertinerent: de quibus lata lex eſt, ut ambitus, repetundarum, majeſtatis læſæ. *Idem.*

1. Cice-

ſine ullo crimine levitatis, ita cum aliqua laude. Quia ſpecioſius aliquanto injuriæ beneficiis vincuntur, quam mutui odii pertinacia penſantur.

5. [1] Ciceronis autem factum adeo viſum eſt probabile, ut imitari id ne inimiciſſimus quidem illi P. Pulcher dubitaverit: qui [2] inceſti crimine [3] à tribus Lentulis accuſatus, unum ex his [4] ambitus reum patrocinio ſuo protexit. Atque in animum induxit, & judicem & Prætorem, & [5] Veſtæ ædem intuens, amicum Lentulo agere: inter quæ ille ſalutem ejus fœdo crimine obruere cupiens hoſtili voce peroraverat.

6. [6] Caninius autem Gallus reum pariter atque accuſatorem admirabilem egit, & C. Antonii, quem damnaverat, filiam in matrimonium ducendo, & [7] M. Colonium, à quo damnatus fuerat, rerum ſuarum procuratorem habendo.

7. [1] Cæ-

1. *Ciceronis, &c.*] Contigêre hæc A.U. DCXCII, & DCC.

2. *Inceſti crimine.*] Quod introiiſſet ad marronas Bonæ Deæ ſacra celebrantes, quibus viris intereſſe non licebat. Captus enim amore Pompeiæ uxoris Cæſaris, qui forre eo anno Pontifex Maximus erat, ſub habitu muliebri domum Cæſaris, ubi ea ſacra fiebant, ingredi auſus eſt, & cognitus à mulieribus, inde turpiter cæſus & ejectus. Deinde etiam ſorores tres ſuas violaverat. Unde in Oratione pro domo ait: *Qui non pluris faceret ſorores quam bonam Deam.* Inveni tamen, qui dicerent, virginem Veſtalem vitiaſſe. *Oliv.*

3. *A tribus Lentulis.*] Scilicet à Publio, & à Cajo Lentulo.

4. *Ambitus.*] Non omnes qui ambiebant aliquod munus, ambitus poſtulari poterant. Itaque eleganter Varro dixit, *qui populum candidatus circumit, ambit: qui aliter facit, ex ambitu cauſam dicit.* Leges autem de ambiru plures fuerunt latæ, quas diligenrer enumeravit Sigonius, poſtrema Julia fuit, vel à Julio Cæſare, vel ab Auguſto lata.

5. *Veſtæ ædem intuens.*] Cum eſſet in conſpectu ædis, & ita memor eſſet conrumeliæ ſibi illic objectæ.

6. *Caninius autem Gallus.*] Antonius multos in Achaia ſpoliaverat, nactus de exercitu Syllano equirum rurmas; deinde Græci, quos ſpoliaverat, traxerunt Antonium in jus ad M. Lucullum prætorem, qui jus inrer peregrinos dicebat. Egit pro Græcis Gallus, & tum adoleſcentulus. Q. Gallus ſignificari videtur, quem ambitus reum Cicero defendit. Hic enim cum eſſer Præturæ candidatus, dederat gladiaroriam ſub titulo patris, qui in ædilitate quam antea geſſerat, vernas non habuerat. Hæc Aſconius. Verum Antonius repetundarum reus à Lucullo damnatus eſt, vel, ut alii dicunt, à Caninio Gallo, qui ei poſtmodum reconciliatus filiam ejus duxit uxorem. *Oliv.* Contigit A.U. DCXCIV.

7. *M. Colonium.*] Caninius accuſatus eſt ambitus, apud M. Colonium, quod in præturæ petitione candidatus gla-

 diato-

7. [1] Cælii vero Rufi ut [2] vita inquinata, ita miſericordia, quam [3] Q. Pompejo præſtitit, probanda: cui à ſe [4] publica quæſtione [5] proſtrato, cum mater Cornelia fidei commiſſa prædia non redderet, atque iſte auxilium ſuum literis imploraſſet; pertinaciſſime abſenti adfuit. Recitavit & ejus epiſtolam judicio [6] ultimæ neceſſitatis indicem, qua impiam Corneliæ avaritiam ſubvertit; factum propter eximiam humanitatem, ne ſub Cælio quidem auctore repudiandum.

CAP. III.

diatoriam pop. dediſſet, ut favorem ejus amplecteretur, & cum ſub excuſatione funeris patris, diceret gladiatores illos in funere patris dediſſe, tamen ab illo damnatus eſt, quem deinde acerrimum ſuarum rerum & dignitatis procuratorem habuit. *Oliv.*

1. *Cælii vero.*] Eſt ille, ni fallor, cujus epiſtolæ extant ad Ciceronem elegantiſſimæ & doctiſſimæ. Orator fuit in paucis: Plin. lib. VII. cap. 50. *M. Cæcilium Rufum* vocat, culpa non ſua, ſed librariorum. ſæpe Cæcilius pro Cœlius & contra in bonis auctoribns male ſcriptum. in Servio etiam aliquoties Gellius pro Cœlius legiſſe me ſcio. *Colerus.* Contigit A. U. DCCII.

2. *Vita inquinata.*] Id eſt, quem parum publicè adoleſcentiam habuiſſe fama fuit, immo vero libidinoſe. Nam cum accuſaretur aurum à Clœlia ſumpſiſſe, forſitan corrupti, venenum Luceio domino miſerunt. Accuſatores Cœlio ad ſuſpicionem firmandam libidines objecerunt, amores, adulteria inuſitata, convivia, commeſſationes, cantus, ſymphonias, navigia. Idem familiam Hipſei, & hujus Q. Pompeji poſtulavit, ſed tunc probata eſt ejus adoleſcentia, cum Q. Pompejum, quem publica quæſtione proſtraverat, defendit, cum opptimeretur à Cornelia Gracchorum matre. *Oliv.*

3. *Q. Pompeio.*] Qui videlicet reſtiterat P. Sulpitio trib. pl. leges promulganti de exulibus revocandis, de novis civibus libertiniſque diſtribuendis, de Mario adverſus Mithridatem creando duce; & ideo vita ipſius Cœlii inquinata dignoſcitur, ſi pertinaciter has pernicioſas leges defendere voluerit. *Oliverius.*

4. *Publica quæſtione.*] Nam accuſavit eum, quod ſeditioſum tribunatum geſſiſſet, & populum excitando adverſus Milonem, cujus amiciſſimus erat Cœlius. Vel publica quæſtione, quà partes Marii defendit adverſus Q. Pompejum, & Syllam Conſules. *Oliv.*

5. *Proſtrato.*] Quod in ea contentione Q. Pompeji filius occiſus eſt, & ipſi conſules vix evadere potuerunt. *Proſtrato.*] Superato à ſe publica quæſtione.

6. *Ultimæ neceſſitatis.*] Ut etiam ab inimico auxilium petere cogeretur.

1. Quar-

CAP. III.

DE ABSTINENTIA ET CONTINENTIA.

CUIUS EXEMPLA ROMANOR SUNT,

1. *P. Scipio Africanus major proconſ.*
2. *M. Cato Uticenſis propr.*
3. *Nero Claudius, Druſus & Antonia.*
4. *Cn. Marcius Coriolanus.*
5. *MV. Curius Dentatus Coſ.*
6. *C. Fabricius Luſcinus Coſ.*
7. *Q. Ælius Tubero Catus Coſ.*
8. *L. Æmilius Paullus proconſ.*
9. *Legati Roman. Q. Fabius Gurges, & Cn. Fabii Pictores: & Q. Ogulnius.*
10. *L. Calpurnius Piſo Frugi Coſ.*
11. *M. Cato ſenior Coſ.*
12. *M. Cato Uticenſis*
13. *P. Scipio Æmilian.*
14. *P. Romanus.*

EXTERNA SUNT,

1. *Pericles Athenienſis.*
2. *Sophocles Athenienſis.*
3. *Xenocrates Academicus.*
4. *Diogenes Cynicus.*

MAgna cura præcipuoque ſtudio referendum eſt, quantopere libidinis & avaritiæ furori ſimiles impetus ab illuſtrium virorum pectoribus, conſilio ac ratione ſummoti ſunt. Quia demum ii penates, ea civitas, id regnum æterno in gradu facile ſteterit; ubi minimum virium Veneris, pecuniæque cupido ſibi vindicaverit. Nam quo iſtæ generis humani certiſſimæ peſtes penetraverint, ibi injuria dominatur, infamia flagrat. Quibus longius relictis, contrarios tam diris vitiis mores commemoremus.

1. [1] Quartum & viceſimum annum agens [2] Scipio, cum in

1. Q*Uartum & viceſimum annum.*] Scipio, ut ſupra dictum, quartum & viceſimum natus annum, in Hiſpania dux declaratus, cum primum provinciam tenuit, Carthaginum novam munitiſſimam urbem, & Punicis opibus refertam vi cepit, & militibus diripiendam conceſſit. *Oliv.* Contigit. A.U. DXLIII.

2. *Scipio.*] Aulus Gellius ſuper tanta hujus rei virtute neſcio quid ſuſpicionis Valerio Antiati videtur afferre, Scipionem iſtum (vero ne an falſo incertum eſt,) fama tamen, cum eſſet adoleſcens, haud ſyncera fuiſſe, & propemodum conſtitiſſe hoſce verſus à Cn. Nævio poëta in eum ſcriptos eſſe:

Etiam qui res magnas manu geſſit glorioſe,
Cujus facta viva nunc vigent, qui apud gentes ſolus
Præſtat, eum ſuus pater, cum pallio uno, ab amica abduxit.

Oliverius.

1. *Majo-*

in HiſpaniaCarthagine oppreſſa, [1]majoris Carthaginis capiendæ ſumpſiſſet [2] auſpicia, multoſque obſides, quos in ea urbe Pœni clauſos habuerant, in ſuam poteſtatem redegiſſet; eximiæ inter eos formæ virginem, ætatis adultæ, & juvenis, & cælebs, & [3] victor, poſtquam comperit illuſtri loco inter [4] Celtiberos natam, nobiliſſimoque gentis ejus [5] Indibili deſponſam, accerſitis parentibus, & ſponſo inviolatam tradidit. Aurum quoque, quod pro redemptione puellæ allatum erat, ſummæ dotis adjecit. Qua continentia ac munificentia Indibilis obligatus, Celtiberorum animos Romanis applicando, meritis ejus gratiam debitam retulit.

2. [6] Verum ut hujus viri abſtinentiæ teſtis Hiſpania, ita M.Catonis [7] Epiros, [8] Achaia, [*] Cyclades inſulæ, maritima pars

1. *Majoris Carthaginis.*] Quæ nimirum in Africa erat æmula imperii Romani.

2. *Auſpicia.*] More ſolenni, quia nihil inauſpicato fieri ſolebat.

3. *Victor.*] Non ſine ratione dixit *victor*: nam victoria ſolet inſolentiores minuſque continentes reddere viros.

4. *Celtiberos.*] Populi ſunt Hiſpaniæ, à Celte & Ibero dicti. Celtæ autem, ut Livius teſtatur lib. v. tertia pars Galliæ, qui venientes ad Iberum fluvium Hiſpaniarum, ibique conſidentes, retenta primi nominis parte, & aſſumpta parte fluminis, juxta quod conſederant, *Celtiberi* dicti ſunt. Quod Lucanus libro IV. tetigit, cum ait:

—— Profugique à gente vetuſta
Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberis.

Oliv.

5. *Indibili deſponſam.*] Luceeius dicebatur. Indibilis enim alter regulus fuit, de quo Livius libro XXVII. & XXVIII. *Corradus.*

6. *Verum ut hujus viri abſtinentiæ.*] De Continentia loquitur M.Catonis Uticenſis, qui Cato minor dictus eſt, & Ciceronis ſententia Stoïcus perfectus. Nam major cenſor & orator fuit, unde Cenſorinus dictus eſt. Hoc exemplum in capitulo de Moderatione tractavimus: ubi Ptolemæi provinciam Catoni demandatam fuiſſe diximus, ut inde Cypriacam pecuniam, quam Ptolemæus grandem congeſſerat, Romam deportaret, ne tantis opibus rex incitatus, pop. Rom. bellum renovaret. *Oliverius.* Contigit A. U. DCXCV.

7. *Epiros.*] Eſt hæc regio in Europa, & aliquando Moloſſia dicta fuit, ut Juſtinus affirmare videtur, quanquam Servius ſupra III. Æneid. non totam Epirum, ſed partem, quam Helenus tenuit, Moloſſiam dictam voluit; quæ deinde Chaonia dicta, à fratre Chaone, quem per ignorantiam occidiſſe venenata ſagitta perhibetur, dicente Virgilio:

Morte Neoptolemi regnorum reddita ceſſit
Pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniamque omnem Trojano à Chaone dixit. Oliv.

8. *Achaia.*] Regio eſt Græciæ, quæ, teſte Herodoto, primo Peloponneſus, deinde Danaa, poſtea Achaia dicta fuit. Unde

Google

pars Aſiæ, provincia Cypros. Unde cum pecuniæ deportandæ miniſterium ſuſtineret, tam averſum animum ab omni Venere, quam à lucro habuit, in maxima utriuſque intemperantiæ verſatus materia: Nam & regiæ divitiæ poteſtate ipſius continebantur & fertiliſſimæ deliciarum [1] tot egregiæ urbes, neceſſaria totius navigationis diverticula erant. Atque id Minatius Rufus. Cypriacæ expeditionis fidus comes, ſcriptis ſuis ſignificat: Cujus teſtimonium non amplector: proprio enim argumento laus iſta nititur, quoniam ex eodem naturæ utero & continentia nata eſt, & Cato.

3. [2] Druſum etiam Germanicum eximiam [3] Claudiæ familiæ gloriam, patriæque rarum ornamentum, & quod ſuper

Unde Græci Achæi atque Achivi dicti ſunt, cujus maxime clarum oppiduin Corinthus fuit, nunc vulgo dicitur Morea. *Oliv.*

* *Cyclades.*] Inſulæ ſunt in mari Ægeo, ſic dictæ, ut vult Solinus, quod licet ſpaciis longioribus à Delo projectæ, in orbem tamen circa Delum ſitæ ſint. Nam orbem Græci *κύκλον* dicunt. Servius autem ſuper III. Æn. contra ſenſit non à rotunditate dictas, ſed à circuitu, quod videlicet longo ordine circuiri eas neceſſe ſit. Inter has ſunt breviores quædam, ut Mycone & Gyarus, & aliæ nonnullæ ad quas relegabantur ſcelerati. Unde Juvenalis in prima Satyra:

Aude aliquid brevibus Gyaris, & carcere dignum,
Si vis eſſe aliquid. ——

Sic & Virgilius de his inſulis mentionem facit in tertio:

—— *Celſa Mycone Cyaroque revinxit.* Oliv.

1. *Tot egregiæ urbes.*] Veteres libri, *Tot Græciæ.* At in Campenſi, *Tot egregiæ urbes.* Quod non diſplicet, ſubjicit enim poteſtati Catonis non Græciam, ſed & maritimam partem Aſiæ civitatibus opulentiſſimis inclytam. *Pighius. Tot egregiæ urbes.*] Ita Pighius. In libro Dan. teperi, *Tota Græcia urbes.* Quam ſcripturam opponere auſim emendationi Pighianæ. *Colen.*

2. *Druſum etiam Germanicum.*] Druſus Germanicus contentus uxore ſua, hic primo cenſum egerat, deinde Germaniæ cis & trans Rhenum poſitas civitates oppugnavit, & tumultus ob eum cenſum, in Gallia exortos compoſuit. Poſttemo varias quoque gentes trans Rhenum armis ſuis ſubegit. Hic igitur Germanicus dictus eſt. Uxor ejus Antonia minor fuit M. Antonii triumviri, Octaviæ ſororis Auguſti filia, qua viva contentus fuit, ſed ipſa quoque viro reddidit vicem, qui cum ex fractura, equo ſuper crus ejus collapſo, trigeſimo die, poſtquam id acciderat, mortuus eſſet, Antonia ætate integra & forma inſigni, cum Livia ſocru ſua reliquum ſuæ vitæ tempus vidua peregit, quod ſequenti memoratur exemplo. *Oliv.* Contigit A.U. DCCXLIV.

3. *Claudiæ familiæ.*] Claudius Nero ex Livia uxore Tiberium genuit, mortuo deinde Claudio, Octavianus Liviam alvum geſtantem duxit uxorem, ubi natus eſt Druſus; & hos filios, ſcilicet Tiberium & Druſum, magna charitate

per omnia eſt, operum ſuorum pro habitu, ætatis magnitudine, vitrico pariter ac fratri Auguſtis duobus reipubl. divinis oculis mirifice reſpondentem, conſtitit uſum Veneris intra conjugis charitatem clauſum tenuiſſe. [1]Antonia quoque fœmina laudibus virilem [2] familiæ ſuæ claritatem ſupergreſſa, amorem mariti egregia fide penſavit: quæ poſt ejus exceſſum, forma & ætate florens, cubiculum [3] ſocrus pro conjugio habuit: in eodemque toro alterius adoleſcentiæ vigor extinctus eſt, alterius viduitatis experientia conſenuit. Hoc cubiculum [4] talibus experimentis [5] ſummam imponat.

4. [6] Deinceps ex iis vocemus, quorum animus aliquo in momento ponendi pecuniam nunquam vacavit, [7] Cn. Marcius Patritiæ gentis adoleſcens, [8] Anci regis clara progenies, cui Corioli Volſcorum oppidum captum cognomen adjecit,

ſitate nutrivit. Druſus vero jam adultus adverſus Germanos populo Romano rebellantes auſpiciis Octaviani miſſus, hoſtes celerius atque felicius, quam in adoleſcente credi poſſit, debellavit, omnemque provinciam jam deficientem Romano reſtituit imperio; inde Germanicus, ut ſupra diximus appellatus eſt; qui de hoſtibus triumphaturus, prolapſo ſuper crus ejus quo vehebatur equo, trigeſimo poſt caſum die ex cruris fractura periit. *Oliv.*

1. *Antonia quoque.*] Uxor nobiliſſima Druſi, & filia M. Antonii triumviri, & Octaviæ ſororis Auguſti, quam deinde Antonius Cleopatræ reginæ captus illecebris, repudiavit: unde nata ſunt inter Antonium & Auguſtum bella civilia. *Oliv.*

2. *Familiæ ſuæ claritatem.*] Scilicet paternæ, quia pater ejus Marcus Antonius triumvir, alioqui clarus libidine & illecebris Cleopatræ, repudiata uxore optima, diffamatus eſt. *Badius.*

3. *Socrus.*] Scilicet Liviæ.

4. *Talibus experimentis.*] Continentiæ conjugalis, & vidualis.

5. *Summam.*] Id eſt, finem.

6. *Deinceps ex iis vocemus, quorum animus, &c.*] Præpono veterem lectionem, *Deinceps & iis vacemus.* Lipſius. Contigit A. U. CCLX.

7. *Cn. Marcius.*] Hic fuit ille, qui poſtea Coriolanus dictus eſt, eo quod opera & virtute ſua captum fuerit à Poſthumio conſule oppidum Coriolanum. Nam cum Aulus Poſthumius obſideret oppidum Coriolanum, & in eo oppugnando ſæpius militum vires fruſtra tentaſſet, quod muniſſimum eſſet, Cn. Marcius, deceptis cuſtodibus, oppidum irruit, ignem in tecta conjecit, multaſque oppidi ædes incendit; quibus correptis commota civitas, cum ad incendium omnes concurrerent, Rom. faciliorem fecerunt expugnationem. Ejus igitur virtute captum eſt oppidum, à quo etiam agnominationem accepit, quia poſt id factum Coriolanus dictus. *Oliv.*

8. *Anci regis.*] Hic originem ducebat ab Anco Marcio, quarto Romanorum rege. Fuit igitur tam genere quam virtute præclarus. *Anci Regis.*] Hoc etiam de

cit, cum editis conſpicuæ fortitudinis operibus à Poſtumo Cominio conſule, accurata oratione apud milites laudatus, omnibus donis militaribus, & agri c. jugeribus, & decem captivorum electione, & totidem ornatis equis, centenario boum [1] grege, argentoque quantum [2] ſuſtinere valuiſſet, donaretur: nihil ex his, præter unius hoſpitis captivi ſalutem, equumque, quo in acie uteretur, accipere voluit. Qua tam circumſpecta animi moderatione, neſcias utrum majore cum laude præmia [3] meruerit, an rejecerit.

4. [4] MV. autem Curius exactiſſima norma Romanæ frugalitatis, idemque fortitudinis perfectiſſimum ſpecimen, Samnitium legatis agreſti ſe in ſcamno aſſidentem foco, atque [5] ligneo catillo cœnantem (quales epulas, apparatus in-

de Marciis dixerat Cæſar in laudatione Juliæ amitæ ſuæ, in hæc verba: *Amita mea Julia maternum genus ab regibus ortum, paternum cum Diis immortalibus conjunctum eſt. Nam ab Anco Marcio ſunt Marcii reges.* Ovidius libro VI. Faſtorum:

Marcia ſacrifico deductum nomen ab Anco. Coler.

1. *Grege.*] *Gregem* pro armento poſuit. Nam *gregem* de minoribus, *armentum* dicimus de majoribus animalibus, teſte Servio, quamvis alii aliter ſentiant. *Oli.*

2. *Suſtinere.*] Surſum à terra levatum tenere.

3. *Meruerit.*] Placet lib. Danielis, *Elegerit.* Elegerat enim Coriolanus hoſpitis ſalutem & equum. *Coler.*

4. *MV. autem Curius exactiſſima norma.*] Adeo celebris eſt hujus Curii frugalitas, ut nulli ferme obſcura eſſe poſſit, quippe qui Romanæ temperantiæ exactiſſima norma dicatur: qui cum Fabritio Pyrrhum regem Epirotarum, qui pro Tarentinis bellum Romanis intulerat, exegit Italia, Samnites etiam, difficillimam provinciam, ſæpius devicit: nam bellum Samniticum centum ferme annos duraſſe conſtat. Cum igitur ei conſuli victoria de Samnitibus obtigiſſet, ad eum legati de impetranda pace venerunt, qui forte fortuna illum juxta focum ſedentem, & toſtis rapis, ut tradit Plutarchus, veſcentem invenerunt. Admirati tetricam hominis vitam, ad ſuos reverſi, cum id, quod viderant, retuliſſent, Samnites imperatorem Romanum vel avaritia, vel inopia laborare exiſtimantes decreverunt ingens auri pondus mittere, ſperantes Curium tanto munere captum, gratioſiores pacis conditiones ſibi eſſe daturum; quod præter ſpem, & eorum opinionem evenit. Nam cum in ejus conſpectum aurum attuliſſent, multiſque ſuaſionibus illum invitaſſent, ut acciperet, ſubridens ait, Nonne intellexiſtis heſterna cœna me prorſus non indigere pecunia? Ite igitur, & renuntiate civibus veſtris, malle me habentibus aurum imperare, quam aurum habere. *Oliver.* Contigit A. U. CDLXIII.

5. *Ligneo catillo.*] Vaſculo eſcario. *Ac ligneo catillo.*] Vulgo: *Catino.* Campenſis liber, aliique tres, *Atque ligneo catillo cœnantem.* Eleganter: rem enim attenuat ipſa dictio diminuta. *Aquam bibere catillo*, Plinius dixit lib. XXX. c.6. *Pighius.*

1. *Idem,*

indicio eſt) ſpectandum præbuit. Ille enim Samnitium divitias contempſit, Samnites ejus paupertatem mirati ſunt. Nam cum ad eum magnum auri pondus publice miſſum attuliſſent, benignis verbis invitatus, ut eo uti vellet, vultum riſu ſolvit, protinuſque, Supervacuæ, inquit, ne dicam ineptæ legationis miniſtri, narrate Samnitibus M'. Curium malle locupletibus imperare, quam ipſum fieri locupletem: atque iſtud ut pretioſum, ita malo hominum excogitatum munus refertote, & mementote me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi poſſe.

[1] Idem cum Italia Pyrrhum regem exegiſſet, nihil omnino ex præda regia, quæ exercitum Urbemque ditaverat, attigit. Decretis etiam à ſenatu ſeptenis jugeribus agri [2] populo, ſibi autem quinquaginta, [3] popularis aſſignationis modum non exceſſit: parum idoneum reip. civem exiſtimans, qui eo quod reliquis tribueretur, contentus non eſſet.

6. [4] Idem ſenſit Fabricius Luſcinus, honoribus & auctoritate omni cive temporibus ſuis major, cenſu par unicuique pauperrimo: qui à Samnitibus, quos univerſos in clientela habebat, [5] decem æris, & quinque pondo argenti, [6] totidemque ſervos ſibi miſſos, in [7] Samnium remiſit: continentiæ ſuæ beneficio ſine pecunia prædives, ſine uſu familiæ abunde comitatus: quia locupletem illum faciebat,

non

1. *Idem cum, &c.*] Contigit A. V. CDLXXIIX.

2. *Populo.*] Scilicet victori.

3. *Popularis aſſignationis modum.*] Septem jugerum, ut modo dixit. Olim enim modus iſte agri civibus aſſignatus fuerat à C. Licinio trib. pleb. Varro de Re Ruſt. lib. 1. cap. 2. *Ejuſdem gentis C. Licinius trib. pleb. cum eſſet poſt Reges exactos annis* CCCLXV. *primus populum ad leges accipiendas in ſeptem jugera forenſia è comitio eduxit.* Colet.

4. *Idem ſenſit, &c.*] Contigit A. U. CDXXC.

5. *Decem æris, & quinque pondo argenti, totidemque ſervos ſibi miſſos.*] Gellius lib. 1. c. 14. hujus hiſtoriæ meminit ex Julio Hygino, ſed non expreſſa ſumma, grandem pecuniam dono ablatam ſcribit: verum quam tenuis hæc ſumma Valeriana! quæ proculdubio, numerorum notis interverſis, eſt depravata: attamen ex manuſcriptis quod adferam melius non habeo, Gemblacenſis liber XV. pondo argenti prodit. *Pighius.*

6. *Totidemque ſervos.*] Quinque ſervos.

7. *Samnium.*] Regio Italiæ in Calabria.

1. *Lega-*

non multa poſſidere, ſed modica deſiderare. Ergo domu ejus, quemadmodum ære & argento & mancipiis Samnitium vacua, ita gloria ex his contemptis parta, referta fuit. Conſentanea repudiatis donis Fabricii vota extiterunt: [1] legatus enim ad Pyrrhum profectus, cum apud eum Cyneam Theſſalum narrantem audiſſet, [2] quendam Athenienſem clarum ſapientia, ſuadere, nequid aliud homines quam voluptatis cauſſa facere vellent: pro monſtro eam vocem accepit, continuoque Pyrrho & Samnitibus iſtam ſapientiam deprecatus eſt. Licet Athenæ doctrina ſua glorientur, vir tamen prudens, Fabricii deteſtationem, quam Epicuri maluit præcepta: quod eventus quoque indicavit. [3] Nam quæ urbs voluptati plurimum tribuit, imperium maximum amiſit: [4] quæ labore delectata eſt, occupavit: Et illa libertatem tueri non valuit, hæc etiam donare potuit.

7. [5] Curii & Fabricii Q. Ælium [6] Tuberonem [7] cognomine Catum diſcipulum fuiſſe meritò quis exiſtimaverit: cui

con-

1. *Legatus.*] Legatus ad Pyrrhum à Senatu populoque Rom. miſſus, ut ageret cum rege de permutatione ſeu redemptione captivorum. *Oliver.* Contigit A. U. CDLXXIV.

2. *Quendam Athenienſem.*] Qui ſine dubio fuit Epicurus.

3. *Nam quæ urbs.*] Scilicet Tarentum. Poſſumus intelligere hoc dici de urbe Athenarum, quæ fuit olim totius Græciæ imperio potita, & quum deinde in ſervitutem redacta foret, eam populus Romanus in libertatem aſſeruit. *Oliv.*

4. *Quæ labore.*] Id eſt, Roma.

5. *Curii & Fabricii Q. Ælium, &c.*] Hic conſul bello Macedonico fuit, qui quum provinciam illam propemodum Romano ſubegiſſet imperio, Ætolorum legati de victoria gratulaturi (nam tunc Ætoli Romanis ſocietate conjuncti) ad eum in caſtra venerunt. *Oliver.* Contigit A. U. DXXCVI.

6. *Tuberonem.*] Hic Tubero vir probus & reipublicæ amantiſſimus fuit, qui T. Gracchum, quo cum ſumma amicitia erat conjunctus, ubi reipublicæ ſuæ pernicioſum civem eſſe cognovit, in ſeditione deſeruit, atque illius conſilia vehementer improbavit.

7. *Cognomine Catum.*] Scribit lib. Daniel. *cognomine Gentilium.* alius: *Catulum.* Edit. Venet. *Catullum.* Sed hæc omnia à nugivendulis librariis. Is igitur Sextus Ælius Catus eſt, de quo verſus Ennii factus:

Egregie cordatus homo, Catus Ælius Sextus.

quem verſum bis citat Cicero. Idem epiſtola quadam ad Trebatium eundem *Sextum Ælium* vocat, non ut ibi corruperunt, *Æmilium.* Fuit hic Ælius Jureconſultus, cujus Tripertita laudat Pomponius JC. D. de orig. jur. Meminit hujus Plinius quoque lib. XXXIII. cap. II. Vixit alius Catus Ælius Auguſti ævo, quem non dubito illum eſſe, quem CIↃↃↃ. homines in Thraciam duxiſſe ſuo tempore Strabo refert lib. VIII.

 Nec

conſulatum gerenti, cum [1] Ætolorum gens omnis uſus vaſa argentea, magno pondere, & exquiſita arte fabricata per legatos miſiſſet, qui ſuperiori tempore gratulandi cauſſa ad eum profecti retulerant, fictilia ſe in ejus menſa vaſa vidiſſe; monitos ne continentiæ quaſi paupertati ſuccurrendum putarent, cum ſuis ſarcinis abire juſſit. Quam bene Ætolicis domeſtica prætulerat, ſi frugalitatis ejus exemplum poſterior ætas ſequi voluiſſet? Nunc quo ventum eſt? à ſervis vix impetrari poteſt, ne eam ſupellectilem faſtidiant, qua tunc conſul uti non erubuit.

8. At [2] Perſe rege devicto Paullus, cum Macedonicis opibus veterem atque hæreditariam urbis noſtræ paupertatem eo uſque ſatiâſſet, ut illo tempore primum populus Rom. [3] tributi præſtandi onere ſe liberaret; penates ſuos nulla ex patre locupletiores fecit: Præclare ſecum actum exiſtimans, quod ex illa victoria alii pecuniam, ipſe gloriam occupâſſet.

9. [4] Atque huic animi ejus judicio [5] Q. Fabius Gurges, Cn.

Nec poſſum adhuc cogitatione ulla indipiſci, quid cauſſæ fuerit, quare eruditiſſimus Caſaubonus hunc *Ælium* penitus ignorare ſe adfirmet, & pro eo ſubſtituat Licinium Craſſum, nimis libera correctione. *Colerus.*

1. *Ætolorum.*] Ætolia regio contigua Acarnaniæ, Phocidique & Locris. Hanc autem ab Acarnania Acheloüs fluvius ſeparat. *Oliv.*

2. *Perſe rege.*] Plutarchus tamen dicit quoſdam ex ea præda ſibi retinuiſſe libellos. Contigit A. U. DXXCVII.

3. *Tributi.*] Pecuniæ per ſingulas tribus in ſtipendium militare erogatæ.

4. *Atque hinc animi, &c.*] Juſtinus libro XVIII. dicit, quod miſſa à Senatu in Ægyptum legatione, cum ingentia ſibi à Ptolemæo rege munera ſpreviſſent, interjectis diebus ad cœnam invitatis aureæ coronæ miſſæ ſunt, quos illi honoris gratia receptas poſtero die ſtatuis regis impoſuerunt. *Oliv.* Contigit A. U. CDXXC.

5. *Q. Fabius Gurges, Cn. Fabii Pictores, Q. Ogulnius ſubſcripſerunt.*] Mirifice corruperunt hæc legatorum nomina librarii, quæ item variantur in Manuſcriptis. In Jacobi Suſii libro poſteriores duo vocantur *Q. Numerius Pictor, Q. Ogolinus.* In Pulmanni item eodem modo. In Cauchiano, Colonienſi & Wineheliano, *Cn. Fabius Pictor, Q. Ugolinus.* In Campenſi, *Cn. Numerius Pictor, Q. Ugolinus.* In Atrebatenſi denique & Gemblacenſi, *Numerius Pictor, Q. Ogolnius ſubſcripſerunt.* Ex his omnibus reſtitui poſſunt hoc modo nomina; *Q. Fabius Gurges, C. N. Fabii Pictores, Q. Ugolnius ſubſcripſerunt.* Atque ita etiam antiquis Romanorum faſtorum tabulis reſpondebunt. C. enim Fabius Pictor cum Q. Ogolnio conſul fuit, Numerius poſtea cum D. Ju-

Cn. Fabii Pictores, Q. Ogulnius [1] ſubſcripſerunt: qui legati ad Ptolemæum regem miſſi, munera quæ ab eo privatim acceperant, in ærarium, & quidem prius, quam ad ſenatum legationem referrent, detulerunt, de publico ſcilicet miniſterio nihil cuiquam, præter laudem bene adminiſtrati officii, accedere debere judicantes: Jam illud humanitatis ſenatus, & attentæ majorum diſciplinæ indicium eſt: data ſunt enim legatis, quæ in ærarium repoſuerant, non ſolum patrum conſcriptorum decreto, ſed etiam populi permiſſu, eaque legatis quæſtores prompte unicuique diſtribuerunt. Ita in iiſdem Ptolemæi liberalitas, legatorum abſtinentia, Senatus ac populi Romani æquitas debitam probabilis facti portionem obtinuit.

10. [2] Fabiorum & Ogulnii continentiæ [3] Calpurnium Piſonem in conſimili genere laudis æmulum fuiſſe res ipſa documento eſt. Conſul gravi fugitivorum bello à ſe liberata Sicilia, eos, quorum præcipua opera uſus fuerat, imperatorio more donis proſequebatur: Inter quos filium ſuum locis aliquot prœliatum fortiſſime, titulo trium librarum aureæ coronæ decoravit; præfatus non oportere à magiſtatu è publica pecunia erogari, quod in ipſius domum rediturum eſſet: tantumque ponderis ſe teſtamento adoleſcenti legaturum promiſit: ut honorem publicè à duce, pretium à patre privatim acciperet.

11. [4] Age, ſi quis hoc ſeculo vir illuſtris pellibus hædinis pro

D. Junio. Meminit hujus abſtinentiæ Annalium ſecundo Zonaras, ſed legatos non nominat. Vide Annales noſtros. *Pighius*.

1. *Subſcripſerunt.*] More nomina ſua ſubſcribentium aſtipulati ſunt, & aſſenſum præbuerunt.

2. *Fabiorum, &c.*] Contig. A. U. DCXX.

3. *Calpurnium.*] Hic, ut in cap. de diſciplina militari diximus, cum bello fugitivorum provinciam Siciliam obtineret, quam ſexaginta ſervorum millia occupaverant, re bene geſta ac liberata provincia, milites omnes, qui operam ſuam in eo bello reipubl. ſtrenue navaſſent, militaribus donis imperatorio more donavit. *Oliv*.

4. *Age ſi quis hoc ſaeculo.*] Cato ſuperior Celtiberos Hiſpaniæ populos robur provinciæ aliquot ſecundis prœliis fregit, & cum totam provinciam adminiſtraret, pellibus hædinis pro tapetis uſus eſt, & trium ſervorum comitatum habuit, cumque Hiſpaniam ulteriorem pete-

pro [1] ſtragulis utatur, [2] tribuſque ſervis comitatus Hiſpaniam regat, & quingentorum aſſium ſumptu transmarinam provinciam petat; eodem cibo [3] eodemque vino, quo nautæ, uti contentus ſit, nonne mirabilis exiſtimetur? Atqui iſta patientiſſime ſuperior Cato toleravit, quia illum grata frugalitatis [4] conſuetudo, in hoc genere vitæ, cum ſumma dulcedine continebat.

12. [5] Multum à priſca continentia ſpatio annorum poſterior Cato diſcedit, utpote in civitate jam divite & lautitia gaudente natus. Is tamen cum [6] bellis civilibus intereſſet, filium ſecum trahens, [7] duodecim ſervos habuit, numero

mero

peteret, viatico quingentorum aſſium contentus, vino ciboque, quo nautæ, uti non dubitavit, ſed quam facile toleravit, quia in tali continentia vitam exercuerat: nam, ut inquit Plutarchus, Cum adoleſcens ſtipendia faceret, in caſtris quaſi ſemper utebatur aqua; ſed cum fortaſſe, vel æſtu, vel ſiti nimia laboraſſet, ad eam ſedandam aceti frequenti hauſtu utebatur, vel ſi quando vires priſtinas deſideraſſet, vegetandi corporis cauſa leviuſculi nonnihil vini delibare conſueverat. Cum iter faceret, ſua ipſe arma uno ſubſequente miniſtro ferebat, qui ſecum, quæ vitæ neceſſaria forent, comportaret: domi vero tanta frugalitate fuiſſe tradunt, ut hyeme ſola tunica, demptis manicis, indutus eſſet; æſtate vero pene nudus, labore cum ſervis certaret, quibuſcum ſedere ſolitus, eodem pane, eodemque vino veſcebatur. Hanc frugalitatem & continentiam ex M. Curii vitæ commemoratione & fama quaſi æmulatione quadam induiſſe ferunt, cum juxta illius villam ipſe haberet agellum. Frontinus: *Marcum*, inquit, *Catonem vino eodem, quo remiges, contentum fuiſſe tradunt*. Seneca ad Lucilium epiſt. LXXXVIII. *Cato Cenſorinus quanto reip. utilior Scipione fuerit, noſti, alter enim cum hoſtibus noſtris bellum, alter cum moribus geſſit, canterio vehebatur & hippoperis impoſitis, ut ſecum utilia portaret. Quantum erat ſæculi decus, Imperatorem, triumphalem, cenſorium, & quod ſuper omnia, hoc eſt, Catonem uno caballo eſſe contentum, & nec toto quidem: partem enim ſarcinæ ab utroque latere dependentes occupabant.* Oliver. Contigit. A. U. DLVII.

1. *Stragulis.*] Stragula veſtis verſicolor.

2. *Tribuſque ſervis comitatus.*] Plutarchus in vita ejus *quinque ſervos* ſcribit. *Corradus.*

3. *Eodem vino.*] Innuit Catonem Majorem. Plinius libro XIV. *Idem Cato cum in Hiſpaniam navigaret, unde cum triumpho rediit, Non aliud, inquit, vinum bibi, quam remiges.* Spartianus de Hadriano: *Cibis etiam caſtrenſibus in propatulo libenter utens, hoc eſt, larido, caſeo, & poſca, exemplo Æmiliani & Metelli, & auctoris Trajani.* Colerus.

4. *Conſuetudo.*] Cato ipſe contra Thermum: *Ego jam à principio in parcimonia atque in duritia omnem adoleſcentiam meam abſtinui, agro colendo, ſaxis Sabinis ſilicibus repaſtinandis atque conſerendis.* Colerus.

5. *Multum, &c.*] Contig. A. U. DCCIV.

6. *Bellis civilibus.*] Scilicet inter Cæſarem & Pompeium.

7. *Duodecim ſervos habuit.*] Plutarchus in Apoph. & Athenæus lib. VI. quinque ſcribunt. *Corradus.*

1. *Ex-*

Digitized by Google

mero plures, quam ſuperior: temporum diverſis moribus pauciores.

13. [1] Exultat animus maximorum virorum memoriam percurrens. Scipio Æmilianus poſt duos inclytos conſulatus, totidemque ſuæ præcipuæ gloriæ triumphos, ſeptem ſervis ſequentibus officio legationis functus eſt: Et puto Carthaginis ac Numantiæ ſpoliis comparare plures potuerat; niſi operum ſuorum ad ſe laudem, [2] manubias ad patriam redundare maluiſſet. Itaque cum per ſocios & exteras gentes iter faceret, non mancipia ejus, ſed victoriæ numerabantur: nec quantum auri & argenti, ſed quantum amplitudinis pondus ſecum ferret, æſtimabatur.

14. [3] Continentia vero etiam in univerſæ plebis animis ſæpenumero cognita eſt, ſed abunde erit, longe inter ſe di-

1. *Exultat animus.*] Scipio Æmilianus legatus ad Ariſtonicum, ut conjicitur, qui ſub captam à Scipione Numantiam, eo quod eſſet Attali regis nepos, Eumenis filius Aſiam occupavit, tanquam avitum regnum ſibi jure hæreditario debitum, cum teſtamento regis Attali populi Romani provincia legata libera eſſe deberet. Hunc Frontinus ait, in itinere cum amicis ambulantem, accepto pane, veſci ſolitum. Idem de Alexandro rege Macedoniæ dicitur. *Oli.* Contigit A. U. DCXXIII.

2. *Manubias.*] Differt inter ſpolia & manubias, ut vult A. Gellius, quod *ſpolia* ſunt corpora rerum, quæ capiuntur ex hoſte, *manubiæ* vero pecunia ex venditione prædæ recuperata.

3. *Continentia vero etiam in univerſæ.*] De origine Tarentini belli nulla eſt inter auctores diſſenſio: nam omnes bellum ſuſceptum eſſe dicunt ob direptam claſſem violatoſque legatos; de eventu vero diſſentiunt inter ſe Juſtinus & Florus; nam Romanos bis prælio victos Juſtinus affirmat, & ob eam rem miſſa à Carthaginienſibus auxilia fuiſſe Romanis, quæ ſenatus cum gratiarum actione recuſavit, Carthaginienſibuſque remiſit. Deinde Fabricium Luſcinum miſſum à Senatu legatum, qui cum Pyrrho rege pacem componeret; ad quam confirmandam, cum Pyrrhus Cyneam legatum Rom. cum ingentibus donis miſiſſet, quibus Senatum corrumperet, ut quibus cupiebat conditionibus, pacem impetraret, neminem invenit, cujus domus muneribus pateret. Mira profecto tanta Senatus continentia. Lucius vero Florus non duobus prœliis, ſed uno duntaxat, & non hoſtium virtute, ſed novarum belluarum terrore dicit Romanos fuiſſe ſuperatos. Quin etiam pugna, ut inquit, tam atrox fuit, ut Ferentanæ turmæ præfectus invectus in regem turbaverit, coëgeritque projectis inſignibus prælio excedere. In Appulia deinde melius dimicatum, Curio Fabricioque conſulibus: jam quippe terror belluarum exoleverat, & C. Minucius quartæ legionis haſtatus, unius proboſcide abſciſſa, mori poſſe belluas oſtenderat. Rurſus in Lucania eodem Marte præſente pugnatum eſt. Nec vero ſolum armis, & in campis, ſed conſiliis quo-

diſtantium ſeculorum, duo ex his exempla retuliſſe. Pyrrhus impetus ſui terrore ſoluto, ac jam Epiroticis armis languentibus, benevolentiam populi Rom. mercari, quia virtutem debilitare nequiverat, cupiens; pene totum regiarum opum apparatum in urbem noſtram tranſtulerat. Ceterum cum & magni pretii, & varii generis à legatis ejus, tam virorum quam feminarum [1] apta uſui munera circa domos ferrentur, nulla cuiquam dono janua patuit: [2] Tarentinæque petulantiæ animoſus magis quàm efficax defenſor, haud ſcio majore cum gloria hujus urbis moribus, quam armis repulſus ſit. [3] In illa quoque procella, quam C. Marius & L. Cinna reip. inflixerant, abſtinentia populi Roman. mirifica conſpecta eſt. Nam cum à ſe [1] pro-

quoque & domi, & intra urbem cum rege Pyrrho dimicatum eſt, quippe poſt primam victoriam rex callidus, intellecta virtute Romana, ſtatim deſperavit armis, ſeque ad dolos convertit: nam interemptos cremavit, captivos indulgenter habuit, & ſine pretio reſtituit; legatos deinde cum muneribus miſit in urbem, ut, corrupto Senatu, in amicitiam reciperetur; ſed bello & pace, foris & domi omnem in partem Romana virtus tum ſe probavit, nec alia magis quam Tarentina victoria oſtendit populi Romani fortitudinem, Senatus ſapientiam, ducum magnanimitatem, omnium denique continentiam. Eodem modo Plutarch. in vita Pyrrhi duas affert opiniones, & eorum qui Romanos bis victos, & eorum qui ſemel tantummodo ſuperatos fuiſſe dicunt. *Oliver.* Contigit anno urbis CDLXXXIII.

1. *Apta uſui munera.*] Varro lib. II. de vita populi Romani: *Qua abſtinentia viri, mulieresque Rom. fuerint, quod à Rege munera eorum voluerit nemo accipere.* Intelligit Pyrrhum regem. *Coler.*

2. *Tarentinæque petulantiæ.*] Cato in Oratione, quam habuit pro ornamentis mulierum: *Bello Macedonico, Patrum noſtrorum memoria per legatum Cyneam Pyrrhus non virorum modo, ſed etiam mulierum animos donis tentavit, nondum lex Oppia ad coërcendam luxuriam muliebrem lata erat, tamen nulla accepit. Tarentinæque petulantiæ.*] Tarentinorum, qui per petulantiam Romanorum in ſe arma excitarant.

3. *In illa quoque procella.*] Hæc hiſtoria Marii & Cinnæ ſupra in cap. de Prodigiis annotata eſt, & in aliis locis ſeparatim quoque deſcripta, ubi de alterutro ipſorum dicendum fuit. Quod vero ad hunc locum pertinet, illud ſatis erit dixiſſe, quod dum Sylla bello Macedonico eſſet occupatus, Marius & Cinna cum ſuis exercitibus ad urbem properarunt, & primo Hoſtiam, deinde Janiculum, poſtremo Urbem ipſam ceperunt, & in cives miſerabili cæde graſſati, inſuper etiam poteſtatem plebi fecerunt, diripiendi bona proſcriptorum; (nam multos tyrannice proſcripſerant:) verum tanta fuit pop. Rom. modeſtia, ut nulla, quantumlibet magna, ſpe lucri adduci potuerit, ut quiſquam ſe tam nefaria præda coinquinaret. Magna igitur fuit plebis Romanæ continentia. *Oliv.* Contigit anno urbis, DCLXVI.

1. *Pro-*

[1] proſcriptorum penates vulgi manibus diripiendos objeciſſent; inveniri potuit nemo, qui è civili jactura prædam peteret. Unus enim quiſque ſe ab his perinde ac à ſacris ædibus abſtinuit. Quæ quidem tam miſericors continentia plebis, tacitum crudelium victorum convitium fuit.

EXTERNA.

1. [2] Ac ne ejuſdem laudis commemorationem externis invideamus: Pericles Athenienſium princeps, cum tragœdiarum ſcriptorem Sophoclem in Prætura collegam haberet, atque is publico officio una diſtrictus, prætereuntis ingenui pueri formam impenſioribus verbis laudâſſet: intemperantiam ejus increpans, dixit: [3] Prætori non ſolum manus à pecuniæ lucro, ſed etiam oculos à libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere.

2. [1] So-

1. *Proſcriptorum.*] *Proſcribere* idem eſt, atque publice fixo libello aliquid edicere & denunciare l. 11. §. 1. ff. de Inſtit. act. l. 4. C. de diſtract. pign. Hinc proſcribi bona dicuntur, cum fixis publice libellis, venditio eorum bonorum in diem certam edicitur & ſignificatur: hinc *proſcripti*, quorum nomina palam in foro ſcripta extabant, ut ad necem quærerentur, præmio percuſſori, & ſupplicio occultatori propoſito. Hinc à Cornelio Sylla, Lex Cornelia, dicitur, quæ proſcriptum juvari vetabat, Verrin. 3. ſeu potius Valeria, ut in libello legum Romanarum docet Hotomannus. Hinc & Rubr. C. de Bon. Proſcript. ſeu damnat.

2. *Ac ne ejuſdem laudis commemorationem.*] De hoc viro infra dicetur lib. v. cap. ult. ubi de illius animi fortitudine dicendum erit. Lacedæmonii & Athenienſes multis ſe invicem cladibus afflixere; demum cum poſt navale prœlium æquo Marte utrimque diſceſſum eſſet, Lacedæmonii ad Meſſeniorum bellum revocantur; ſed ne interea otioſum tempus, quo vires repararent, Athenienſibus relinquerent, paciſcuntur cum Thebanis, Boëtiorum imperium, quod tempore Perſici belli Athenienſes occupaverant, his reſtituerunt, ut illi Athenienſium bella ſuſciperent. Tantus furor Spartanorum fuit, ut duobus bellis impliciti, ſuſcipere tertium non recuſarent, dummodo inimicis ſuis hoſtes acquirerent. Igitur Athenienſes adverſus tantam tempeſtatem belli duos duces deligunt, Periclem ſpectatæ virtutis virum, & Sophoclem Tragœdiarum ſcriptorem, qui diverſo exercitu, & Spartanorum agros vaſtaverunt, & multas Achaiæ civitates Athenienſium imperio ſubjecerunt. Fuit autem Pericles princeps Athenienſis, Philoſophus inclytus, & Orator inſignis, atque Anaxagoræ diſcipulus, rexitque rempublicam Athenienſium quadraginta annis mira prudentia. *Oliverius.*

3. *Prætori non ſolum.*] Ὁ Σοφόκλεις, ait Græcus, τὸν σώφρονα στρατηγὸν, οὐ μόνον τὰς χεῖρας, ἀλλὰ καὶ τὴν ὄψιν ἔχειν παρ' ἑαυτῷ δεῖ. Vertit Cicero lib. 1. offic. *At enim Prætorem, Sophocles*

2. [1] Sophocles autem ætate jam ſenior, cum ab eo quidam quæreret, an etiamnum rebus Venereis uteretur: [2] Dii meliora, inquit. Libenter etiam iſthinc tanquam ex aliqua furioſa profugi dominatione.

3. Æquè abſtinentis ſenectæ [3] Xenocratem fuiſſe accepimus: cujus opinionis non parva fides erit narratio, quæ ſequitur. Phryne [4] nobile Athenis ſcortum juxta eum vino gravem [5] in pervigilio accubuit, pignore cum quibuſdam juvenibus poſito, an temperantiam ejus corrumpere poſſet: Quam nec tactu, nec ſermone aſpernatus, quoad voluerat in ſinu ſuo morari, irritam propoſiti dimiſit. Factum ſapientia imbuti animi abſtinens; ſed meretriculæ quoque dictum perquàm facetum: Deridentibus enim ſe adoleſcentibus, quia tam formoſa, tamque elegans poti ſenis animum illecebris pellicere non potuiſſet, pactumque [1] victoriæ pretium flagitantibus: de homine ſe cum iis, non de ſtatua pignus poſuiſſe, reſpondit. Poteſtne hæc Xenocratis continentia à quoquam magis vere, magiſque proprie demonſtrari, quam ab ipſa meretricula expreſſa eſt? Phryne pulchritudine ſua, nulla ex parte conſtantiſſimam ejus abſtinentiam labefecit.

Quid

cles ait, decet non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere. Nam & oculis pudicitia delibatur: unde ab eodem Valerio alieni matrimonii ſubſeſſores appellantur. Florus lib. II. c. 6. De Scipione: *Ne in conſpectum quidem ſuum paſſus adduci: ne quid de virginitatis integritate delibaſſe ſaltem oculis videretur.* Colerus.

1. *Sophocles autem.*] Hic Athenienſis fuit Poëta Tragicus, ætate ſua clariſſimus, de quo plures ex noſtris magnifica ſcripſerunt; quem Cicero divinum Poëtam lib. I. de Divinatione vocavit his verbis, *Adjungam Philoſophis doctiſſimum hominem, Poëtamque divinum Sophoclem.* Oliv.

2. *Dii meliora.*] Sunt qui dicunt Socratem fuiſſe, qui hoc dixit.

3. *Xenocratem fuiſſe.*] Xenocrates Chalcedonius fuit Agathenoris filius, & à primis fere annis Platonis auditor erat, teſte Laërtio, tardus ingenio, ut cum illum Plato Ariſtoteli compararet, ut tradit Cicero in lib. de Oratore, alterum fræno, alterum calcaribus indigere diceret: alioqui ſevero ſemper ac ſerio habitu & ore perdurabat: in Academia vixit ut plurimum; ſi quando ad urbem proficiſcebatur, turba omnis impudicorum ejus tranſitum obſervabat, ejus inquietandi gratia. *Oliv.*

4. *Nobile Athenarum ſcortum*] Famoſa meretrix: nam nobile notum dicimus. *Nobile Athenarum ſcortum.*] H' φρύνη ἐκ Θεσπιῶν, inquit Athenæus lib. II.

5. *In pervigilio.*] Id eſt, totius noctis vigilia.

1. *Ali-*

Quid rex Alexander? an divitiis eum quatere potuit? ab illo quoque ſtatuam & quidem æquè fruſtra tentatam putes. Legatos ad eum cum [1] aliquot talentis miſerat, quos in [2] Academiam perductos, ſolito ſibi, id eſt, modico apparatu, & admodum parvulis copiis excepit. Poſtero die interrogantibus, cuinam adnumerari pecuniam vellet: Quid vos, inquit, heſterna cœna non intellexiſtis [3] ea me non indigere? Ita rex Philoſophi amicitiam emere voluit: Philoſophus regi ſuam vendere noluit.

4. [4] Alexander verò cognomen invicti aſſecutus, continentiam Diogenis Cynici vincere non potuit: Ad quem, cum in ſole ſedentem acceſſiſſet, hortareturque ut ſi qua ſibi vellet præſtari, indicaret: quemadmodum erat [5] in crepidine collocatus, ſordidæ appellationis, ſed robuſtæ vir præſtantiæ: Mox, inquit, de ceteris: interim à ſole mihi velim non obſtes. Quibus verbis illa nimirum inhæſit ſententia: Alexander Diogenem gradu ſuo divitiis pellere tentat; celerius Darium armis. Idem Syracuſis, cum olera ei lavanti [6] Ariſtippus dixiſſet; [7] Si Dionyſium adulare vel-

1. *Aliquot talentis.*] Talentum duplex eſt, Atticum & Euboïcum. Rurſus Atticum duplex eſt, magnum ſcilicet & parvum. De magno dixit Liv. in XXXVI. ab urbe condita. Magnum talentum Atticum octuaginta libras habet, & paulo plus. Sed alibi manifeſte monſtravit, talentum magnum octuaginta tres libras, & quatuor habere uncias. Quod ſi volumus ad nummos referre Romanos, ut Priſcianus ait, ſex millia nummorum Romanor. habet. Talentum vero parvum libras habet ſexaginta. Talentum Euboïcum minus Attico fuit, ſed non valde: nam, teſte Feſto, quatuor millium nummûm Romanorum fuit. *Oliver.*

2. *Academiam.*] Academia ſine aſpiratione ſcribitur. Fuit autem locus nemeroſus, ab Academo quodam heroë ſic cognominatus.

3. *Ea me non indigere.*] Cicero tamen lib. V. Tuſculanarum Quæſtionum dicit: *Xenocrates cum vidiſſet legatos triſtiores, XXX. minas accepit, &c.*

4. *Alexander.*] Fama fuit, referente Laërtio, Alexandrum dixiſſe, ſe velle eſſe Diogenem, niſi eſſet Alexander.

5. *In crepidine.*] Id eſt, prærupti ſaxi altitudine, juxta viam, in qua mendici ſedere ſolent. Unde Juvenalis:

Nulla crepido vacat, &c.

Sunt tamen qui in dolio verſarili inventum dicant, jactitantem ſe eam habere manſionem, quæ totos dies Solem haberet incumbentem. *Badius.*

6. *Ariſtippus.*] Erat Ariſtippus in Dionyſii tyranni aula.

7. *Si Dionyſium adulare velles, &c.*] In Manuſcriptis ſimul omnibus; *Si Dionyſium adulare velles.* Et poſtea, *Non adu-*

velles, iſta [1] non eſſes. Imo, inquit, ſi tu iſta eſſe velles, non adulares Dionyſium.

CAP. IV.

DE PAUPERTATE LAUDATA.

1. *P. Valerii Poplicolæ.*
2. *Agrippæ Menenii Lavati.*
3. *C. Fabricii Luſcini, & Q. Æmilii Papi.*
4. *Ducum ex agris ad magiſtratus accerſitorum.*
5. *C. Atilii Reguli Serrani Coſ.*
6. *M. Atilii Reguli procoſ.*
7. *L. Quintii Cincinnati dict.*
8. *Æliæ familiæ.*
9. *Q. Ælii Tuberonis, & L. Æmilii Paulli.*
10. *Cn. Cornelii Scipionis.*
11. *M. Æmilii Scauri.*

MAxima ornamenta eſſe matronis liberos, apud [2] Pomponium Rufum [3] Collectorum libro ſic invenimus: [4] Cornelia Gracchorum mater, cum Campana matrona apud illam hoſpita, ornamenta ſua illo ſeculo pulcherrima oſtenderet: traxit eam ſermone, quouſque è ſchola redirent liberi: Et hæc, inquit, ornamenta méa ſunt. Omnia nimirum habet, qui nihil concupiſcit: eo quidem certius, quam qui cuncta poſſidet: Quia dominium rerum collabi ſolet, bonæ mentis uſurpatio nullum triſtioris fortunæ recipit

adulares Dionyſium. Antique dictum. Sic Lucretius lib. v. de canibus:

Longe alio pacto gannitu vocis adulant.

Item Accius Prometheo:

Pinnata cauda noſtrum adulat ſanguinem.

Atque Columella lib. VII. cap. 12. de canibus: *Quod illi quoque furem adulant, ut in V. C. patroni optimi Marcelli Cervini Pont. Max.* Pigh.

1. *Non eſſes.*] Comederes, aut manducares.

2. *POmponium Rufum.*] Quis hic Pomponius Rufus ſit, quæro. Vix ille fuerit, de quo hæc inſcriptio in Regione Romæ Trans-Tyberina: DEDICAVERVNT. IDIB. OCTOB. C. POMPEIO. FEROCI. LICINIANO. COS. C. POMPONIO. RVFO. *Coler.*

3. *Collectorum libro.*] Liber Dan. *Librorum.* Hinc cenſeam omittendum τὸ *Libro.* Alii *collectanea* vocant. Dicta Collectanea ſcripſerat Cæſar, teſte Suetonio. *Idem.*

4. *Cornelia Gracchorum.*] Cornelia hæc non minus ob virtutem filiorum, quam memoriam Africani patris à populo colebatur: cui cum ſtatua decerneretur, inſcriptum eſt: CORNELIAE GRACCHORVM MATRI. Multa de muliere hac ſcripta ſunt in vita Gracchorum. *Cornelia.*] Tiberii Gracchi uxor, & ſuperioris Africani filia, mater Tiberii & Caii Gracchorum. *Oli.*

1. *Regio*

cipit incurſum. Itaque quorſum attinet, aut divitias in prima felicitatis parte, aut paupertatem in ultimo miſeriarum ſtatu ponere ? cum & illarum frons hilaris multis intus amaritudinibus ſit referta : & hujus horridior aſpectus ſolidis & certis bonis abundet. Quod melius perſonis, quam verbis repræſentabitur.

1. [1] Regio imperio propter nimiam Tarquinii ſuperbiam finito, conſulatus initium Valerius Poplicola cum Junio Bruto auſpicatus eſt. Idemque poſtea tres conſulatus acceptiſſimos populo Rom. geſſit: & plurimorum ac maximorum operum prætextu, titulum [2] imaginum ſuarum amplificavit: cum interim [3] faſtorum illud columen patrimonio ne ad exequiarum quidem impenſam ſufficiente deceſſit: [4] ideoque publica pecunia ductæ ſunt. Non attinet ulteriore diſputatione tanti viri paupertatem ſcrutari: abunde enim patet, quid vivus poſſederit, cui mortuo lectus funebris, & [5] rogus defuit.

2. [6] Quantæ amplitudinis Agrippam Menenium fuiſſe arbitremur, quem ſenatus & plebs pacis inter ſe faciendæ au-

1. *Regio imperio, &c.*] Contigit A.U. CCXLIV.

2. *Imaginum ſuarum.*] Tituli enim aut in ſtemmate, aut in ſtatuis, aut picturis addebantur.

3. *Faſtorum.*] Faſti, in quibus magiſtratus & omnia geſta fuerant deſcripta, ab eo initium habuerunt: tamen eouſque pauper vixit, ut mortuo funeris ſumtus defuerit; nam illum plebs extulit ſextantibus collatis in capita. *Oliverius.*

Faſtorum illud columen.] Poplicolam Faſtorum columen indigitat, quia primus C o s. fuit, aut ſupremo loco in Faſtis potitus. Prudentius lib. 1. contra Symmachum:

Quamlibet illuſtres meritis & ſanguine clari
Præmia virtutum, titulis & honoribus auctis
Ardua retulerint, Faſtorumque arce potiti
Annales propria ſignârint nomine chartas,
Atque inter veteres cera numerentur & ære. Colerus.

4. *Ideoque, &c.*] Contig. A.U. CCL.

5. *Rogus.*] Id eſt, pyra exſtructa ad comburendum cadaver.

6. *Quantæ amplitudinis Agrippam Menenium.*] Plebs propter nexos ob æs alienum in ſacrum montem ſeceſſerat; nam magnis natalibus quidam nexus diu in ergaſtulis à Senatoribus habitus cum majorum ſuorum inſignibus in forum proripuerat; cujus veſtis erat ſqualore obſita, fœdior corporis habitus pallore ac macie perenni, ad hoc prolixa barba, & capilli efferaverant ſpeciem oris, noſcitabatur tamen in tanta deformitate, & ordinem ſe duxiſſe

auctorem legit? Quantus ſcilicet eſſe debuit arbiter publicæ ſalutis. Hic niſi à populo collatis in capita [1] ſextantibus funeratus eſſet, ita pecuniæ inops deceſſit, ut ſepulturæ honore caruiſſet. [2] Verum idcirco pernicioſa ſeditione dividua civitas, manibus Agrippæ in unum contrahi voluit: quia eas pauperes quidem, ſed [3] ſanctas animadverterat: Cujus ut ſuperſtitis nullum fuit, quod in cenſum deferretur, ita & extincti, hodieque ampliſſimum eſt patrimonium Romana concordia.

3. [4] In C. verò Fabricii, & Q. Æmilii Papi principum ſeculi ſui domibus argentum fuiſſe confitear oportet: uterque enim [5] patellam Deorum, & ſalinum habuit. Sed eo lautior Fabricius, quod patellam ſuam [6] corneo pediculo ſuſtineri voluit. Papus quoque ſatis animoſe, qui cum hæreditatis nomine ea accepiſſet, [7] religionis cauſa abalienanda non putavit.

4. [1] Illi

xiſſe ajebat, aliaque militiæ decora vulgo jactabat. Sciſcitantibus unde ille habitus, unde deformitas eſſet, cum propter longam militiam temporumque calamitatem & tributa imperata æs grande confeciſſet, ductum ſe à creditore non in ſervitium, ſed in ergaſtulum & carnificinam dicebat; deinde oſtentare tergum fœdum recentibus veſtigiis verberum. Inde orta ſeditione graviſſima, plebs à patribus in ſacrum montem ſeceſſit, ad quam reconciliandam miſſus eſt hic M. Menenius Agrippa, vir facundus plebique gratus, quod inde oriundus eſſet: qui fabula Æſopi duras hominum mentes flexiſſe & plebem patribus reconciliâſſe dicitur. *Oliverius.* Contigit A. U. CCLX.

1. *Sextantibus.*] Sextans eſt ſexta pars aſſis, id eſt, libræ. *In capita Sextantibus.*] Plinius libro XXXIII. cap. 10. *Quod Agrippæ Menenio ſextantis æris in funus contulit, honoris id neceſſitatiſque propter paupertatem Agrippæ non largitionis eſſe dixerim.* Meminit Apuleius in Apologia, & Seneca ad Albinam cap. 12. *Coler.*

2. *Verum, &c.*] Contig. A. U. CCLX.

3. *Sanctas.*] Impollutas rapinis.

4. *In C. &c.*] Contig. A. U. CDLXXIIX.

5. *Patellam.*] Diminutivum à patina. Eſt vas patens, in quo mola; id eſt, farina cum ſale offerebatur. *Bad.*

Patellam Deorum.] Liber Dan. eleganter tranſponit: *Patellam eorum. Uterque*, inquit, *eorum patellam & ſalinum habuit.* Plinius libro XXXIII. c. 12. *Fabricius, inquam, qui bellicoſos imperatores plus quam pateram & ſalinum ex argento habere vetabat.* Colerus.

6. *Corneo pediculo.*] Liber Danielis, *Peduculo.* Lavernii liber *Pediclo.* Gloſſarium vetus: *Pedicli*, ἀρπεδόνες. Gloſſæ Græco Latinæ: ἀρπεδὼν, *Pendiculum.* leg. *Pediculum.* Et fortaſſe: ἀρπεδόνα. Suidas; ἀρπεδόνες, τοῖς ἱστοῖς. *Colerus.*

7. *Religionis cauſa abalienanda.*] Quia putavit contra religionem ſe facturum, ſi quæ ad uſum Deorum majores applicuiſſent, ipſe ſive ſua impenſa ea aſſecutus ad privatum uſum eorum pretia diſtraxiſſet. *Badius.*

1. *Illi*

4. [1] Illi etiam prædivites, [2] qui ab aratro accerſebantur ut COSS. fierent, voluptatis cauſſa ſterile atque [3] æſtuoſiſſimum [4] Pupiniæ ſolum verſabant: delitiarumque ignari, vaſtiſſimas glebas plurimo cum ſudore diſſipabant: Imo vero quos pericula reip. imperatores [5] aſſerebant, anguſtiæ rei familiaris (quid ceſſo proprium nomen veritati reddere?) bubulcos fieri cogebant.

5. [6] Atilium autem qui ad eum accerſendum à ſenatu miſſi erant ad imperium pop. Rom. ſuſcipiendum, ſemina ſpar-

1. *Illi etiam, &c.*] Scil. qui ſequuntur. Ut Attilius, qui ab agris accitus ad conſulatum venit, ut Quinctius Cincinnatus. De quo Livius: *Operæ pretium eſt audire, qui omnia præ divitiis humana ſpernunt, neque honori magno locum, neque virtuti putant eſſe, niſi effuſe affluant opes. Spes unica imperii populi Romani L. Quinctius Cincinnatus trans Tyberim contra eum ipſum locum, ubi nunc navalia ſunt, quatuor jugerum colebat agrum, quæ prata Quintia vocantur. Ibi à legatis, ſeu foſſam fodiens palo innixus, ſeu cum araret, operi certe id quod conſtat ruſtico intentus, ſalute data invicemque reddita, rogatus, ut quod bene verteret ipſi reique publicæ, mandata Senatus audiret. Admiratus rogitanſque, ſatiſne ſalva eſſent omnia, togam repetere, è tuguria proferreque uxorem Raciliam jubet, qua ſimul abſterſo pulvere ac ſudore velatus proceſſit, Dictatorem eum legati gratulantes conſalutant, in urbem vocant, qui terrore ſit in exercitu, exponunt, &c.* Oliv.

2. *Qui ab aratro.*] Plin. lib. XVIII. cap. 3. *Manis quidem Curii poſt triumphos immenſumque terrarum adjectum imperio nota concio eſt, perniciosum intelligi civem, cui ſeptem jugera non eſſent ſatis. Hæc autem menſura plebei poſt exactos reges aſſignata eſt. Quænam ergo tantæ ubertatis cauſa erat, ipſorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri...*

3. *Æſtuoſiſſimum.*] Æſtui Solis maxime ſubjectum.

4. *Pupiniæ.*] Locus haud procul ab urbe; unde tribus Pupinia dicta eſt. Erat autem locus maxime ſterilis, ſicut infra oſtendit. *Oliv. Pupiniæ.*] Feſtus in Schedis: *Pupinia tribus ab agri nomine dicta, qui Pupillus appellatur, circa Tuſculum urbem.* Dicit tamen Valerius ubique *Pupinia*, non *Pupinus*. Colerus.

5. *Aſſerebant.*] Rectiſſime in libro Danielis, *Arceſſebant*; nec Pighius mutare debuit. Arceſſebantur enim priſci illi ex agris ad imperia, ad magiſtratus. Plinius: *Tales tum etiam viatores erant, quod ipſum nomen inditum eſt, ſubinde & ex agris Senatum Duceſque arceſſentibus.* Videndum an legendum ſit apud Plinium: *Quod ipſum nomen indicium eſt.* Sic idem Valerius ſequenti exemplo: *Qui ad eum arceſſendum à ſenatu miſſi erant.* Colerus.

6. *Atilium autem.*] Atilius ille, qui Seranus dictus à ſerendo, quod cum agrum ſuum coleret, evocatus ad rempublicam, ob eximiam virtutem meruit dictaturam. Plinius lib. XVIII. cap. 3. *Quænam*, inquit, *tantæ ubertatis cauſa erat? ipſorum tunc manibus Imperatorum colebantur agri, ut fas eſt credere gaudente terra, vomere laureato & triumphali aratore, ſive illi eadem cura ſemina tractabant qua bella, eademque diligentia arva diſponebant qua caſtra, ſive honeſtis manibus omnia lætius proveniunt, quoniam & curioſius fiunt, ſerentem invenerunt dati honores Serranum, unde cognomen.* Oliv. Contigit A. U. CDXVI.

1. *Ebur-*

ſpargentem viderunt: ſed illæ ruſtico opere attritæ manus ſalutem publicam ſtabilierunt: ingentes hoſtium copias peſſundederunt, Quæque modo arantium boum jugum rexerant, triumphalis currus habenas retinuerunt: nec fuit iis rubori [1]eburneo ſcipione depoſito, agreſtem [2]ſtivam aratri repetere. Poteſt pauperes conſolari Atilius, ſed multo magis docere locupletes, quam non ſit neceſſaria ſolidæ laudis cupidini nimis anxia divitiarum comparatio.

6. [3] Ejuſdem nominis & ſanguinis Atilius Regulus primi Punici belli gloria, cladeſque maxima: cum in Africa inſolentiſſimæ Carthaginis opes crebris victoriis contunderet, ac prorogatum ſibi ob bene geſtas res in proximum annum imperium cognôſſet; conſulibus ſcripſit: villicum in agello, quem ſeptem jugerum in [4] Pupinia habebat, mortuum eſſe, occaſionemque nactum mercenarium, amoto inde ruſtico inſtrumento diſceſſiſſe. Ideoque petere, ut ſibi ſucceſſor mitteretur, ne deſerto agro, non eſſet unde [5] uxor ac liberi alerentur. Quæ poſtquàm ſenatus à Coss. accepit, & agrum Atilii ilico colendum locari, & alimenta conjugi ejus ac liberis præberi, reſque quas ami-

1. *Eburneo ſcipione.*] Sceptrum ſive geſtamen conſulare ſcipio eburneus, quod diu ignoravi. Fallor an illud ab Hetruſcis habent Romani? Scribit enim Dionyſius Halicarnaſſæus libro III. miſiſſe Hetruſcos Tarquinio inſignia, quibus ſuos Reges ornare ſoliti eſſent, coronam, ſellam eburneam, ſceptrumque, in ſummo habens aquilam. Miror nihil de hac re apud Livium legi. Aquilæ ſceptro impoſitæ meminit Prudentius in Hymno Romani Martyris:

Cum conſulatum initis, ut vernæ ſolent,
(Pudet fateri) farre pullos paſcitis,
Aquila ex eburna ſumit arrogantiam
Geſtator ejus, ac ſuperbit bellua
Inflatus eſſe, cui figura eſt alitis.

In vet. memb. legitur: *Ut vermes ſolent.* Imo & Juvenalis Sat. x.

Da nunc & volucrem, ſceptro quæ ſurgit eburno.

Colerus.

2. *Stivam.*] Manubrium illud incurvum, quod manibus tenetur arando.

3. *Ejuſdem nominis & ſanguinis.*] Hic Marcus, de quo diximus in capitulo de Religione, ubi annotata eſt ejus hiſtoria. Contigit A. U. CDXCVIII.

4. *Pupinia.*] Vide ſupra.

5. *Uxor & liberi.*] Scripſit etiam, ut Livius tradit, non habere unde filias in matrimonium collocaret, qua in re non minus deprehendi poteſt, quanta fuerit in paupertate deprehenſus. *Oliverius.*

1. *Redimi*

amiſerat, [1] redimi publice juſſit. Tanti ærario noſtro virtis Atilianæ exemplum, quo omnis ætas Romana gloriabitur, ſtetit.

7. [2] Æque magna [3] latifundia L. Quinctii Cincinnati fuerunt: ſeptem enim jugera agri poſſedit: [4] ex hiſque tria, quæ pro amico ad ærarium obſignaverat, multæ nomine amiſit. Pœnam quoque pro filio Cæſone, quod ad cauſam dicendam non occurriſſet, hujus agelli reditu ſolvit. Et tamen ei quatuor jugera aranti, non ſolum dignitas patris familiæ conſtitit, [5] ſed etiam dictatura delata eſt. Anguſte ſe habitare nunc putat, cujus domus tantum patet, quantum Cincinnati rura patuerunt.

8. Quid [6] Ælia familia, quam locuples? ſexdecim eodem

1. *Redimi publice.*] Id eſt, publica impenſa.

2. *Æque magna, &c.*] Hujus viri vitam & hiſtoriam in cap. de Moderatione attigimus. Ad hujus lectionis expoſitionem illud non eſt prætermittendum, Cæſonem hujus Cincinnati filium adoleſcentem magni animi fuiſſe, & in quo præclarum virtutis ſpecimen appareret, niſi invidia vulgi ei magnopere obſtitiſſet, à quo damnatus, patrem, qui ut ſolvendo eum liberaret, res ſuas omnes ferme diſtraxerat, ad eam inopiam redegit, ut relicta urbe trans Tyberim ruralem vitam agere compulerit: nam magna erat inter nobilitatem plebemque diſſenſio ob legem Agrariam, quam lætus accipiebat populus. Haclege ſancitum erat, ut viritim dividerentur agri, qui bello parti fuerant, qua lege patres de poſſeſſione pellebantur. Nobiles huic rei ſummopere reſiſtebant: ergo Cæſo cum juventute Romana, quotieſcunque tribunus legem ferre volebat, occurrebat, & illi pariter obſtabat: hoc autem faciebat, ut cum omnes impedimento forent, nulli potiſſimum aſcriberetur culpa; ſed cum tribunus plebis diligentius animadverteret Cæſonis opus, concionem habuit ad populum de Cæſonis ſuperbia, in quem graviter invectus non prius deſtitit quam obtinuit, ut die dicta damnaretur à populo, pro quo liberando pater Cincinnatus diſtractis rebus ſuis omnibus ad ſummam inopiam redactus eſt. *Oli.* Contigit A. U. CCXCII.

3. *Latifundia.*] Livius dicit hæc *latifundia* Quintia prata fuiſſe appellata, ubi deinde navalia facta ſunt. Dicit enim, *Quintus trans Tyberim, ubi nunc navalia ſunt, quatuor jugerum colebat agrum, quæ prata Quintia vocant.* Plinius lib. XVIII. *Aranti quatuor ſua jugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur Cincinnato viator attulit Dictaturam, & quidem, ut tradit Norbanus, nudo pleno que pulveris, cui viator, vela corpus, inquit, ut proferam Senatus populique Romani mandata.* Oliv.

4. *Ex hiſque tria.*] Hinc Plinius libro XVIII. *Aranti quatuor ſua jugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur.* Feſtus: *Quintia prata trans Tiberim à Quintio Cincinnato, cujus fuerant, dicta ſunt.* Auguſtinum quoque adi lib. V. De Civitate Dei cap. 18. *Colerus.*

5. *Sed etiam, &c.*] Contigit anno urbis. CCXCV.

6. *Ælia, &c.*] Contigit A. U. DXXXIV.

4. Ma-

dem tempore Ælii fuerunt, quibus una domuncula erat eodem loci, quo nunc ſunt [1] Mariana monimenta: & unus in agro Vejente fundus, minus multo cultores deſiderans, quam dominos habebat. [2] Inque Maximo & Flaminio ſpectaculi locus: quæ quidem loca ob virtutem publicè donata poſſidebant.

9. [3] Eadem gens nullum ante [4] ſcrupulum argenti habuit, quam Paullus Perſe rege devicto, [5] Q. Ælio Tuberoni [6] genero ſuo [7] quinque pondo argenti ex præda donaret. Taceo enim quod [8] princeps civitatis filiam ei nuptum dedit,

cujus

1. *Mariana monimenta.*] Ubi erat ſacellum Marianum, in quo monimenta ejus ſepulchralia continebantur, ubi magnificentiſſimum illud Senatuſconſultum de reditu Ciceronis in patriam factum fuit, referente optimo & clariſſimo viro Lentulo Conſule. *Oliverius.*

2. *Inque Maximo & Flaminio ſpectaculi locus.*] Ita lege ex veterum librorum conſenſu. Vulgo, *Inque maximo circo & Flaminio.* De utroque enim circo, qui duo tunc Romæ erant, loquitur. *Pighius. Flaminio.*] Ubi Circenſes edebantur.

3. *Eadem, &c.*] Contig. A. U. DXXCVI.

4. *Scrupulum.*] Voluit ex ponderis paucitate nihil argenti habuiſſe. Eſt autem ſcrupulus, qui Latine ſiliqua, minimum pondus. Alii dicunt ſcrupulum contineri tantummodo quatuor ſiliquis: ſiliquam vero quatuor hordei grana continere, & calculum & tertiam partem ejus, calculum quoque geminis lentis granis appendere. Variæ igitur de his ponderibus ſententiæ, qui ſcrupulum dicunt ſex ſiliquis comprehendi, volunt ſiliquam minimum pondus eſſe, & poſt ſcrupulum ponunt drachmam, quam ex decem & octo ſiliquis conſtare volunt, hoc eſt, ex tribus ſcrupulis, poſt drachmam argenteum nummum, qui denarius apud Romanos vocabatur; hic ex quatuor ſcrupulis erat confectus: poſt hunc ſequebatur uncia, quæ ex octo drachmis, ſive ſex denariis conſtabat; poſt unciam libra Italica, quæ ex undecim conſtabat unciis, hoc eſt, denariis ſeptuaginta duobus. *Oliv.*

5. *Q. Ælio Tuberoni.*] Hic autem Tubero gener fuit Æmilii ejus Pauli, qui Perſam regem vicit, & captum in triumphum duxit, ex eaque victoria hoc argentum habuit, nam cum ſocero ſuo militavit in eo bello, ob ejus facta fiala argentea donatus eſt, & hoc primum fuit argentum in eorum domum tranſlatum. Plinius vero in fine XXXIV. lib. Natural. Hiſtor. dicit hunc Ælium duo habuiſſe pocula argentea. *Q.*, inquit, *Ælium Tuberonem cum legati Ætolorum in conſulatu prandentem in fictilibus adiiſſent, miſſa ab his vaſa argentea non accepiſſe, quin neque aliud habuiſſe argenti ad ſupremum vitæ diem, quam duo pocula, quæ L. Paulus ſocer ei ob virtutem, devicto Perſeo rege, donaſſet.* Oliverius.

6. *Genero ſuo.*] Paulus Æmilius duas filias habuit, quarum alteram huic, alteram Catoni Marci Catonis maximi filio locavit.

7. *Quinque.*] Duo pondo fuiſſe ait Plinius, atque illa ad ſupremum vitæ diem retinuiſſe. *Colerus.*

8. *Princeps civitatis.*] Videlicet Paulus Æmilius.

1. *Quin*

cujus penates tam jejunos pecunia videbat: [1] Quin ipſe quoque adeo inops deceſſit, ut niſi fundus, quem unum reliquerat, veniſſet; uxor ejus [2] dotem unde reciperet, non extitiſſet. Animi virorum & fœminarum vigebant in civitate: eorumque bonis, dignitatis æſtimatio cunctis in rebus ponderabatur: Hæc imperia conciliabant, hæc jungebant affinitates: hæc [3] in foro, hæc [4] in curia, hæc intra privatos parietes plurimum poterant. Patriæ enim rem unuſquiſque, non ſuam augere properabat: pauperque in divite, quam dives in paupere imperio verſari malebat. Atque huic tam præclaro propoſito illa merces reddebatur, quod nihil eorum quæ [5] virtuti debentur, emere pecunia licebat, inopiæque illuſtrium virorum publicè ſuccurrebatur.

10. [6] Itaque cum ſecundo Punico bello Cn. Scipio ex Hiſpania ſenatui ſcripſiſſet, petens ut ſibi ſucceſſor mitteretur, quia filiam virginem [7] adultæ jam ætatis haberet, neque ei ſine ſe dos expediri [8] poſſet: ſenatus nē reſpub. bono duce careret, patris ſibi partes deſumpſit: conſilioque uxoris, ac propinquorum Scipionis conſtituta dote, ſummam ejus ex ærario erogavit, ac puellam nuptum dedit. Dotis modus XI. millia æris fuit: In quo non ſolum humanitas Patrum conſcriptorum, ſed etiam habitus veterum patrimoniorum cognoſci poteſt. Namque adeo fuerunt arcta, ut Tatia Cæſonis filia maximam dotem [9] ad virum X. millia æris attuliſſe viſa ſit: & Megullia, * quia cum quin-

1. *Quin ipſe, &c.*] Contig. A.U. DXCIII.
2. *Dotem.*] Quam ſcilicet ad onera matrimonialia ſuſtinenda ad maritum tulerat, & ſoluto matrimonio juxta leges Romanas repetiit. *Badius.*
3. *In foro.*] Judiciali.
4. *In curia.*] Senatorum.
5. *Virtuti debentur.*] Ut ſunt magiſtratus & honores.
6. *Itaque, &c.*] Contigit A. U. DXXXIX.
7. *Adultæ jam ætatis.*] Quæ jam nubilis eſſet.
8. *Poſſet expediri.*] Expedite aſſignari.
9. *Ad virum decem millia.*] Omittit recte *millia* liber Dan. Sic *Decies centena* apud Horatium & Juvenalem, id eſt, *decies centena millia.* Martialis:
Centena decies quæ tibi dedit dotis.
Quæ ſumma, ut ad hoc addam, maximam dotem apud Romanos faciebat. lege doctiſſimum Turnebum lib. XVIII. cap. 30.. *Colerus.*

quinquaginta millibus æris mariti domum intravit, Dotatæ cognomen invenerit. Ideo ſenatus Fabricii Luſcini, Scipioniſque filias ab indotatis nuptiis liberalitate ſua vindicavit: quoniam paternæ hæreditati præter [1] opimam gloriam nihil erat [2] quod acceptum referrent.

11. [3] M. autem Scaurus quantulam à patre hæreditatem acceperit, in primo libro eorum, [4] quos de vita ſua ſcripſit, refert: Ait enim ſibi decem ſola mancipia, totumque cenſum quinque atque triginta millium nummûm relictum. In hac penuria ille futurus ſenatus princeps nutritus eſt ſpiritus.

Hæc igitur exempla reſpicere, his acquieſcere ſolatiis debemus, qui parvulos cenſus noſtros nunquam querelis vacuos eſſe ſinimus. Nullum aut admodum [5] parvi ponderis argentum, [6] paucos ſervos, [7] ſeptem jugera [8] aridæ terræ, [9] indigentia domi, [10] publicè impenſa funera, [11] inopes dotum filias; ſed egregios conſulatus, mirificas dictaturas, innu-

* *Qui cum quinquaginta.*] Vulgo, *quingentis.* Magis placet numerus qui eſt in Winch. *Quia cum quinquaginta millibus.* Altet enim nimis amplus eſſet pro ejus ſæculi paupertate. Nam modum dotis maximæ millia decem tunc fuiſſe dicit. *Pighius.*

1. *Opimam gloriam.*] Apulejus Apolog. Cn. Fabricius, Cn. Scipio, Manlius Curius, quorum filiæ ob paupertatem de publico dotibus donatæ ad matitos ierunt, portantes gloriam domeſticam, pecuniam publicam. *Colerus.*

2. *Quod acceptum referrent.*] Quod aſctiberent patetnæ hæreditati.

3. *Marcus autem Scaurus.*] De hoc viro in capitulo de Fortitudine dictum eſt, exiguum à patre cenſum adeo recepit, ut per eum ad Senatoriam dignitatem non ſuffragante virtute pervenire non potuiſſet. Conſtat autem ter Senatus principem multis clariſſimiſque honoribus functum eſſe. *Oliv.*

4. *Quos de vita ſua.*] Hos libros ad Lucium Fuſidium miſerat, quos legendos cenſuit Cicero in Bruto. Tres fuiſſe idem ſcribit. Citat eoſdem. Plinius lib. XXXIII. cap. I. & Aſconius. Hoc etiam moneo, locum Ciceronis corrigendum eſſe & tollendam voculam *acta.* Colerus.

5. *Parvi ponderis argumentum.*] Sicut in Æmiliotum familia.

6. *Paucos ſervos.*] Sicut Fabricii, Papitii, Scauti.

7. *Septem jugera.*] Ut Quinctii & Reguli.

8. *Aridæ terræ.*] Utpote in Pupinia.

9. *Indigentia domeſtica.*] Ut Valerii Publicolæ, M. Menenii Agtippæ.

10. *Publice impenſa.*] Hæc lectio à Pighio eſt. Mihi magis ſincera eſt, quæ in libro Danielis & in duabus Pighianis: *Indigentia domeſticæ impenſæ funera.* Coler.

11. *Inopes dotum filias.*] Ut Matci Atilii Fabricii, Luſcini, Scipionis.

1. *Hiſque*

innumerabiles triumphos cernimus. Quid ergo mediam fortunam, quaſi præcipuum generis humani malum, diuturnis convitiis laceramus? quæ ut non abundantibus, ita fidis uberibus Poplicolas, Æmilios, Fabricios, Curios Scipiones, Scauros, [1] hiſque paria Robora virtutis aluit. Exurgamus potius animis, pecuniæque aſpectu debilitatos ſpiritus [2] priſtini temporis memoria recreemus: Namque per Romuli caſam, perque [3] veteris Capitolii humilia tecta, & æternos [4] Veſtæ focos, fictilibus etiamnum vaſis contentos juro; nullas divitias talium virorum paupertati poſſe præferri.

Cap. V.

DE VERECUNDIA.

1. *Populi Romani.*
2. *C. Terentii Varronis Coſ.*
3. *C. Cicereji candidati.*
4. *L. Licinii Craſſi candidati.*
5. *C. Pomp. Magni Proc.*
6. *C. Iulii Caſaris Dictatoris.*

Externorum.

1. *Spurina Etruſci.*
2. *Legatorum Spartanorum.*

AQua tempeſtivus ad verecundiam tranſitus videtur. Hæc enim juſtiſſimis viris præcepit, ut privatas facultates negligerent, publicas quam ampliſſimas eſſe cuperent. Digna cui perinde atque cœleſti numini extruantur templa, aræque conſecrentur: quia parens eſt omnis honeſti

1. *Hiſque paria robora.*] Horatius libro 1. Carm. od. 12.

Fabritiumque,
Hunc & incomptis Curium capillis
Utilem bello tulit, & Camillum
Sæva paupertas, & avitus apto
Cum lare fundus.

Colerus.

2. *Priſtini temporis memoria.*] De veterum Romanorum paupertate multa Plinius, ex Varrone, ni fallor, cujus & illa De vita populi Romani libro 1. *Pecunia quæ erat parva ab ea paupertas dicta, cujus paupertatis teſtimonium eſt, &c.* Idem eodem libro, fortaſſe non longe poſt: *Quid inter hos Joves interſit & eos qui ex marmore, ebore, auro nunc fiunt, potes animo advertere, & horum temporum divitias & illorum paupertates.* Col.

3. *Veteris.*] Cum nondum magnificentia & luxuria Romana ſe proderet. Alioqui, ut Juſtus Lipſius notat, fuit aliud vetus & novum. Illud in regione ſexta Circi Flaminii à Numa conſtructum. Illud in regione octava fori Romani, à Tarquinio Priſco.

4. *Veſtæ focos.*] Quis ignis colebatur ſempiternus.

neſti conſilii, tutela ſolennium officiorum, magiſtra innocentiæ, chara proximis, accepta alienis, omni loco, omni tempore favorabilem præ ſe ferens vultum.

1. [1] Sed ut à laudibus ejus ad facta veniamus, [2] à condita Urbe uſque ad Africanum, & Ti. Longum Coss. [3] promiſcuus ſenatui & populo ſpectandorum ludorum locus erat: nunquam tamen quiſquam ex plebe ante Patres conſcriptos in theatro ſpectare ſuſtinuit: Adeo circumſpecta noſtræ civitatis verecundia fuit. Quæ quidem certiſſimum ſui documentum etiam illo die exhibuit, quo [4] L. Flaminius extrema in parte theatri conſtitit, [5] quia à M. Catone & L. Flacco cenſoribus ſenatu motus fuerat, conſulatus jam honore defunctus, frater etiam Ti. Flaminii, Macedoniæ Philippique victoris: Omnes enim eum tranſire in locum dignitati ſuæ debitum coëgerunt.

2. [6] Confregit rempublicam Terentius Varro Cannenſis pugnæ temerario ingreſſu: idem delatam ſibi ab univerſo

1. S*Ed, &c.*] Contigit. A.U. DLIX.

2. *A condita urbe.*] A principio urbis ad hos conſules quingentos & octo fluxiſſe annos ferunt.

3. *Promiſcuus.*] Confuſus, ſine dignitatis diſcrimine, plebii patribus permixti ſpectabant. Primus autem, qui in ſpectandis ludis plebem à patribus ſeparavit, fuit Scipio Africanus, qui poſt id factum popularem auram penitus amiſit, ut ſupra diximus.

4. *L. Flaminius.*] Hic frater fuit T.Q. Flaminii, qui devicto Philippo rege Macedoniæ, omnes civitates Græciæ libertate donavit. Sed quia hic Lucius in exercitu ad gratiam ſcorti juſſerat quendam ſecuri percuti, Porcius Cato Cenſor eum Senatu amoverat, ſicut ſupra lib de Cenſoria nota diximus. *Oliv.*

5. *Quia à, &c.*] Contig. A.U. DCLXIX.

6. *Confregit Rempublicam Terentius.*] Dictum eſt in cap. de Neglecta religione, Terentium Varronem lanii cujuſdam fuiſſe filium, qui ad conſulatum populari aura perductus illo calamitoſo Annibalis tempore, cum ipſo Annibale apud Cannas infeliciſſime dimicavit, Paulo Æmilio ejus collega diſſuadente, atque etiam invito, qui magis non probare, quam non adjuvare ejus conſilium poterat. Hic vero qui tantæ cladis author extiterat, cum paucis admodum fugit, cui Senatus populuſque Romanus obviam proceſſit, & gratias egit, quod de republica non deſperaſſet, eidem dictatutam obtulit, quam, verecundia motus, recipere non ſuſtinuit. Frontinus lib. IV. de Conſtantia: *Paulus*, inquit, *amiſſo ad Cannas exercitu, offerente equum Lentulo quo fugeret, ſupereſſe cladi, quamquam non per ipſum contractæ, noluit: ſed in eo ſaxo, cui vulneratus acclinaverat, perſedit, donec ab hoſtibus oppreſſus confoderetur.* Varro collega ejus vel majore conſtantia poſt eandem cladem vixit, gratiæque ei à Senatu & populo actæ ſunt, quia non deſperaſſet de republica, non autem vitæ cupi-

verſo ſenatu & populo dictaturam recipere non ſuſtinendo, pudore culpam maximæ cladis redemit. Effecitque ut clades Deorum iræ, modeſtia ipſius moribus imputaretur. Itaque [1] titulo imaginis ejus ſpecioſius non recepta dictatura, quam aliorum geſta adſcribi poteſt.

3. Nos autem ad præclarius verecundiæ opus tranſgrediamur. [2] Magna cum invidia fortuna [3] Prætoriis comitiis Africani ſuperioris filium Cn. Scipionem,& [4] ſcribam Cicereium in [5] campum deduxerat; utque nimis [6] impotens ſermone vulgi carpebatur, quod tanti viri ſanguine clientelamque comitiali certamine confuderat. Ceterum crimen ejus in ſuam laudem Cicereius convertit. Nam ut vidit omnibus ſe centuriis Scipioni anteferri, [7] templo deſcendit, abjectaque [8] candida toga competitoris ſui ſuffragatorem agere cœpit; ut ſcilicet Præturam melius Africani memoriæ concederet, quàm ſibi vendicaret. Nec minimum eſt verecundiæ precium: Scipio tunc honorem adeptus eſt, [9] Cicereio tamen magis gratulati ſunt.

4. [10] Ac ne protinus comitiis abeamus, conſulatum petens

cupiditate, ſed reipubl. amore ſe ſuperfuiſſe reliquo ætatis ſuæ tempore approbavit, & barbam capillumque ſubmiſit, & poſtea nunquam recubans cibum cepit, honoribuſque, cum ei deferrentur à pop., renuntiavit, dicens, felicioribus magiſtratibus reipublicæ opus eſſe. *Oliv.*

1. *Titulo imaginis.*] Imaginibus enim res geſtæ adnotabantur.

2. *Magna cum invidia.*] Hoc exemplum ſupra memoratum eſt lib. III. cap. De his qui degenerarunt à parentibus. nam Cicereius cum prætoriis comitiis competitor eſſet Cn. Scipionis filii ſuperioris Africani, omnibus ſuffragiis illi præponebatur. Hic ergo verecundia motus, ſe tanti viri filio præpoſitum, ex competitore ſuffragatorem ſe fecit. *Oliverius.*

3. *Prætoriis comitiis.*] Convocationibus populi ad creandum prætorem.

4. *Scribam Cicereium.*] Scriba fuerat patris Africani, ut ſupra Valerius lib. III. cap. 6. *Coler.*

5. *Campum.*] Martium, ubi comitia habebantur.

6. *Impotens.*] Inſolens.

7. *Templo deſcendit.*] Ex loco Marti conſecrato, id eſt, campo Martio, quod templum erat; nuſquam enim cum populo agi licebat niſi in loco ſacro, & omnis locus ſacer templum dicitur. *Oliverius.*

8. *Candida toga.*] Quia ſcilicet competitores ſemper amiciebantur.

9. *Cicereio tamen magis gratulati ſunt.*] Alii legunt, *Tamen Cicereio magiſtratus lati ſunt.*

10. *Ac ne protinus.*] Hoc quoque exemplum Cicero in lib. de Orat. narrat: *Cum mos eſſet candidatorum, ambire populum,*

tens L. Craſſus, cum omnium candidatorum more circum forum ſupplex populo ire cogeretur, nunquam adduci potuit, ut id præſente [1] Q. Scævola graviſſimo & ſapientiſſimo viro ſocero ſuo faceret. Itaque rogabat eum ut à ſe, dum ineptæ rei deſerviret, diſcederet: majorem verecundiam dignitatis ejus, quam candidæ togæ ſuæ reſpectum agens.

5. Pompejus autem Magnus [2] Pharſalica acie victus, à Cæſare, cum poſtero die [3] Lariſſam intraret, oppidique illius univerſus populus obviam ei proceſſiſſet: Ite, inquit, & iſtud officium præſtate victori. Dicerem, non dignus qui vinceretur, niſi à Cæſare ſuperatus eſſet: certe modeſtus in calamitate. Nam quia dignitate ſua ut jam non poterat, uſus eſt verecundia.

6. Quam præcipuam in C. quoque Cæſare fuiſſe, & ſæpenumero apparuit, & ultimus ejus dies ſignificavit. Compluribus enim parricidarum violatus mucronibus, inter ipſum illud tempus, [4] quo divinus ſpiritus mortali diſcernebatur à corpore, ne tribus quidem & viginti vulneribus, quin verecundiæ obſequeretur, abſterreri potuit: Siquidem utraque togam manu demiſit, [5] ut inferiori parte cor-

pulum, hoc eſt, unumquemque eorum, qui ſuffragia dabant, manibus prehenſare, atque orare, ut ſuum ſibi ſuffragium præſtarent, quod profecto ineptum & indignum videbatur, & erat, ut viri patricii cogerentur ſe ſubjicere plebeiis. Oliv.

1. *Q. Scævola.*] Hic Scævola filius P. Scævolæ Juriſperiti, & ab hoc dicitur Cicero quam habebat juris civilis ſcientiam, quantacunque foret, accepiſſe. *Idem.*

2. *Pharſalica acie.*] In campis Philippicis, juxta Pharſaliam urbem Theſſaliæ.

3. *Lariſſam.*] Theſſaliæ civitatem ſe contulit, quo Corneliam uxorem ſuam tantiſper miſerat, dum videretur exitus belli. Lucanus:

Sed quid opus victo populis aut urbibus, inquit,
Victori præſtate fidem. ———

Oliver.

Lariſſam intraret.] Dion lib. XLII. non intraſſe, & Plutarchus in vita hoc Mitylene dixiſſe refert. *Corrad.*

4. *Quo divinus ſpiritus mortali diſcernebatur à corpore.*] Vulgo, *ſecernebatur.* Lib. vett. omnes, *diſcernebatur*, habent. Et recte. Nam proprie *diſcernere* ſignificat ſeparare & dividere. Unde diſcerniculum, acus qua capilli mulierum ante frontem diſcernuntur, Varrone ac Nonio Marcello auctoribus. *Pigh.*

5. *Ut inferiori parte.*] Suetonius. *Cæſar*, inquit, *ubi animadvertit ſe undique ſtrictim pugionibus peti, toga caput obvolvit, ſimul ſiniſtra manu ſinum ad ima crura deduxit, quo honeſtius caderet, etiam inferiore corporis parte velata.* Oliv.

1. *Civi-*

corporis tecta collaberetur. In hunc modum non homines expirant, ſed Dii immortales ſedes ſuas repetunt.

EXTERNA.

1. Quod ſequitur, externis adnectam, quia ante geſtum eſt quam Etruriæ [1] civitas daretur. Excellentis in ea regione pulchritudinis adoleſcens nomine Spurina; cum mira ſpecie complurium fœminarum illuſtrium ſollicitaret oculos, ideoque viris ac parentibus earum ſe ſuſpectum eſſe ſentiret; oris decorem vulneribus confudit, deformitatemque ſanctitatis ſuæ fidem quam formam irritamentum alienæ libidinis eſſe maluit.

2. [2] Athenis quidam ultimæ ſenectutis, cum ſpectatum ludos in theatrum veniſſet, eumque nemo è civibus ſeſſum reciperet; ad Lacedæmoniorum legatos forte pervenit. Qui hominis ætate moti, canos ejus & annos aſſurgendi officio venerati ſunt, ſedemque ei inter ipſos honoratiſſimo loco dederunt. Quod ubi fieri populus aſpexit, maximo plauſu alienæ urbis verecundiam comprobavit. Ferunt tunc unum è Lacedæmoniis dixiſſe, Ergo Athenienſes quid ſit rectum, ſciunt, ſed id facere negligunt.

CAP. VI.

DE AMORE CONJUGALI.

CUIUS EXEMPLA ROM. SUNT.

1. *Ti. Gracchus major.*
2. *C. Plautius Numida.*
3. *M. Plautius.*
4. *Iulia C. F. Cn. Magni.*
5. *Porcia, M.F.M. Bruti.*

EXTERNA.

1. *Artemiſia Mauſoli regis.*
2. *Hipſicratea Mithridatis regis.*
3. *Lacæna Minyarum.*

A Placido, & leni affectu, ad æque honeſtum, verum aliquanto ardentiorem & concitatiorem pergam: legitimique amoris, quaſi quaſdam imagines, non ſine maxima

1. *Civitas daretur.*] Antequam cives Romani fierent Hetruſci; nam conſtat Hetruriæ datam aliquando fuiſſe civitatem.

2. *Athenis.*] Vide Ciceronem in Catone Majore.

xima veneratione contemplandas lectoris oculis ſubjiciam; valenter inter conjuges ſtabilitæ fidei opera percurrens, ardua imitatu, ceterum cognoſci utilia. [1] Quia excellentiſſima animadvertenti, ne mediocria quidem præſtare, rubori oportet eſſe.

1. [2] Ti. Gracchus anguibus domi ſuæ mare ac fœmina apprehenſis, certior factus ab aruſpice, mare dimiſſo, uxori ejus; fœmina, ipſi celerem obitum inſtare: ſalutarem conjugi potius, quam ſibi partem augurii ſecutus, marem necari, fœminam dimitti juſſit: ſuſtinuitque in conſpectu ſuo ſeipſum interitu ſerpentis [3] occidi. Itaque [4] Corneliam neſcio utrum fœliciorem dixerim, quod talem virum habuerit, an miſeriorem, quod amiſerit. [5] O te Theſſaliæ rex Admete crudelis, & diri facti crimine ſub magno judice damnatum! qui conjugis tuæ fata pro tuis permutari paſſus es, eaque, ne tu extingueteris, voluntario obitu conſum-

1. *Quia excellentiſſima.*] Vere inquam, eſt ardua, quia quæ in aliis magna & ſolemnia recognoſcit, erubeſcit, ſi ipſe mediocria non præſtet.

2. *Tiberius Gracchus.*] Plinius lib. VII. *Gracchorum*, inquit, *pater anguibus comprehenſis in domo, cum reſponderetur ipſum victurum alterius ſexu intercmpto, immo vero, inquit, meum necate. Cornelia enim juvenis eſt, & parere adhuc poteſt. Hac erat uxori, patriæ, & reipublicæ conſulere: idque mox conſecutum eſt.* Oliverius.

3. *Occidi.*] Non quod eum illo ſtatim extinctus ſit, ſed quod paulo poſt ſe moriturum ex augure didicerat.

4. *Corneliam.*] Hanc, ut ſupra diximus in cap. de Reconciliaris, Gracchus poſt factam ad ſacras menſas reconciliationem accepit uxorem.

5. *O te Theſſaliæ rex Admete.*] Admetus rex Theſſaliæ gravi morbo implicitus per legatos Apollinem de ſalute conſuluit. Apollo reſpondit ita eum vivere poſſe, ſi quempiam inveniret, qui vellet pro eo fata ſubire. Tentatis igitur omnibus propinquis, amicis, clientibus, & ipſis denique ſervis, ſola uxor inventa eſt, quæ pro eo mori voluerit. Reprehendit autem, & quodammodo deteſtatur eum Valerius, quod fideliſſimæ uxori ſuperſtes eſſe voluerit. Fuit hæc Alceſtis nomine Peliæ Theſſaliæ regis filia ex Anaxibia, fœmina quidem formoſiſſima, ex qua natus eſt Eumelus Admeti filius, qui ad Trojam cum aliis Græcorum ducibus veniens, XI. præfuit navibus. Hæc uſque adeo virum amavit, ut voluntariam pro illo mortem ſuſcipere non recuſaverit. De quo Seneca in Medea:

Conjugis fatum redimens Pheræi
Uxor impendit animam marito.

Ovidius lib. III. de Ponto de uxore ſua dixit:

Si mea mors redimenda foret, quod abominor eſſe;
Admeti conjunx, quam ſequereris, erat.

Hanc Plato dicit in Sympoſio propter hoc factum meruiſſe à Diis immortalibus, ut ab inferis revocaretur ad ſuperos. *Oliv.*

1. *Fœmi-*

ſumpta, lucem intueri potuiſti. Et certe prius parentum indulgentiam tentaveras, [1] fœmineo animo impar inventus.

2. Vilior Graccho iniquæ fortunæ victima, quamvis ſenatorii vir ordinis C. Plautius Numida, ſed in conſimili amore, par exemplum. Morte enim uxoris audita, doloris impotens pectus ſuum gladio percuſſit. Interventu deinde domeſticorum inceptum exequi prohibitus, [2] colligatuſque; ut primum occaſio data eſt ſciſſis [3] faſciis, & vulnere divulſo, conſtanti dextera ſpiritum luctus acerbitate permiſtum, ex ipſis præcordiis & viſceribus hauſit. Tam violenta morte teſtatus, quantum maritalis flammæ illo pectore clauſum habuiſſet.

3. [4] Ejuſdem ut nominis, ita amoris quoque M. Plautius. Nam cum imperio ſenatus claſſem ſociorum ſexaginta navium in Aſiam reduceret, Tarentumque appuliſſet, atque ibi uxor ejus Oreſtilla, quæ illuc eum proſecuta fuerat, morbo preſſa deceſſiſſet; funerata ea, atque in [5] rogum impoſita, inter officium [6] ungendi, & oſculandi, ſtricto ferro incubuit. Quem amici, ſicut erat, togatum & calceatum corpori conjugis junxerunt: ac deinde ſubjectis facibus,

1. *Fœmineo animo impar.*] Uxoris tuæ, quæ pro te mori voluit, cum tu pro parentum ſalute, quos pro te mori ſollicitaveras, nec pro tua neceſſitate, quia ſemel moriendum erat, mori velles. *Badius.*

2. *Colligatuſque.*] Habens vulnus, quod ſibi in pectore fecerat, ab illis ligatum.

3. *Faſciis.*] Panniculis, linteis, quibus vulnus ligatum erat.

4. *Ejuſdem ut nominis.*] Hoc contigit confecto jam bello Macedonico, in quo Rom. Aſiæ populorum armis & opera fuerant uſi, debellata ergo provincia, & peractis rebus omnibus cum ad ſocios remitterentur, claſſi ei & legationi præfecerunt C. Plautium Senatorium virum, & in republica non obſcurum. *Oliv.*

5. *Rogum.*] Rogum accepерimus non pro incenſa pyra, ſed parata incendi.

6. *Ungendi.*] Apud majores & cadavera pretioſis quibuſdam unguentis deliniebantur, & in rogis multa ſimul aromata cum cadaveribus cremabantur. Unde legitur de Sylla tantam multitudinem aromatum in ejus rogo conſumptam, ut imago ejus his unguentis effigiem quandam contraxerit. Virgilius in ſexto de Miſeno;

—— *Corpuſque lavant frigentis & ungunt.* Oliv.

* *Quorum ibi factum ſepulchrum, Tarenti etiamnum conſpicitur.*] Vox *Tarenti*, à gloſſula eſt. dele. Nam de urbe ea ante ſtatim ſermo, & nunc addit, *ibi.* Lipſ.

bus, utrumque una cremaverunt. Quorum ibi factum ſepulchrum Tarenti etiamnum conſpicitur, quod vocatur ΤΩΝ ΦΙΛΟΥΝΤΩΝ. Nec dubito, quin, ſi quis modo extinctis ſenſus ineſt, Plautius, & Oreſtilla, fati conſortione geſtientes vultus tenebris intulerint: Sane ubi idem & maximus & honeſtiſſimus amor eſt, aliquanto præſtat morte jungi, quam vita diſtrahi.

4. [1] Conſimilis affectus Juliæ C. Cæſaris filiæ annotatus eſt. Quæ cum [2] ædilitiis comitiis [3] Pompeji Magni conjugis ſui veſtem cruore reſperſam [4] è campo domum relatam vidiſſet: territa metu ne qua ei vis eſſet allata, exanimis concidit, partumque, quem utero conceptum habebat, ſubita animi conſternatione & gravi dolore corporis ejicere coacta eſt. Atque ita expiravit, magno quidem cum totius terrarum [5] orbis detrimento: cujus tranquillitas tot civilium bellorum truculentiſſimo furore perturbata non eſſet, ſi Cæſaris & Pompeji concordia [6] communis ſanguinis vinculo conſtricta manſiſſet.

5. [7] Tuos quoque caſtiſſimos ignes [8] Portia, M. Catonis filia, cuncta ſecula debita admiratione proſequentur: Quæ cum [9] apud Phillipos victum & interemptum * virum tuum

1. *Conſimilis, &c.*] Contig. A U. DCXCIX.

2. *Ædilitiis comitiis.*] Quibus creabantur ædiles.

3. *Pompeii Magni.*] Plutarchus in vita Pompeii ſic tradit: *Comitiis ædilitiis cum manus quidam conſeruiſſent, & circa Pompejum multi cecidiſſent, cruore cæſorum perfuſus, veſtes mutavit, & cum multus ſervorum tumultus ad ædes ejus fieret, inter ferendum veſtes puella prægnans viſa cruenta toga concidit, nec multo poſt abortivum enixa, periit.* Oliv.

4. *E campo.*] Martio, ubi comitia habebantur.

5. *Orbis detrimento.*] Quia poſt hujus mortem ſecuta bella civilia inter Cæſarem & Pompejum; quæ totum terrarum orbem gravi clade concuſſerunt.

6. *Communis ſanguinis vinculo.*] Scilicet *affinitate*: quia, ſi vixiſſet Julia, potuit Pompejum cum ſocero patre ſuo in perpetua concordia tenere.

7. *Tuos, &c.*] Contigit A. U. DCCXI.

8. *Portia.*] Hæc, ut in capitulo de Fortitudine diximus, cognito viri conſilio, quod de interficiendo Cæſare cum Caſſio cæperat, priuſquam tantum facinus aggrederetur Brutus, experiri voluit, nunquid poſſet fortiter mori, ſi res marito infeliciter ceſſiſſet, & accepta novacula, ſimulans ungues velle præcidere, manum ſibi non leviter ſauciavit. *Oliv.*

9. *Apud Philippos.*] Sc. campos, videlicet in Theſſalia victum ab Antonio & Auguſto.

* *Virum*

tuum Brutum cognoſceres, quia ferrum non dabatur, ardentes ore carbones haurire non dubitâſti, muliebri ſpiritu virilem patris exitum imitata. Sed neſcio an hoc fortius, quod ille uſitato, tu novo genere mortis abſumta es.

EXTERNA.

1. [1] Sunt & alienigeni amores juſti, obſcuritate ignorantiæ non obruti. è quibus paucos attigiſſe ſatis erit. Gentis Cariæ regina [2] Artemiſia virum ſuum Mauſolum fato abſumptum quantopere deſiderarit, leve eſt, poſt conquiſitorum omnis generis honorum, monimentique uſque [3] ad ſeptem miracula provecti, magnificentiam, argumentari. Quid

* *Virum tuum Brutum cognoſceres.*] M. Brutus, ut quidam volunt Serviliæ Catonis ſororis filius, Porciam Catonis, defuncto priore mariro, duxit uxurem.

1. *Sunt & alienigeni.*] Tranſit ad externa, quorum primum eſt Artemiſiæ reginæ filiæ Ligdami Halicarnaſſei, & uxoris Mauſoli regis Cariæ, quæ virum amaſſe fertur ſupra omnes amorum fabulas, ultraque affectionis humanæ fidem. Mauſolus autem fuit, ut Cicero refert, rex terræ Cariæ, ut quidam Hiſtoriarum Græcarum Scriptures, provinciæ Græciæ præfectus, quem Græci σατράπην vucant. Is Mauſolus ubi fato perfunctus eſt, inter lamenta & manus uxoris funere magnifico ſepultus eſt, Artemiſia luctu, & deſiderio mariti flagrans, oſſa cineremque ejus mixta odoribus contuſa, in pulveris ſpecie aquæ imbibit, editque. Multa alia violenti amoris indicia feciſſe dicitur. Molita quoque eſt ingenti impetu opus conſervandæ mariti memoriæ ſepulcrum illud memoratiſſimum, dignatumque numerari inter ſeptem omnium terrarum miracula. Id monumentum Artemiſia cum Diis manibus ſacris Mauſoli dicaret, Agona, id eſt, certamen laudibus ejus dicundis fecit, poſuitque præmia pecuniæ aliarumque rerum bonarum ampliſſima. Ad eas laudes decantandas veniſſe dicuntur Theopompus, Theodotes, & Naucrates, & ut quidam volunt, Iſocrates. Hujus autem certaminis victorem Theopompum fuiſſe tradunt. Fuit Iſocratis diſcipulus. Cicero Tuſc. lib. III. *Et Artemiſia*, inquit, *illa Mauſoli Cariæ regis uxor, quæ nobile illud Halicarnaſſi fecit ſepulchrum, quoad vixit ſemper vixit in luctu, eodemque etiam confecta contabuit.* Huic erat illius opinio quotidie recens, quæ tum denique appellabatur recens, cum vetuſtate exaruit. *Oliv.*

2. *Artemiſia.*] Hecatomnus Cariæ rex tres habuit filios, Mauſolum, Hidrieum & Pyxodarum, & filias duas, è quibus Artemiſia grandior Mauſolo ex fratribus grandiori nupſit; ſecundo vero Hidrieo altera ſoror data eſt nomine Ada. Mauſolus itaque regnavit, quo mortuo uxor imperium habuit, quæ illi ſepulchrum conſtruxit. Artemiſia tabe conſumpta propter luctum, quem ex viro ſuo ſuſceperat. Hæc Strabo, qui non cunvenit cum Herodoto de Artemiſia, nam Herodotus libro Hiſt. VII. dicit Artemiſiam Ligdami Halicarnaſſei, non Hecatomni Cariæ regis filiam fuiſſe. *Idem.*

3. *Ad ſeptem miracula provecti.*] Plinius libro XXXVI. Nat. Hiſt. hoc inter ſeptem mundi miracula connumerari dicit,

Quid enim aut eos colligas, aut de illo inclyto tumulo loquare, cum ipſa Mauſoli vivum ac ſpirans ſepulchrum fieri concupierit, eorum teſtimonio, qui illam extincti oſſa potione aſperſa [1] bibiſſe tradunt?

Hipſicratea quoque regina [2] Mithridatem [3] conjugem ſuum [4] effuſis charitatis habenis amavit: propter quem præcipuum formæ ſuæ decorem in habitum virilem convertere voluptatis loco habuit: Tonſis enim capillis equo ſe & armis aſſuefecit, quo facilius laboribus & periculis ejus in-

cit, ſepulcrumque factum fuiſſe à quatuor præſtantiſſimis artificibus, Scopa, Bryaxi, Timotheo, & Leochare: patere ab Auſtro & Septentrione ſexagenos ternos pedes, brevius à frontibus, toto circuitu pedes quadringentos undecim, attolli in altitudinem XXV. cubitis, cingi columnis XXXVI. ab oriente celaſſe Scopam, à Septentrione Bryaxin, à Meridie Timotheum, ab occaſu Leocharem, & ſubjungit Artemiſiam reginam tanti operis auctorem opere nondum abſoluto periiſſe. Sculptores tamen inde non receſſiſſe, niſi perfecto opere: quod ſuæ gloriæ, & ipſorum arti perpetuum monumentum fore viderent. Cujus rei multi meminere Scriptores atque Poëtæ. *Oliverius.*

1. *Bibiſſe tradunt.*] Tradidit Theopompus, ex quo fortaſſe ſumſit Agellius & alii. Suidas ex eodem ſcribit φθισεῖ demum mortuam. Idem affirmat Strabo lib. XIV. *Coler.*

2. *Mitridatem.*] Mithridates Ponti & Bithyniæ rex inclytus fuit, de quo Plinius lib. XXV Nat. Hiſt. ſic tradit: *Mithridates maximus ſua ætate regum, quem debellavit Pompeius, omnium ante ſe genitorum diligentiſſimus vitæ fuiſſe argumentis præterquam fama intelligitur. Uni ei excogitatum quotidie venenum bibere præſumptis remediis, ut conſuetudine ipſa innoxium fieret.* de cujus memoria paulo infra ſic inquit, *iſtum ſolum mortalium Mithridatem,* XXII. *linguis locutum certum eſt, nec de ſubjectis gentibus ullum hominem per interpretem appellatum ab eo annis* LVI. *quibus regnavit.* Quod & Gell. & Solin. affirmavit, qui, quod majus eſt, unumquemque ſuo nomine ex tot millibus appellare ſolitum fuiſſe dicunt, perinde lingua & oratione uniuſcujuſq; non minus ſcite, quam ſi gentilis ejus fuiſſet locutum fuiſſe. De cujus morte varia tradunt auctores: nam alii dicunt victum à Pompejo, quum ſibi mortem inferre decreviſſet, violentiſſima venena ſumpſiſſe, denique ſe gladio transfixiſſe. Autor de Viris illuſtribus dicit illum venenum aſſumpſiſſe, quo tarde agente, percuſſorem Gallum atroci vultu territum revocaſſe, & in cædem ſuam manum trepidantis adjuviſſe. Alii vero acutiſſimo veneno extinctum fuiſſe aſſerunt, quorum opinionem Lucanus ſecutus eſt lib. I. quum dixit:

Poſt Ciliciaſque vagos, & lapſi Pontica regis
Prælia barbarico vix conſummata veneno.

Oliverius.

3. *Conjugem ſuum.*] Sunt qui dicant non Mithridatis uxorem fuiſſe, ſed concubinam; cujus ſententiæ Plutarchus in vita Pompeji.

4. *Effuſis charitatis habenis.*] Late extenſis. Sicut equus effuſis habenis late excurrit.

1. *Quin*

intereſſet. [1] Quinetiam victum à Cn. Pompejo per efferatas gentes fugientem, animo pariter & corpore infatigabili ſecuta eſt: Cujus tanta fides aſperarum atque difficilium rerum Mithridati maximum ſolatium, & jucundiſſimum lenimentum fuit: cum domo enim & penatibus vagari ſe credidit, uxore ſimul exulante.

2. Verum quid Aſiam, quid barbariæ immenſas ſolitudines, quid latebras Pontici ſinus ſcrutor? cum ſplendidiſſimum [2] totius Græciæ decus Lacedæmon, præcipuum [3] uxoriæ fidei ſpecimen noſtris oſtentet oculis, plurimis & maximis patriæ ſuæ laudibus admiratione facti comparandum.

3. [4] Minyæ, quorum origo ex inclyto ſociorum Jaſonis numero Lemniorum in [5] inſula concepta, per aliquot ſeculorum vices ſtabili in ſede manſerat, à Pelaſgis expulſi armis, alienæ opis indigi, excelſa [6] Taygetorum montium juga ſupplices occupaverant. Quos Spartana civitas recepit reſpectu Tyndaridarum. Namque in illo nobilis famæ navigio deſtinatum ſideribus par fratrum fulſerat: deductoſque inde, legibus commodiſque ſuis immiſcuit. Sed hoc tantum beneficium in injuriam bene meritæ urbis, regnum affectantes, verterunt. Igitur publicæ cuſtodiæ incluſi, capitali ſervabantur ſupplicio: Quod cum vetere inſtituto Lacædemoniorum nocturno tempore paſſuri eſſent, conjuges eorum illuſtris ibi ſanguinis: velut allocuturæ perituros viros, impetrato à cuſtodibus aditu, carcerem

rem

1. *Quinetiam, &c.*] Contigit A. U. DCXXCVII.

2. *Totius.*] Nam Lacædemomii aliquando Græcorum principes fuerunt ſubactis Athenienſibus.

3. *Uxoriæ fidei ſpecimen.*] Cleombroti uxorem intelligere videtur, de qua Plutarchus in Agide. *Corradus.*

4. *Minyæ.*] Herodotus libro IV. Sed Plutarchus de Claris Mul. Tyrrhenas vocat. *Corradus. Minyæ, quorum origo.*] Minyæ populi Theſſaliæ una cum Jaſone & cæteris Argonautis ad inſulam Colchos navigarunt ad aureum vellus rapiendum. Unde Ovid. l. XI. Metam.

Jamque fretum Minyæ Pagaſea puppe ſecabant. Oliv.

5. *Inſula concepta.*] Ibi enim Argònautæ benigne excepti fuere ab Hypſiphyle regina Lemni.

6. *Taygetorum mont.*] Montes ſunt Laconiæ inter Lacedæmona & mare poſiti.

1. *Deſerta*

rem intraverunt; commutataque veſte per ſimulationem doloris, velatis capitibus eos abire paſſæ ſunt. Hoc loco quid aliud adjecerim, quam dignas fuiſſe, quibus Minyæ nuberent?

CAP. VII.

DE AMICITIÆ VINCULO.

QVO IVNCTI ROMANI.

1. *Ti. Sempronius Gracchus cum C. Bloſio.*
2. *Sempron. Gracchus cum Pomponio & Latorio.*
3. *L. Rheginus cum Q. Servilio Cæpione.*
4. *T. Volumius cum M. Lucullo.*
5. *L. Petronius cum P. Cælio.*
6. *Ser. Terentius cum D. Bruto.*
7. *C. Lælius cum Scipione, & M. Agrippa cum Auguſto.*

EXTERNI.

1. *Damon cum Pythia.*
2. *Alexander Magnus cum Epheſtione.*

CONtemplemur nunc amicitiæ vinculum potens, & prævalidum, neque ulla ex parte ſanguinis viribus inferius. Hoc etiam certius & exploratius, quod illud naſcendi ſors, fortuitum opus; hoc uniuſcujuſque ſolido judicio incoacta voluntas contrahit. Itaque celerius eſt ſine reprehenſione propinquum avertere, quam amicum: quia altera diremptio iniquitatis, altera utique levitatis crimini ſubjecta eſt. Cum enim [1] deſerta ſit futura vita hominis nullius amicitiæ cincta præſidio, tam neceſſarium ſubſidium temere aſſumi non debet: ſemel autem recte apprehenſum ſperni non convenit. Sinceræ verò fidei amici præcipue in adverſis rebus cognoſcuntur: in quibus quicquid præſtatur, totum à conſtanti benevolentia proficiſcitur. Felicitatis cultus, majore ex parte adulationi, quàm charitati erogatus, certe ſuſpectus eſt: perinde ac ſi plus ſemper petat, quam impendat. Accedit huc, quod [2] infractæ fortunæ

1. D*Eſerta futuræ.*] Quæſtio erat apud veteres, an amicitia natura an ab imbecillitate humana orta eſſet, & pro natura quidem Cicero præclare diſputat in Lælio. *Coler.*

2. *Infractæ fortunæ.*] Pro *valde fractæ fortunæ.* Nam *in* auget hoc loco. Virgilius:

Turnus ut infractos adverſo Marte Latinos.

1. *Huma-*

fortunæ homines, magis amicorum ſtudia deſiderant, vel præſidii, vel ſolatii gratia. Nam læta quidem, & proſpera negotia, utpote cum divina ſuffragratione foveantur, [1] humana minus indigent. Tenacius igitur eorum nomina poſteritatis memoria apprehendit, qui adverſos amicorum caſus non deſeruerunt; quam qui proſperum vitæ curſum comitati ſunt. Nemo de [2] Sardanapali familiaribus loquitur. [3] Oreſtes Pylade pene amico, quàm Agamemnone [4] patre notior eſt. Siquidem illorum amicitia in conſortione deliciarum & luxuriæ contabuit: horum, duræ atque aſperæ conditionis ſolatium, ipſarum miſeriarum experimento enituit. Sed quid externa attingo, cum domeſticis prius liceat uti?

1. Ini-

1. *Humana.*] Scilicet ſuffragatione.

2. *Sardanapali.*] Sardanapalus rex ultimus Aſſyriorum fuit, muliere corruptior, ad quem videndum, quod nemini concedebatur, cum præfectus ejus Arbactus nomine, quem Medis præpoſuerat, magna ambitione ut intromitteretur ægre obtinuiſſet, invenit eum inter ſcortorum gregem purpuram colo nentem, & muliebri habitu cum mollitie corporis & oculorum laſcivia omnes fœminas antecedentem, & penſa inter virgines partientem. Quibus viſis, indignatus tali fœminæ tantos viros eſſe ſubjectos, tractantique lanam ferrum & arma habentes parere, progreſſus ad ſocios, quid viderit refert: negat ſe ei parere poſſe, qui ſe fœminam malit eſſe quam virum. Fit igitur conjuratio, bellum Sardanapalo infertur; quo ille audito, non, ut vir, regnum defenſurus, ſed metu mortis, ut mulieres ſolent, primo latebras circumſpicit, mox deinde cum paucis, & incompoſitis in bellum progreditur. Victus in regiam ſe recepit, ubi extructa incenſaque pyra, & ſe, & divitias ſuas præcipitavit in ignem, hoc ſolum imitatus virum. Sed antequam moreretur, juſſit (teſte Cicerone lib. v. Tuſculanar.) verba hæc buſto ſuo inſcribi:

Hæc habui, quæ edi, quæque exſaturata libido
Hauſit: at illa jacent multa & præclara relicta. Oliv.

3. *Oreſtes Pylade.*] Pylades & Oreſtes inter admodum pauca verorum amicorum paria connumerantur. Qui, ut à Pacuvio introducuntur, cum in Tauricam regionem veniſſent deponendi furoris gratia, quo poſt cæſam matrem vexabatur Oreſtes, & à rege comprehenſi eſſent, quod ſimulachrum Palladis inde auferre voluiſſent, idque culpa Oreſtis foret, quod cum ſorore Iphigenia convenerat de furto, capitiſque damnatus eſſet, tanto ſe invicem amore tuebantur, ut cum rex vellet Oreſtem interficere, nec uter eorum eſſet, ſciret, Pylades ſe Oreſtem eſſe aſſeveraret, ut pro Oreſte interficeretur, nec minus Oreſtes ſe profitebatur Oreſtem. De his ergo nulla ætas conticeſcet. Tullius in Lælio: *Cum ignorante uter eſſet Oreſtes, Pylades ſe Oreſtem eſſe diceret, ut pro illo necaretur; Oreſtes autem, ita ut erat, Oreſtem ſe eſſe perſeveraret, ſtantes plaudebant in re ficta.* Oliv.

4. *Patre notior eſt.*] Qui ipſum in adverſis non deſeruit, ſed furentem in

Tau-

1. [1] Inimicus patriæ fuiſſe Ti. Gracchus exiſtimatus eſt, nec immerito, quia potentiam ſuam ſaluti ejus prætulerat. Quam conſtantis tamen fidei amicum etiam in hoc tam pravo propoſito [2] C. Bloſium [3] Cumanum habuerit, operæ pretium eſt cognoſcere. Hoſtis judicatus ultimo ſupplicio affectus, ſepulturæ honorē ſpoliatus, benevolentia tamen ejus non caruit. Nam cum ſenatus [4] Rupilio, & Lænati conſulibus mandâſſet, ut in eos qui cum Graccho conſenſerant, more majorum animadverterent; & ad Lælium, cujus conſilio præcipue conſules utebantur, pro ſe Bloſius deprecatum veniſſet, familiaritatiſque excuſatione uteretur, atque is dixiſſet, Quid ſi te Gracchus templo Jovis Opt. Max. faces ſubdere juſſiſſet; obſecuturuſne voluntati illius, propter iſtam quam jactas familiaritatem, fuiſſes? Nunquam iſtud, inquit, Gracchus imperâſſet. Satis, imo etiam nimium: totius namque ſenatus conſenſu damnatos mores defendere auſus eſt. Verum quod ſequitur, multo audacius, multoque periculoſius: compreſſus enim perſeveranti interrogatione Lælii, in eodem conſtantiæ gradu ſtetit: ſeque etiam hoc, ſi modo Gracchus annuiſſet, facturum reſpondit. Quis illum ſceleratum putâſſet fuiſſe, ſi tacuiſſet? Quis non etiam ſapientem, ſi pro neceſſitate tem-

Tauricam uſque regionem proſecutus eſt.

1. *Inimicus patriæ.*] Sæpius dictum eſt, duos Gracchos, Tiberium & Caium, fratres, ob graviſſimas ſeditiones, quas in populo ſuis legibus excitabant, hoſtes à Senatu fuiſſe judicatos, & utrumque à nobilitate cæſum, alterum à Naſica, alterum ab Opimio. Quo tandem caſo, Bloſius ad Ariſtonicum regem confugit. Profligatis deinde rebus Ariſtonici, mortem ſibi conſcivit. Unde Cicero: *Itaque hac amentia quæſtione nova perterritus in Aſiam profugis, & ad hoſtes ſe contulit, ubi pœnas reipublicæ graves juſtaſque perſolvit.* Oliv. Contigit A.U. DCXXI.

2. *C. Bloſius.*] Cicero vocat *C. Bloſſium.* Emendo abſque ulla hæſitatione: *C. Bloſſius Campanus*, non, *Cumanus*. Pro me eſt Cicero in Rulliana: *Hunc Capuæ Campano ſupercilio ac regio ſpiritu cum videremus, Magios, Cloſſios mihi videbat illos videre ac Iubellios.* ſane Bloſſii ſpiritus vel ex hoc exemplo non vulgaris. *Coler.*

3. *Cumanum.*] A Cumis, civitate Campaniæ, juxta Baias, Dicimus *Cumanus*, & *Cumeus*. Virgilius:

Ultima Cumei venit jam carminis ætas.

4. *Rupilio, & Lænati.*] Sulpitio videtur legendum hic *& in Lelio.* A. Naſica interrogatum ſcribit Plutarchus in Gracchis. *Corrad.*

Læ-

temporis locutus eſſet? At Bloſius nec ſilentio honeſto, nec prudenti ſermone ſalutem ſuam, ne qua ex parte infelicis amicitiæ memoriam desereret, tueri voluit.

2. In eadem domo æquè robuſta conſtantis amicitiæ exempla oboriuntur. Proſtratis enim jam & perditis C. Gracchi conſiliis, rebuſque, cum tota ejus conſpiratio latè quæreretur, deſertum omni auxilio, duo tantum amici, Pomponius & [1] Lætorius, ab infeſtis & undique ruentibus telis, oppoſitu corporum ſuorum texerunt: Quorum Pomponius, quo is facilius evaderet, concitatum ſequentium agmen in porta [2] Trigemina aliquandiu acerrima pugna inhibuit: nec vivus pelli potuit, ſed multis confectus vulneribus, tranſitum eis ſuper cadaver ſuum (credo etiam poſt fata invitus) dedit. Lætorius autem in [3] ponte Sublicio conſtitit, & eum, donec Gracchus tranſiret, ardore ſpiritus ſui ſepſit: ac vi jam multitudinis obrutus, converſo in ſe gladio, celeri ſaltu profundum Tiberis petiit: quamque in eo ponte charitatem toti patriæ [4] Horatius Cocles exhibuerat, unius amicitiæ [5] adjecta voluntaria morte, præſtitit. Quam bonos Gracchi, ſi aut patris aut [6] materni avi ſectam vitæ ingredi voluiſſent, habere milites potuerant! Quo enim impetu, qua perſeverantia animi Bloſius, & Pomponius, & Lætorius trophæa ac triumphos eorum adjuviſſent, furioſi conatus tam ſtrenui comites! [7] ſiniſtris quidem auſpiciis amicitiæ conditionem ſecuti: ſed quo miſeriora, hoc certiora fideliter cultæ nobilitatis exempla.

3. [8] L. autem Rheginus, ſi ad debitam publico miniſterio

1. *Lætorius.*] Licinium vocat Plutarch.

2. *Trigemina porta*] Dicta, per quam tergemini fratres Horatii exierunt contra Curiatios, de ſumma imperii certaturi, ut inter imperatores convenerat.

3. *Ponte ſublicio.*] Vide ſupra.

4. *Horatius Cocles.*] Qui Porſenæ regis exercitum tam diu ſolus ſuſtinuit in ponte, donec à tergo fractus pons, præcluſuſque hoſtibus aditus fuit, ut in cap. de Fortitudine diximus. *Oliv.*

5. *Adjecta voluntaria morte.*] Cum Cocles ſalvus enataverit.

6. *Materni avi.*] Scipionis ſuperioris, cujus Cornelia mater Gracchorum erat filia.

7. *Siniſtris quidem auſpiciis.*] Infauſtis inceptis, quia malum ſortita ſunt finem.

8. *Lucius autem Rheginus.*] C. Manlius

rio ſinceritatem exigatur, poſteritatis convitio lacerandus: ſi amicitiæ fido pignore æſtimetur, in optimo laudabilis conſcientiæ portu relinquendus eſt. Trib. enim plebis Cæpionem in carcerem conjectum, quod illius culpa exercitus noſter à [1] Cimbris & Teutonis videbatur deletus, veteris arctæque amicitiæ memor publica cuſtodia liberavit: nec eatenus amicum egiſſe contentus, etiam fugæ ejus comes acceſſit. Pro, magnum & inexuperabile tuum numen Amicitia! cum ex altera parte reſpublica manum injiceret, ex altera tua illum dextera traheret: & illa ut [2] ſacroſanctus eſſe vellet, exigeret, tu exilium indiceres. Adeo blando uteris imperio, quod is ſupplicium honori prætulerit.

4. [3] Admirabile hoc opus tuum; ſed quod ſequitur, aliquanto laudabilius. Recognoſce enim quouſque T. Volumnii conſtantem erga amicum ſuum charitatem ſine ulla reipublicæ injuria evexeris? qui ortus equeſtri loco, cum M. Lucullum familiariter coluiſſet, eumque M. Antonius, quia Bruti & Caſſii partes ſecutus fuerat, interemiſſet: in magna fugiendi [4] licentia, exanimi amico adhæſit:;

& Q. Servius Cæpio, proconſules adverſus Gallos, Cimbros, Senones & Teutones miſſi, prœlio victi, & binis caſtris exuti ſunt, militum millia LXXX. cæſa: juxta acta Cæpionis, cujus temeritate clades accepta fuerat, damnati, & eorum bona publicata ſunt. Hic autem Fabio ſucceſſerat, qui rebus in Hiſpania proſpere geſtis labem impoſuerat, pace cum Viriato fugitivorum duce æquis conditionibus facta, qui deinde Viriatus à proditoribus hujus Servilii Cæpionis conſilio interfectus eſt, ab exercitu ſuo multum deploratus, ac nobiliter ſepultus, vir duxque magnus, & per tres & viginti annos, quibus cum Romanis bella tractavit, frequenter ſuperior. Huic igitur Cæpionem in vincula conjectum L. Rheginus vi amoris impulſus cuſtodia liberavit, & fugæ illi ſe comitem dedit. *Oliv.* Contigit A. U. DCLVIII.

1. *Cimbris & Teutonis.*] Adverſus Gallos male pugnatum dixit Salluſtius in fine belli Jugurthini. alii autem, ut Oroſius & Eutropius volunt, Manlium & Cæpionem à Cimbris, Teutonis, Tigurinis & Ambronibus victos fuiſſe ſcribunt. Cum itaque conſtet fuiſſe Cimbros & Teutonas Germanos; Tigurinas vero & Ambronas Gallos, utrumque verum contra Gallos & Germanos ſimul male pugnatum. Quin & Gallos cum Germanis non ſemel confudit Antiquitas.

2. *Sacroſanctus.*] Inviolatus, cum tribunus plebis eſſet.

3. *Admirabile, &c.*] Contigit A. U. DCCXI.

4. *Licentia.*] Facultate fugiendi.

1. *Con-*

hæſit; hucuſque in lachrymas & gemitus profuſus, ut nimia pietate cauſſam ſibi mortis accerſeret. Namque propter præcipuam & perſeverantem lamentationem ad Antonium pertractus eſt: cujus poſtquam in conſpectu ſtetit, Jube me inquit, Imperator, protinus ad Luculli corpus perductum occidi. Neque enim abſumpto illo ſupereſſe debeo, cum ei infelicis militiæ auctor extiterim. Quid hac fidelius benevolentia? mortem amici, hoſtis odio levavit, vitam ſuam [1] conſilii crimine aſtrinxit: quoque illum miſerabiliorem redderet, ſe fecit inviſiorem. Nec difficiles Antonii aures habuit, ductuſque quo voluerat, Luculli dexteram avide oſculatus, caput, quod abſciſſum jacebat, ſublevatum pectori ſuo applicavit, ac deinde demiſſam cervicem victoris gladio præbuit. Loquatur nunc Græcia [2] Theſeum nefandis [3] Pirithoi amoribus ſubſcribentem, Ditis ſe patris regnis commiſiſſe. Vani eſt iſtud narrare, ſtulti credere. Miſtum cruorem amicorum, & [4] vulneribus innexa vulnera, mortemque morti inhærentem videre hæc vera Romanæ amicitiæ indicia; illa gentis ad fingendum paratæ monſtro ſimilia mendacia.

5. [5] L. quoque Petronius hujuſce laudis conſortionem merito vendicat: pari etenim & inclytæ amicitiæ auſo par gloriæ portio auferenda eſt. Admodum humili loco natus ad equeſtrem ordinem, & ſplendidæ militiæ ſtipendia, P. Cælii beneficio pervenerat, cui gratum animum, quia in læta materia exhibere non contigerat, in ea, quam iniquam fortuna eſſe voluit, cum multa fide præſtitit. Erat ab

1. *Conſilii crimine.*] Dati Lucullo.

2. *Theſeum.*] Filium Ægei regis Athenarum.

3. *Pirithoi.*] Amici ſui, qui Proſerpinam Cereris filiam, & Orci ſeu Plutonis, id eſt, regis inferorum (ut fabulæ prædicant, at qui ad hiſtoriam referre volunt, contendunt regis Moloſſorum) conjugem deperibat. Unde cum eo Theſeus ad eam rapiendam deſcendit, ſed ambo capti dicuntur, & Theſeus tandem ab Hercule liberatus. *Bad.*

4. *Vulneribus innexa vulnera.*] Quia applicata ſunt vulnera poſterius cæſi, ad vulnera prius cæſi.

5. *Lucius quoque, &c.*] Hoc contigit civili bello, quod à Cinna & Mario, poſt eorum exilium, factum eſt, cum Placentiam urbem expugnaſſent. *Oliv.* Contigit A. U. DCLXVI.

ab Octavio conſule [1] Placentiæ propoſitus Cælius: quia à Cinnano exercitu capta, & ſenior jam, & gravi valetudine affectus, ne in poteſtatem hoſtium veniret, ad auxilium dextræ Petronii confugit. Quem is ab incepto conſilio fruſtra conatus abſtrahere, in iiſdem perſeverantem precibus interemit, cædique ejus ſuam junxit: ne eo jacente, per quem omnia dignitatis incrementa aſſecutus fuerat, ſupereſſet. [2] Ita alterius fatò magnanimitas, alterius [3] pietas cauſam præbuit.

6. Jungendus eſt Petronio [4] Ser. Terentius, quanquam ei, ſicut cupierat, pro amico ſuo perire non contigit. Incepto namque egregio, non irrito eventu æſtimari debet; quia quantum in illo fuit, & ipſe extinctus eſt, & D. Brutus periculum mortis evaſit. Qui fugiens à [5] Mutina, ut ad ſe interficiendum ab Antonio miſſos equites adveniſſe cognovit, quodam in loco [6] juſtæ pœnæ debitum ſpiritum tenebris [7] furari conabatur: Eoque jam facta irruptione, Terentius, fideli mendacio obſcuritate ipſa ſuffragante, [8] Brutum ſe eſſe ſimulavit, & corpus ſuum trucidandum equitibus objecit. Verum cognitus à Furio, cui Brutianæ ultionis

1. *Placentia.*] Civitas Galliæ togatæ ad Trebiam amnem, in Padum influentem.

2. *Ita alterius fato magnanimitas, alterius pietas cauſam præbuit.*] Ita in Wincheliano. Vulgo, *Alterius fato verecundia.* Prius multo melius. Voluit enim mori Cælius, ne in hoſtium veniret poteſtatem: magnanimitas igitur, quæ victori victum ſubſterni non paſſa eſt, mortis cauſam præbuit. *Pigh.*

3. *Pietas.*] Ne amico interempto ſuperviveret.

4. *Servius Terentius.*] Dion lib. XLVI. & Elbium Blaſium vocat, & rem multo aliter narrat. *Corradus.*

5. *Mutina.*] Galliæ Togatæ oppidum, vulgo nunc Modona & Modena vocitata. Memoratur Polybio, Ciceroni, Livio, Paterculo, Straboni, Melæ, Plinio, Ptolemæo, aliiſque. Coloniam fuiſſe Romanorum complures teſtantur autores. Cicero Philipp. v. Mutinam firmiſſimam & ſplendidiſſimam Populi Romani Coloniam appellavit.

6. *Juſtæ pœna.*] Ob interfectum Cæſarem.

7. *Furari conabatur.*] A morte ſurripere. *Juſtæ pœnæ debitum ſpiritum tenebris furari conabatur.*] Quis ſpiritum furatur? me arbitro, parum apte dictum aut ſcriptum. In veteri, *funerari.* Ex quo bella metaphora eruimus, *fœnerari*, lucrari videlicet & producere ad tempus latibulo illo ſpiritum Brutus volebat. *Lipſius.*

8. *Brutum.*] Decium: nam Marcus poſtea in Pharſilia periit.

1. Ae

nis officium mandatum fuerat: nece ſua amici ſupplicium diſcutere non potuit: Sic invitus fortuna cogente vixit.

7. [1] Ab hoc horrido & triſti pertinacis amicitiæ, ad lætum & ſerenum vultum tranſeamus: atque eam inde evocatam, ubi omnia lachrymis, gemitu, cædibus fuerant referta, in eo, quo dignior eſt, felicitatis domicilio collocemus, gratia, honore, abundantiſſimiſque opibus fulgentem. Prodite igitur ab illa, quæ [2] ſanctorum umbris dicata eſſe creditur, ſede, hinc [3] Decime Læli, illinc M. Agrippa, alter virorum, alter Deorum maximum amicum, & certa mente, & [4] ſecundis ominibus ſortiti: totumque beatæ turbæ gregem, qui veſtro ductu veneranda ſinceræ fidei ſtipendia, laudibus & præmiis onuſtus, peregit, in lucem vobiſcum protrahite: Veſtros enim conſtantes animos, veſtra ſtrenua miniſteria, veſtram inexpugnabilem taciturnitatem, proque dignitate & ſalute amicorum perpetuam excubationem, teſtatiorem benevolentiam; & rurſus harum rerum uberrimos fructus poſterior intuens ætas,

1. *Ab hoc horrido.*] In hoc ultimo domeſticorum exemplo charitatem & amicitiam Lælii cum Scipione, & Agrippæ cum Auguſto ſancte fideliterque cuſtam multis laudibus extollit. Dicit autem non eſſe de amicitia, quæ in triſtibus rebus cognita fuerit, ulterius dicendum, ſed ad jucundiorem ſtilum revocandum, ut eam quoque amicitiam commemoremus, quæ in felicitatis domicilio collocata, jucundos ſenſit amicorum effectus, qualis fuit Scipionis, & Lælii, Auguſti & Agrippæ. Nam Lælius ita Scipionem coluiſſe & à Scipione cultus ipſe fertur, ut inter verorum amicorum paria connumerari merito poſſint; quod idem Auguſto & Agrippæ eveniſſe dicit Valer.; quippe inter quos ſumma fuerit omnium rerum, & voluntatum conſenſio: nam & Agrippa ſororem Auguſti in matrimonium duxit, & in adminiſtratione regni par illi fuiſſe propemodum creditur. Unde Virgilius:

—— Remo cum fratre Quirinus
Jura dabunt. ——

Nam, teſte Servio, de Auguſto & Agrippa ibi intelligitur. Et in bello quod contra Cleopatram & M. Antonium geſtum eſt, Auguſtus dextrum, Agrippa ſiniſtrum cornu retinentes, paribus auſpiciis victoriam pepererunt. Unde Virgilius:

Parte alia ventis, & Dîs Agrippa ſecundis. Oliv.

2. *Sanctorum umbris.*] Quales credebantur Auguſtus, & Scipio, Jovis ſatu, ut vulgo credebatur, ortus; dico potius cœleſti, eo quod dicit umbris, nam Capitolina ſedes eſt vivis pervia, & non umbris, ſed ſtatuis defunctorum. *Badius.*

3. *Decime Læli.*] C. Lælium vocant omnes.

4. *Secundis ominibus.*] Id eſt, proſperis.

tas, in excolendo jure amicitiæ, quam libentius, tam etiam religioſius erit operata.

EXTERNA.

1. Hæret animus in domeſticis: ſed aliena quoque beneſacta referre Romanæ urbis candor hortatur. [1] Damon & Pythias, Pythagoricæ prudentiæ ſacris initiati, tam fidelem inter ſe amicitiam junxerant, ut cum alterum ex his Dionyſius Syracuſanus interficere vellet, atque is tempus ab eo, quo priuſquam periret, domum profectus res ſuas ordinaret, impetraviſſe: alter vadem ſe pro reditu ejus tyranno dare non dubitavit. Solutus erat periculo mortis, qui modo cervices gladio ſubjectas habuerat; eidem caput ſuum ſubjecerat, cui ſecure vivere licebat. Igitur omnes, & inprimis Dionyſius novæ atque ancipitis rei exitum ſpeculabantur. Appropinquante deinde definita die, nec illo redeunte; unuſquiſque ſtultitiæ tam temerarium ſponſorem damnabat: At is nihil ſe de amici conſtantia metuere prædicabat. Eodem autem momento, & hora à Dionyſio conſtituta, qui eam acceperat, ſupervenit: Admiratus amborum animum tyrannus, ſupplicium fidei remiſit; inſuperque eos rogavit, ut ſe in ſocietatem amicitiæ, tertium ſodalitii gradum intima culturum benevolentia reciperent. Hæ ſane vires amicitiæ, mortis contemptum ingenerare, vitæ dulcedinem extinguere, crudelitatem manſuefacere, [2] odium in amorem convertere, *pœnam bene-

1. *Damon & Pythias.*] De his quoque Lactantius lib. v. divinarum inſtitutionum, cap. 18. *Quid ergo*, inquit, *illi familiares Pythagorei laudantur à vobis: quorum alter ſe tyranno vadem mortis pro altero dedit; alter ad præſtitutum tempus quum jam ſponſor ejus duceretur, præſentiam ſui fecit, eumque interventu ſuo liberavit. Quorum virtus in tanta gloria non haberetur, quod alter pro amico, alter etiam pro fide mori voluerat, ſi ſtulti putarentur. Denique ob hanc ipſam virtutem tyrannus his gratias retulit, utrumque ſervando, & hominis crudeliſſimi natura mutata eſt: quinetiam deprecatus eſſe dicitur, ut ſe tertium in amicitiam reciperent; non utique tanquam ſtultos, ſed tanquam ſapientes, & bonos viros. Itaque non video, quare, quum pro amicitia & fide mori ſumma gloria computetur, non etiam pro innocentia perire homini ſit glorioſum.* Oliv.

2. *Odium in amorem convertere.*] Ut idem Dionyſius, qui quos morti deſtinave-

beneficio penſare potuerunt: quibus pene tantum venerationis, quantum Deorum immortalium ceremoniis debetur. Illis enim publica ſalus, his privata continetur: atque ut illarum ædes ſacra domicilia, ita harum fida hominum pectora quaſi quodam ſancto ſpiritu referta templa ſunt.

2. Quod ita eſſe, rex Alexander ſenſit. Darii caſtris, in quibus omnes neceſſarii ejus erant, potitus, Epheſtione gratiſſimo ſibi latus ſuum tegente, ad eos alloquendos venit. Cujus adventu mater Darii [1] recreata, [2] humi proſtratum caput erexit, Epheſtionemque, quia ei, & ſtatura, & forma præſtabat, more Perſarum adulata, tanquam Alexandrum ſalutavit. Admonita deinde erroris, per ſummam trepidationem excuſationis verba quærebat. Cui Alexander; Nihil eſt, inquit, quod hoc nomine confundaris, nam & hic Alexander eſt. Utri prius gratulemur? qui hoc dicere voluit, an cui audire contigit? Maximi enim animi Rex, etiam totum terrarum orbem aut victoriis, aut ſpe complexus, tam paucis verbis ſe cum comite ſuo partitus eſt. O donum inclytæ vocis, danti pariter atque accipienti ſpecioſum! [3] Quod privatim quoque merito veneror, clariſſimi ac diſertiſſimi viri promptiſſimam erga me benevolentiam expertus. Nec metuo ne parum conveniat mihi [4] Pompeium meum inſtar eſſe Alexandri: cum illi Epheſtio

naverat, paulo poſt orare cœpit, ut ſe tertium in eorum amicitiam admitterent.

* *Pœnam beneficio penſare.*] Ut Dionyſius, qui mortem remiſit fidei Damonis, & Pythiæ.

1. *Recreata.*] Refocillata. Nam humi proſtrata jacebat, captivitatem ſuam miſeramque fortunam deplorans: ſed ubi cognovit tantum regem ad ſe viſendam veniſſe, aliquantulum recreata eſt. *Oliv.*

2. *Humi proſtratum.*] Quod erat ſupplicum.

3. *Quod privatim quoque merito veneror.*] Hæc quidem ſuperiori exemplo ſunt connectenda, veluti etiam demonſtrant exemplaria pleraque manuſcripta. Non enim ſe cum Pompejo ſuo velut exemplum amicitiæ adducit, quod quidem facere ſine arrogantiæ nota non poſſet. Verum amicitiæ Alexandri Magni atque Epheſtionis occaſione ſimilem clariſſimi viri Sex. Pompeii erga ſe benevolentiam & humanitatem gratitudinis cauſa teſtatur. *Pigh.*

4. *Pompejum.*] De Sexto Pompejo Mecænate ſuo loquitur, cujus meminit lib. II. cap. I. *Pompejum meum.*] Auſim ne adfirmare hunc illum Pompejum

 eſſe

ſtio ſuus, alter fuerit Alexander. Ego verò graviſſimo crimini ſim obnoxius, conſtantis & benignæ amicitiæ exempla ſine ulla ejus mentione tranſgreſſus: cujus in animo velut in parentum amantiſſimorum pectore, lætior vitæ meæ ſtatus viguit, triſtior acquievit. A quo omnium incrementa commodorum [1] ultro oblata cepi: per quem tutior adverſus caſus ſteti: qui ſtudia noſtra ductu & auſpiciis ſuis lucidiora & alacriora reddidit. Itaque pavi invidiam quorundam, optimi amici jactura, videlicet quia fructu torſeram: non quidem meo merito: gratiam meam, quantacunque fuit, cum his, qui ea uti voluerant, partitus. Verum nulla tam modeſta felicitas eſt, quæ malignitatis dentes vitare poſſit. At quo receſſu quoſdam fugeris, aut quibus [2] infulis miſericordiæ permulſeris; non cohibebis, ne alienis malis perinde ac bonis ſuis lætentur, ac geſtiant. Divites ſunt aliorum jacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus. Sed illi quatenus alienis incommodis ſuorum adhuc expertis inſultent, optima vindex inſolentiæ varietas humanæ conditionis viderit.

CAP. VIII.

eſſe Macrum, bibliothecarium Auguſti, de quo Suetonius? Ad eum & illa Ovidium ſcripſiſſe in Triſtibus autumant eruditi:

Ecquid ab impreſſæ cognoſcis imagine ceræ,
Hæc tibi Naſonem ſcribere verba, Macer?

Sed hie vix etiam ſub Tibero viguerit. An igitur potius filius ejus Pompejus item Macer, de quo Tacitus lib. I. Hoc profecto lubentius crediderim; quod quaſi caſum adverſum aut potius interitum Pompeii videatur hic dolenter ferre noſter Valerius. Multos autem ſub Tiberio illuſtres viros non ſponte ſua, tum coactos interiiſſe cognoſcere licet ex Tacito, inter quos & frater Pompejæ Prætorius. *Coler.*

1. *Ultro oblata.*] Quia non rogatus, ſed ſponte beneficia conferebat, nec unquam petitioni locum relinquebat.

2. *Infulis.*] Inſignibus miſericordiæ. Eſt translatio ſumpta à ſacerdotibus qui ornantur infulis, quo venerabiliores fiant.

1. *Capti-*

CAP. VIII.
DE LIBERALITATE.

1. *Q. Fabii Max. Verrucoſſi dict.*
2. *Paulla Buſa Canuſina.*
3. *Q. Conſidii eq. Rom.*
4. *Populi Rom. erga Attalum regem.*
5. *Ejuſdem populi Romani erga Græcos.*

EXTERNORUM.

1. *Hieronis regis Syracuſanorum erga Romanos.*
2. *Gillia Agrigentini erga concives ſuos.*

NOſtrum opus pio egreſſu ad proprium dolorem provectum in ſuum ordinem revocetur, liberalitatiſque commemorationi vacemus. Cujus duo ſunt maxime probabiles fontes; verum judicium, & honeſta benevolentia. Nam cum ab his oritur, tum demum ei ratio conſtat: dono autem ipſi gratiam magnitudo quidem ſua, ſed efficaciorem aliquanto opportunitas conciliat.

1. Accedit enim pretio rei inæſtimabile momentum occaſionis, quæ Q. Fabium Maximum tot ante ſecula ob parvam pecuniæ ſummam erogatam, ad hoc uſque tempus laudabilem fecit. [1] Captivos ab Annibale interpoſita pactione nummorum receperat: qui cum à ſenatu non præſtarentur, miſſo in Urbem filio, fundum, quem unicum poſſidebat, vendidit: ejuſque pretium Annibali protinus numeravit. Si [2] ad calculos revocetur, parvum, utpote ſeptem jugeribus, & hæc in [3] Pupinia addictis redactum: ſi animo erogantis, omni pecunia majus: Se enim patrimonii, quam patriam fidei inopem eſſe maluit: eo quidem majore

1. CAptivos ab Annibale interpoſita, &c.] Ut pro unoquoque drachmas quinquaginia ſupra ducentos rependeret; hac ſpe fretus, ut Senatus populuſque Romanus rem iſtam probarent, & de publico pecuniam erogarent. Sed cum ducentos & quadraginta plures recepiſſet, Fabiuſque reddidiſſet, Senatus pactam pecuniam exolvere recuſavit, atque inſuper Fabium accuſavit, quod inutiliter & inconſulto Senatu homines, qui hoſtium prædæ ex ignavia facti eſſent, redimere voluiſſet. *Oliverius.*

2. *Ad calculos.*] Ad ſupputationem, quæ per calculos, id eſt, lapillos olim fiebat, ut nunc per projectiles nummos.

3. *Pupinia.*] Loco illo arido.

jore cum commendatione, quo proni ſtudii certius indicium eſt ſupra vires niti, quàm viribus ex facili uti. [1] Alter enim, quod præſtat, poteſt; alter etiam plus quam poteſt.

2. [2] Itaque ejuſdem temporis fœmina [3] Buſa nomine, regionis autem Apuliæ ditiſſima, merito quidem liberalitatis teſtimonium recepit: ſed ſi excellentes opes ſuas Fabianis rei familiaris anguſtiis non comparaverit. Nam etſi circa decem millia civium noſtrorum, Cannenſis prœlii reliquias, benigniſſime intra [4] Canuſina mœnia [5] alimentis ſuſtentavit; ſalvo tamen ſtatu fortunarum ſuarum, munificam ſe populo Romano præſtitit: Fabius in honorem patriæ, paupertatem inopia mutavit.

3. [6] In Q. quoque Conſidio ſaluberrimi exempli, nec ſine parvo ipſius fructu, liberalitas annotata eſt: qui Catilinæ furore ita conſternata republica, ut ne à locupletibus quidem debitæ pecuniæ, [7] propter tumultum, pretiis poſſeſſionum diminutis, ſolvi creditoribus poſſent, cum centies, atque quinquagies HS. ſummam in fœnore haberet, neque [8] de ſorte quemquam debitorum ſuorum, neque de uſura à ſuis appellari paſſus eſt: quantumque in ipſo fuit, amaritudinem publicæ confuſionis privata tranquillitate mitigavit: Oportune, mirificeque teſtatus, nummorum ſuo-

1. *Alter enim, quod præſtat, poteſt.*] Fallor an argutior priſca lectio, *Quod poteſt, præſtat.* Lipſ.

2. *Itaque, &c.*] Contigit A. U. DXXXVII.

3. *Buſa.*] Livius dicit Paulam fuiſſe nominatam, ſed genere Buſam, id eſt, Cathaginienſem. *Oliv.*

4. *Canuſina.*] Canuſium Appuliæ oppidum ad Aufidum flumen, vulgo Canoſſa.

5. *Alimentis.*] Frumento, veſte, & viatico juvit, pro qua ei munificentia poſtea bello perfecto à Senatu honores habiti. *Oliv.*

6. *In Q. &c.*] Contigit A. U. DCXC.

7. *Propter tumultum.*] Omnes enim eo temporis Pacis artes frigebant, omnia miſcebantur, de qua re diffuſe Salluſtius: *Quibus rebus permota civitas atque immutata facies urbis erat, ex ſumma lætitia atque laſcivia, quæ diuturna quies pepererat, repente omnes triſtitia invaſit. feſtinare, trepidare: neque loco, neque homini cuiquam ſatis credere: neque bellum gerere, neque pacem habere, ſuo quiſque metu pericula metiri, &c.* Colerus.

8. *De ſorte.*] De ea ſumma quam ipſe præſtiterat, in fœnus dederat, hoc eſt, de capitali, ut vulgo dicunt.

1. *Non*

ſuorum, [1] non civilis ſanguinis ſe eſſe fœneratorem. Jam qui hac præcipue negotiatione delectantur, cum [2] pecuniam cruentam domum retulerint, quam improbando gaudio exultent, recognoſcent; ſi diligenter ſenatuſconſultum, quo Conſidio gratiæ actæ ſunt, legere non faſtidierint.

4. [3] Queri mecum jamdudum populus Romanus videtur, quod cum ſingulorum munificentiam conſecter, de ſua taceam: Ad ſummam enim ejus laudem pertinet, quem animum regibus, & urbibus, & gentibus præſtiterit, recognoſci: quia omne præclari facti decus crebra memoria in ſe ipſo revireſcit. [4] Aſiam bello captam Attalo regi muneris loco poſſidendam tradidit; eo excelſius, & ſpecioſius

1. *Non civilis ſanguinis.*] Egregium facinus, & perpetua memoria digniſſimum. Civilem autem ſanguinem appellat totam ſubſtantiam civium obæratorum. Ita loquitur Cicero pro Quintio: *Fateatur ſe non pecuniam, ſed vitam & ſanguinem petere.* Græci in eadem re αἷμα καὶ ψυχὴν uſurpant. Timocles, vetus Poëta:

> Τ' ἀργύριον ἐστὶν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς,
> Ὅστις δὲ μὴ ἔχει τοῦτο, μηδ' ἐκτήσατο,
> Οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκὼς περιπατεῖ.

Id eſt:

> *Pecunia ſanguis & vita eſt mortalibus,*
> *Eampſe qui vel haud habet, aut non poſſidet,*
> *Is mortuos viventes inter ambulat.*

Ex his facile quivis intelliget, cur & pecuniam cruentam dixerit Valerius fœneratorum. *Colerus.*

2. *Pecuniam cruentam.*] Ex mediis prope viſceribus hominum extractam.

3. *Queri, &c.*] Contig. A. U. DLXIII.

4. *Aſiam bello captam.*] Mortuo Eumene, Aſiam bello captam pop. Roman. occupavit, cum jure belli retinere poſſet, eam tamen totam Attalo Eumenis filio dedit. Putavit enim imperium clarius fore atque præſtantius, ſi provinciam locupletiſſimam potius alteri dono daret, quam in ſuos uſus converteret. Juſtinus aliter ſentit, dicens libro XXXVI: regem Attalum ab Eumene non patre, ſed patruo ſuo florentiſſimum regnum accepiſſe, & acceptum multis amicorum cædibus, & cognatorum ſuppliciis fœdaſſe, nunc matrem anum, nunc Beronicen ſponſam maleficiis eorum necatas confingentem, aliaque facinora multa patraſſe. Strabo l. XIII. de Eumene, non Attalo ita ſcribit. *Ex Eumene*, inquit, *natus eſt Eumenes de patris nomine. Is Pergami ſucceſſionem habuit, & jam loca circumcirca tenebat, unde apud Sardes Antiochum Seleuci filium ſuperavit, cum eo congreſſus. Obiit autem cum XXII. annis imperaſſet. Attalus ex Attalo & Antiochide Achæi filia natus, ſucceſſit imperio, & primo rex eſt nuncupatus. Hic Galatas prælio maximo ſuperavit, & Romanorum amicus fuit, & cum eis adverſus Philippum pugnavit in claſſe Rhodiorum. Obiit jam ſenior cum annis XL. & tribus regnaſſet, filios quatuor reliquit,* Eumenem, *Attalum, Philetarum,*

cioſius Urbis noſtræ futurum imperium credens, ſi ditiſſimam atque amœniſſimam partem terrarum orbis, in beneficio, quam in fructu ſuo reponere maluiſſet. Ipſa victoria donum felicius: quia multum occupaſſe, habere invidiam potuit: tantum tribuiſſe, gloria carere non potuit.

5. [1] Illius verò Romanæ liberalitatis cœleſtem ſpiritum nullæ literæ ſatis dignis laudibus proſequentur; [2] Philippo enim Macedonum rege ſuperato, cum [3] ad Iſthmicum ſpectaculum tota Græcia conveniſſet, T. Quinctius Flaminius tubæ ſigno ſilentio facto, per præconem hæc verba reci-

tærum, & Athenæum; è quibus juniores privati vixerunt, Eumenes natu grandior regnavit; Hic cum Romanis adverſus Antiochum Magnum & adverſus Perſen bellum geſſit, à Romanis totam eam regionem accepit, quæ ſub Antiocho citra Taurum erat. Oliv.

1. *Illius vero, &c.*] Contigit A. U. DLVII.

2. *Philippo.*] Attalus rex Pergami, & Rhodii à Philippo rege injuriis laceſſiri, Romanos adverſus regem concitarunt: quo facto, Græcia tota fiducia Romanorum adverſus Philippum, ſpe priſtinæ libertatis erecta bellum intulit regi; atque ita rex, cum undique urgeretur, pacem petere cogitur; deinde cum expoſitæ conditiones pacis à Romanis eſſent, repetere ſua, & Attalus, & Rhodii, & Achæi, & Ætoli cœpere; ſed repudiata pace Philippus bellum renovat, qui tandem à Flaminino conſule bello ſuperatus; & poſt hanc victoriam Quinctius Flamininus conſentiente atque etiam jubente Senatu, omnes Græciæ urbes, quas Philippus ſubegerat Imperio, libertate donavit. Itaque præſente Græcia ferme tota, quæ ad tantæ victoriæ ſpectaculum convenerat, juſſit Flamininus præconem magna voce pronuntiare, Senatum populumque Romanum & Q. Flamininum Imperatorem velle ac jubere omnes Græciæ populos eſſe liberos & immunes. *Oliv.*

3. *Ad Iſthmicum ſpectaculum.*] Iſthmos ea terræ ſtrictura dicitur, quæ inter duo maria concluſa iter porrigit ad Cheroneſum, ut alio loco dixi, teſte Ovidio in Heroïdibus:

Æquora bina ſuis oppugnant fluctibus Iſthmon,
Et tenuis tellus audit utrumque mare.

In hoc igitur loco ſunt qui dicant ludos fieri conſueviſſe in honorem matris Matutæ atque Portuni, ad quod ſpectaculum univerſa Græcia convenire ſolebat. Cum igitur conveniſſet, vel ad hoc ſpectaculum, vel ad ſpectaculum victoriæ, Flamininus verba Senatus recitare juſſit. *Oliver. Ad Iſthmicum ſpectaculum.*] Ita in Attrebatenſi aliiſque. Sic etiam Plutarchus in Flaminino. Livius tamen, Nemea dicit fuiſſe. *Pigh. Iſthmicum.*] Cave credas Pighio, qui ait Livium ſcribere, Nemeæ hos fuiſſe ludos. Nam Livius potius ſentit Nemeæ hos ludos factos. Nemeæ civitatis meminit Strabo libro VIII. & ex eo Stephanus. In ea ludi Iſthmici aliquandiu celebrati ſunt, donec poſtea Corinthum tranſlati, ut ſcribit Strabo. Florus libro II. *Cum hoc forte Nemeæ in theatro Quinquennalibus ludis à præcone caneretur, quo certavère plauſu? quid florum in conſulem profuderunt?* Colerus.

1. *Immu-*

recitari juſſit, S. P. Q. R. & T. Quinctius Flamininus Imperator omnes Græciæ urbes, quæ ſub ditione Philippi regis fuerunt, liberas atque [1] immunes eſſet jubet. Quibus auditis, maximo & inopinato gaudio homines perculſi: primo veluti non audiſſe ſe, quæ audierant credentes, obticuerunt. Iterata deinde pronuntiatione præconis, tanta cœlum clamoris alacritate compleverunt; ut certo conſtet, [2] aves quæ ſupervolabant, attonitas, paventeſque decidiſſe. Magni animi fuiſſet, à tot captivorum capitibus ſervitutem detraxiſſe, quot tunc nobiliſſimis & opulentiſſimis urbibus pop. Rom. libertatem largitus eſt. Ad cujus majeſtatem pertinet, non ſolum, quæ ipſe benigne tribuit, [3] ſed etiam quæ alius ipſo tribuente ſenſit commemorari. [4] Ut enim illic collatæ, ita hic repetitæ laudis commendatio eſt.

EXTERNA.

1. [5] Hiero Syracuſanorum rex, audita clade qua Romani

1. *Immunes.*] Sine ulla penſione tributi & ſtipendii.

2. *Aves.*] Plutarchus dicit fuiſſe corvos, qui ceciderunt in Theatrum.

3. *Sed etiam quæ alius ipſo tribuente ſenſit commemorari.*] Labem & nubem huic loco veteres adimunt. in quibus ſic; *quæ alio tribuente ſenſit.* Tranſitum enim & velut viam ſibi facit (ſolitum id Valerio) ad exempla Externa ſequentia; in quibus non Romanorum in alios, ſed aliorum in Romanos liberalitas expreſſa. Eam autem, inquit, commemorari quoque intereſt Romanæ laudis, quia meruit. *Lipſius.*

4. *Ut enim illic collatæ, ita hic repetitæ laudis commendatio eſt.*] Placet Winchelianí & Colonienſis Codicum lectio, *Ut enim illic collatæ*; & reliquam Campenſis libris adjungo, *ita hic repetitæ laudis commendatio.* Ex quibus primum verbis hauries veram Valerii ſententiam, quæ quidem pertinet ad antedictam excuſationem. Ait enim Græcos in conferenda Romanis ob libertatem datam laude, ſe quidem in eadem ſcriptis repetenda commendari debere. Lapſus profecto ſupine librarius priorem ſententiam corrupte ſcriptam non intelligens; & ſic error errorem traxit, qui ex inepta repetitione verbi *commemorari* poteſt colligi. *Fighius.*

5. *Hiero Syracuſanorum rex.*] Poſt cladem Roman. illatam ad Thraſymenum lacum, legati ab Hierone Siciliæ rege cum muneribus & commeatu ingenti Romam miſſi ſunt, qui Senatu populoque Romano ſignificarent Hieronem graviter & acerbe tuliſſe cladem illam, communemque eam calamitatem exiſtimaſſe. Itaque quanquam probe ſciat magnitudinem pop. Rom. admirabiliorem prope in adverſis rebus quam in ſecundis eſſe, miſſa tamen à ſe

omnia,

cioſius Urbis noſtræ futurum imperium credens, ſi ditiſſimam atque amœniſſimam partem terrarum orbis, in beneficio, quam in fructu ſuo reponere maluiſſet. Ipſa victoria donum felicius: quia multum occupaſſe, habere invidiam potuit: tantum tribuiſſe, gloria carere non potuit.

5. [1] Illius verò Romanæ liberalitatis cœleſtem ſpiritum nullæ literæ ſatis dignis laudibus proſequentur; [2] Philippo enim Macedonum rege ſuperato, cum [3] ad Iſthmicum ſpectaculum tota Græcia conveniſſet, T. Quinctius Flaminius tubæ ſigno ſilentio facto, per præconem hæc verba reci-

tærum, & Athenæum: è quibus juniores privati vixerunt, Eumenes natu grandior regnavit; Hic cum Romanis adverſus Antiochum Magnum & adverſus Perſen bellum geßit, à Romanis totam eam regionem accepit, quæ ſub Antiocho citra Taurum erat. Oliv.

1. *Illius vero, &c.*] Contigit A. U. DLVII.

2. *Philippo.*] Attalus rex Pergami, & Rhodii à Philippo rege injuriis laceſſiti, Romanos adverſus regem concitarunt: quo facto, Græcia tota fiducia Romanorum adverſus Philippum, ſpe priſtinæ libertatis erecta bellum intulit regi; atque ita rex, cum undique urgeretur, pacem petere cogitur; deinde cum expoſitæ conditiones pacis à Romanis eſſent, repetere ſua, & Attalus, & Rhodii, & Achæi, & Ætoli cœpere; ſed repudiata pace Philippus bellum renovat, qui tandem à Flaminino conſule bello ſuperatus; & poſt hanc victoriam Quinctius Flamininus conſentiente atque etiam jubente Senatu, omnes Græciæ urbes, quas Philippus ſubegerat Imperio, libertate donavit. Itaque præſente Græcia ferme tota, quæ ad tantæ victoriæ ſpectaculum convenerat, juſſit Flamininus præconem magna voce pronuntiare, Senatum populumque Romanum & Q. Flamininum Imperatorem velle ac jubere omnes Græciæ populos eſſe liberos & immunes. *Oliv.*

3. *Ad Iſthmicum ſpectaculum.*] Iſthmos ea terræ ſtrictura dicitur, quæ inter duo maria concluſa iter porrigit ad Cheroneſum, ut alio loco dixi, teſte Ovidio in Heroïdibus:

Æquora bina ſuis oppugnant fluctibus Iſthmon,
Et tenuis tellus audit utrumque mare.

In hoc igitur loco ſunt qui dicant ludos fieri conſueviſſe in honorem matris Matutæ atque Portuni, ad quod ſpectaculum univerſa Græcia convenire ſolebat. Cum igitur conveniſſet, vel ad hoc ſpectaculum, vel ad ſpectaculum victoriæ, Flamininus verba Senatus recitare juſſit. *Oliver. Ad Iſthmicum ſpectaculum.*] Ita in Atrebatenſi aliiſque. Sic etiam Plutarchus in Flaminino. Livius tamen, Nemea dicit fuiſſe. *Pigh. Iſthmicum.*] Cave credas Pighio, qui ait Livium ſcribere, Nemeæ hos fuiſſe ludos. Nam Livius potius ſentit Nemeæ hos ludos factos. Nemeæ civitatis meminit Strabo libro VIII. & ex eo Stephanus. In ea ludi Iſthmici aliquandiu celebrati ſunt, donec poſtea Corinthum tranſlati, ut ſcribit Strabo. Florus libro II. *Cum hoc forte Nemeæ in theatro Quinquennalibus ludis à præcone caneretur, quo certavêre plauſu? quid florum in conſulem profuderunt?* Colerus.

1. *Immu-*

recitari juſſit, S. P. Q. R. & T. Quinctius Flamininus Imperator omnes Græciæ urbes, quæ ſub ditione Philippi regis fuerunt, liberas atque [1] immunes eſſet jubet. Quibus auditis, maximo & inopinato gaudio homines perculſi: primo veluti non audiſſe ſe, quæ audierant credentes, obticuerunt. Iterata deinde pronuntiatione præconis, tanta cœlum clamoris alacritate compleverunt; ut certo conſtet, [2] aves quæ ſupervolabant, attonitas, paventeſque decidiſſe. Magni animi fuiſſet, à tot captivorum capitibus ſervitutem detraxiſſe, quot tunc nobiliſſimis & opulentiſſimis urbibus pop. Rom. libertatem largitus eſt. Ad cujus majeſtatem pertinet, non ſolum, quæ ipſe benigne tribuit, [3] ſed etiam quæ alius ipſo tribuente ſenſit commemorari. [4] Ut enim illic collatæ, ita hic repetitæ laudis commendatio eſt.

EXTERNA.

1. [5] Hiero Syracuſanorum rex, audita clade qua Romani

1. *Immunes.*] Sine ulla penſione tributi & ſtipendii.

2. *Aves.*] Plutarchus dicit fuiſſe corvos, qui ceciderunt in Theatrum.

3. *Sed etiam quæ alius ipſo tribuente ſenſit commemorari.*] Labem & nubem huic loco veteres adimunt. in quibus ſic; *quæ alio tribuente ſenſit*. Tranſitum enim & velut viam ſibi facit (ſolitum id Valerio) ad exempla Externa ſequentia; in quibus non Romanorum in alios, ſed aliorum in Romanos liberalitas expreſſa. Eam autem, inquit, commemorari quoque intereſt Romanæ laudis, quia meruit. *Lipſius.*

4. *Ut enim illic collatæ, ita hic repetitæ laudis commendatio eſt.*] Placet Wincheliani & Colonienſis Codicum lectio, *Ut enim illic collatæ*; & reliquam Campenſis libris adjungo, *ita hic repetitæ laudis commendatio*. Ex quibus primum verbis hauries veram Valerii ſententiam, quæ quidem pertinet ad antedictam excuſationem. Ait enim Græcos in conferenda Romanis ob libertatem datam laude, ſe quidem in eadem ſcriptis repetenda commendari debere. Lapſus profecto ſupine librarius priorem ſententiam corrupte ſcriptam non intelligens; & ſic error errorem traxit, qui ex inepra repetitione verbi *commemorari* poteſt colligi. *Fighius.*

5. *Hiero Syracuſanorum rex.*] Poſt cladem Roman. illatam ad Thraſymenum lacum, legati ab Hierone Siciliæ rege cum muneribus & commeatu ingenti Romam miſſi ſunt, qui Senatu populoque Romano ſignificarent Hieronem graviter & acerbe tuliſſe cladem illam, communemque eam calamitatem exiſtimaſſe. Itaque quanquam probe ſciat magnitudinem pop. Rom. admirabiliorem prope in adverſis rebus quam in ſecundis eſſe, miſſa tamen à ſe

omnia,

ni apud [1] Thraſymenum lacum erant afflicti, [2] trecenta millia modium tritici, & ducenta millia hordei, aurique ducenta & XL. pondo Urbi noſtræ muneri miſit. Neque ignarus verecundiæ majorum noſtrorum [3] quod nollent accipere, in habitum id [4] Victoriæ formavit, ut eos [5] religione motos, munificentia ſua uti cogeret: voluntate mittendi prius, iterum providentia cavendi, ne remitteretur, liberalis.

3. Subnectam huic [6] Agrigentinum [7] Gilliam, quem propemo-

omnia, quibus à bonis amicis fidelibus ſociis bella juvari ſoleant, quæ ne accipere abnuant, magnopere ſe publice orare, jam omnium primum honoris gratia victoriam auream pondo CXX. afferre ſe, acciperent eam, tenerentque, & haberent propriam & perpetuam: advexiſſe etiam CCC. millia modiorum tritici, CC. hordei, ne commeatus deeſſent, & quantum poſtea opus eſſet, & quot juſſiſſet ſubvecturum: ſcire ſe, niſi Romani Latinique nominis milite non uti populum Romanum, levium armatorum auxilia etiam externa vidiſſe in caſtris Roman. Itaque miſſi ſunt mille ſagittariorum & funditorum, apta manus adverſus Baleares & Mauros, pugnaceſque alias gentes; ad ea dona conſilium quoque addebat, ut prætor, cui Sicilia provincia eſſet, claſſem in Africam trajiceret, ut & hoſtes in terra ſua bellum haberent, minuſque laxamenti daretur his ad auxilia Annibali mittenda. A Senatu ita reſponſum eſt regi, virum bonum egregiumque ſocium Hieronem eſſe, atque uno tenore ex quo in amicitiam populi Romani venerat, fidem tenuiſſe, ac rem Romanam omni tempore & loco munifice juviſſe, id perinde ac deberet gratum populo Romano eſſe, aurum & à quibuſdam civitatibus allatum non accepiſſe populum Romanum, gratia regis victoriam omenque accipere, ſedem ei ſe dare Capitolium templumque Jovis Opt. Max. in arce urbis Romæ ſacratam, volentem, propitiam, firmam & ſtabilem fore populo Romano funditores, ſagittariique, & frumentum traditum eſt conſulibus. Hic, poſtquam ſe Romanis conjunxit, fidem ſemper conſtantiſſime ſervavit. *Oliv.*

1. *Thraſimenum.*] Prope Peruſiam. Qui lacus quinque fere miliaria patet.

2. *Trecenta millia modium tritici, & ducenta millia hordei, aurique ducenta & quadraginta pondo.*] In Atrebatenſi, Gemblacenſi, Pulmanniano, & Colonienſi ſic; Plene ac correcte. Auri autem pondo fuiſſe Livius dicit CCCXX. modo non fallant numerales notæ. *Pighius.*

3. *Quod nollent accipere.*] Gloſſulam hoc totum ſapit. dele, aut reſcribe, *ne nollent*: ſed dele magis. *Lipſius.*

4. *Victoriæ.*] Statua hæc aureæ Victoriæ in Jovis Capitolini templo poſita.

5. *Religione.*] Metu mali ominis, ſi victoriam non admitterent.

6. *Agrigentinum.*] Agrigentum civitas eſt Siciliæ, quæ Græce dicitur Ἄκραγας. Virgilius lib. III Æneid.

Arduus inde Agragas.

7. *Gilliam.*] Unus manuſcriptus, *Calliam.* lego, *Galliam*; quamvis Athenæus ſcribat Γέλλιαν libro I. ubi & de quingentis illis equitibus. Hanc Hiſtoriam de Gellia ex lib. XV. Timæi ſumptam eſſe, ait eruditiſſimus Caſaubonus. *Colerus.*

1. *Grata*

pemodum ipſius liberalitatis præcordia conſtat habuiſſe: Erat opibus excellens, ſed multo etiam animo, quam divitiis locupletior: ſemperque in eroganda potius, quam in contrahenda pecunia occupatus: adeo ut domus ejus quaſi quædam munificentiæ officina crederetur. Illinc enim publicis uſibus apta monimenta extruebantur, illinc [1] grata populi oculis ſpectacula edebantur, illinc epularum magnifici apparatus, [2] labentique annonæ ſubſidia oriebantur: Et cum hæc univerſis, privatim alimenta inopia laborantibus, [3] dotes virginibus paupertate preſſis, detrimentorum incurſu quaſſatis ſolatia erogabantur; Hoſpites quoque tum urbanis penatibus, tum etiam ruſticis tectis benigniſſime excepti, variis muneribus ornati, dimittebantur. Quodam vero tempore quingentos ſimul [4] Gelenſium equites vi tempeſtatis in poſſeſſiones ſuas compulſos, aluit ac veſtivit. Quid multa? non mortalem aliquem, ſed propitiæ fortunæ benignum eſſe diceres ſinum. Ergo quod Gillias poſſidebat, omnium quaſi commune patrimo-

1. *Grata populi oculis.*] Lib. Dan. *pupillorum oculis.* Probarem, niſi vetarent illa quæ ſequuntur: *Et cum hæc univerſis.* Apud Sarisberienſ. lib. VIII. qui hunc locum ex Valerio exſcripſit legitur: *publicis oculis.* Colerus.

2. *Labentique annonæ ſubſidia oriebantur.*] Veram lectionem præfero, quæ eſt in manuſcriptis omnibus. Vulgo, *Libentique animo annonæ ſubſidia tribuebantur.* Pighius.

3. *Dotes virginibus paupertate preßis ſubſidia, detrimentorum incurſu quaſſatis ſolatia erogabantur.*] Tolle vocem, *ſubſidia*, quæ haud dubie ocioſa ſupereſt, atque ita lege ex U. C. *Dotes virginibus paupertate preßis, detrimentorum incurſu quaſſatis ſolatia erogabantur.* Solatium pro ſubſidio poſuit etiam L. Florus, auctor non contemnendus; cujus verba, quia in vulgatis libris non habentur, adjungam. Sunt autem lib. II. c. 7. Ubi de Rhodiis, *Aderant*, inquit, *Rhodii nauticus populus. Nam Rhodos opinatißima inſula, & totius Aſiæ inſularum metropolis cum pene omnibus Cycladibus arma pertimeſcens Romano jamdudum ſe fœderatam populo illi conjunxerat, & navali bello ſolatia condonabat.* Pulchre *opinatiſſimam* vocat Rhodon: quod victorias Romanorum opinari ac quaſi providere potuerat; quia Soli ſacra inſula eſt, providentiæ ac divinationum præſidi. *Pighius.*

4. *Gelenſium.*] Gelenſes à Gela fluvio dicti, eſt autem Gela fluvius Siciliæ, à quo & oppidum, quod præterfluit, denominatum eſt. Virgilius lib. III. Æn.

Apparet Camerina procul, campique Geloni,
Immaniſq; Gela fluvii de nomine dicta.

Ovidius lib. III. Faſtor.

Et te verticibus non adeunde Gela.

Oliverius.

1. *Argi-*

monium erat: pro cujus ſalute & incrementis, tum [1] Agrigentina civitas; tum etiam vicinæ regiones votis excubabant. Colloca ex contraria parte arcas inexorabilibus clauſtris obſeratas; nonne præſtantiorem aliquanto exiſtimes illam impenſam, quam hanc cuſtodiam?

VA-

1. *Agrigentina civitas.*] In Atrebatenſi codice; *Agragantina habetur*; Antique & Græco more. Reperimus enim argenteos nummos cum titulo hujus civitatis ΑΚΡΑΓΑΝΤΟΣ. Et Plinius Agragantinum bitumen dixit lib. III. cap. 8. Item Virgilius Æneidos III.

Arduus inde Agragas oſtendit maxima longè. Pighius.

1. Occu-

VALERII MAXIMI
LIBER QUINTUS.

CAP. I.
DE HUMANITATE ET CLEMENTIA.

1. *Senatus Romani.*
2. *L. Cornelii Scipionis Coſ.*
3. *T. Q. Criſpini.*
4. *M. Claudii Marcelli proconſ.*
5. *Q. Metelli Macedonici proconſ.*
6. *P. Scipionis Æmiliani proconſ.*
7. *P. Africani majoris proconſ.*
8. *L. Æmilii Paulli Coſ.* II.
9. *Cn. Pompeii Magni proconſ.*
10. *C. Iulii Cæſaris Coſ.* II.
11. *M. Antonii* III. *viri.*

EXTERNORUM.

1. *Alexandri Magni.*
2. *Piſiſtrati Athenienſis.*
3. *Pyrrhi Epirotarum regis.*
4. *Antigoni Macedonum regis.*
5. *Campanorum.*
6. *Annibalis Pœni.*

Liberalitati quas aptiores comites, quam humanitatem & clementiam dederim? quoniam idem genus laudis expetunt: quarum prima inopia, proxima [1] occupatione, tertia [2] ancipiti fortuna præſtatur. Cumque neſcias quam maxime probes, ejus tamen commendatio præcurrere videtur, cui nomen [3] ex ipſo numine quæſitum eſt.

1. [4] Ante omnia autem humaniſſima & clementiſſima ſenatus acta referam. Qui cum Carthaginienſium legati ad

1. *Occupatione.*] Præventione. 2. *Ancipiti fortuna.*] Quia clementia eſt accepta injuria animi impetum reprimere, imo ancipiti fortuna, quia ejus, qui te offenderit, vita in dubio eſt. *Oliverius.*

3. *Ex ipſo numine.*] Forſan, *ex ipſo homine*, ut humanitatem præferat.

4. *Ante omnia*] De humanitate dicit pop. Romani, qua erga Carthaginienſes, hoſtes acerrimos, uſus eſt primo Punico bello, quod ductu & auſpicio Marci Attilii geſtum fuit. *Oliv.*

 1. *Illud*

ad captivos redimendos in Urbem veniſſent, protinus his nulla pecunia accepta, reddidit juvenes, numerum duûm millium & ſeptingentorum quadraginta trium explentes. Verum tantum hoſtium exercitum dimiſſum, tantam pecuniam contemptam, tot Punicis injuriis veniam datam, ipſos legatos obſtupuiſſe arbitror, ac ſecum dixiſſe: O munificentiam gentis Romanæ, Deorum benignitati æquandam! O etiam noſtram legationem ſupra vota felicem! nam quod beneficium nunquam dediſſemus, accepimus. [1]Illud quoque non parvum humanitatis ſenatus indicium eſt. Syphacem enim quondam opulentiſſimum Numidiæ regem captivum, in cuſtodia [2]Tiburi mortuum, publico funere cenſuit efferendum, ut [3] vitæ dono honorem ſepulturæ adjiceret. Conſimilique clementia in [4]Perſe uſus eſt: nam cum [5] Albæ, in qua cuſtodiæ cauſa relegatus erat,

[1] de-

1. *Illud quoque non parvum.*] Syphax Numidiæ rex opulentiſſimus fuit, quem ſecundo Punico bello Scipio devicit & in triumphum duxit. Fuit autem in Numidia tantæ potentiæ, ut ejus amicitiam & ſocietatem Romani pariter & Carthaginienſes ſummo ſtudio conquiſierint, ut in eo bello maximum ad victoriam momentum eſſe videretur, quibus ille ſe adjunxiſſet. Itaque tantum ejus majeſtati duo potentiſſimi in terris populi tribuerunt, Romanus & Carthaginienſis, ut uno tempore & Scipio Imperator ad amicitiam ejus petendam, relicta provincia Hiſpania, exercituque, cum duabus quinqueremibus in Africam trajecerit, & Haſdrubal Pœnorum dux non ipſe modo ad eum venerit, ſed filiam quoque ei nuptum dederit; quibus nuptiis à Romana ſocietate defecit, ſicut planius & diffuſius dicturi ſumus in cap. de Mutatione caſus & fortunæ. Hunc igitur Syphacem à Scipione victum & captivum Romam miſſum, Tyburi in cuſtodia habendum Senatus curavit, ibique mortuum publico & regio funere efferendum cenſuit. *Oliverius.*

2. *Tiburi mortuum.*] Mœrore mortuum eſſe ſcribit Appianus lib. I. verum Polybius & Zonaras Albæ deceſſiſſe adfirmant. Quibus non invitus adſentior. Eo enim cuſtodiæ cauſa mittebantur illuſtriores. Eodem ablegatus Betultus Arvernorum rex, teſte Valerio lib. IX. cap. 6. *Coler.*

3. *Vitæ dono.*] Cum ſtatim in ipſo triumpho occidere illum licuiſſet.

4. *Perſe.*] Rege Macedoniæ à Paulo Æmilio in triumphum ducto.

5. *Albæ.*] Duæ ſunt hujus nominis celebres in Italia urbes, quas à Junioribus confundi ſæpiſſime obſervavi. Una eſt in Latio, ſub monte Albano, ab Aſcanio condita in Via Appia, ut videtur ex Appiano lib. I. Civil. duodecimo ab Urbe miliario, ut habet Eutropius. Hanc *Longam* cognominant auctores, incolaſque Albanos vocant, uti apud Virgilium, Livium, Plinium, & Suidam videre eſt. Anos prius dictos, poſtea Albanos dicit non docet Hiſt. Miſcell. Ἄλβα quoque Græcis ſcribitur, etſi

λόγχῃ

[1] deceſſiſſet; quæſtorem miſit, qui eum [2] publico funere efferret: ne reliquias regias jacere inhonoratas pateretur. Hoſtibus illa, & miſeris, & fato functis officia regibus erogata: hæc amicis & felicibus, & vivis tributa ſunt. Confecto Macedonico bello, [3] Muſicanes [4] Maſſaniſæ filius, cum equitibus, quos in præſidium Romanorum adduxerat, ab imperatore Paullo ad patrem remiſſus, tempeſtate claſſe diſperſa, [5] Brunduſium æger delatus eſt: Quod ubi ſenatus cognovit, continuo illo quæſtorem ire juſſit, cujus cura, & hoſpitium adoleſcenti expediretur, & omnia quæ ad valetudinem opus eſſent, præberentur: impenſæque liberaliter cum ipſi tum toti comitatui præſtarentur. Naves etiam ut proſpicerentur, quibus ſe bene ac tuto, cum ſuis in Africam trajiceret: Equitibus ſingulas libras argenti, & quingenos ſeſtertios dari imperavit. Quæ tam prompta & exquiſita patrum conſcriptorum humanitas efficere potuit, ut etiam ſi expiraſſet adoleſcens, æquiore animo de-

λϐυκοὶ dicerent; ut inquit Halicarnaſſæus, qui eam inter montem & lacum collocat. Æquorum metropolim & coloniam Romanam faciunt Livius, & Appianus in Annibalicis; qui eandem quoque Ἄλϐαν, & incolas Ἀλϐηνσίας nominat. Hodie, ſi Leandro creditur, Sanello nomen habet. Alii putant circa Caſtellum Gandolfi fuiſſe, ut mihi Roma ſignificavit Philip. Winghius, juvenis longiori, ſi per fata licuiſſet, vita dignus. Hanc hodie Albano tamen vocari, ſcribit ad me Roma Celſus Cittadinus. Alba alia eſt in Marſis, ad Fucinum lacum, via Valeria, circa Anienis fontes, ubi eam deſcribit Strabo. Hanc Plinius Albenſium cognominat. Incolæ Albanenſes, teſtibus Plinio, Livio, & Feſto. Albenſes vocat Varro. Eadem Alba Fucentis à Soſipatro vocatur, à Fucino, ni fallor, lacu vicino. *Ortel.*

1. *Deceßiſſet.*] Certa fama eſt inedia mortuum. Plutarchus ait illud etiam vulgatum fuiſſe, à militibus cuſtodibus inſomnia necatum. Quod & Salluſtius ſcripſit in Hiſt. orat. Mithridatis: *Perſen deinde Philippi filium, poſt multa & varia certamina, apud Samothracas Deos acceptum in fidem, callidi repertores perfidiæ, quia pacto vitam dederant, inſomnia occidere.* Coler.

2. *Publico funere.*] Publica impenſa inſtructo.

3. *Muſicanes.*] Liber Dan. *Muſophanes.* In edit. Venet. *Muſocanes.* Colerus. *Muſicanes.*] Miſagenes dicitur à Livio lib. XLV. *Corradus.*

4. *Maſſaniſæ.*] Numidiæ regis, quem amiciſſimum populo Romano fuiſſe conſtat, & in amicitia uſque ad ultimum ſui fati diem permanſiſſe. Muſicanes vero ejus filius moritur antequam pater. *Oliv.*

5. *Brunduſium.*] Oppidum Calabriæ, ad mare Adriaticum ſitum.

 1. *Ca-*

deſiderium ejus pater toleraret: Idem ſenatus, cum ad gratulandum ſibi Pruſiam Bithyniæ regem Perſe devicto venire audiſſet, obviam illi P. Cornelium Scipionem quæſtorem [1] Capuam miſit: cenſuitque ut domus ei Romæ quam optima conduceretur, & copiæ non ſolum ipſi, ſed etiam comitibus ejus publice præberentur. In eoque excipiendo tota urbs unius humani amici vultum habuit. Ita qui amantiſſimus noſtri venerat, duplicata erga nos benevolentia in regnum ſuum reverſus eſt. Nec Ægyptus quidem Romanæ humanitatis expers fuit. Rex enim [2] Ptolemæus à minore fratre regno ſpoliatus, petendi auxilii gratia, cum paucis admodum ſervis, ſqualore obſitus, Romam venerat, ac ſe in hoſpitium Alexandrini pictoris contule-

1. *Capuam.*] Urbs hæc Campaniæ nobiliſſima, à Capye Samnitium duce capta, cum ante Vulturnus diceretur, nomen accepir.

2. *Ptolemæus.*] Sunt qui velint hunc fuiſſe Ptolemæum ultimum omnium, cognomento Dionyſium Auletæ filium, qui Pompejum juſſit occidi, cujus opibus & auctoritate fuerat ejus pater per Gabinium reſtitutus in regnum. Quod ex Cæſaris commentariis de Alexandrino bello colligi poſſe dicunt, ubi hæc inſcripta ſunt: *In teſtamento Ptolemæi patris hæredes erant ſcripti ex duobus filiis, major, & ex duabus ea quæ antecedebat. Hæc uti fierent per omnes Deos, perque fœdera, quæ Romæ feciſſet, eodem teſtamento Ptolemæus populum Romanum obteſtabatur, tabulæ teſtamenti una per legatos ejus Romam erant allatæ, ut in ærario ponerentur. Quæ cum propter occupationes publicas poni non potuiſſent, apud Pompeium ſunt depoſitæ; alteræ eodem exemplo relictæ atque obſignatæ Alexandriæ proferebantur:* ex quibus verbis conjici poſſe dicunt à minore fratre, per conſpirationem regno pulſum, quod ego nec affirmare, nec omnino refellere auſim, quippe qui hujus hiſtoriæ certum adhuc autorem non invenerim: verum illud me movet, quomodo reſtitutus fuerit, & cur Pompeii patrocinio non fuerit uſus, cum apud illum teſtamenti tabulæ eſſent depoſitæ; aut ſi uſus, cur à Valerio, cæteriſque auctoribus, ingratitudinis non damnatus, cum patronum ſuum juſſerit occidi? Extat præterea apud ipſum, quem auctorem referunt, Cæſarem, iiſdem commentariis, ad hunc ipſum Ptolemæum Pompeii legatio, qui poſt Pharſalicam profligationem in Ægyptum profectus, ab hoc puero adverſus Cæſarem opem ſuppliciter implorat, & eum per erogata tantum patri beneficia rogat, ut Alexandria recipiatur, ubi ne verbum quidem facit, ex quo intelligi aut conjici poſſit, eum Romæ aliquando fuiſſe. Quod ſatis admirari non poſſum, cum res tanta foret, quæ à Senatu magnopere curaretur, & ad Pompejum pertinere maxime videretur, propter tabulas teſtamenti depoſitas. Omitto quod Cæſar tunc eum puerum ætate fuiſſe oſtendit, cum Pompeius ad eum profugit. Valerius vero juvenem appellat. Quare cum hæc omnia obſcura & incerta mihi eſſe videantur, aliis excutienda relinquam. *Oliver.*

1. *Qua-*

tulerat. Id poſtquam ſenatui relatum eſt, accerſito juvene, quam potuit accurata excuſatione uſus eſt, quod nec [1] quæſtorem illi more majorum obviam miſiſſet, nec publico eum hoſpitio excepiſſet: eaque non ſua negligentia, ſed ipſius ſubito & clandeſtino adventu facta dixit: Et illum è curia protinus ad publicos penates deduxit, hortatuſque eſt, ut depoſitis [2] ſordibus adeundi ipſius diem peteret. Quinetiam curæ habuit, uti munera ei quotidie per quæſtorem darentur. His gradibus officiorum jacentem ad regium faſtigium erexit: effecitque, ut plus ſpei in auxilio pop. Rom. quam metus in ſua fortuna reponeret.

2. Atque ut ab univerſis Patribus conſcriptis ad ſingulos veniam, L. Cornelius conſul primo Punico bello, cum [3] Olbiam oppidum cepiſſet, pro quo fortiſſime dimicans, Anno dux Carthaginienſium occiderat, corpus ejus è tabernaculo ſuo amplo funere extulit: Nec dubitavit hoſtis exequias ipſe celebrare: tum demum victoriam & apud Deos & apud homines minimum invidiæ habituram credens, cum plurimum humanitatis habuiſſet.

3. [4] Quid de Quinctio Criſpino loquar, cujus manſuetudi-

1. *Quæſtorem.*] Eorum hæc fere fuere munera, è quibus præcipuum pecuniæ publicæ acceprio & expenſio. Livius lib. IV, & VII. item ſignorum militarium (ex argento & auro, non enim velis utebantur) in ærario obſervatio, prædæ vendirio, & ſubhaſtatio. Dionyſius lib. IV. & P. Faber lib. II. Semeſtr. Legatorum exceptio, deductio, hoſpitii aſſignatio. Plutarchus Quæſt. XLIII. & apud Livium variis locis & apud Valerium hic noſtrum. SCta ex decreto Auguſti iis aſſervanda quoque conceſſa ſunt. Dio in fine lib. LIV.

2. *Sordibus.*] Squalore & ſitu depoſitis.

3. *Olbiam oppidum.*] Invenio tria hujus nominis oppida: Unum, teſte Strabone, in Maſſilienſi agro. Alterum, eodem teſte, in Scythia, quod etiam Berta civitas dicebatur. Tertium, teſte Solino in Sardinia. Dicit enim: *Hic Iphycles Iolaum creat, qui Sardiniam ingreſſus, palantes incolarum animos ad concordiam eblanditus, Olbiam atque alia Græca oppida exſtruxit. Sardiniæ autem hic oppidum intelligitur.* Oliv.

4. *Quid de Quinctio Criſpino.*] Hoc contigit ſecundo Punico bello, cum Capua obſideretur à Romanis. T. Q. Criſpino Badius Campanus hoſpes erat perfamiliari hoſpitio conjunctus; creverat etiam conſuetudo, quod æger Romæ apud Criſpinum Badius ante defectionem Campanorum liberaliter comiterque curatus fuerat; tum Badius progreſſus ante ſtationes, quæ pro porta ſtabant, evocari Criſpinum juſſit; quod ubi eſt Criſpino nuntiatum, ratus colloquium amicum ac familiare quæri, manente memoria, etiam in diſſidio publicorum fœde-

tudinem potentiſſimi affectus ira atque gloria quatere non potuerunt? Badium Campanum & hoſpitio benigniſſime domi ſuæ exceperat, & adverſa valetudine correptum attentiſſima cura recreaverat: A quo poſt illam nefariam [1] Campanorum defectionem in acie ad pugnam provocatus, cum & viribus corporis & animi virtute aliquantò eſſet ſuperior; monere ingratum, quam vincere maluit. Nam quid agis, inquit, demens? aut quo te prava cupiditas tranſverſum rapit? parum habes, publica impietate furere, niſi etiam privata lapſus fueris? unus tibi Romanorum videlicet Quinctius placet, in quo ſceleſte exerceas arma, cujus penatibus, & honoris viciſſitudinem, & ſalutem tuam debes? At me fœdus amicitiæ, [2] Diique hoſpitales, ſancta noſtro ſanguini, veſtris pectoribus vilia pignora, hoſtili certamine congredi tecum vetant; Quinetiam ſi in con-

fœderum, privati juris, paulum à cæteris proceſſit. Poſtquam in conſpectum venit, Provoco te, inquit Badius, ad pugnam, Criſpine, conſcendamus equos, & uter ſit bello melior decernamus, ſummotis aliis. Ad ea Criſpinus, Nec ſibi, nec illi, ait, hoſtes deeſſe, in quibus virtutem oſtendant: ſe etiam, ſi in acie occurrerit, declinaturum, ne hoſpitali cæde dextram violet, converſuſque abibat. Enimvero ferocius tum inſtare Campanus, increpat mollitiem & ignaviam, & ſe digna probra in inſontem jacere, hoſpitalem hoſtem appellans, ſimulantemque parcere, cum ſciat ſe non parem eſſe. Si parum publicis fœderibus ruptis, direpta ſimul & privata jura eſſe putat, Badium Campanum, T. Quinctio Criſpino Rom. palam omnibus duobus exercitibus audientibus renuntiare hoſpitium, nihil ſibi cum eo conſociatum, nihil fœderatum hoſpiti cum hoſte, cujus patriam & penates publicos oppugnatum veniſſet. Si vir eſſet, congrederetur. Diu cunctantem Criſpinum perpulere turmales, ne impune inſultare Campanum pateretur. Itaque tantum moratus dum Imperatores conſuleret, permitterentne ſibi extra ordinem in provocantem hoſtem pugnare, permiſſu eorum arma cepit, equumque conſcendit, & Badium nomine compellans, ad pugnam evocavit. Nulla mora Campano facta eſt, infeſtis armis equiſque concurrunt, Criſpinus ſuper ſcutum ſiniſtrum humerum Badio haſta transfixit, ſuperque delapſum cum vulnere equo deſiluit, ut pedes jacentem conficeret. Badius priuſquam opprimeretur, parva parma atque equo relictis, ad ſuos aufugit. Criſpinus equum, armaque capta, & cruentum cuſpidem inſignis ſpoliis oſtentans cum magna laude & gratulatione militum ad Conſules eſt deductus, laudatuſque ibi, magnifice etiam donis donatus. Ita Livius. *Oliverius.*

1. *Campanorum.*] Scilicet à Romanis ad Hannibalem.

2. *Diique hoſpitales.*] Quorum princeps eſt Jupiter. Virgilius:

Jupiter hoſpitiis nam te dare jura loquuntur.

1. *Ob-*

concurſu exercituum fortuito umbonis mei impulſu proſtratum agnoviſſem, applicatum jam cervicibus tuis mucronem revocaſſem. Tuum ergo crimen erit hoſpitem occidere voluiſſe: meum non erit, hoſpes occiſus. Proinde aliam, qua occidas, dextram quære, quoniam mea te ſervare didicit. Dedit utrique cæleſte numen debitum exitum: ſiquidem in eo prælio Badius [1] obtruncatus eſt, Quinctius inſigni pugna clarus evaſit.

4. [2] Age, M. Marcelli clementia, quam clarum, quamque memorabile exemplum haberi debet? qui captis à ſe Syracuſis in arce earum conſtitit; ut urbis, modo opulentiſſimæ, tunc afflictæ, fortunam ex alto cerneret. Ceterum caſum ejus lugubrem intuens, fletum cohibere non potuit; quem ſi quis ignarus vir aſpexiſſet, alterius victoriam eſſe crediſſet. Itaque Syracuſana civitas in maxima clade tua aliquid admiſtum gratulationis habuiſti: quia ſi tibi incolumem ſtare fas non erat, leniter ſub tam manſueto victore cecidiſti.

5. Q. vero Metellus Celtibericum in Hiſpania gerens bellum, cum urbem [3] Centobricam obſideret, & jam admota

1. *Obtruncatus eſt.*] Non à Criſpino: nam aufugit antequam opprimeretur, ut ſupra diximus, ſed ab aliis.

2. *Age, Marci Marcelli clementia.*] Marcellus conſul Romanus cum diu obſediſſet Syracuſas, tandem urbem illam cepit cum aſſiduitate laboris, tum etiam proditione. Cum igitur mœnia ingreſſus eſt, ac è ſuperioribus locis urbem ferme omnium illa tempeſtate pulcherrimam ſubjectam oculis vidit, lachrymaſſe dicitur, partim gaudio rantæ perpetratæ rei, partim vetuſta gloria urbis. Arhenienſium claſſes dimerſæ, & duo ingentes exercitus cum duobus clariſſimis ducibus deleti occurrebant, tot bella Carthaginienſibus tanto cum diſcrimine geſta, tot ac tam opulenti tyranni regeſque, præter cæteros Hiero cum recentiſſimæ memoriæ regum, tum ante omnia quæ virtus ei fortunaqueſua dederat, beneficiis in populum Romanum inſignis. Ea cum univerſa occurrerent animo, ſubiretque cogitatio jam illa momento horæ arſura omnia & ad cineres reditura, priuſquam ſigna Acradinem admoveret, præmittit Syracuſanos, qui intra Romanum præſidium aufugerant, ut alloquio leni pellicerent hoſtes ad dedendam urbem, quod obtinere nequivir. Ita Livius. *Oliv.*

3. *Centobricam.*] Centobrica Celtiberorum urbs, in Hiſpania. Contrebiam eandem vocat Paterculus, & L. Florus. Contrebiæ etiam Livius meminit. An Contributa Ptolemæi ſit, videant alii, ego nec aio, nec nego. Contrebiam Livii, Complegam Appiani eſſe ſcio. *Ortelius. Centobricam.*] Florus Verſobrigas

mota machina, partem muri, quæ ſola convelli poterat, disjecturus videretur; humanitatem propinquæ victoriæ prætulit. Nam cum Rhetogenis filios, qui ad eum tranſierat, Centobricenſes machinæ ictibus objeciſſent; ne pueri in conſpectu patris crudeli genere mortis conſumerentur, (quamquam ipſe Rhetogenes negabat eſſe impedimento, quo minus etiam per exitium ſanguinis ſui expugnationem perageret) ab obſidione diſceſſit. Quo quidem tam clementi facto, etſi non unius civitatis mœnia, omnium tamen Celtiberarum urbium animos cepit: effecitque ut ad redigendas eas in ditionem populi Rom. non multis ſibi obſidionibus opus eſſet.

6. Africani quoque poſterioris humanitas ſpecioſe lateque patuit. Expugnata enim Carthagine, circa Siciliæ civitates literas miſit, ut ornamenta templorum ſuorum à Pœnis rapta, per legatos recuperarent, inque priſtinis ſedibus reponenda curarent. Beneficium Diis pariter atque hominibus acceptum.

7. [1] Huic facto par ejuſdem avi humanitas. A quæſtore ſuo [2] haſtæ ſubjectos captivos vendente puer exiguæ formæ

gas vocat lib. II, cap. 27. Plinius Vertobrigam. Eadem civitas Concordia quoque Julia dicta fuit, teſte Plinio lib III, cap. I. Seria quæ dicitur Fama Julia, Vertobriga, Concordia Julia. *Coler.*

I. *Huic facto par ejuſdem viri humanitas.*] Hoc quidem loco duorum Scipionum acta perperam uni Æmiliano adſcribuntur, nam exemplum hoc poſterius, Livio teſte, non ad Æmilianum, ſed avum ejus ſuperiorem Africanum, qui eo humanitatis edito exemplo Maſſaniſſam, tum adhuc hoſtem, Romanis primum conciliavit. Atqui hunc tam pudendum errorem, non imperitiæ vel negligentiæ auctoris adſcribo, qui immerito ſæpe vapulat à doctis, ſed eorum temeritati atque ignorantiæ, quibus hoc tam concinnum opus deſtruere, atque in epitomen contrahere viſum fuit, ſicut & antea conqueſtus ſum. Conſtat autem conſuta hæc exempla eſſe, vel hoc indicio, quod in Campenſi legatur, *Huic facto par ejuſdem avi humanitas.* Veriſſime. Nam de ſuperiore Africano hic loquitur Valerius. Sed qui hoc exemplum priori connectere voluerunt, *Ejuſdem viri*, ſcripſerunt, atque finem exempli inſuper accommodantes pro ſua libidine mutarunt, cum legi debeat hoc modo: *Eos igitur victoriæ maximos fructus rati Romani, Diis templorum ornamenta, regibus ſanguinem ſuum reſtituere*; quemadmodum in Campenſi legitur. *Pighius.* Contigit A.U. DXLIV.

2. *Haſtæ ſubjectos.*] Qui publice vendebantur. Solebant enim in auctionibus haſtæ præfigi.

I. *Ami-*

mæ & liberalis habitus miſſus eſt. De quo cum exploraſſet Numidam eſſe, orbum relictum à patre, educatum apud avunculum Maſſaniſam, eo ignorante immaturam adverſus Romanos ingreſſum militiam; & errori illius veniam dandam, & [1] amicitiæ regis fidiſſimi populo Rom. debitam venerationem tribuendam exiſtimavit. Itaque puerum [2] annulo, [3] fibulaque aurea & [4] tunica laticlavia, [5] Hiſpanoque ſagulo, & [6] ornato equo donatum, datis qui eum proſequerentur equitibus, ad Maſſaniſam remiſit. Eos igitur victoriæ maximos fructus rati Romani, Diis, templorum ornamenta, regibus ſanguinem ſuum reſtituere.

8. [7] L. etiam Paulli in tali genere laudis memoria apprehendenda eſt. Qui cum Perſen, parvi temporis momento captivum ex rege, ad ſe adduci audiſſet: [8] occurrit ei Romani [9] Imperii decoratus ornamentis: Conatumque ad genua procumbere, dextera manu allevavit, [10] & Græco ſermone ad ſpem exhortatus eſt: Introductum etiam in taber-

1. *Amicitiæ regis fidiſſimi populo Romano.*] De Maſſaniſſa loquitur. Atqui illi, cum id contigit, infenſiſſimus Romano nomini hoſtis. Itaque parum attenta Valerii mens hæc ſcribentis. *Lipſ.*

2. *Annulo.*] Sic enim mos erat ingenuos pueros annulo ornari.

3. *Fibula.*] Qua in humeris militaris veſtis nectebatur.

4. *Tunica laticlavia.*] Conjungit hic fibulam auream & tunicam laticlaviam, quia ea ab utraque parte in humeris fibulis ſtringebatur. Unde Suetonius in Auguſto: *Tunica laticlavi reſuta ex utraque parte ad pedes decidit.*

5. *Hiſpanoque ſagulo.*] Sagulum veſtis militaris, qua utuntur Hiſpani virgata & verſicolore; & eſt diminutivum à ſago. Virgilius:

Virgatis lucent ſagulis.

6. *Ornato equo.*] Phaleris ſcil. & ornamentis aliis.

7. *L. etiam. &c.*] Contig. A.U. DXXC.

8. *Occurrit.*] Amphipolim ductum & ibi à Paulo conventum ſcribit Zonaras Annal. II. *Coler.*

9. *Imperii decoratus ornamentis.*] Tanquam honoris gratia illi regi non captivo prodiret obviam. Fuit autem captus Perſes à Cn. Octavio cum duobus filiis Alexandro & Philippo, dum fugerent in Samothraciam cum decem milibus talentûm, quos ad conſulem Æmilium Paullum deduxit Octavius. *Oliverius.*

10. *Et Græco ſermone ad ſpem exhortatus eſt.*] Recte in MSS. *Et Græco ſermone ad ſpem exhortatus eſt.* Aſtipulatur Livius lib. XLV. idem referens: *Hæc* (inquit) *Græco ſermone Perſeo, Latine deinde ſuit.* Nec ocioſe hoc annotatum ab Hiſtoricis, velut in humanitatis ac benignitatis indicium, cum alioquin ex majeſtate Romani populi, atque auctoritate magiſtratuum ſoleat eſſe, Græcos, exteroſque niſi Latine alloqui, ut ipſe

tabernaculum, lateri ſuo proximum in conſilio ſedere juſſit: nec honore menſæ indignum judicavit. Proponatur in conſpicuo acies, qua proſtratus eſt Perſes, & harum rerum quas retuli, contextus; utro magis ſpectaculo delectentur, homines dubitabunt; Nam ſi egregium eſt, hoſtem abjicere, non minus tamen laudabile, infelicis ſcire miſereri.

9. [1] Hæc L. Paulli humanitas admonet me, ne de Cn. Pompeji clementia taceam. Regem [2] Armeniæ Tigranem, qui & per ſe magna cum populo Rom. bella geſſerat, & infeſtiſſimum Urbi noſtræ Mithridatem Ponto pulſum, viribus ſuis protexerat, in conſpectu ſuo diutius [3] jacere ſuppli-

Valerius lib. II. cap. 2. auctor eſt. *Pigh.*

Græco ſermone.] Humanitatis & clementiæ cauſa. Nam alias Latine ſolebant, puta majeſtatis cauſa, ut alibi Valerius. *Coler.*

1. *Hæc L. Paulli, &c.*] Quum Mithridates à Pompejo è provincia pulſus ad Tigranem Armeniæ regem confugiſſet, eum perſequens Pompejus, celeriter in Armeniam contendit, à Tigrane juniore, qui à patre defecerat, accerſitus. Tigranes vero ſenior audito Pompeji adventu, cognitaque ejus clementia, moribuſque ſuaviſſimis, ſpe maxima fretus, ad Pompejum, ut ſeſe dedat ipſe pervenit. Pompejus, ubi caſtris jam adeſſe regem audivit, duos lictores obviam miſit, qui regi nuntiarent, ut equo deſcenderet, pedibuſque Romanum imperatorem adiret, quod nemo unquam ad eam diem peregrinus equo inſidens Romana caſtra introiiſſet. Quibus non ſolum facile paruit, ſed enſem quoque nudatum illis tradidit, & Pompejum inermis adivit; cujus cum ante ora ſtetiſſet, coronam è capite demptam ante illius pedes projecit, deinde quod turpiſſimum fuit, ſe ad Pompeji genua proſternere voluit, ut ab eo ſupplex erroris veniam peteret, ni præveniſſet Pompejus, qui eum dextra porrecta erexit, juſſitque apud ſeſe æquali eum ſella inſidere, &, ut ſingulari humanitate præditus erat, non illum ſibi ſupplicem eſſe ſuſtinuit, ſed ſuis ornatum inſignibus in regnum, de quo ejectus fuerat reſtituit. Hujus autem belli cauſa, teſte Cicerone in Pompejana, fuit, quod Mithridatem regem Ponti à L. Lucullo regno pulſum non ſolum ad ſe fugientem benigne ſuſcepit, ſed ſuis etiam opibus in regnum reſtituere voluit: nam ingenti exercitu comparato poſt aliquot clades acceptas, tandem copias Romanas victrices trucidavit, & graviſſimam Romanis cladem intulit. *Oliv.* Contigit A.U. DCXXCVII.

2. *Armeniæ.*] Regio hæc Aſiæ inter Taurum & Caucaſum montem ſita, & à Cappadocia uſque ad Caſpium mare protenſa. Regio Minni, unde & Minyarum nomen, in ſacra Scriptura dici videtur. Quaſi dicas montoſam Minyam. הר Har enim montem Hebræis denotat.

3. *Iacere ſupplicem*] Florus lib. III. c. 5. plura ejus humanitatis exempla enumerat; Ignovit Iberiæ: pepercit Albanis: regem Colchorum, poſitis ſub ipſo Caucaſo caſtris, juſſit in plana deſcendere, Lege Plutarchum. *Coler.*

1. *Dia-*

ſupplicem paſſus non eſt; ſed benignis verbis recreatum, [1] diadema quod abjecerat, capiti reponere juſſit. Certiſque rebus imperatis, in priſtinum fortunæ habitum reſtituit: æque pulchrum eſſe judicans & vincere reges & facere.

10. [2] Quam præclarum tributæ humanitatis ſpecimen Cn. Pompejus, quam miſerabile deſideratæ idem evaſit exemplum! Nam qui Tigranis tempora inſigni regio texerat, ejus caput [3] tribus coronis triumphalibus ſpoliatum, [4] in ſuo modo terrarum orbe nuſquam ſepulturæ locum habuit: Sed abſciſſum à corpore, inops rogi, nefarium Ægyptiæ perfidiæ munus portatum eſt, etiam ipſi victori miſerabile. Ut enim id Cæſar aſpexit, oblitus hoſtis, ſoceri vultum induit, ac Pompejo tum proprias, tum etiam [5] filiæ ſuæ [6] lachrymas reddidit: caput autem plurimis & pretioſiſſimis odoribus cremandum curavit. Quod ſi non tam man-

1. *Diadema.*] Inſigne regis apud Armenios, quod faſciam, cui corona imponebatur, quidam eſſe volunt. *Badius.* *Diadema.*] Plutarcho & Zonaræ *Κίδαρις* eſt, Armeniæ & Ponti regum proprium geſtamen. Alio nomine Tiara nuncupatur. Suidas: *Κίδαρις, ὁ καὶ τιάρα νοεῖται.* *Colerus.*

2. *Quam præclarum.*] Pompejus quidem hoc humanitatis ſpecimem dedit, ſed ipſe poſtea fuit deſideratæ exemplum humanitatis, quum à L. Septimio & Achilla Ptolemæi ſatellitibus occiſus eſt, jubente rege. Hiſtoria nota eſt in ſuperioribus, ſed quamobrem inducar exemplum Pompeji hæc eſt ratio, quia ſubſequitur humanitas Julii Cæſaris, qui cum Alexandriam veniſſet, & ei Theodorus Ptolemæi præceptor Pompeji caput regis nomine obtuliſſet, lachrymas continere non potuit, viſo generi ſui capite. *Oliv.* Contigit A.U. DCCV.

3. *Tribus coronis.*] Quia toties triumphavit. Primo quidem de Africa, quam auſpiciis L. Syllæ ſubegit, cum eſſet annorum viginti quatuor, ut quidam tradunt, miſſus contra Domitium. Deinde triumphavit de Sertorio, vel de Piratis, qui mare totum infeſtabant, quod bellum quadraginta octo diebus confecir, poſtremo de Mithridate. *Oliv.*

4. *In ſuo modo terrarum orbe.*] Ita lege ex Manuſcript. librorum conſenſu. Vulgo, *In ſummo terrarum orbe.* Prius approbo; non enim ſine ſale hoc dictum exiſtimo, paulo ante imperii Romani ſummam Pompejus conſenſu Senatus rexerat, atque etiam tribus ſuis triumphis de toto terrarum orbe triumphaſſe vulgo ferebatur. De quo vide noſtros Annales in ejus triumpho Aſiatico. *Pighius.*

5. *Filiæ.*] Juliæ, quæ illi nupſerat, & illum tantum dilexerat, ut viſa ejus tunica ſanguinolenta, interfectum verita, abortum fecerit, ſibique mortis cauſa fuerit. *Badius.*

6. *Lachrymas.*] Quas tamen aut gaudii, aut ſimulati amoris interpretatur.

1. *Cato-*

manſuetus animus divini principis extitiſſet, paullo ante Romani imperii columen habitum (ſic ut mortalium negotia fortuna verſat) inhumatum jacuiſſet. [1] Catonis quoque morte Cæſar audita, & ſe illius gloriæ invidere, & illum ſuæ invidiſſe dixit: patrimoniumque ejus liberis ipſius incolume ſervavit. Et hercle divinorum Cæſaris operum non parva pars Catonis ſalus fuiſſet.

11. [2] M. etiam Antonii animus talis humanitatis intellectu non caruit. M. enim Bruti corpus liberto ſuo ſepeliendum tradidit: quoque honoratius cremaretur, injici ei ſuum paludamentum juſſit: jacentem non hoſtem, ſed civem depoſito æſtimans odio. Cumque interceptum à liberto [3] paludamentum comperiſſet, ita percitus, protinus in eum animadvertit, hac ante præfatione uſus: Quid? tu ignoraſti cujus tibi viri ſepulturam commiſerim? Fortem, piamque ejus victoriam [4] Philippicam libenter Dii viderunt: ſed ne iſta quidem generoſiſſime indignationis verba inviti audierunt.

EXTERNA.

1. Commemoratione Romani exempli in [5] Macedoniam deductus, morum Alexandri præconium facere cogor: cujus ut infinitam gloriam bellica virtus; ita præcipuum amorem clementia meruit. Is, dum omnes gentes infatigabili curſu luſtrat, quodam loco tempeſtate nivali oppreſſus, ſenio jam confectum militem Macedonem, nimio frigore obſtupefactum, ipſe ſublimi & propinqua igni ſede ſedens, animadvertit. Factaque non fortunæ, ſed ætatis utriuſque æſtimatione, deſcendit, & illis manibus, quibus

1. *Catonis, &c.*] Contig. A. U. DCCVII.

2. *Marci etiam Antonii, &c.*] Hoc contigit bello civili, quod geſſit Antonius contra Brutum & Caſſium Cæſaris interfectores, ubi profligatis reip. partibus, Brutus, ne veniret in poteſtatem Antonii, ſibi ipſi mortem conſcivit. *Oliv.* Contigit A. U. DCCXI.

3. *Paludamentum.*] Quo Brutus in bello uſus fuerat.

4. *Philippicam.*] Qua in campis Philippicis Brutum vicit Antonins.

5. *Macedoniam.*] Res geſta eſt in campis Philippicis, qui ſunt in Macedonia.

1. *Corpra*

bus opes Darii afflixerat, [1] corpus frigore complicatum in ſuam ſedem impoſuit: Id ei ſalutare futurum dicens, quod [2] apud Perſas capitale extitiſſet, ſolium regium occupaſſe. Quid ergo mirum eſt, ſi ſub eo duce tot annis militare jucundum ducebant, cui gregarii militis incolumitas proprio faſtigio charior erat? Idem non hominum ulli, ſed naturæ fortunæque cedens, quanquam [3] violentia morbi dilabebatur, in cubitum tamen erectus, dextram omnibus, qui eam contingere vellent, porrexit. [4] Quis autem illam oſculari non curreret, quæ jam fato oppreſſa, maximi exercitus complexui, humanitate, quam [5] ſpiritu vividiore ſuffecit?

2. [6] Non tam robuſti generis humanitas, ſed & ipſa tamen memoria proſequenda Piſiſtrati Athenienſium tyranni

1. *Corpus frigore complicatum.*] Ita corrige, ut habent veteres plerique Libri. *Pighius. Frigore complicatum.*] Utinam manum abſtinuiſſet hic Pighius, elegantiſſima & acutiſſima locutio non periiſſet. Editi nonnulli typis, & eximius ille Danielis jure adſerunt, *Corpus frigore duplicatum.* Corpus frigore duplicatum militis vocat ſenio confecti. Nam ſenectus per ſe frigida eſt: duplicatur frigore, accedente externo illo & hiemali. *Coler.*

2. *Apud Perſas capitale extitiſſet.*] Apud Perſas lex eſt: Si quis in ſolio regio conſederit, capital eſto. Frontinus libro IV.

3. *Violentia morbi.*] Cum tandem victo Dario, domitiſque Parthis conſuluiſſet Aruſpices de ſuarum rerum eventu, reſponderunt, ut diligentiſſime Babylonem vitaret. Ille, cum aliquamdiu ſe ab ea regione abſtinuiſſet, tandem rapientibus fatis ejus urbis miro deſiderio captus eſt, & ut eſt genus humanum in vetita pronum, Babylonem ire voluit, quo factum eſt, ut paucis poſt diebus Caſſander venerit miſſus à patre Antipatro, ut Alexandrum veneno necaret, & cum Antipater in Macedonia plurimum auctoritate, & opibus valeret, eum benigne ſuſcepit, pincernamque ſuum inſtituit, videlicet qui ſibi pocula propinaret. Hic igitur, ut multi tradunt, venenatum poculum dedit Alexandro: venenum autem fuiſſe dicunt frigidiſſimam aquam de Nonacride regione ſumptam, quæ guttatim de petra ſtillat, quæ quidem aqua non niſi in ungulis deferri poteſt. Hanc cum hauſiſſet Alexander, ſubito dolore perfuſus eſt. Itaque abiit in cubiculum, & univerſum exercitum ad ſe juſſit acciri, & ſingulis dextram porrexit. Quod non mediocre humanitatis ſpecimen fuit, poſtea vero mortuus eſt. *Oliv.*

4. *Quis autem illam oſculari non curaret.*] Veteres libri, *non curreret*, quod habet majorem emphaſim. *Pigh.*

5. *Spiritu.*] Quia ſpiritus perexiguus erat, humanitas vero magna.

6. *Non tam robuſti generis.*] Adoleſcens quidam Piſiſtrati filiæ amore correptus, eam in publico oſculatus eſt, dum iret aquatum. Plutarchus enim dicit, principum filias aquatum ire ſolitas. *Oliverius.*

1. *Oſcu-*

ranni narrabitur. Qui,cum adoleſcens quidam amore filiæ ejus virginis accenſus, in publico obviam ſibi factam [1] oſculatus eſſet: hortante uxore ut ab eo capitale ſupplicium ſumeret, reſpondit: Si eos, qui nos amant, interficimus; quid his faciemus, quibus odio ſumus? Minime digna vox, cui adjiciatur, eam [2] ex tyranni ore manaſſe.

In hunc modum filiæ injuriam tulit, ſuam multo laudabilius. A Thraſippo namque amico inter cœnam ſine fine convitio laceratus, ita & animum & vocem ab ira cohibuit, ut putares ſatellitem à tyranno [3] male audire. Abeuntem quoque veritus ne propter metum maturius ſe convivio ſubtraheret, invitatione familiari cœpit retinere. Thraſippus concitatæ temulentiæ impetu evectus, os ejus ſputo reſperſit: nec tamen in vindictam ſui accendere potuit. Ille vero etiam filios ſuos violatæ patris majeſtati ſubvenire cupientes retraxit. Poſtero quoque die Thraſippo ſupplicium à ſe voluntaria morte exigere volente, venit ad eum, dataque fide in eodem gradu amicitiæ manſurum, ab incepto revocavit. Si nihil aliud dignum honore vel memoria geſſiſſet, his tamen factis abunde ſe poſteritati commendâſſet.

3. [4] Æque mitis animus [5] Pyrrhi regis. Audierat quoſdam Tarentinorum in convivio parum honoratum de ſe ſermonem habuiſſe, accerſitoſque qui ei interfuerant, percontabatur, an ea quæ ad aures ejus pervenerant, dixiſſent. Tum ex his unus: niſi inquit, vinum nobis defeciſſet, iſta quæ tibi relata ſunt, præ iis quæ de te locuturi eramus, luſus ac jocus fuiſſent. Tam urbana crapulæ excuſatio; tam-

1. *Oſculatus.*] Certiſſimum hoc habitum impudicitiæ ſignum apud calidiores gentes. Etiam ex oſculo apud Neapolitanos adulterii accuſatum & damnatum aliquem tradir Vivius in Deciſ.

2. *Ex ore tyranni.*] In ſimili injuria ejuſdem mira humanitate conditum reſponſum lege apud Senecam lib. III. de ira cap. 2. Non enim videtur idem exemplum de Thraſippo. *Colerus.*

3. *Male audire.*] Objurgari.

4. *Æque, &c.*] Contig. A. U. CDLXXIII. circiter.

5. *Pyrrhi.*] Pyrrhus accitus à Tarentinis adverſus Romanos, cum in caſtris eſſet, hoc contigit.

1. *Ab*

tamque ſimplex veritatis confeſſio, iram regis convertit in riſum. Qua quidem clementia & moderatione aſſecutus eſt, ut ſobrii ſibi Tarentini gratias agerent, & ebrii bene precarentur. [1] Ab eadem altitudine humanitatis, legatis Romanorum ad redimendos captivos caſtra ſua petentibus, quo tutius venirent, Lyconem Moloſſum obviam miſit: quoque honoratius exciperentur, [2] ipſe cum ornato equitatu extra portam occurrit. Secundarum rerum proventu non adeo corruptus, ut officii proſpectum in iis deponeret, qui tum maxime armis cum eo diſſidebant.

4. [3] Cujus tam mitis ingenii debitum fructum ultimo fati ſui tempore recepit. Nam cum diris auſpiciis Argivorum

1. *Ab eadem altitudine.*] De ejuſdem Pyrrhi humanitate loquitur, qui, ut ſupra dixi, cum multis millibus hominum in auxilium Tarentinorum veniſſet, & bellum ſtrenue fortiterque geſſiſſet, ingentem captivorum numerum multis cladibus illatis ceperat, ad quos redimendos, cum Romani legatos miſiſſent, hac humanitate uſus eſt in legatione, ut illis obviam honoratum virum honoris gratia miſerit, ipſe quoque cum equitatu extra portas occurrerit, atque illos, non ut victor ſecundis rebus elatus, ſed ut amicus benigniſſime ſuſceperit, captivos ſine pretio remiſerit, dicens, ut eſt apud Ennium:

Non aurum poſco, nec mi pretium dederitis,
Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes:
Ferro, non auro, vitam cernamus utrique;
Voſne velit an me regnare hera, quidve ferat fors
Virtute experiamur, & hoc ſimul accipe dictum,
Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Horumdem me libertati parcere certum eſt;
Dono ducite, deoque volentibus cum magnis Dîs.

Regalis, inquit Cicero, & Æacidarum gente digna ſententia. *Oliv.* Contigit A.U. CDLXXIV.

2. *Ipſe cum ornato equitatu extra portam occurrit.*] Ita in Wincheliano, & aliis; Vulgo: *Cum ornatu equitum.* Pigh.

3. *Cujus tam mitis ingenii.*] Pyrrhus Italia pulſus, in Siciliam trajecit exercitum, ubi navali pugna à Carthaginienſibus ſuperatus, cum ab Antigono Macedoniæ rege auxilia non impetraſſet, Macedoniam invaſi, Antigonum vicit. Elatus deinde victoria, ſtatim ad Græciæ & Aſiæ totius imperium adjecit animum, & primum omnium Spartanos invadit, quorum cum urbem oppugnaret, tanta multitudo fœminarum ad patriæ tutelam accurrit, ut non fortius victus, quam verecundus recederet, & in ea oppugnatione Ptolemæum filium ſtrenuum manuque fortem amiſit, cujus cadavere ad ſe delato, dixiſſe fertur, aliquanto tardius cecidiſſe, quam timuerat. Pulſus igitur à Spartanis Argos petiit; ibi dum Antigonum in urbe clauſum expugnare conatur, inter confertiſſimos violentiſſime dimicans, ſaxo de muris jacto occiditur, caput

rum invaſiſſet urbem, abſciſumque caput ejus Alcyoneus Antigoni regis filius ad patrem propugnatione laborantem lætus velut aliquod feliciſſimum victoriæ opus attuliſſet: Antigonus correpto juvene, quod tanti viri ſubitæ ruinæ, immemor humanorum caſuum, effuſo gaudio inſultaret: humo caput ſublatum, [1] cauſea, qua velatum caput ſuum [2] more Macedonum habebat, texit: corporique Pyrrhi

put ejus Antigono defertur, qui victoria mitius uſus, filium Helenum cum Epirotis ſibi deditum in regnum dimiſit, eique inſepulti patris oſſa in patriam referenda tradidit. Hæc ſummatim Juſtinus. Sunt qui aliter tradunt hanc hiſtoriam: Pyrrhum ſcilicet, dum Argos oppugnaret per proditionem urbem ingreſſum, ad arcem uſque perveniſſe, ubi cum acerrime dimicaretur, mulierem quandam è tectis mortarium demiſiſſe in caput Pyrrhi, quo ictu moribundus cecidit. Tunc dicunt Alcyoneum Antigoni filium Pyrrhi caput abſciſſum ad patrem cum ſumma lætitia detuliſſe, Antigonus correpto filio, regis caput velamine tectum, corpori quam honoratiſſime cremandum reſtituiſſe, filiumque Helenum captivum liberum eſſe, & regium animum gerere juſſiſſe, oſſaque Pyrrhi aurea urna incluſa in patriam ad fratrem reportanda curaſſe. Quæ magna profecto fuit regis clementia. Plutarchus in Vita Pyrrhi, dicit illum, dum Argos oppugnaret, per proditionem nocte urbem ingreſſum, una cum Galatis in forum uſque perveniſſe; quod ſentientes Argivi, Clypeum & alia munita urbis loca ceperunt, Antigonum in urbem acciverunt. Tunc Pyrrhus, ubi vidit Clypeum hoſtilibus armis refertum, & alia eſſe munita urbis loca, prodigiis quibuſdam territus, retrocedere, & urbem egredi ſtatuit; ſed cum anguſtias portarum formidaret, nuntium præmittit ad filium Helenum, qui cum magna manu extra mœnia ſedebat, ut dejectis mœnibus aditum ſibi aperiret, ſuoſque tutaretur: filius non recte accepto nuntio ad opem ferendam urbem ingreditur, & ita fugientibus ingredientes occurrunt, impediuntque fugam, Pyrrhus ubi evadendi difficultatem vidit, in perſequentes hoſtes converſus à gregario milite Argivo haſta leviter percuſſus, equum adegit in illum. Mater ejus, quæ forte deſuper pugnam ſpectabat, cognito filii periculo, tegulam, vel ut alii dicunt, mortarium de ſpeculis in Pyrrhi caput conjecit; quo ictu moribundus cecedit. Tunc Zophirus quidam Antigoni miles cognitum regem apprehendens, illi caput abſcidit; Alcyoneus vero Antigoni filius accurrens, abſciſſum regis caput ad patrem cum ſumma alacritate deportar, pater filium baculo percuſſit, ac à ſe repulit, barbarum & pollutum appellans. Regis caput & corpus magnifice cremavit, Helenum quoque Pyrrhi filium benigne & humaniter exceptum, cum eum complexus eſſet, bene ſperare juſſit, & eum ſtatim in priorem habitum ornatumque reſtituit, atque in Epirum remiſit, & erga amicos quoque Pyrrhi benignus fuit. *Oliv.*

1. *Cauſea.*] Velum capitis, quod circa caput geſtabant.

2. *More Macedonum.*] An igitur cauſea vox Macedonibus propria. Militare tegumentum capitis fuiſſe & ex hoc loco & ex Vegetio diſcas, imo ex Plauti Perſa, & Milite. Scena:

——— Sequimini.
Cauſeam habeas ferrugineam, culcitram ob oculos laneam.

Utebantur ea pugnatores, ne oculi à ſolis

rhi redditum, honoratiſſime cremandum curavit. Quinetiam filium ejus Helenum captivum ad ſe pertractum, & cultum & animum gerere regium juſſit: oſſaque Pyrrhi ei aurea [1] urna incluſa, Epirum in patriam ad Alexandrum fratrem portanda dedit.

5. [2] Campani autem exercitum noſtrum cum conſulibus apud [3] Caudinas furcas, ſub [4] jugum à Samnitibus miſſum; nec inermen tantum, ſed etiam nudum urbem ſuam intrantem; perinde ac victorem, & ſpolia hoſtium præ ſe ferentem venerabiliter exceperunt: Protinuſque conſulibus

lis radiis perſtringerentur. Fuiſſe tamen & Romæ geſtatam ſignificat Martialis lib. XIV. hoc lemmate:

CAVSEA

In Pompejano tectus ſpectabo theatro:
Nam ventus populo vela negare ſolet.

Græca origine eſſe vocem non dubito, ἀπὸ τῆς καίειν. Suidas: Καυσία, εἶδος πίλου βαρβαρικοῦ. *Colerus.*

1. *Urna.*] Urna eſt, quæ pro condendis defunctorum cineribus ſolebat adhiberi.

2. *Campani autem.*] Livius lib. IX. circa principium: Cum Aulus Poſthumius & T. Veturius conſules opem Luceriæ ferre vellent, inter furculas Caudinas incluſi ſunt. Locus erat ſylvis undique obſitus: nam ſaltus duo alti anguſti ſylvoſique ſunt, montibus arctis perpetuis inter ſe juncti; in medio campus eſt herbidus & aquoſus, per quem medium iter eſt, ſed antequam venias ad eum, intrandæ anguſtiæ ſunt, & aut eadem, qua te inſinuaveris, retro via repetenda eſt, aut ſi ire porro per alium ſaltum arctiorem impeditioremque, evadendum. In eum campum via alia per cavam rupem cum Romani veniſſent, & in alias anguſtias ire pergerent, eas ſeptas dejectu arborum ſaxorumque ingentium objacente mole invenerunt, tunc fraus hoſtilis apparuit, & in ſummo ſaltu præſidium conſpicitur. In inſidias præcipitati, cum evadere nullo modo poſſent, fœdam & ignominioſam deditionem accipere compulſi ſunt, ut cum ſingulis veſtimentis ſub jugum miſſi abirent incolumes, qua conditione accepta, cum ante noctem Capuam pervenire poſſent, incerti de fide ſociorum, & quod pudor præpediebat, circa viam, haud procul à Capua, omnium egena corpora humi proſtraverunt. Quod ubi eſt Capuam nuntiatum, hac in eos humanitate uſi ſunt Campani, ut ſociorum juſta miſeratione commoti, depoſita ſtatim ingenita ſuperbia, mitterent confeſtim inſignia ſua conſulibus, faſces, lictores, arma, equos, veſtimenta commeatuſque militibus omnibus, & venientibus Capuam, cunctus Senatus populuſque obviam egreſſus, juſtis omnibus hoſpitalibus, & publicis & privatis fungerentur officiis. Quam mentem ſi ſecundo Punico bello adverſus Romanos ſervaſſent, Fulvius Flaccus conſul ſecures ſuas Campanorum ſanguine non cruentaſſet, ut illorum perfidiam vindicaret. De quo in cap. de Conſtantia largius dictum eſt. *Oliver.* Contigit A. U. CDXXXII.

3. *Caudinas Furcas.*] Furcæ vel fauces Caudinæ à Caudio Samnitium oppido nomen accepêre.

4. *Jugum.*] Jugum tribus haſtis fit, duabus humi defixis, ſuperque eas una tranſverſa ligata.

libus inſignia honoris, militibus veſtem, arma, equos, commeatum benigniſſime præſtando, & inopiam & deformitatem Romanæ cladis mutârunt: [1] Quo animo ſi pro imperio noſtro adverſus Annibalem quoque uſi fuiſſent, truculentis ſecuribus materiam ſæviendi non præbuiſſent.

6. [2] Facta mentione acerrimi hoſtis, manſuetudinis ejus operibus, quam Romano nomini præſtitit, locum qui inter manus eſt, finiam. Annibal enim Æmilii Paulli apud Cannas trucidati quæſitum corpus, quantum in ipſo fuit, [3] inhumatum jacere paſſus non eſt. [4] Annibal Ti. Gracchum, Lucanorum circumventum inſidiis, cum ſummo honore ſepulturæ mandavit; & oſſa ejus in patriam portanda militibus noſtris tradidit. [5] Annibal M. Marcellum * in agro Bru-

1. *Quo animo, &c.*] Contigit A.U. DXLII.

2. *Facta, &c.*] Contigit A.U. DXXXVII.

3. *Inhumatum jacere.*] Laudavit etiam pro funere, ſi non magis Poëtica, quam Hiſtorica fide iſta ſcripſit Silius lib. x.

> —— *Jamque Annibal unus*
> *Sat decorus laudator erat, fulgentia pingui*
> *Murice ſuſpirans inicit velamina, & auro*
> *Intextam chlamydem, ac ſupremo affatur honore.*

Hunc locum Valerii non tacitus prætériit Plutarchus dum ait: Ταῦτα μὲν περὶ Κορνήλιον Νέπωτα καὶ Οὐαλέριον Μάξιμον ἱστορήκασι. Aliter narrare ait ibidem Livium & Cæſarem Auguſtum. *Coler.*

4. *Annibal Tiberium Gracchum.*] Quo pacto Gracchus proditus hoſti fuerit à Flavio Lucano ejus hoſpite, in capitulo de prodigiis oſtendimus: nam cum majorem Lucaniæ partem, quæ ad Annibalem defecerat, virtute ſua in poteſtatem pop. Romani redegiſſet, ad reliquam capiendam invitatus, ab hoſpite Flavio, cui jure veteris hoſpitii fidem non derogabat, in inſidias deductus, & occiſus eſt, de cujus funere duplex fama eſt. Alii enim tradunt in caſtris Romanis ſepultum à ſuis, alii ab Annibale. Et ea vulgatior fama eſt. Tradunt in veſtibulo Punicorum caſtrorum rogum inſtructum fuiſſe, armatum exercitum decurriſſe cum tripudiis Hiſpanorum motibuſque armorum & corporum, ſuæ cuique genti aſſuetis, ipſoque Annibale omni rerum verborumque honore exſequias celebrante. Alii aliter tradunt, & dicunt imperatoris capite hoſtes tantummodo potitos ad Annibalem detuliſſe, & ab eo ſtatim Cartalo miſſum, qui ad Cn. Cornelium quæſtorem Romanum deferret; quæſtorem deinde ſummis impenſis exequias imperatoris in caſtris celebrantibus cum exercitu Beneventanis feciſſe. *Oliv.* Contigit A. U. DXLI.

5. *Annibal M. Marcellum.*] De M. Marcello quoque dictum eſt eodem capitulo, qui cum inter bina caſtra Punica, atque Romana tumulus ſylveſter eſſet, à neutris primo occupatus, quod Romani, qualis eſſet pars illa, quæ ad hoſtes vergeret, ignorarent: Annibal inſidiis, quam caſtris aptiorem eum putabat: Romani in caſtris fremebant, occupandum

Brutio, dum conatus Pœnorum cupidius quàm conſideratius ſpeculatur, interemptum, legitimo jure extulit: Punicoque [1] ſagulo, & [2] corona donatum laurea, rogo impoſuit. Ergo humanitatis dulcedo etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat, torvoſque & truces hoſtium mollit oculos, ac victoriæ inſolentiſſimos ſpiritus flectit. Nec illi difficile & arduum eſt, inter arma contraria, inter diſtrictos cominus mucrones placidum iter reperire. Vincit iram, proſternit odium, hoſtilemque ſanguinem hoſtilibus [3] lachrymis miſcet. Quæ etiam admirabilem Annibalis vocem pro funeribus Romanorum Ducum [4] arbitria ſtatuentis expreſſit. Quare aliquanto ei plus gloriæ Paullus, Gracchus, & Marcellus ſepulti, quam oppreſſi attulerunt: Siquidem illos Pœnico aſtu decepit, Romana manſuetudine honoravit. Vos quoque fortes, ac piæ umbræ, non pœnitendas ſortitæ eſtis exequias: nam ut optabilius in patria, ita ſpecioſius pro patria collapſæ, ſupremi officii decus infelicitate amiſſum, virtute recuperâſtis.

CAP. II.

dum eum locum eſſe, & caſtello firmandum, ne, ſi occupatus ab Annibale foret, velut in cervicibus hoſtem haberent. Movit ea res Marcellum & Criſpinum ejus collegam. Itaque cùm paucis equitibus exploratum profecti, in inſidias præcipitarunt, quæ paulo ante fuerant ad Annibale eo loco collocatæ, ubi Marcellus cum aliquot fortiſſimis viris in medio cæſus, collega vulneratus, filius quoque conſulis graviter ſaucius, aliquot etiam capti fuerunt, ſed paulo poſt Annibal Marcelli corpus inventum ſepulturæ mandavit. Cicero in Catone Majore: *M. Marcelli interitum, nec crudeliſſimus quidem hoſtis honore ſepulturæ carere paſſus eſt.* Olivet. Contigit A. V. DXLV.

* *In agro Brutio.*] In Apulia, inquit Livius libro XXVII. *Corrad.*

1. *Sagulo.*] Veſte militari. Quæ omnia ſimul honoris cauſa in rogum conjiciebantur.

2. *Corona.*] Quia ſæpius victor evaſerat: nam Marcellus ad Nolam primus Annibalem vinci poſſe docuit, & de illo ſæpe victoriam in caſtra reportavit.

3. *Lachrymis.*] Ut in Cæſare patuit erga Pompejum.

4. *Arbitria ſtatuentis.*] Dantis arbitrariam ſententiam.

CAP. II.

DE GRATITUDINE.

ROMANORUM.

1. *Senatus Romani.*
2. *Iuventutis Romanæ.*
3. *Plebis Romanæ.*
4. *M. Minucii Rufi mag. eq.*
5. *Q. Terentii Culeonis.*
6. *Civium è Græcia liberatorum.*
7. *Q. Metelli Pii Coſ.*
8. *C. Marii Coſ.* IV.
9. *L. Syllæ Dictatoris.*
10. *Libitinariorum.*

EXTERNORUM REGUM.

1. *Darii Perſarum.*
2. *Mithridatis Ponti.*
3. *Attali Aſiæ.*
4. *Maſſaniſæ Numidiæ.*

GRatas verò ingrataſque animi ſignificationes, & facta libuit oculis ſubjicere, ut virtuti ac vitio juſta merces æſtimationis ipſa comparatione accederet. Sed quoniam contrario propoſito ſeſe diſtinxerunt, noſtro quoque ſtylo ſeparentur: prioremque locum obtineant, quæ laudem, quàm quæ reprehenſionem merentur.

1. [1] Atque ut à publicis actis ordiar, Marcium Coriolanum patriam oppugnare conantem, admotoque portis Urbis ingenti Volſcorum exercitu, funus ac tenebras Romano imperio minitantem; Veturia mater & Volumnia uxor nefarium opus exequi precibus ſuis paſſæ non ſunt. In quarum honorem ſenatus matronarum ordinem benegniſſimis decretis adornavit. Sanxit namque uti fœminis ſemita viri cederent, confeſſus plus ſalutis reipubl. in ſtola quam in armis fuiſſe: [2] vetuſtiſque * aurium inſignibus

1. A*tque ut à publicis actis ordiar.*] Cum annonæ caritas urbem inceſſiſſet, Senatus frumentatum in peregrinas regiones legatos dimiſit: qui, cum frumenti copiam advexiſſent, Cn. M. Coriolanus plebi ſemper infenſus, cenſebat, non prius dividendum inter plebem eſſe frumentum, quam per ſeceſſionem uſurpata jura reſtituiſſent patribus. Quamobrem ira plebis in exilium actus, ad Volſcos profectus, paulo poſt bellum intulit patriæ, quæ cum gravi obſidione premeretur, nulla alia ratione, quam mulierum beneficio, liberari potuit, ut diximus in cap. de Miraculis, & larius dicturi ſumus in cap. de Pietate. Quare Senatus gratum animum gerens, multis honoribus matronas honeſtavit. *Oliver.* Contigit A. U. CCLXV.

2. *Vetuſtiſque aurium.*] Lipſius ad III. Annal. Taciti legit *crinium inſignibus.* cui

bus novum vitæ diſcrimen adjecit: Permiſit quoque his purpurea veſte & aureis uti [1] ſegmentis. Super hæc ædem & aram Fortunæ Muliebri eo loco, quo Coriolanus exoratus fuerat, faciundum curavit, memorem beneficii animum ſuum exquiſito religionis cultu teſtando.

Quem ſecundi etiam belli Punici tempore exhibuit. [2] Cum enim à Fulvio Capua obſideretur, ac duæ Campanæ mulieres benevolentiam erga Romanos dimittere ex animis noluiſſent, [3] Veſtia Opidia materfamilias, & Cluvia Facula meretrix; quarum altera quotidie pro ſalute noſtri exercitus ſacrificavit, altera captis militibus Romanorum alimenta ſubminiſtrare non deſtitit. [4] Urbe illa oppreſſa, ſenatus his & libertatem & bona reſtituit: & ſi quid amplius præmii petiſſent, libenter ſe daturum aſſeveravit. Vacaſſe in tanto gaudio Patribus conſcriptis duabus humili-

cui nondum ſubſcribo. Inaures intelligit, quarum uſus perantiquus, & haud dubie à Græcis. Dependebant margaritæ & uniones. Abuſus poſtea mirus, & magna luxuria profluxit. De quo Plinius lib. IX. cap. XXXIV. & lib. XI. cap. XXXVII. Tertullianus de Cultu Fœminar. *Scrupuloſa Deus auribus vulnera intulit; & tanti habuit vexationem operis ſui, & cruciatus infantiæ tunc primum dolentis, ut ex illis ad ferrum nati corporis cicatricibus, grana neſcio quæ, penderent.* Similiter Cyprianus de habitu Virgin. *Elenchos* etiam appellabant. Gloſſæ veteres, *μαργαρίται μεγάλοι*, *Margaritæ Elenchi.* Juvenalis, Cenſorius ille vates:

—— & cum
Auribus extenſis magnos commiſit Elenchos.

Plinius ita deſcribit: *Elenchos appellant faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpendere, & binos ac ternos auribus fœminarum gloria eſt.* Coler.

* *Aurium inſignibus.*] Margaritis vel annulis ex auribus pendentibus, quæ & *inaures* dicuntur: nam *inaures* ſunt aurium ornamenta.

1. *Segmentis.*] Ornamentis. Nam *ſegmenta* dicuntur redimicula mulierum verſicoloria, quibus utuntur ad capitis ornamentum. Sunt etiam, qui dicant, *ſegmenta* eſſe faſciolas, quibus involvuntur infantes. Unde Juvenalis:

Et ſegmentatis dormiſſet parvula cunis.

Segmenta vero ſunt faſciæ, quibus circundatur caput, id eſt, redimicula mulierum nobilium. Inde ſegmentatus ornatus & inſtructus. *Segmentum* etiam dicitur monile, à collo in pectus deſcendens, ſegmenta zonis quibuſdam, quaſi adornamentis ornata: nam particulas cujuſque materiæ abſciſſas præſegmina vocant. *Oliv.*

2. *Cum enim à, &c.*] Contigit A.U. DXLI.

3. *Veſtia Opidia.*] Liber Danielis, *Oppia.* Lavermannus, *Veſtigia Opidia.* An ſcribendum, *Veſtilia?* Veſtiliæ cujuſdam Romanæ mulieris meminit Plinius libro VII. *Coler.*

4. *Urbe illa oppreſſa.*] Contigit A.U. DXLIII.

milibus fœminis referre gratiam, nedum tam præ ſe tuliſſe, mirandum.

2. [1] Quid illa quoque juventute Romana gratius? [2] quæ C. Nautio & Minutio Coss. ultro nomina ſua militari ſacramento obtulit, ut Tuſculanis, quorum fines [3] Æqui occupaverant, præſidium ferrent: quia paucis ante menſibus conſtantiſſime & fortiſſime imperium Romani populi defenderant. Ergo quod auditu novum eſt, ne patriæ grata voluntas ceſſaſſe videretur, exercitus ſe ipſe conſcripſit.

3. [4] Magnum grati populi ſpecimen in Q. Fabio Maximo enituit: Nam cum quinque conſulatibus ſalutariter reip.

1. *Quid illa, &c.*] Contig. A.U.ccxcv.

2. *Quæ Nautio & Minutio Coſſ.*] Vulgo, *Quintio*. Perperam. Non enim collegium hoc conſulum eo ſæculo reperitur. At in Campenſi recte: *Nautio & Minutio*. Et in aliis exemplaribus ejuſdem nominis remanent reliquiæ. Nam in Atrebatenſi & Colonienſi, *Nunco*, in Wincheliano, *Nattio*, in aliis *Genutio* legitur, pro *C. Nautio*. Sed diſcrepat in hiſtoria Valerius à Livio & Dionyſio, alios forte ſequntus annales; hi enim triennio poſtea Tuſculanis datum auxilium tradunt, verum his Coss. juventutem ultro arma cepiſſe contra Sabinos ſcribit Livius. Quod etiam in Annalibus magiſtratuum ſuo loco annotavi. *Pigh. Nautio & Minutio Coſſ.*] Manuſcriptus Dan. *Nautio & Minutio*. Nautius is fuit Sp. F. Sp. N. Rutilus. *Coler.*

3. *Æqui.*] Italiæ populi Sabinis proximi, ad Orientem. De quibus Plinius lib. III.

4. *Magnum grati populi ſpecimen in Q. &c.*] Minutium magiſtrum equitum Fabio Maximo Dictatori æquatum imperio fuiſſe, diximus in cap. de Conſtantia. Minutius igitur alternis cum Fabio diebus imperare volebat, vel, ſi etiam majora placerent intervalla, partitis temporibus alternis ſummum jus & imperium eſſe, quod nequaquam è republica eſſe exiſtimavit Fabius, ut milites ſui in alterius poteſtate, & ſumma rerum in hominis temerarii manibus poſita foret. Itaque partitis copiis caſtra diviſerunt, quod Annibali duplex gaudium fuerat, qui Minucii temeritatem liberam factam eſſe videbat, & Fabii prudentiam viribus diminutam. Miſit igitur milites quoſdam ad tumulum capiendum, qui medius erat inter utraque caſtra, magis laceſſendæ pugnæ, quam tumuli capiendi gratia; nam locaverat alios in inſidiis, & conſerto prælio, quum utrinque totis viribus certaretur, ex inſidiis orti milites cum ingenti clamore tantum terrorem intulêre Romanis, ut nec animus ad pugnam, nec ad fugam ſpes cuiquam ſupereſſet: tum Fabius, audito paventium clamore, non celerius, quam timui, deprehendit fortuna temeritatem, ſed objurgandi non eſt tempus, ſed laborantibus ſuccurrendi. Ita inſtructa acie de vertice montis in hoſtes impetum fecit, ſuos ab effuſa fuga revocavit, aciem reſtituit, hoſtes profligavit, & victoriam prope partam ex eorum manibus extorſit, cives ſuos & Imperatorem partim à cæde, partim à capti-

reip. adminiſtratis deceſſiſſet, certatim æs contulit; quo major ac ſpecioſior ejus funeris pompa duceretur. Elevet aliquis præmia virtutis, cum animadvertat, fortes viros felicius ſepeliri, quam vivere ignavos.

4. [1] Fabio alteri etiam incolumi ſumma cum gloria gratia relata eſt: Dictatori ei magiſter equitum Minutius ſcito plebis, quod nunquam antea factum fuerat, æquatus, partito exercitu ſeparatim [2] in Samnio cum Annibale conflixerat: Ubi temere inito certamine peſtiferum habiturus exitum, ſubſidio Fabii conſervatus, & ipſe eum patrem appellavit, & à legionibus ſuis patronum ſalutari voluit: Ac depoſito æqualis imperii [3] jugo, magiſterium equitum, ſicut par erat, dictaturæ ſubjecit: imprudentiſque vulgi errorem gratæ mentis ſignificatione correxit.

5. [4] Tam hercle probabiliter, quam [5] Q. Terentius Culeo, prætoria familia natus, & inter paucos ſenatorii ordinis ſplendidus, optimo exemplo Africani ſuperioris currum,

captivitate liberavit. Pro cujus beneficii referenda gratia Minutius Fabium parentem ſemper appellavit; exercitus commilitones, quorum opera ſervati fuerant, patronos vocaverunt. Annibalem quoque ex acie diſcedentem dixiſſe ferunt, Tandem eam nubem, quæ ſederet in jugis montium ſollicitatam procellæ imbrem dediſſe. *Oliv.* Contigit A. V. CDLXIV.

1. *Fabio alteri etiam incolumi.*] Non ſolum, inquit, mortuo Fabio, ſed etiam vivo, ſecundi Punici belli tempore, populus ſe gratum exhibuit. Cum enim Dictator ille in Samnio contra Annibalem miſſus, more ſuo, bellum protraheret, ne reip. ſtatum in diſcrimen ſiſteret, Minutius magiſter equitum, adoleſcens fervore quodam mentis provectus, dixit, Fabium producere bellum, quo in eo magiſtratu diutius permaneret; qui, ſi ſibi daretur poteſtas dimicandi, ſe paulo poſt Annibalem debellaturum aſſeveravit; & quod virtuti Fabii attribui debuerat, ipſe Minutius ambitioni aſſignabat. Verba illa exercitus primo excepit, deinde ad Senatum delata ſunt. Populus jam tædio affectus, quod Annibal tam diu in Italia verſaretur, magiſtrum equitum Dictatori adæquavit. *Oliver.* *Fabio autem etiam incolumi.*] Legendùm, *Fabio alteri etiam incolumi.* Alioquin etiam Rulliano, cujus ante meminit, hæc adſcribi videbuntur. *Pighius.* Contigit A. V. DXXXVI.

2. *In Samnio.*] In agro Larinari, inquit Livius. *Corrad.*

3. *Jugo.*] Æquilibrio. *Jugo.*] Onere gravi imperii.

4. *Tam, &c.*] Contigit A. V. DLIX.

5. *Quintius Terentius Culeo.*] Livius in fine ſecundi Punici belli: *Carthaginienſes*, inquit, *longas naves, elephantos perfugas, fugitivos captivos, captivorum quatuor millia tradiderunt, inter quos Q. Terentius Culeo Senator fuit.* Oliverius.

 1. *Pileum*

rum, triumphantis, quia captus à Carthaginienſibus ab eo fuerat recuperatus, [1] pileum capite gerens, ſecutus eſt. Auctori enim libertatis ſuæ, tanquam patrono accepti beneficii, confeſſionem, ſpectante populo Romano, merito reddidit.

6. [2] At Flaminini, [3] de Philippo rege triumphantis currum, non unus, ſed [4] duo millia civium Romanorum pileata comitata ſunt: quæ Punicis bellis intercepta, & in Græcia ſervientia, cura ſua collecta, in priſtinum gradum reſtituerat. Geminatum ea die decus imperatoris, à quo ſimul & devicti hoſtes, & conſervati cives ſpectaculum patriæ præbuerunt. Illorum quoque ſalus dupliciter omnibus accepta fuit: & quia tam multi, & quia tam grati exoptatum libertatis ſtatum recuperaverunt.

7 [5] Metellus verò Pius pertinaci erga exulem patrem amore, tam clarum lachrymis, [6] quàm alii victoriis, cognomen

1. *Pileum capite gerens.*] *Pileum gerere*, ſignum erat, fuiſſe libertate donatum. ſignificabat enim ſe virtute Scipionis tempeſtatem ſervitutis evaſiſſe. *Idem.*

2. *At Flaminini de Philippo.*] Philippus rex Macedoniæ ſecundo Punico bello cum Carthaginienſibus conſenſit, & bellum Romanis intulit, ubi per varios caſus multa Romanorum civium capita cepit, quæ deinde Q. Flaminini virtute & felicitate recuperata ejus triumphantis currum pileata ſequi voluerunt, qui quidem triumphus non minus glorioſus ob ſuperatos hoſtes, quam liberatos cives Flaminino fuiſſe videtur. *Oliv.* Contigit A. U. DLIX.

3. *De Philippo rege.*] Plutarchus de Nabide; ſed male. Cum Valerio ſentit Livius, Eutropius lib. IV. cap. I. Oroſius lib. IV. cap. 18. *Coler.*

4. *Duo millia civium Romanorum.*] Livius lib XXXIV. non ponit numerum, ſed Plutarchus in vita 1200. ait fuiſſe. *Corradus.*

5. *Metellus vero Pius.*] Hic ejus Metelli filius fuit, qui Jugurtham primus dare terga coëgit, ut diximus in cap. de Diſciplina militari, & Numidicus dictus eſt; quippe, ut in cap. de Conſtantia diximus, maluit in exilium proficiſci, quam in Saturnini leges jurare. Fuerunt autem Metelli viri clariſſimi quatuor, Macedonicus, Numidicus, Creticus, & hic Pius, qui adverſus Sardonicum miſſus, illum bello ſuperavit. *Oliver. Metellus vero Pius.*] Plinius lib. VII. cap. 43. & 44. Solinus cap. 7. Paterculus lib. II. *Coler.*

6. *Quam alii victoriis cognomen aſſecutus.*] Non puto Q. Metellum victoriis aliquod cognomen aſſecutum fuiſſe, ut hic Valerius videtur dicere; ſed Numidici patris per injuriam pulſi reditum, continuis lachrymis & precibus efflagitando, Pii cognomen meruit, velut etiam autor de Viris Illuſtr. cap. 63. ſcribit. Legendum igitur, ut in Campenſi, aliiſque Manuſcriptis habetur; *Tam clarum lachrymis, quam alii victoriis cognomen aſſecutus.* Pigh

1. *Nam*

men aſſecutus, non dubitavit conſul pro Q. Calidio præturæ candidato ſupplicare populo, quod Tribunus plebis legem, qua pater ejus in civitatem reſtitueretur, tulerat. Quinetiam patronum eum domus & familiæ ſuæ ſemper dictitavit. Nec hac re de principatu, quem procul dubio obtinebat, quicquam decerpſit; quia non humili, ſed grato animo, longe inferioris hominis maximo merito eximiam ſummittebat dignitatem.

8. [1] Nam C. quidem Marii non ſolum præcipuus, ſed etiam præpotens gratæ mentis fuit impetus: Duas etiam Camertium cohortes, mira virtute vim Cimbrorum ſuſtinentes, in ipſa acie, [2] adverſus conditionem fœderis civitate donavit: Quod quidem factum & vere & egregie excuſavit, dicendo, inter armorum ſtrepitum, verba ſe juris civilis exaudire non potuiſſe. Et ſane id tempus erat, quo magis defendere, quàm audire leges oportebat.

9. [3] C. Marii veſtigia ubique L. Sylla certamine laudis ſubſequitur: Dictator enim Pompeio [4] etiam privato caput adaperuit, & ſella aſſurrexit, & equo deſcendit. Eaque ſe libenter facere in concione prædicavit, memor ab eo duodeviginti annis nato partes ſuas exercitu paterno adjutas. Multa inſignia Pompeio, ſed neſcio an hoc quicquam admirabilius contigerit, quod magnitudine beneficii [5] Syllam ſui obliviſci coëgit.

10. [6] Sit aliquis in ſummo ſplendore etiam ſordidis gratis

1. *Nam C. &c.*] Contigit A.U. DCLI.

2. *Adverſus conditionem.*] Quia fœdus erat, ne Camertini poſſent Romana civitate donati. *Oliv.* *Adverſus conditionem.*] Fœdus illud Camertinum æquiſſimum & ſanctiſſimum fuiſſe dicit Cicero. *Coler.*

3. *C. Marii veſtigia, &c.*] Pompejus Strabo Magni Pompeji pater bello civili, quod geſtum eſt inter Marium & Syllam, partes Syllanas ſecutus eſt. A quo deinde Pompejus vix decimum octavum natus annum, tribus legionibus acceptis, tantum ad victoriam momenti Syllæ tuliſſe dicitur, ut poſt id tempus ſemper illum Sylla fuerit veneratus. *Oliver.* Contigit anno urbis DCLXXVII.

4. *Etiam privato.*] Salluſtius III. Hiſt. *Quibus de cauſis Sullam Dictatorem in victoria equo deſcendere, ſibi uni aſſurgere de ſella, caput aperire ſolitum.* Coler.

5. *Syllam ſui obliviſci.*] Suæ naturæ ſuperbæ & ferocis.

6. *Sit aliquis, &c.*] Contigit A.U. DCX.

 1. *Hirtii*

tis locus. M. Cornuto prætore funus [1]Hirtii & Panſæ juſſu ſenatus locante, qui tunc Libitinam exercebant, cum rerum ſuarum uſum, tum miniſterium ſuum gratuitum polliciti ſunt; quia hi pro republica dimicantes occiderant. Perſeverantique poſtulatione extuderunt, ut exequiarum apparatus ſeſtertio nummo ipſis præbentibus addiceretur; [2]Quorum laudem adjecta lege conditio auget magis, quàm extenuat: quoniam quidem quæſtum contempſerunt, nulli alii rei quàm quæſtui viventes.

EXTERNA.

Pace cinerum ſuorum Reges gentium exterarum ſecundum hunc tam contemptum gregem referri ſe patientur: qui aut non attingendus, aut non niſi in ultima parte domeſticorum exemplorum collocandus fuit. Sed dum honeſti actus etiam ab infimis editi, memoria non intercidant; licet ſeparatum locum obtineant: ut nec his adjecti, nec illis prælati videantur.

1. Darius privatæ adhuc fortunæ, [3]amiculo Syloſontis Samii delectatus, curioſiore contemplatione fecit, ut ultro ſibi, & quidem à cupido daretur. Cujus muneris quam grata æſtimatio animo ejus eſſet allapſa, regno potitus oſtendit: totam namque [4]urbem, & inſulam [5]Samiorum, Syloſonti fruendam tradidit. Non enim pretium rei æſtimatum, ſed occaſio liberalitatis eſt honorata; magiſque

à quo

1. *Hirtii & Panſæ.*] Romani Conſules, qui bello civili, quod adverſus M. Antonium gerebatur, qui Cæſaris interfectores, Brutum & Caſſium perſequebantur, dum forte Mutinæ obſiderentur, fortiter dimicantes ceciderant. *Oliver.*

2. *Quorum laudem adjecta lege conditio auget magis quam extenuat.*] Quæ hæc conditio adjecta lege? fruſtra quæras. Scribe, *abjecta*. Hæc eſt mens Valeriana: Libitinarii, inquit, etſi lege & more abjectum ac vile id genus, tamen, &c. Sane in vilibus habiti ſemper: ideoque mox etiam appellat, *Contemptum gregem*. Lipſius.

3. *Amiculo.*] Genus veſtimenti, ab amiciendo dictum.

4. *Urbem & inſulam.*] Πόλιν ἔρημον ei à Dario traditam, ſcribit Herodotus. Strabo vero ob Syloſontis ſævitiam deſertam fuiſſe auctor eſt. *Coler.*

5. *Samiorum.*] Samus erat *Τετράπολις*, inter quas & urbs Samus, quæ poſtea à Romanis funditus deleta. Plinius lib. IV. cap. 12. & Strabo lib. X.

1. *A Rho-*

à quo donum proficiſceretur, quam ad quem perveniret, proviſum.

2. Mithridates quoque rex magnifice gratus apparuit, quoniam pro Leonico acerrimo ſalutis ſuæ defenſore [1] à Rhodiis navali pugna excepto, omnes hoſtium captivos permutavit, ſatius eſſe exiſtimans ab inviſiſſimis circumveniri, quam benemerito gratiam non referre.

3. [2] Liberalis populus Romanus magnitudine muneris, quod Attalo regi Aſiam dedit dono. Sed Attalus etiam [3] teſtamenti æquitate gratus, qui eandem Aſiam populo Romano legavit. Itaque nec hujus munificentia, nec illius tam memor beneficii animus tot verbis laudari poteſt; quot ampliſſimæ civitates vel amice datæ, vel pie redditæ ſunt.

4. [4] Ceterum neſcio an præcipuè Maſſaniſæ regis pectus

1. *A Rhodiis.*] Nam tempore quo Aſiam occupavit, & M. Plocium, & C. Apuleium in vincula conjecit, omneſque Romanos in Aſiæ partibus inventos, trucidavit; Rhodios quoque invaſit, à quibus aliquot navalibus prœliis ſuperatus eſt, & Leonicus iſte amicus captus. *Oliv.*

2. *Liberalis populus, &c.*] Contigit A. U. DCXX.

3. *Teſtamenti.*] Ita Velleius libro II. Oroſius lib. V. cap. 6. Epitome Liviana 58. Juſtinus lib. XXXVI. Strabo libro XIII. Florus lib. II. cap. 20. qui hanc hæreditatis aditionem inuſitatam & incognitam quandam felicitatem non dubitat appellare. *Coler.*

4. *Cæterum neſcio, &c.*] Satis conſtat Maſſaniſam Numidarum regem varia fortuna regno pulſum, bello Punico ſecundo, Africani ſuperioris beneficio in regnum fuiſſe reſtitutum, & victo Syphace, Cirtha oppido, & cæteris urbibus & agris, qui regni fuerant Syphacis, totius denique Numidiæ imperio fuiſſe donatum, conſentiente ac etiam approbante Senatu. Deinde cum poſt fœdus cerneret illum avidiorem in imperio ſuo dilatando, legem ferri juſſit, quæ Maſſaniſæ ab imperio pop. Romani ſolutam libertatem tribueret: quo beneficio provocatus Maſſaniſa, unum in terris populum Romanum præcipua fide, ſingularique benevolentia perpetuo coluit & obſervavit, adeo ut Hiſpano bello, quod imperatore Lucullo gerebatur, cum ipſe quoque tam gravi & periculoſo Carthaginienſium bello premeretur; auxilia tamen Romanis petentibus miſerit, eoque propenſius, quod Æmilianus Scipio ad ea petenda legatus veniſſet. Nam maluit in regni & ſalutis ſuæ diſcrimine verſari, quam Romanis & Scipioni ingratus aliqua ex parte videri. Fuerat enim cum familia Scipionum & hoſpitalitatis & amicitiæ ſummo jure conjunctus, ut diximus. Unde Cicero in ſomnio Scipionis ita loquentem Scipionem inducit: *Cum in Africam veniſſem, A Manlio conſule ad quartam legionem tribunus, ut ſcitis, militum, nihil mihi potius fuit, quam ut Maſſaniſam convenirem regem familiæ noſtræ juſtis de cauſis* ami

ctus grati animi pignoribus fuerit refertum: [1] Beneficio enim Scipionis & [2] Romanorum amicitiæ, & perampli regni modo liberaliter auctus; memoriam inclyti muneris ad ultimum vitæ finem, longa etiam à Diis immortalibus ſenectute donatus, conſtantiſſima fide perduxit. Adeo ut eum non ſolum Africa, ſed etiam cunctæ gentes ſcirent amiciorem Corneliæ familiæ, atque urbi Rom. quam ſibimetipſi ſemper fuiſſe. Ille, cum gravi Carthaginienſium bello premeretur, ac vix tutelæ ſui regni ſufficeret: tamen Scipioni Æmiliano, quia nepos Africani erat, bonam magnamque partem Numidici exercitus, quem ad Lucullum conſulem, à quo ad auxilia petenda miſſus fuerat, in Hiſpaniam duceret, promptiſſima mente tradidit, præſentique

amiciſſimum; ad quem cum veni, complexus me ſenex, collachrymavit, aliquantoque poſt ſuſpexit in cœlum: & grates ago, inquit, ſumme Sol, vobiſque reliqui cœlites quod antequam ex hac vita migro, conſpicio in regno meo & his tectis P. Cornelium Scipionem, cujus ego nomine ipſo recreor. Itaque nunquam ex animo meo diſcedet illius optimi atque invictiſſimi viri memoria, &c. Idem ætate, quam ad centeſimum extenderat annum, & valetudine pariter confectus, cum videret ſe non diutius ſupereſſe poſſe; Scipionem, qui tum ſub Marco Manlio in Hiſpania militabat, per literas ab imperatore accivit, ut in ejus amplexu extremum ſpiritum ſuaque omnia reponeret. Sic enim ſe feliciter moriturum dicebat. Cujus fatis præcurrentibus adventum Scipionis, ut vult Valerius: nam aliter ſentit Cicero in libro de Somnio Scipionis, ut ſupra vidimus, ei teſtamento reliquit rerum omnium ſuarum poteſtatem, & inter filios, quos ad quatuor & quinquaginta habuiſſe dicitur, dividendi regni arbitrium ita legavit, ut quicquid ille ſtatuiſſet, immobile ſanctumque foret. Mandavit inſuper liberis & uxori, ut populum Romanum & Scipionum familiam perpetua fide & obſervantia proſequerentur. *Oliver.* Contigit A. U. DCII.

1. *Beneficio enim Scipionis.*] Locus eſt mutilus, ut exemplar Cauchianum demonſtrat, in quo ſic: *Beneficio enim Scipionis, & Romanorum amicitia, & Perſei Regis liberalitate auctus.* In aliis vero exemplaribus habetur, *Pervaſi regni modo liberius.* Mendoſe utrobique; non enim Perſei, ſed Syphacis regno auctus Maſſaniſſa fuit. Quare legendum arbitror, *& perampli regni modo liberaliter auctus.* Pighius.

2. *Romanorum amicitiæ.*] Liber Daniel. & Lavernii: *Romanorum amicitiæ & pervaſi regni modo.* Varii etiam miris modis codices Pighii. Mihi arridet lectio, quam adſcripſi, præ cæteris omnibus. Etenim quis Pighii correctionem toleret? aut illud admittat: *Perſuaſu?* vel quis denique Perſei nomen huc loci intruſum non rideat? Perſuadere vero Maſſaniſſæ, ut regnum acciperet quid opus fuit? *Pervaſum* itaque *regnum* rectius dicetur, quod aſſiduis bellorum incurſionibus penetratum & vexatum. Hinc in Jure noſtro *Pervaſiones.* De qua voce jam olim ad Caſſiodorum diſſeruit eruditiſſimus Fornerius. *Coler.*

1. MV.

que periculo reſpectum priſtini beneficii antepoſuit. Ille, cum jam ætate deficiente, magnas regni opes, quatuor & quinquaginta filiorum numerum relinquens, in lectulo laberetur, [1] MV. Manlium, qui Proconſule Africam obtinebat, literis obſecravit, ut ad ſe Scipionem Æmilianum, ſub eo tunc militantem, mitteret: feliciorem mortem ſuam futuram ratus, ſi in complexu dextræ ejus ſupremum ſpiritum ac mandata poſuiſſet. Ille adventum Scipionis [2] fatis ſuis præcurrentibus, hæc uxori liberiſque præceperat: unum in terris populum Roman. & unam in populo Rom. Scipionis domum noſſe, integra omnia Æmiliano ſe ſervare, eum dividendi regni arbitrum haberent: quod is ſtatuiſſet, perinde ac teſtamento cautum, immutabile ac ſanctum obtinerent. Tot tamque variis rebus ſe Maſſaniſa infatigabili pietatis ſerie ad centeſimum extendit annum. His, & horum ſimilibus exemplis, beneficentia generis humani nutritur atque augetur. Hæ ſunt ejus faces, hi ſtimuli, propter quos juvandi & emerendi cupiditate flagrat. Et ſane ampliſſimæ & ſpecioſiſſimæ divitiæ ſunt, feliciter erogatis beneficiis, late poſſe cenſeri. Quorum quoniam religioſum cultum inſtituimus, nunc neglectum, ſugillandi gratia, quo ſit gratior, referemus.

CAP. III.

1. *MV. Manlium.*] Contig. A. U. DCV.

2. *Fatis ſuis præcurrentibus.*] Id eſt, præveniente morte. Diſſentit à Cicerone, ut diximus.

1. Urbis

CAP. III.

DE INGRATITUDINE.

1. *Senatus Romani in Romulum.*
2. *Populi Romani in M. Camillum & alios.*
3. *P. Sext. in C. Cæſarem oratorem.*
4. *Cn. Popillii in M. Ciceronem.*
5. *Cn. Pompeii Magni in Cn. Carbonem.*

EXTERNORUM.

1. *Carthaginienſium in Annibalem.*
2. *Spartanorum in Lycurgum.*
3. *Athenienſium in Theſea & alios.*

1.[1] URbis noſtræ parentem ſenatus in ampliſſimo dignitatis gradu ab eo collocatus in curia laceravit, nec duxit nefas ei vitam adimere, qui æternum Rom. Imperio ſpiritum ingeneraverat. Rude nimirum illud & ferox

1. *URbis noſtræ parentem Senatus.*] De ingratitudine dicit populi Romani, quod Romulum Urbis ſuæ conditorem dilaceravit. Variæ ſunt de Romuli morte ſententiæ apud Scriptores. Alii enim dicunt illum poſt multas res geſtas, præclaraque facinora, parta jam immortalitatis gloria, raptum fuiſſe, &, quod incredibile dictu, è mediis civium oculis evanuiſſe Nonis Quintilibus, nullum prorſus mortis ſuæ veſtigium relinquentem. Alii, inter quos Livius, dicunt illum à nimbis è media concione raptum, cum ad recenſendum exercitum in Capream paludem conveniſſet, ubi repente exorta tempeſtas cum tonitribus & ingenti ventorum fragore terram undique operuiſſet, Sol quoque, veluti nocte intempeſta, penitus defeciſſet; atque eo ſpectaculo converſis inter ſe patribus, reliquam multitudinem aufugiſſe; ſedata deinde procella, ubi ex tam turbido die ſerena lux rediit, regem nuſquam apparuiſſe; famam deinde non obſcure vulgatam de illo, à patribus infenſis fuiſſe direptum. Alii non in caprea palude, ſed in Vulcani templo dilaceratum tradunt, cum forte Senatum coëgiſſet, de Republica conſulturus, & ex patribus ſuam quemque regis partem in ſinu clam abſtuliſſe. Ad cujus rei tam atrocis ſuſpicionem ex hominum mentibus omnino tollendam, curârunt patres, ut quidam Julius Proculus, Alba oriundus, genere, opibus, & dignitate primarius inter omnes: tum etiam cum rege, fide, benevolentia & affinitate conjunctus, in concionem deſcenderet, & jurejurando affirmaret Romulum deſcendenti ſibi in forum occurriſſe, forma longe auguſtiore humana, dixiſſeque in Deorum ſe numerum eſſe tranſlatum, & juſſiſſe nuntiare patribus populoque ſuo, ut rem militarem diligentiſſime colerent, quia nullæ opes tantæ futuræ eſſent, quæ illorum armis reſiſtere poſſent, ſe vero progeniem ſuam propitio munere ſoſpitaturum eſſe perpetuo. Cui vero dicunt miram fidem traditam eſſe ob conjunctam cum rege affinitatem, tum etiam ejuſdem probitatem, & acceptum jusjurandum, & hoc modo depoſitam fuiſſe ſuſpicionem, creditumque Romulum Deum eſſe, quem *Quirinum* appellantes, perpetuo coluerunt. *Oliverius.* Contigit A. U. XXXVI.

1. *Hunc,*

rox ſæculum, conditoris ſui cruore fœde maculatum, ne ſumma quidem poſteritatis diſſimulare pietas poteſt.

2. [1] Hunc ingratum lapſæ mentis errorem, [2] conſentanea noſtræ civitatis [3] pœnitentia ſequitur. [4] Virium Romanarum & incrementum lætiſſimum, & tutela certiſſima Furius Camillus, in Urbe incolumitatem ſuam tueri non valuit; cujus ipſe ſalutem ſtabilierat, felicitatem auxerat. Siquidem à L. Appuleio Tribuno pl. tanquam [5] peculator Vejentanæ prædæ reus factus, duris atque (ut ita dicam) [6] ferreis ſententiis in exilium miſſus eſt. Et quidem eo tempore, quo [7] optimo juvene filio ſpoliatus, ſolatiis magis allevandus, quam cladibus onerandus erat: Sed immemor patria tanti viri maximorum meritorum, exequiis filii, damnationem patris junxit. At, inquit, ærario abeſſe Tribunus plebis querebatur [8] quindecim millia æris, tanti namque pœna finita eſt. Indignam ſummam, propter quam populus Romanus tali principe careret. [9] Priore adhuc

1. *Hunc, &c.*] Contig. A.U. CCCLXII.

2. *Conſentanea noſtræ civitatis.*] Quia conveniens fuit, ut pœniteret.

3. *Pœnitentia.*] Pœnitentia quodam modo pro peccato hic accipitur, hoc eſt, effectus pro cauſa, pœna pro commiſſo; nam non eſt pœnitentia, niſi præceſſerit peccatum. *Badius.*

4. *Virium Romanarum incrementum.*] Quia Capenates & Phaliſcos adjecit imperio pop. Rom. & quod omnium maximum fuit virium ſuarum opus, Vejos, urbem ea tempeſtate potentiſſimam & imperii Romani æmulam, decem annos à Romanis obſeſſam eo tempore cepit, quo difficilior obſidentibus quam obſeſſis erat obſidio. *Oliv.*

5. *Depeculator.*] Plutarchus illum dicit accuſatum fuiſſe de ſpoliorum tyrannorum expilatione, quod fama eſſet portas quaſdam æneas ex Hetruſcis ſpoliis apud illum eſſe inventas. *Oliv.*

6. *Ferreis ſententiis.*] Rigidis, immutabilibus. Sic *Ferrea Fata* apud Prudentium contra Symmach. lib. II. *Quæ ferrea fata cogunt ad facinus.* Coler.

7. *Optimo juvene.*] Hinc igitur publico, hinc privato incommodo affectus, Ardeam in exilium profectus eſt. Hic tanta in patriam pietate fuiſſe dicitur, ut captis Veiis, cum magnam vel apud Deos ex tanta felicitate invidiam contraxiſſe videretur, Jovem optimum maximum cæteroſque Deos precatus ſit, ut ſi qua tantæ felicitatis ultio Romanis deberetur, eam totam in ſe unum converterent. Qua imprecatione facta, dicitur gravi caſu in terram eſſe prolapſus. Quod illi fuit certiſſimum futuræ damnationis & exilii prodigium. *Oliver.*

8. *Quindecim millia æris.*] Abſens damnatus eſt XV. aſſium millia, qui numerus ad argenti rationem conficit mille & quingentas drachmas. *Oliv.*

9. *Priore adhuc querela vibrante.*] De ingratitudine loquitur populi Romani erga Scipionem Africanum ſuperiorem,

huc querela [1] vibrante, alia deinceps exurgit. [2] Africanus ſuperior, non ſolum contuſam & confractam belli Punici armis Rempub., ſed pene jam exſanguem, atque morientem, [3] Africæ dominam reddidit: cujus clariſſima opera injuriis penſando civeis, [4] vici eum ignobilis, ac [5] deſertæ paludis accolam fecerunt: Ejuſque [6] voluntarii exilii acerbitatem non tacitus ad inferos tulit, [7] ſepulchro ſuo inſcribi ju-

rem, quam eo graviorem oſtendit, quo plura illius merita in rempublicam & majora fuiſſe demonſtrat Nam ideo Scipionis laudes commemorat, ut indignitatem ipſam exaggeret & ingratitudinem quodammodo deteſtetur. Fuit autem, ut diximus, accuſatus, quod Antiochenſem prædam uſurpaſſet, & à rege Antiocho pecuniam accepiſſet, ut conditionibus gratioſis & mollibus pax cum eo populi Romani nomine fieret. *Oliv.*

1. *Vibrante.*] Tranſlatio ſumpta à telo, ſive ſagitta, quod, cum miſſum fuerit, vibratur, & antequam vibrare deſierit, aliud telum mittitur. *Oliv.*

2. *Africanus ſuperior, &c.*] Contigit A. U. DLI.

3. *Africa, &c.*] Contig. A. U. DXLVI.

4. *Vici eum ignobilis.*] Diſſentit à Strabone Valer. Non enim vicum, ſed oppidum Linternum dicit eſſe Strabo lib. v. in deſcriptione Campaniæ. *Prope mare*, inquit, *poſt Sinueſſam Linternum eſt oppidum. Ubi prioris cognomento Scipionis Africani ſepulchrum jacet: ibi enim extremam conſumpſit ætatem, omiſſis propter aliquorum ſimultatem reipublicæ negotiis.* Oliver. *Vici ignobilis.*] Videtur non civitas Linternum, ſed Linternum Campaniæ vicus obſcurus intelligi.

5. *Deſertæ paludis.*] Silius lib. VI. de Linterno, Scipionis nido:

Hic dum ſtagnoſi ſpectas templumque domoſque
Linterni. —— Coler.

6. *Voluntarii exſilii.*] Verba exeuntis ita Seneca concepit epiſt. 87. *Nihil volo derogare legibus, nihil inſtitutis, æquum inter omnes cives jus ſit: utere ſine me beneficio meo patria. Cauſa tibi libertatis fui, ero & argumentum. Exeo, ſi plus quam tibi expediet, crevi.* Coler.

7. *Sepulchro ſuo inſcribi jubendo.*] Sic enim teſtamento legaverat, ut ſepulturæ ſuæ titulus ille inſcriberetur: INGRATA. PATRIA. NE. OSSA. QVIDEM. MEA. HABEBIS. De ingratitudine iſta alii alia ſentiunt; ego vero nec maligna relatione inſectandam, nec prorſus excuſandam eſſe duco, neque enim civitatem illam gratam unquam dicere auſim, quæ præſtantiſſimi viri ſimul & innocentiſſimi, tamque de ſe optime meriti, negligenter adeo & abjecte tulerit, ignominiam ut ſervatorem ſui cedere ex urbe maluerit, quam paucorum furorem audaciamque reprimere, ne tam vituperare, quam vituperandam cenſerem; ſi ad eam injuriam inferendam tuliſſet manus: verum Senatus, ut auctores aſſeverant, Tiberio Graccho, Scipionibus opem ferenti adverſus accuſatores gratias egit, & plebs relictis tribunis accuſatoribus, per omnia templa urbis Africanum ſecuta, facile declaravit, quanta benevolentia, quantoque honore dignum cenſeret Scipionum nomen. Quid illud, quod ampliſſimos illi & prope divinos honores aliquando detuliſſe fertur, quos ille recipere non ſuſtinuit, eum perpetuum conſulem, Dictatoremque creare voluerint, cum ſtatuas illi in comitio, in roſtris, in curia, in Capitolio fieri decreverit; nonne grati animi ſigna ſunt non obſcura? Quod ſi ex talibus indiciis civium animi me-

jubendo, [1] INGRATA. PATRIA. NE. OSSA. QUIDEM. MEA. HABES. [2] Quid iſta aut neceſſitate indignius, aut querela juſtius, aut [3] ultione moderatius? Cineres ei ſuos negavit, quam in cineres collabi paſſus non fuerat. Igitur hanc unam Scipionis vindictam ingrati animi urbs Roma ſenſit; majorem me hercle Coriolani violentia. Ille enim metu patriam pulſavit, hic verecundia: De qua ne queri quidem tanta veræ pietatis conſtantia niſi poſt fata ſuſtinuit. [4] Talia paſſo (credo) quæ fratri ejus accidere ſolatio eſſe potuerunt: cui rex Antiochus devictus, & Aſia imperio populi Rom. adjecta, ſpecio-

mi metiendi ſunt, non tam ingrata civitas in abjicienda beneficiorum memoria, quàm in toleranda injuria lenis molliſque cenſenda erit. Pauci enim fuere, qui reliquis indignantibus tale facinus audendum putarunt. Sunt etiam qui putant nunquam Scipionem fuiſſe damnatum, ſed gloriæ ſatietate captum conſtituiſſe procul à foro & ambitione quietam agere vitam. Et hunc ſibi locum quaſi ad id aptum delegiſſe. Cæterum illud veroſimilius eſt Scipionem, ut erat magni & ſapientis animi homo, inimicorum invidiam facile contemnentem cedere ex urbe maluiſſe, quam inteſtinis diſcordiis civitatem evertere. *Oliv.*

1. *Ingrata patria.*] De ſepulchro & exitu Scipionis varia tradidere ſcriptores. Alii Romæ mortuum relatum fuiſſe ſcribunt, & ad fidem hujus rei monumentum ad portam Capenam ei factum, & tres ſtatuas ſuper locatas ferunt; quarum duæ, P. & L. Scipionum dicantur eſſe, tertia Ennii Poëtæ. Huic ſententiæ illud Ciceronis ſuffragari videtur: *Charus*, inquit, *Africano ſuperiori fuit noſter Ennius.* Et Plinius libro IV. Naturalis Hiſtor. *Prior*, inquit, *Africanus Q. Ennii ſtatuam ſepulchro ſuo imponi juſſit; clarum illud nomen, imo vero ſpolium ex tertia orbis parte raptum in cinere ſupremo cum Poëtæ titulo legi.* Alii auctores ſunt, inter quos & Valerius, & ea vulgatior fama eſt, Linterni Africanum mortuum, ibique ſepultum, ut ſupra diximus, monumentum ei factum ac ſtatuam ſuppoſitam, quam tempeſtate disjectam Livius ſe vidiſſe teſtatur. Propterea apud Cajetam in marmoreo ſepulchro æneaque urna hæc ſcripta reperiuntur:

Devicto Annibale, & capta Carthagine, & aucto
Imperio, hoc cineres marmore lector habes:
Cui non Europa, non obſtitit Africa quondam,
Reſpiceres hominem, quem brevis urna premit.

Periit autem Scipio LV, & L. ſuæ ætatis anno. *Oliv.*

2. *Quid iſta autem neceſſitate.*] Quia invitus de patria conqueſtus eſt.

3. *Ultione.*] Quia hoc modo denegando patriæ ſuæ oſſa, illam quodammodo ultus eſſe videtur, cum magna quidem modeſtia, qui non armis, non bello, non denique ulla vi injuriam vindicandam eſſe cenſuit, ut Coriolanus, ut Alcibiades, ut multi alii, qui patria pulſi, patriæ bellum intulerunt. *Oliv.*

4. *Talia paſſo, &c.*] Contigit A. U. DCXVI.

cioſiſſimuſque triumphus, ut peculatus reus fieret, & [1] in carcerem duci juberetur, cauſſam præbuit.

Nihilo virtute minor fuit poſterior Africanus: ſed ne exitu quidem felicior: [2] Duabus enim urbibus Numantia atque Carthagine imperio Romano imminentibus, ex rerum natura depulſis, [3] raptorem ſpiritus domi invenit, mortis punitorem in foro non reperit. [4] Quis ignorat, tantum laudis Scipionem Naſicam toga, quantum armis utrumque Africanum meruiſſe? [5] Qui peſtifera Ti. Gracchi manu [6] faucibus apprehenſam rempub. [7] ſtrangulari paſſus non eſt. Sed is quoque propter [8] iniquiſſimam virtutum ſuarum apud cives æſtimationem, ſub [9] titulo legationis * Pergamum

1. *In carcerem duci.*] Cui judicio tam impio, tamque iniquo Tib. Gracchus Scipionis inimicus, rei indignitate commotus, non diſſimulanter interceſſit, & L. Scipionem è lictorum manibus eripuit. *Oliv.* *Et in carcerem duci.*] Non tamen ductus eſt; vetante id Tiberio Graccho, ut ſuperius dictum eſt. *Bad.*

2. *Duabus enim, &c.*] Contigit A. U. DCXXIV.

3. *Raptorem.*] Reſpondet objectioni: Poſſet aliquis dicere, nihil eſt quod ingratitudinis populum Romanum accuſes. Neque enim Scipioni fecit injuriam, ſed innocens fuit. Non ita eſt, inquit; nam in eo qui de ejus morte nullam in foro quæſtionem habuit, injuriam Scipioni maximam fecit: nam paſſus eſt indignam & nefandam ejus cædem inultam. Varia ſuſpicati ſunt homines de morte ejus. Alii Carbonem, alii Semproniam uxorem, ut ſupra diximus, auctorem mortis fuiſſe crediderunt. *Oliv.*

4. *Quis ignorat, &c.*] Hic junioris Africani patruelis fuit, qui totius populi judicio optimus omnium judicatus eſt, quo tempore Deorum mater Peſſinunte Romam advecta eſt. Cum nondum in urbe templum illi dicatum eſſet, & ex oraculo Apollinis ab omnium optimo ſuſcipienda foret, diu quæſitum eſt, quiſnam in urbe tanto titulo dignus haberetur, ad hunc Scipionem ſummo omnium judicio ventum eſt, qui tantiſper numen privato ſuſciperet hoſpitio, donec illi publice templum conſtitueretur. Hic quoque Tiberii Gracchi ſeditioſiſſimi hominis furores repreſſit; nam illum leges agrarias contra Senatus auctoritatem, ut diximus, ferre molientem, cum multitudine bonorum impetu facto, ſubſelliorum fragmentis occidit, multaque alia in rempub. merita contulit. Illum tamen falſo accuſatum ſub titulo legationis voluntarium in Aſiam exilium ſibi deligere coëgerunt. *Oliv.*

5. *Qui peſtifera, &c.*] Contigit A. U. DCXX.

6. *Faucibus apprehenſam rempublicam.*] Ita opinor legendum eſſe. In Campenſi legitur *apprenſam*; quam vocem score ſcioli imperite mutarunt in *oppreſſam*. Pigh.

7. *Strangulari.*] Suffocari & extingui ab ea.

8. *Iniquiſſimam.*] Quia tribunis agitabatur.

9. *Titulo legationis.*] Ut tutus iret. Nam cum gravis plebi foret Tiberii mors, jamque vindicta adverſus interfectores,

mum ſeceſſit. Et quod vitæ ſuperfuit, ibi ſine ullo ingratæ patriæ deſiderio peregit.

[1] In eodem nomine verſor, necdum Corneliæ gentis querelas exhauſi. Nam P. Lentulus clariſſimus & amantiſſimus reip. civis, cum [2] in Aventino C. Gracchi nefarios conatus & aciem, [3] pia ac forti pugna magnis vulneribus exceptis fugâſſet: prælii illius, quo leges, pacem, libertatemque in ſuo ſtatu retinuerat, hanc mercedem tulit, ne in urbe noſtra moreretur. Siquidem invidia & obtrectatione compulſus, legatione à ſenatu libera impetrata, habitaque concione, qua à diis immortalibus petiit ne unquam ad ingratum populum reverteretur, in Siciliam profectus eſt, ibique perſeveranter morando compotem ſe voti fecit. Quinque igitur Cornelii totidem ſunt ingratæ patriæ exempla. Atque horum quidem ſeceſſus voluntarii. [4] Ahala verò, cum ma-

ctores, & inprimis Naſicam, pararetur, ſolicitus de ſalute Naſicæ, Senatus liberam ſibi in Aſiam legationem decrevit. Naſica, quanquam maximo ſacerdotio eſſet alligatus, tamen Italiam deſeruit, & in Aſiam profectus, haud multo poſt circa Pergamum interiit. *Oliverius.*

* *Pergamum.*] Civitatem Aſiæ. Eſt enim Pergamum, teſte Strabone libro XIII. Aſiæ civitas admodum illuſtris, quæ diu ſub Attalicis regibus fortunata fuit. Hanc præterfluit Caïcus per campum, qui Caïcus appellatur. *Oliv.*

1. *In eodem nomine verſor.*] Hic P. Lentulus de gente Cornelia fuit, de qua Lentulus ille natus eſt, qui cum Catilina in rempubl. conjuraverat, & à Cicerone conſule cum aliis conjuratis necari juſſus eſt: nam ea cauſa in conjurationem venerat, quia ſe principem omnium futurum ſperaret, eo quod oraculum, tribus è gente Cornelia deberi remp. Romanam, & unum ex his ſe tertium eſſe exiſtimabat, ſed eſt opinione deceptus. Hic ergo Lentulus, de quo loquimur, primus C. Gracchi, & Fulvii, qui per ſeditionem Aventinum cum armata manu occupaverant, impetum furoreſque repreſſit, conſule L. Opimio, cui ſumma poteſtas à Senatu data fuerat, ut caveret, ne quid detrimenti reſpublica caperet. Hic igitur pro republica à tanta ſeditione liberata id præmii recepit, ut paulo poſt ſub ſpecie legationis in exilium miſſus fuerit, *Oliv.* Contigit A.U. DCXXXII.

2. *In Aventino.*] Quo Gracchus & Fulvius ejus collega, cum cæteris conjuratis ſe receperant. *Idem.*

3. *Pia pugna.*] Quia pro ſalute reip.

4. *Ahala vero, &c.*] Fames urbem invaſerat, vel malignitate temporum, quod anni fuiſſent ſegetibus adverſi, vel negligentia plebis, quæ concionum dulcedine capta, deſerto agrorum cultu, coluerat urbem; (nam utrumque traditur) Spurius Mœlius eques Rom. illis temporibus prædives rem utilem, peſſimo exemplo, pejore conſilio, eſt aggreſſus: nam frumento privata pecunia coëmpto, largitiones frumenti in populum fame laborantem facere inſtituit; ut hoc munere plebes ſibi ob-

noxia

magiſter equitum Sp. Mœlium regnum affectantem occidiſſet; cuſtoditæ libertatis civium, exilio ſuo pœnas pependit.

3. Cæterum ut ſenatus populique mens in modum ſubitæ tempeſtatis concitata, leni querela proſequenda eſt; ita ſingulorum ingrata facta liberiore indignatione proſcindenda ſunt: Quia potentes conſilii, cum utrumque ratione perpendere liceret, ſcelus pietati prætulerunt. [1] Quo enim nimbo, qua procella verborum, impium Sextilii caput obrui meretur? quod [2] C. Cæſarem, à quo cum ſtu-

noxia facta honores demandaret, nec hoc contentus, de regno cœpit agitare; jamque conjuratio parabatur. Nam tela in ejus domum conferri, concionesque haberi, & non dubia de regno conſilia: quod cum ſenatui nuntiatum eſſet, primo conſules increpare: quod eas largitiones cœtuſque in privata domo fieri permitterent. Deinde dictatorem dicendum cenſuit. Creatus eſt L. Q. Cincinnatus, qui C. Servilium Ahalam magiſtrum equitum dixit, qui miſſus à dictatore ad Mœlium, ut illum ad ſe duceret: cum venire recuſaſſet, eum ſtricto gladio inſecutus obtruncat, reverſus deinde à dictatore, laudatur, quod rempubl. liberâſſet. Verum paulo poſt damnatum Ahalam populus Romanus in exilium ire coëgit. Cicero in Catone Majore: *Lucii Quinctii Cincinnati juſſu magiſter equitum Servilius Ahala Spurium regnum affectantem occupatum intercmit.* Autor de Viris Illuſtr. *Quinctius Cincinnatus, depoſita dictatura, ad agriculturam reverſus, iterum poſt viginti annos dictator dictus Spurium Mælium regnum affectantem à Servilio Ahala magiſtro equitum occidi juſſit, domum ejus ſolo adæquavit. Unde locus Æquimelium dicitur.* Oliver. *Ahala vero, &c.*] Lego ſic: *Ahala vero, cum magiſter equitum.* Ipſe enim magiſter equitum, non Spurius Mœlius erat. In Colonienſi vocatur *Habala.* Pigh.

1. *Quo enim nimbo.*] Q. hic Sextilius poſtulatus fuerat majeſtatis contra Syllam: Lucius Cæſar tunc Orator eximius in ea accuſatione eum defendit; orta deinde inter Cinnam & Carbonem conſules ſeditione peſtifera pulſus ex urbe Cinna, cum paulo poſt Mario conjunctus urbem cepiſſet, inimicos graviter ultus eſt: quorum alios in urbe trucidavit, alios in tabella proſcriptos expoſuit, inter quos L. Cæſar Orator, qui Tarquinios in Hetruriam fugiens, ad Sextilium veterem clientem ſuum divertit; apud quem tutam ſalutem ſuam fore ſperabat, cujus ipſe ſalutem aliquando protexiſſet. Ille vero contra ingratiſſimus & impius homo hoſpitem perdidit. *Oliver.* *Quo enim nimbo, qua procella verborum.*] *Nimbum verborum* neſcio an quis dixerit. Malo itaque legere ut eſt in Atrebatenſi, *Quo enim Jambo, qua procella verborum.* Nam ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν dicitur, id eſt, à proſcindendo. Horatius,

Archilochum proprio rabies armavit
Iambo. Pighius.

Nimbo.] Pighius *Jambo* correxit. At nihil ego mutarim. Ecquis enim vel in medio Latio erubeſcat dicere *nimbum ac procellam verborum?* Coler.

2. *C. Cæſarem.*] Hic eſt Cæſar, cujus meminit Cicero in libro de Oratore, & illum introducit de arte diſputantem. *Oliv.* *C. Cæſarem.*] Sic eum Manuſcripti

ſtudioſe, tum etiam feliciter graviſſimi criminis reus defenſus fuerat, Cinnanæ proſcriptionis tempore profugum, præſidium ſuum in fundo [1] Tarquinienſi cladis conditione implorare, beneficii jure repetere coactum, à ſacris perfidæ menſæ & altaribus nefandorum Penatium avulſum, [2] truculento victori jugulandum tradere non exhorruit. Finge accuſatorem ejus, fortuna publica in ſupplicis nomen converſum, tam luctuoſam illum opem genibus annixum oráſſe, crudeliter tamen repulſus videretur: quia etiam quos injuriæ inviſos faciunt, gratioſos miſeriæ reddunt. Verum Sextilius non accuſatorem, ſed patronum ſæviſſimæ inimici violentiæ ſuis manibus objecit: ſi [3] metu mortis, vita indignus: ſi præmii ſpe, morte digniſſimus.

4. [4] Sed ut ad alium conſentaneum huic ingrati animi actum tranſgrediar, M. Cicero C. Popilium Lænatem, [5] Pi-

ſcripti codices appellant. Recte; fuit enim C. Cæſar orator à cliente ſuo proditus, & in villa occiſus, cum ædilis curulis rantum fuiſſet: frarer L. Cæſar conſularis & cenſorius ad buſtum Varii occiſus eſt, ut idem noſter lib. IX, cap. 2. aſſerit, utriuſque capita C. Marius victor in roſtris exponi juſſit, ut Cicero de Oratore tertio, & Appianus civil. primo. *Pigh.*

1. *Tarquinienſi.*] Et ita in Hetruria.

2. *Truculento victori.*] Videlicet Cinnæ.

3. *Metu mortis.*] Quia in tabella proſcriptorum aſcribuntur generali clauſula omnes, qui proſcriptos celaverint, protexerint, aut quavis ope juverint. *Badius.*

4. *Sed ut ad alium.*] M. Tullius Cicero Popilium Lænatem defendit parricidii reum, ut vult Plutarchus in vita Ciceron. Octavianus Cæſar pacem & fœdus cum Antonio & Lepido fecit, ita ut hi triumviri rei conſtituendæ per quinquennium eſſent, & ſuos quiſque inimicos proſcriberet. In qua proſcriptione CXX. Senatorum nomina fuerunt, reliqui fuerunt equeſtris ordinis viri. Ex plebe pauci admodum: nam ad CCC. cives proſcripti ſunt. Inter hos igitur Lucius Cæſar avunculus Antonii, & Paulus Lepidus, M. Lepidi frater, & Cicero noſter proſcripti ſunt, & à Popilio Lænate occiſi. Dicitur Octavianus diu ac multum reſtitiſſe, ne Cicero in proſcriptorum numero eſſet, adductus verecundia, quod eum patrem appellare conſueverat, & quod ejus ope ad id potentiæ perveniſſet, ſed victus tandem obſtinata nimis Antonii voluntate, qui Ciceronem præ cæteris unum depoſcebat, propter Philippicas in eum ſcriptas. Unde Juvenalis:

Antonî gladios potuit comtemnere, ſi ſic
Omnia dixiſſet. ——

Ergo cedere coactus eſt Cicero, ubi intellexit quæ facta erant, una cum Quinto fratre ad Brutum in Macedoniam ire conſtituit, frater vero qui mœrore confectus non ſe ſatis viatici ſumpſiſſe putabat, domum reverſus, ut accepta pecunia

[1] Picenæ regionis, rogatu [2] M. Cœlii, non minore cura quàm eloquentia defendit: eumque cauſſa admotum dubia fluctuantem, ſalvum ad penates ſuos remiſit. [3] Hic Popilius poſtea nec re, nec verbo à Cicerone læſus, ultro M. Antonium rogavit, ut ad illum proſcriptum perſequendum & jugulandum mitteretur: Impetratiſque deteſtabilis miniſterii partibus, gaudio exultans [4] Cajetam cucurrit, & virum, omitto quod ampliſſimæ dignitatis, certe ſalutis ejus auctorem, ſtudio etiam præſtantis officii privatim ſibi venerandum, jugulum præbere juſſit: Ac protinus caput Romanæ eloquentiæ, & pacis clariſſimam [5] dexteram, per ſummum & ſecurum otium amputavit. Eaque ſarcina, [6] tanquam opimis ſpoliis, alacer in Urbem reverſus eſt. Neque ei ſceleſtum portanti onus ſuccurrit, illud ſe caput ferre, quod pro capite ejus quondam peroraverat. Invalidæ ad hoc monſtrum ſugillandum literæ: quoniam qui talem Ciceronis caſum ſatis digne deplorare poſſit, alius Cicero non extat.

5. [7] Quo te nunc modo Magne Pompej attingam, neſcio:

cunia Ciceronem conſequeretur, proditus à ſervis, una cum filio interfectus eſt. Cicero vero dum ad navem in lectica deferretur, à ſatellitibus Antonianis, quos Popilius ille ducebat, quem, ut diximus, Cicero in judicio defenderat, in itinere interceptus eſt, haud procul à portu Cajetæ, qui Popilio, jugulum ejus poſcenti, cum barbam dextra prius divulſiſſet, fortis & intrepidus porrexit. Juvenalis tamen dicit non caput ſolum, ſed etiam manum abſciſſam fuiſſe Ciceroni. Dicit enim in Satyra:

Ingenio manus eſt & cervix cæſa, nec unquam
Sanguine cauſidici maduerunt roſtra puſilli.

Brutus vero, audita Ciceronis morte, C. Antonium, M. Antonii fratrem, quem captivum habebat, Ciceroni filio ad vindictam conceſſit. *Oliverius.*

1. *Picenæ.*] Regio Italiæ trans Apenninum, ab ipſis montibus uſque ad mare Adriaticum extenſa, inter Æſin & Leaſtrum fluvios, teſte Strabone lib. v.

2. *M. Cœlii.*] Qui amantiſſimus Ciceronis erat.

3. *Hic Popilius.*] Sic & reliqui. Solus Plutarchus homicidium hoc Herennio centurioni attribuit. *Coler.*

4. *Cajetam.*] Eſt hæc urbs non longe à Bajano ſinu.

5. *Dextram.*] Ideo dextram amputatam ad Antonium attulit, quod ea Philippicas ſcripſerat. Antonius caput & dextram pro roſtris affigi juſſit. *Bad.*

6. *Tanquam opimis ſpoliis.*] Tanquam dux ducem cecidiſſet.

7. *Quo te nunc modo, &c.*] Pompejus Strabo, Magni Pompeii pater, Latino bello

ſcio: Nam & amplitudinem fortunæ tuæ, quæ quondam omnes terras, & omnia maria fulgore ſuo occupaverat, intueor, & ruinam ejus majorem eſſe, quam ut manu mea attentari debeat, memini. Sed nobis tamen tacentibus Cn. Carbonis, à quo admodum adoleſcens de paternis bonis in foro dimicans protectus es, juſſu tuo interempti mors animis hominum obverſabitur, non ſine aliqua reprehenſione: quia [1] tam ingrato facto, plus L. Syllæ viribus, quàm propriæ indulſiſti verecundiæ.

EXTERNA.

1. At ne noſtra confeſſis alienigenæ urbes inſultent: [2] Carthaginienſes Annibalem, qui pro illorum incolumitate

bello dux exercitus, præter alia oppida cepit & Aſculum, atque diripuit, deinde poſt aliquot annos, eo mortuo, Pompeius accuſatus eſt peculatus, eo quod expendendo ſibi aliquid uſurpaſſet pater. Afferebant aliquos libellos, qui miſſi fuerant domum Strabonis. In eo judicio à Cn. Carbone defenſus eſt; & ipſe pariter adeo perſpicax, & præter ætatem promptus viſus eſt, ut inde gloriam benevolentiamque multam reportaret. Poſtea vero, cum Sylla rempubl. occupaſſet, Pompeium adverſus Carbonem, qui claſſe Siciliam occupaverat, cum exercitu miſit; quem ſuperatum, cum ſe Pompeio victori ſupplex ſubjiceret, dicitur Pompeius eum ingrate nimis & crudeliter tractaſſe; nam illum victum produxit in medium, & pro tribunali ſedens, damnavit; damnatum deinde ad necem pertractum interfici juſſit. Dicitur iſte Carbo cum ad necem duceretur, ut enſem ſtrictum imminere vidit, cupiditate vitæ commotum, locum & horam perbrevem oraſſe, tantiſper dum exoneraret ventrem. De hoc Carbone Cicero in epiſtolis familiaribus lib. IX. epiſtola quæ incipit, *Tandem infamia. Cognoſcimus*, inquit, *Cn. Carbonem, & fratrem ejus Scurram, quid his improbius?* Et paulo poſt: *Hoc qui à Pompeio noſtro interfectus eſt, nemo improbior meo judicio fuit.* Oliverius.

1. *Tam ingrato facto.*] Nam ſi occidendo Carbonem tuas vires auxiſſes, tolerandum eſſet.

2. *Carthaginienſes.*] Cum Annibal tot victoriis patriam illuſtraſſet, tamen illum & Romanis accuſarunt, tanquam violati fœderis auctorem, & in exilium ire coëgerunt. Sunt etiam qui dicunt; cum Annibal ſe in vicum ſuum recepiſſet, Carthaginienſes, ſumptis armis, eum petere voluiſſe ad necem. Quod ubi intellexit Annibal, confugit in Aſiam ad Antiochum, cui ſe tantopere inſinuavit, ut hoſpitaliter honorificeque ſuſceptus, in omnibus publicis & privatis conſiliis adhiberetur; qui non prius deſtitit, quam regem impulit, ut Romanis bellum inferret. Cicero in Orat. XIII. circa finem: *Quis Carthaginienſium pluris fuit Annibale, conſilio, virtute, rebus geſtis? qui unus cum populo Romano tot annos de imperio, de gloria decertavit. Hunc ſui cives de civitate ejecerunt.* Oliver.

 1. *Tot*

te & victoria, [1] tot imperatores, totque exercitus noſtros trucidaverat; quod gregarios milites hoſtium ſi occidiſſet, magnæ gloriæ foret; è conſpectu ſuo ſubmovere in animum induxerunt.

2. Neminem [2] Lycurgo aut majorem aut [3] utiliorem virum Lacedæmon genuit: utpote cui [4] Apollo Pythius oraculum petenti reſpondiſſe fertur: Neſcire ſe utrum illum hominum, an Deorum numero aggregaret. Huic tamen neque vitæ ſumma [5] ſinceritas, neque [6] conſtantiſſimus erga patriam amor, neque leges ſalutariter excogitatæ auxilio eſſe potuerunt, quo minus infeſtos cives experiretur: Sæpe enim lapidibus petitus, aliquando furore publico eje-

1. *Tot imperatores.*] Ut Q. Flaminium, Paulum Æmilium, M. Marcellum, T. Gracchum, alioſque complures.

2. *Lycurgo*] Rempubl. Lacedæmoniorum hic ita conſtituit, ut nulla melior, nulla ſanctior, quoad Lycurgi legibus obtemperavit, in tota Græcia poſſet inveniri; tamen in hunc virum Lacedæmonii adeo ingrati fuerunt, ut illum ſæpe injuriis laceſſierint, atque in primis locupletes, qui ejus leges graviter ferentes, pulſatum à foro ſæpe perturbaverint, & illi oculum eruerint; quas quidem injurias leni tuliſſe animo dicitur, adeo, ut etiam effoſſorem oculi perpetuo dilexerit, ſibique miniſtrum fecerit, & ex improbo ac temerario viro, exactiſſimum & continentiſſimum reddiderit. Cum igitur Lacedæmonii conquererentur, quod leges illæ duræ nimium eſſent & immites, Lycurgus ſimulavit eas ſe velle mutare; conſulto tamen prius oraculo, neque enim abſque Dei conſilio ſe quicquam facturum eſſe dicebat. Cum igitur Delphos ire conſtituiſſet, advocata concione, cives omnes jurejurando adegit, ſervaturos inviolatas, quoad rediret in patriam. Profectus deinde, cum accepiſſet ab oraculo pias ſanctaſque leges & nullo modo permutandas; ſed civitatem illam fore clariſſimam, quoad Lycurgi legibus uteretur; Vaticinium ſcripſit, & Spartam miſit. Deinde, ne ſacramento ſolveretur civitas, in Cretam proficiſcitur, ibique perpetuum egit exilium, ac moriens juſſit in mare ſpargi cineres ſuos, ne, ſi forte in patriam reportarentur, rediſſe crederetur, & ſic jurejurando civitas libera foret. *Oliverius.*

3. *Utiliorem virum.*] De hoc multa Plutarchus, Herodotus, Dionyſius, Juſtinus lib. III. & XVIII. Strabo l. VIII. & X. Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Auguſtinus lib. II. cap. 16. Vellejo quidem Paterculo eſt Diſciplinæ convenientiſſimæ vir, id eſt, utiliſſimæ. Unde & Valerius ait ejus leges ſalutariter excogitatas eſſe. Non immerito igitur hic Σωτὴρ civium ſuorum dictus: ſicut Ariſtides δίκαιος, Epaminondas θεὸς, teſte Epicteto. *Coler.*

4. *Apollo Pythius.*] Pythonis ſerpentis interemptor, cujus pelle tripodes in templo Delphico tectæ erant. *Bad.*

5. *Sinceritas.*] Nam pie ſemper vixit, & avunculo fidem ſummam ſervavit.

6. *Conſtantiſſimus.*] Perſeverantiſſimus; exilium enim elegit, ne leges, quæ patriæ ſalubres erant, tolli poſſent. *Oliverius.*

1. *Pri-*

ejectus, etiam [1] privatus oculo ad ultimum ipſa patria pulſus eſt. Quid aliæ faciant urbes; ubi etiam illa, quæ conſtantiæ, & moderationis, & gravitatis eximiam ſibi laudem vendicat, tam ingrata adverſus tam benemeritum extitit?

3. Detrahe Athenienſibus Theſea, nullæ, aut non tam claræ Athenæ erunt: Siquidem [2] ille vicatim diſparſos cives ſuos in unam urbem contraxit; ſeparatimque & agreſti more viventi populo, ampliſſimæ civitatis formam atque imaginem impoſuit. [3] Idem ſæva potentiſſimi regis Minois imperia vixdum ætate pubeſcente repulit. [4] Idem effrænatam Thebanorum inſolentiam domuit. [5] Idem opem libe-

1. *Privatus oculo.*] Servius aliter. ſcribit enim ob injuriam vitibus ſive Baccho inlatam à Jove eluſcatum eſſe. Sed iſthæc fabulæ ſint. *Colerus.*

2. *Ille vicatim diſperſos cives ſuos in unam urbem contraxit.*] In veteribus eſt, *Ille locatim.* Neutra vox ad verum, & facile ex hac inconſtantia odoror ſuppoſitas illas pro germana iſta, *pagatim.* Athenienſes enim ante Theſea in pagis habitarunt. Plutarchus. Et clariſſime Livius lib. XXXI. *Delubra ſibi fuiſſe,* (Athenienſes loquitur) *quæ quondam* pagatim *habitantes, in parvis illis caſtellis vicisque conſecrarint.* Idem de iisdem: *Templa Deûm, quæ* pagatim *ſacrata habebant.* Lipſius.

3. *Idem ſæva.*] Cum Androgeum athletam fortiſſimum, regis Minois filium, Athenienſes per invidiam è turri præcipitâſſent, quod omnes in agonibus ſuperâſſet; Minos Ægeo, Theſei patri, tunc regnanti, bellum intulit, & Athenienſes longa obſidione preſſos, pacem petere coëgit, quam duris conditionibus à Minoë tandem acceperunt; ut ſeptena quotannis corpora natorum Minotauro devoranda, ſecundum fabulas, re autem vera, in ſervitutem mitterent, quæ in Labyrintho ſervabantur. Erat autem Minotaurus Imperator; qui, cum in agonibus omnes ſuperaret, ejuſmodi pueri victoriæ præmium dabantur, in quos ſæviſſimum fuiſſe conſtat, ut inde fictum ſit à Minotauro fuiſſe devoratos, qui, cum ſorte deligerentur, tertio anno ſors evenit Theſeo, qui beneficio Ariadnes, quæ illius pulchritudine capta, docuit iter filo regere, periculum evaſit, & patriam ab eo tributo & ſervitute liberavit. Ovidius:

—— Jam lamentabile Athenæ
Pendere deſierant Theſea laude tributum. Oliv.

4. *Idem effrænatam, &c.*] Sicut apud Statium legimus, quum Creon rex Thebanorum prohiberet Græcorum cadavera, quæ in bello Etheoclis & Pollinicis pugnando ceciderant, ſepulturæ demandari, uxores & liberi mortuorum ad Theſeum confugerunt, qui cum, legatis miſſis, cum benigne impetrare non potuiſſet, Thebanis bellum intulit, quibus victis, corpora ſuis omnibus ſepelienda tradidit. *Idem.*

5. *Idem opem, &c.*] Cum tyrannos, latrones, & monſtra ex terris multa ſubegiſſet Hercules, ob fortia facta maximam invidiam liberis ſuis reliquit: nam qui fuerant ab illo injuria affecti filios ejus, poſt mortem, inſequeban-

liberis Herculis tulit, [1] & quicquid ubique monſtri aut ſceleris fuit virtute animi ac robore dexteræ comminuit. Hujus tamen ſummoti ab Athenienſibus, [2] Scyros exule mi-

tut; qui cum præſidium tutum non invenirent, Athenas, ad Aram Miſericordiæ, quam Theſeus conſtituerat, ſe contulerunt, & ibi ſalvi ab omni injuria fuere. Nam Athenis aram Miſericordiæ Theſeus conſecravit, quem locum Aſylum appellavit, eo quod nemo inde abſtrahi poſſet, Romulus deinde Theſeum imitatus, Romæ idem aperuit. Sunt tamen qui dicant Aſylum Athenis condidiſſe filios Herculis. Cujus ſententiæ Statius eſt, qui ait:

Fama eſt defeſſos acie poſt buſta paterni
Numinis Herculei ſedem fundaſſe nepotes.
Sic ſacraſſe loco commune animantibus ægris.
Confugium. —— Oliv.

1. *Et quicquid ubique monſtri aut ſceleris fuit, &c.*] Sicut Marathonium & Cretenſem Taurum, in Epidauro Periphetem, quem clavatum dicebant, in Iſthmo Sinnin, qui ſe in varias figuras vertebat: haud longe à Megara Scironem latronem in monte Cæo, quem ille occupaverat, & illac tranſeuntes omnes cogebat ſibi in præcipiti rupe ſedenti pedes oſculari, quos ad oſculum inclinatos, elato pede, per anfractas rupes, detrudebat in profundam vallem. Theſeus cum ad hunc veniſſet, ſimulavit ſe velle pedes oſculari, & illum pedibus captum dejecit. In Peloponneſo Sinnin eo genere mortis affecit, quo ipſe hoſpites & viatores afficere ſolitus fuerat; nam cum fortiſſimus eſſet, arbores immenſæ magnitudinis flectebat in terram, & captos homines illarum verticibus alligabat, deinde, tanquam funda, illos immittebat, jacti in multas partes ſcindebantur. Hunc alii Pityocamptem appellatum fuiſſe dicunt à flectendis arboribus. Procruſten quoque interfecit, qui lecticas habebat humana ſtatura breviores, in quibus ſuſceptos hoſpites collocabat, & illos extendi jubebat, & quicquid extra lecticas eminebat, totum amputabat. *Oliverius.*

2. *Scyros.*] In quam Inſulam cum divertiſſet, poſt exilium à patria indictum, Lycomedes ejus Inſulæ princeps, illum de rupe præcipitavit. Inſula eſt in mari Ægeo poſita, de qua Strabo libro IX. mentionem fecit, & eam multis innominatis inſulis & urbibus omnium clariſſimam eſſe dicit, propter Lycomedis cum Achille affinitatem, & Achillis filium Neoptolemum ibi procreatum & enutritum. Ovidius libro VII. Metamorph. de Theſeo:

—— *Te, maxime Theſeu,*
Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine Tauri;
Quodque ſuam ſecurus arat Cremyona colonus,
Munus opuſque tuum eſt: tellus Epidauria per te
Clavigeram vidit Vulcani occumbere prolem.
Vidit & immitem Cephiſias ora Procruſtem;
Cercyonis lætam vidit Cerealis Eleuſis:
Occidit ille Scinis magnis male viribus uſus,
Qui poterat curvare trabes, & agebat ab alto
Ad terram late ſparſuras corpora pinus.
Tutus ad Alcathoën Lelegeia mœnia limes,
Compoſito Scirone patet, ſparſiſque latronis
Terra negat ſedem, ſedem negat oſſibus unda;
Quæ jactata diu fertur duraſſe vetuſtas
In ſcopulos, ſcopulis nomen Scironis inhæret. Oliv.

1. *Jam*

minor inſula, oſſa mortui cepit. [1] Jam Solon, qui tam præclaras, tamque utiles Athenienſibus leges tulit, ut ſi his perpetuo uti voluiſſent, ſempiternum habituri fuerint imperium: qui [2] Salamina velut hoſtilem arcem ex propinquo ſaluti eorum imminentem recuperavit, qui Piſiſtrati tyrannidem primus vidit orientem, & ſolus armis opprimi debere, palam dictitare auſus eſt; ſenectutem Cypri profugus exegit: neque ei patria, de qua optime meruerat, hu-

1. *Jam Solon, &c.*] Solon cur exulaverit, hæc eſt hiſtoria: Simulavit navigandi cauſam, ut diverſos hominum mores videret; ſed voluntarium fuit exilium, quod cives ſentiebat legibus, quas tulerat, vehementer offenſos. Piſiſtratum etiam, propinquum ſuum, cum ſibi tyrannidem parere intelligeret, quantum in ſe fuit, prohibuit; nam convocata concione profectus in publicum, lorica armatus & clypeo, Piſiſtrati inſidias, & impium conatum, aperuit; neque id ſolum, verumetiam ſe juvare paratum, ac pro libertate pugnaturum aſſeveravit. Viri, inquit, Athenienſes, aliis quidem ſapientior, aliis vero fortior ſum. Sapientior illis, qui Piſiſtratum iſtum non animadvertunt; fortior his, qui ſciunt illum, ſed metu reticent. Senatus vero, quod Piſiſtrato ſtuderet, illum inſanire proclamabat. At ille, Meam, inquit, inſaniam civibus breve tempus oſtendet, cum veritas in lucem venerit; jam vero Piſiſtrato rerum potito minime obtemperans, ante curiam arma depoſuit, dicenſque illud: O patria, tibi equidem verbo & opera auxiliatus ſum. Deinde in Ægyptum navigavit, atque inde in Cyprum profectus, poſtremo ad Crœſum pervenit. Obiit autem in Cypro LXXX. ætatis ſuæ anno, hoc ſuis mandans, ut Salamina ejus oſſa transferrent, atque in cinerem ſoluta, per provinciam diſſeminarent. Celeberrimum eſt ejus hoc factum: Cum de proprietate Salaminæ ipſius patriæ, inter Athenienſes & Megarenſes ferme uſque ad interitum dimicatum eſſet, multiſque cladibus acceptis, capitale eſſe cœpiſſet, ſi quis legem de vindicanda ferre auderet: Sollicitus Solon, ne vel tacendo parum reipubl. conſuleret, vel conſulendo ſibi noceret, ſubito dementiam ſimulat; cujus venia quæ prohibebatur non modo dicturus, ſed etiam facturus erat. Deformis ore habituque vecordium evolat, factoque concurſu hominum, quo magis conſilium ſimulet, verſibus ſibi inſolitis per præconem ſuadere cœpit, quod vetabatur, omniumque animos ita incendit, ut adverſus Megarenſes bellum exemplo decerneretur, inſulaque, devictis hoſtibus, Athenienſium fieret. *Oliverius.*

2. *Salamina.*] Salamin, & Salamis, & Salamina declinatur. Hæc inſula in Euboïco mari poſita, in qua Telamon Ajacis & Teucri pater regnavit. Quamvis & Salamina dicatur civitas in Cypro, condita à Teucro poſtquam à patre regno pulſus, quod in patriam ſine fratre rediiſſet, profugit in Cyprum. Cujus meminit Horatius in primo Carminum:

Nil deſperandum Teucro duce, & auſpice Teucro:
Certus enim promiſit Apollo,
Ambiguam tellure nova Salamina futuram.

Hæc autem Inſulâ fuit inter Athenienſes & Megarenſes, quam utrique ſibi vendicabant. *Oliv.*

1. *Bene*

humari contigit. [1]Bene egiſſent Athenienſes cum Miltiade, ſi eum [2] poſt trecenta millia Perſarum [3] Marathone devicta, in exilium protinus miſiſſent, ac non in carcere & vinculis mori coëgiſſent. Sed [4] ut puto, hactenus ſævire adverſus optime meritum abunde non duxerunt. Imo ne corpus quidem ejus, ſic expirare coacti, ſepulturæ prius mandari paſſi ſunt; quàm filius ejus Cimon eiſdem vinculis

1. *Bene egiſſent Athenienſes.*] Miltiades Athenienſis rerum geſtarum gloria inſignis, pro republica Athenienſi multa & præclara facinora edidit; atque illud maximum, quod Atraphernem & Dathim, Darii regis Perſarum præfectos, qui cum ducentis millibus peditum, decem millibus equitum in totius Græciæ, ac in primis Athenarum, venerant excidium, cum parvis admodum copiis, utpote decem millibus armatorum, apud Marathonem fluvium ſuperavit: in cujus rei memoriam porticus Athenis conſtructa, & in ea tota hiſtoria depicta fuit, referta quoque aliarum rerum & ſcientiæ pictura, quæ Stoa porticus dicta. Unde Stoïci poſtea nominati ſunt. Frontinus de Miltiade libro IV. *Miltiades*, inquit, *cum ingentem Perſarum multitudinem apud Marathona fudiſſet, Athenienſes circa gratulationem morantes, compulit, ut feſtinarent ad opem urbi ferendam, quam Perſarum claſſis petebat, cumque præcurriſſent impleſſentque mœnia armatis, Perſæ rati ingentem eſſe numerum Athenienſium, & alio milite apud Marathona pugnatum, alium pro muris ſuis opponi, circumactis extemplo navibus Aſiam repetierunt.* Fuit autem hæc victoria, teſte A. Gellio, anno ab urbe condita CC. & IX. Hic igitur Miltiades poſt tantam victoriam accuſatus, quod Pharon Inſulam recapere noluiſſet, vel, ut Juſtinus tradit, ob crimen peculatus, quod rempublicam expilaſſet, primo capitali, deinde mutata ſententia, pecuniaria pœna damnatus eſt; quam cum exſolvere non poſſet, erant enim quinquaginta talenta, quum primum in patriam rediit, in vincula conjecerunt, ubi cum haud ita multo poſt eſſet morte conſumptus, ejus corpus inſepultum eſſe voluerunt, donec filius pietate motus, ſe pro patre carcerem ſubiturum ultro promiſit. Qui paulo poſt interrogatus à populo, an id libenter feciſſet, quod patris pœnas adiiſſet; cum libentiſſime ſe id feciſſe reſpondiſſet, ut pater ſepulturæ mandaretur, carcere liberatus eſt, ut quidam dicunt; alii vero, quibus magis credendum eſt, dicunt Calliam quendam, non tam generoſum, quam pecunioſum virum, pro eo pecuniam exſolviſſe, impetrato ſororis ejus Elpinicis matrimonio. *Oliv.*

2. *Poſt trecenta millia Perſarum.*] Juſtinus ducenta millia barbarorum in ea pugna cecidiſſe ſcribit. Herodotus κατ' ἑξακισχιλίους καὶ τετρακοσίους ἄνδρας. Videtur ſane hic myriadum numerum omiſiſſe. *Coler.*

3. *Marathone.*] Apud Marathona civitatem Atticæ regionis.

4. *Ut puto hactenus ſævire adverſus optime meritum abunde duxerunt.*] Ita vulgo. Falſa atque imperfecta eſt ſententia, ſed aliquanto melior in Suſian. & Pulmann. *Sed, ut puto, hactenus ſævire adverſus optime meritum, ſatis abunde duxerunt.* Conſtabit omnino, ſi per negationem finiatur, altero adverbio, quod ſuperfluum eſt abjecto; ſic, *Sed, ut puto, hactenus ſævire adverſus optime meritum, abunde non duxerunt.* Pigh.

1. *Hanc*

culis ſe conſtringendum traderet. [1] Hanc hæreditatem paternam maximi ducis filius, & futurus ipſe ætatis ſuæ dux maximus, ſolam ſe ſortitum, catenas ſcilicet & carcerem, gloriari potuit. [2] Ariſtides etiam, quo [3] totius Græciæ juſtitia

1. *Hanc hæreditatem paternam, &c. ſe ſortitum.*] Optime vetus & ex veteri formula, *Solam ſe creviſſe.* Hereditatem cernere pernota jam & notata aliis dictio. *Lipſius.*

2. *Ariſtides etiam.*] Mos erat apud Athenienſes, ut qui virtute ſua maximas opes in urbe conſecutus eſſet, in exilium per decem annos mitteretur, ne ille opibus elatus, factiones in urbe moveret. Hac lege, quæ oſtraciſmus dicebatur, duo præſtantiſſimi duces relegati ſunt: Ariſtides, qui nimium juſtus eſſe videbatur, adeo ut juſti cognomen impoſitum ei fuerit. Themiſtocles, qui virtute ſua patriam ex manibus hoſtium ſæpe liberavit. Sed præcipue cum Xerxes in Europam cum tota ferme Aſia tranſiit, quam Themiſtocles conſilio ſuo cum centum navibus apud Salamina ſuperavit. Quibus fuſis, Ariſtides ſervandæ prædæ Græcis præpoſitus; continentiæ & integritatis opinionem, quam de ſe maximam concitaverat, omnibus conſummavit. Nam cum argenti & auri vis paſſim & veſtimentorum omnis generis eſſet in tabernaculis, quibus barbaros nudaverant, nec ipſe contrectare quippiam voluit, nec, ut ab aliis attingeretur, paſſus eſt. Paulo poſt urbis principatum conſecutus, cum omnis virtutis, tum maxime æquitatis ac juſticiæ apud populum periculum fecit, ita ut omnium conſenſu juſti cognomen ſit aſſecutus: ex quo ſibi non minorem gratiam & authoritatem, quam odium & invidiam contraxit. Nam Themiſtocles ejus æmulus & gravis adverſarius ſermonem jactabat in vulgus, Ariſtidem hac ſua judiciaria conſuetudine & forenſi poteſtate, clam ſublatis judiciis ſine ſtipatoribus, ſibi regnum comparaſſe. Quibus verbis commota civitas, Ariſtidem non affectati regni, ut præ ſe ferebant, ſed gloriæ ejus invidia oſtraciſmo in exilium relegarunt. Erat autem oſtraciſmus non improbitatis caſtigatio, ſed ad honeſtandum facinus elatioris & gravioris poteſtatis moderatio, pœna in decem annos data. Fiebat autem oſtraciſmus hoc modo: Oſtraca, id eſt, calculi, & teſtæ viritim in concilio dabantur, & in eis quiſque, quem ex urbe cedere vellent, literis indicabant, quos poſtea in unum fori locum cancellis circumſeptum deferebant. Magiſtratus vero, quibus dabatur negotium illud publicum, univerſos ſimul recenſebant, qui niſi ſex millium numerum exceſſiſſent, nihil confectum erat. Poſtea, uniuſcujuſque calculis ſepoſitis, cum quem pluribus ſententiis damnatum cognoſceren̄t, decem annos extorrem fore declarabant, ea tamen conditione, ut fructus ſuos capere liberum ſibi relinqueretur. In eo igitur judicio Ariſtides, cum multitudinis adverſus ſe concitatæ ſtudium admiraretur, quæſivit unum ab eo, quem in exilium mittere ſtatuiſſent, an mali quicquam perpeſſi eſſent; cui nihil ſibi mali factum, nec à ſe virum cognitum eſſe; ſed moleſte ferre dixerunt, quod omnibus in locis hunc ipſum juſtum audirent. Quod cum accepiſſet Ariſtides, nihil locutus eſt illis, ſed urbe cedens, & manus ad cœlum tendens, non ſicut Achilles Græcis iratus, mala imprecatus eſt; ſed ut Athenienſibus quæcunque vellent ſibi bene, fauſte, feliciterque evenirent, ut Ariſtides nunquam ſibi veniret in mentem. *Oliv.*

3. *Totius Græciæ juſtitia.*] Cum ad conferendas in bellum pecunias, totius Græciæ cenſus conſtituendus eſſet, populi

tia cenſetur, [1] continentiæ quoque eximium ſpecimen [2] patria excedere juſſus eſt. Felices Athenas, quæ poſt illius exilium invenire aliquem aut virum bonum, aut amantem ſui civem potuerunt: cum quo tunc ipſa ſanctitas migravit! [3] Themiſtocles eorum, qui ingratam patriam experti ſunt, celeberrimum exemplum; cum illam incolumem, claram, opulentam, principem Græciæ reddidiſſet, eouſ-

que

puli univerſi Ariſtidem ab Athenienſibus petierunr, ut eo authote & cenſore ſingulis civitatibus juſtus cenſus deſcriberetur. Quid illud? quod cum in exilium ejectus fuit, Themiſtocles inimicus ejus acerrimus, utpote qui factione ſua Ariſtidem ejecerat, cum referendi maleficii & ſumendæ ulrionis occaſio maxima ſibi foret oblata, ſic in officio & decore permanſit, ur nec accuſationis conſcius, nec damnationis particeps eſſe voluerit, nec re, nec verbo quicquam fecerit, unde ex afflictis inimici ſui rebus voluptatem capere videretur. *Oliv.*

1. *Continentiæ ſpecimen.*] Conſtat hunc in magna paupertate vixiſſe, adeo ut Callias ejus propinquus, & omnium Arhenienſium ferme ditiſſimus, accuſatus fuerit, quod Ariſtidem pareretur fame plerumque laborare, quem judices damnaſſent, niſi dixiſſet Ariſtides ſe longe magis inopia, quam Galliam maximis opibus gloriari, quia complures videret, qui divirias, quibus abundanr, in uſus vel turpes, vel inhoneſtos collocent, qui vero paupertatem generoſiſſime feranr, pauciſſimos eſſe. Hunc adeo pauperem fuiſſe dicit Frontinus, ut ne rantum quidem pecuniæ illi poſt mortem ſupereſſet, quæ ſufficeret in dotem filiarum, quas publice dotavit Senatus Athenienſis poſt ampliſſimarum rerum adminiſtrationem illo in ſumma paupertate defuncto. *Oliverius.*

2. *Patria excedere.*] Plutarchus, Probus, Cicero pro Sextio, & Tuſculanar. quinto. Officior. lib. III. Juſtinus lib. II. Muſonius apud Stobæum περὶ ξένης. *Culer.*

3. *Themiſtocles, &c.*] Hic, ut diximus, eum Xerxes terra marique bellum univerſæ Græciæ cum tanris copiis inferrer, qnantas nec antea, nec poſtea quiſquam habuit, non ſolum patriæ & rorius Græciæ ſalutem protexit conſilio & calliditate ſua, verum etiam rotius Europæ. Nam cum maxime Athenienſes peri dicerenrur, ob pugnam, ſcilicet Marathoniam, in qua Perſæ turpiter debellati fuerant, & ipſi Delphos conſultum Apollinem de rebus ſuis miſiſſenr; reſpondit Apollo, ut ſe mœnibus ligneis munirent: quod cum nemo intelligeret, ſolus Themiſtocles interpretarus eſt, & perſuaſit omnibus, conſilium eſſe Apollinis, ut in naves ſe ſuaque conferrent; quod ita fuiſſe compertum eſt; nam ſic quoque ſe componentibus, Xerxem ſua virtute Themiſtocles navali prœlio debellavir, & ex Europa diſcedere tanta calliditate & artificio curavit, ut à Themiſtocle conſervatum magis, quam ſuperatum ſe fuiſſe exiſtimaret, multaque alia præclara fecit, & inprimis everſa parriæ mœnia, invitis Lacedæmoniis, reſtituit & renovavit. Quibus rebus populum Athenienſem clarum & Græciæ principem reddidit, & ramen ab ingrata patria in exilium ad ipſum Xerxem, quem paulo ante vicerat, ire coactus eſt. Legitur in Oratione Demoſthenis: *Themiſtocles Xerxem decies centenis millibus militum elatum, quatuor millium & ducentarum navium numero terribilem, exigua rate fugere coëgit.* Oliv.

1. *Pho-*

que ſenſit inimicam, ut ad Xerxis, quem paullo ante deſtruxerat, non debitam ſibi miſericordiam profugere neceſſe haberet. [1] Phocion verò his dotibus, [2] quæ ad pacandum hominem potentiſſimæ judicantur, eloquentia & integritate inſtructiſſimus, non tantum in [4] eculeo ab Athenienſibus impoſitus eſt; ſed certe poſt obitum nullam Atticæ regionis, quæ oſſibus ejus injiceretur, glebulam invenit; juſſus extra fines projici, intra quos optimus civis vixerat. Quid obeſt igitur, quin publica dementia ſit exiſtiman-

1. *Phocion vero, &c.*] Phocion cur patria ſepultura caruit? Erant eo tempore Athenis duæ factiones: quarum una populi cauſam agebat, altera optimatum: in hac erat Phocion & Demetrius Phalereus. Harum utraque Macedonum patrocinio nitebatur. Nam populares Polyperchonti favebant, optimates cum Caſſandro ſentiebant: interim à Polyperchonte Caſſander Macedonia pulſus eſt: quo facto, populus Athenienſis ſuperior factus, ſtatim duces adverſæ factionis capitis damnatos patria pepulit: in his Phocionem & Demetrium Phalereum, de eaque re legatos ad Polyperchontem miſit, qui ab eo peterent ut ſua decreta confirmaret. Huc eodem profectus eſt Phocion, quo ut venit, cauſam apud Philippum regem verbo, re autem ipſa, apud Polyperchontem juſſus eſt dicere; namque is tum regiis rebus præerat. Hic cum ab Agnonide accuſatus eſſet quod Pyræum Nicanori prodidiſſet, & conſimili ſententia in cuſtodiam conjectus, Athenas deductus eſt, ut ubi de eo legibus fieret judicium. Huc ubi perventum eſt, cum propter ætatem pedibus ire non valeret, vehiculoque portaretur, magni concurſus facti ſunt; cum alii veteris famæ reminiſcentes, commiſerarentur, plurimi vero exacuerentur propter proditionis ſuſpicionem, maxime quia adverſus populi commoda in ſenectute ſtetiſſet. Qua de re non perorandi quidem ei eſt data facultas & dicendi cauſa, inde judiciis legitimis damnatus traditus undecim viris, quibus ad ſupplicium more Athenienſium publice damnati tradi ſolent. Hic cum ad mortem duceretur, obvius ei fuit Emphyletus, quo familiariter fuerat uſus: is cum lachrymans dixiſſet: O quam indigna perpeteris Phocion! at non inopinata inquit; Hunc enim exitum plerique clari viri Athenienſium habuerunt. In hunc tantum fuit odium multitudinis, ut nemo ſit auſus liber eum ſepilire; itaque à ſuis eſt ſepultus. Ita Probus. *Oliv.*

2. *Quæ ad pariendum honorem potentiſſimæ judicantur, clementia & liberalitate inſtructiſſimus.*] Ita vulgo. In Campenſi & Arrebat. *ad pariendum hominem.* In Pulmanniano, & Suſiano, *ad pariendum hominum genus*, mendoſe. Sed in Winchel. legitur, *ad patiendum hominem.* Hinc puto reſtitui poſſe; *ad pacandum hominem.* Deinde, pro *clementia & liberalitate*, Campenſis liber habet *eloquentia & integritate.* quas virtutes in Phocione laudant mirifice Plutarchus & Probus, aliique auctores. Liberalis, me hercle, non potuit eſſe, cum pauperrimus ſemper fuerit. *Pigh.*

3. *Eloquentia & integritate.*] Teſtes ſunt Plutarchus & Probus. Hinc illa vox Demoſthenis concionantis: ἡ τῶν ἐμῶν λόγων σφῦρα καὶ κοπὶς ἔρχεται, *Orationis meæ malleus & aſcia advenat.* Autor Jamblichus apud Stobæum. *Coler.*

4. *Eculeo.*] Inſtrumento tortorio.

1. *In*

ſtimanda, ſummo conſenſu maximas virtutes, quaſi graviſſima delicta punire, beneficiaque injuriis rependere; Quod cum ubique, tum præcipue Athenis intolerabile videri debet: in qua urbe adverſus ingratos actio conſtituta eſt. Et recte: quia dandi & accipiendi beneficii commercium, ſine quo vix vita hominum conſtat, perdit & tollit, quiſquis benemerito parem referre gratiam negligit. Quantam ergo reprehenſionem merentur, qui cum æquiſſima jura, ſed iniquiſſima haberent ingenia; moribus ſuis quam legibus uti maluerunt? Quod ſi qua providentia Deorum effici poſſet, ut excellentiſſimi viri, quorum modo caſus retuli, legem ingratorum vindicem retinentes, patriam ſuam in jus ad aliam civitatem pertraherent: nonne [1] ingenioſum & garrulum populum, mutum atque elinguem hac poſtulatione reddidiſſent? [2] Diſcordes foci tui, & pagis dividua tuguria Græciæ facta ſunt columen. Lucet [3] Marathon Perſicis trophæis: Salamis & Artemi-

1. *Ingenioſum & garrulum.*] Salluſtius Catilin. *Athenienſium res geſtæ, ſicuti ego exiſtimo, ſatis amplæ magnificæque fuerunt: verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur. Sed quia provenêre ibi ſcriptorum magna ingenia per terrarum orbem, Athenienſium facta pro maximis celebrantur.* Ad hæc lege Auguſtinum libro XVIII. cap. 2. De civitate Dei. *Coler.*

2. *Diſcordes foci tui, paciſque dividua tuguria Græciæ facta ſunt columen. Lucet Marathon Perſicis trophæis.*] Ita vulgo. Locus eſt valde incorrectus & obſcurus, cujus veram lectionem ex ſcriptis exemplaribus quodammodo elicimus. Nam in Cauchiano, *pauciſque* ſcribitur, pro *paciſque*. Deinde in eodem & Suſiano aliiſque, pro *Græciæ* habetur, *O Græcia.* Itaque legendus eſt locus hoc modo, diſtinguenduſque quemadmodum tres ſcripti codices demonſtrant: *Diſcordes foci tui paucis dividua tuguria ô Græcia facta ſunt. Columen lucet Marathon Perſicis trophæis, &c.* Pigh. *Diſcordes foci tui, paucis dividua tigurta, ô Græcia facta ſunt. Columen lucet Marathon, &c.*] Curvus locus, quem tentaſti, Pighi, dirigere: ſed tentaſti. Nos, niſi fallor, propitio Phœbi filio ſanamus. Vetus unus habet, *& paucis:* alii aliquot, *& pacis.* Lego, *& pagis.* Hoc primum. Sane quin referenda hæc ſint ad Theſeum, qui pagatim habitantes Athenienſes (ſupra dictum ſatis: & hic locus priori illi firmando item valeat) in urbem conduxit, nemo ambiget ex catenata hac priorum repetitione. Jam ſequentia ex priſco libro ſic concinno: *& pagis dividua tuguria tua, Græciæ facta ſunt columen. Lucet Marathon, &c.* Athenienſes ipſos adfantur & increpant. Per nos, inquiunt, tua tuguria & pagi exculti, in caput Græciæ verterunt. *Lipſius.*

3. *Marathon.*] Civitas in Attica regione poſita, haud procul Athenis, Perſarum clade nobilitata.

1. *Præ*

miſſum Xerxis naufragia numerantur: [1] prævalidis manibus exhauſta mœnia, pulchrioribus operibus conſurgunt: harum rerum auctores ubi vixerint, ubi jacent, reſponde. Nempe Theſea parvulo in ſcopulo ſepeliri, & Miltiadem in carcere mori, & Cimona paternas induere catenas, & Themiſtoclem victorem victi hoſtis genua complecti, Solonemque cum Ariſtide & Phocione penates ſuos ingrata fugere coëgiſti: cum interim cineribus veſtris fæde ac miſerabiliter, diſperſis, [2] Oedipodis oſſa, cæde patris, nuptiis matris contaminata, inter ipſum [3] Areopagum, [4] divini atque humani certaminis venerabile domicilium, & [5] excelſis præſidiis Minervæ arcem, [6] honore aræ decorata quaſi ſacroſancta colis: Adeo tibi aliena mala tuis bonis gratiora

1. *Prævalidis mœnibus.*] Themiſtocles reædificavit urbem, qui interpretatus eſt oraculum, quod erat, ut ligneis mœnibus ſe defenderent, vel, ut alii dicunt, ligneis equis pugnarent. Quod cum omnibus videretur obſcurius, ſolus Themiſtocles Dei ſententiam intellexit, ut relicta urbe navibus pugnarent. Quod cum feciſſent, barbari deſertam urbem ceperunt, & eam ſolo adæquarunt. Deinde ſuperatis barbaris virtute Themiſtoclis, ejuſdem quoque conſilio reſtituta & reſtaurata ſunt urbis mœnia contra Lacedæmoniorum voluntatem, qui Græciæ principatum tenere cupientes, nolebant reædificari urbem. *Oliv.*

2. *Oedipodis.*] Qui Laium patrem ſuum inſcius occiderat. Intendit argumentum à majori ad minus: Si parricidas & impios ſumma veneratione tenes, quanto magis de te bene meriti eſſent venerandi: cum autem illos ejeceris, cruciaveris, damnaveris, quanto graviore pœna dignus videris? *Oliv.*

3. *Areopagum.*] Pauſan. lib. 1. Apul. lib. x. Metam. *Martium judicium* appellat. Juvenalis *Curiam Martis.* Quia à Marte dictum illi putabant. Sed Suidas ſcribit: Ἐκλήθη δὲ καὶ Ἄρειος πάγος, ὅτι ἐν τῷ πάγῳ ἐστὶ, καὶ ἐν ὕψει δικαστήριον. De hujus judicii integritate tantum non Proverbia ſunt ſublata. In cauſis perorandis neque Exordia audiebantur, neque commiſerationum affectus ulli admittebantur, cujus rei initium fecerat Hyperides Orator, ut ſcribit Quintilianus libro 11. cap. 17. & lib. iv. cap. 1. Cicero gravitatem & conſtantiam ſenatus Romani χρηματικῶς *Areopagum* appellat lib. 1. ad Atticum: *Senatus Ἄρειος πάγος, nihil conſtantius, nihil ſeverius, nihil fortius.* Colerus.

4. *Divini, &c.*] Quia certamen fuit inter Neptunum & Palladem de nomine Athenis imponendo, cum ille equum, hæc vero olivam è terra miſit. *Humani.*] Quia Areopagitæ illic diſceptabant de rebus ad rempublic. pertinentibus. *Oliverius.*

5. *Excelſis præſidiis.*] Mitalerius legit, *Et excelſam Præſidis Minervæ arcem.* Significat autem Minervæ πολιοῦχου templum vetuſtiſſimum Athenis. *Coler.*

6. *Honore aræ decoratos cineres: ſacroſanctiores colis.*] Ita vulgo. *Cineres*, in nullo veterum librorum habetur. Atqui hæc emendatiſſime in Suſiano & Pulmanniano: *Honore aræ decorata, quaſi*

ra ſunt. Lege itaque legem, quæ te jurejurando obſtrictam tenet: & quia benemeritis debita reddere præmia noluiſti, læſis juſta piacula exolve. [1] Tacent mutæ illorum umbræ fati neceſſitate conſtrictæ: at immemores beneficiorum Athenas omnis lingua, ſermone licenti in reprehenſionem ſoluta, non tacet.

Cap. IV.

de PIETATE in PARENTES.

Cuius Exempla Rom. ſunt.

1. *Cn. Marcius Coriolanus.*
2. *P. Scipio Africanus major.*
3. *T. Manlius Torquatus.*
4. *M. Aurelius Cotta.*
5. *C. Flaminius trib. pleb.*
6. *Claudia virgo Veſtalis.*
7. *Filia matrem in * carcere mamma nutriens.*

Externa.

1. *Pero filia patrem mamma nutriens.*
2. *Cimon Athenienſis.*
3. *Duo fratres Hiſpani.*
4. *Cleobis & Bython Amphinomus & Anapus.*
5. *Scytha.*
6. *Crœſi regis filius mutus.*
7. *Pulto Pinnenſis juvenis.*

Sed omittamus ingratos, & potius de piis loquamur. aliquanto enim ſatius eſt favorabili, quam inviſæ rei vacare. Venite igitur in manus noſtras proſpera parentum vota, felicibus auſpiciis propagatæ ſoboles; quæ efficitis ut & genuiſſe juvet, & generare libeat.

1. [1] Co-

ſacroſancta colis. Oedipi enim oſſa intelligit, ἡρῷον intra ſeptum Areopagi, & oſſa eo Thebis tranſlata fuiſſe, ſcribit & Pauſanias in Attica. *Pigh.*

1. *Tacent mutæ umbræ fati neceſſitate conſtrictæ. At immemores beneficiorum Athenæ reprehenſione, lingua ſermone licenti ſoluta non vacent.*] Ita vulgo. Locus hic etiam corruptus atque luxatus ſciolorum inſcitia, cujus duplex reperitur in libris veteribus lectio, quarum altera in Pulmanniano hæc: *Tacent mutæ illorum umbræ fati neceſſitate conſtrictæ; at immemores beneficiorum Athenæ reprehenſore, lingua ſermone licenti ſoluta non caret.* Altera Cauchiani libri eſt, quæ mihi quidem videtur elegantior: *Tacent mutæ illorum umbræ fati neceſſitate conſtrictæ, at immemores beneficiorum Athenas omnis lingua ſermone licenti in reprehenſionem ſoluta non tacet.* Atque hujus lectionis veſtigia quædam in aliis etiam exemplaribus remanſere. *Pighius.*

1. *Corio-*

1. [1] Coriolanus maximi vir animi, & altiſſimi conſilii, optimeque de republica meritus, iniquiſſimæ damnationis ruina proſtratus, ad Volſcos infeſtos tunc Romanis confugit. Magno ubique pretio virtus æſtimatur. Itaque quo latebras quæſitum venerat, ibi brevi ſummum adeptus eſt imperium. Evenitque, ut quem pro ſe ſalutarem imperatorem cives habere noluerant, pene peſtiferum adverſus ſe ducem experirentur. Frequenter enim fuſis exercitibus noſtris victoriarum ſuarum gradibus, aditum juxta mœnia urbis Volſco militi ſtruxit. Quapropter faſtidioſus ille in æſtimandis bonis ſuis populus, qui reo non pepercerat, exuli eſt coactus ſupplicare. Miſſi ad eum deprecandum legati, nihil profecerunt. Miſſi deinde ſacerdotes [2] cum infulis, æque ſine effectu redierunt. Stupebat Senatus, trepidabat populus, viri pariter ac mulieres exitium imminens lamentabantur. Tunc Veturia Coriolani mater, Volumniam uxorem ejus, & liberos ſecum trahens, caſtra Volſcorum petiit. [3] Quam ubi filius aſpexit, * Expugnaſti, in-

1. C*Oriolanus.*] Cauſæ, quibus exulaverit, hæ ſunt; quarum unam tantum Livius tangit. Sed Plutarch. in ejus vita commemorat. Primo affectati regni accuſatus eſt: quod cum probare nequiſſent, tria objecerunt ejus inimici, primum quod frumentum inter plebem diſtribui vetuiſſet, ſecundum, quod tribunatum plebis dolo intercipere voluiſſet; tertium quod prædam ex Antiati agro in ærarium non contuliſſet: quibus omnibus convictus exulare coactus eſt. Tullius in Lælio: *Quis clarior in Græcia Themiſtocle? quis potentior? qui cum Imperator bello Perſico Græciam ſervitute liberaſſet, propterque invidiam in exilium pulſus eſſet, ingratæ patriæ injuriam non tulit, quam ferre debuit. Fecit idem quod XX. annis apud nos fecerat Coriolanus; huic adjutor contra patriam inventus eſt nemo. Itaque ſibi mortem uterque conſcivit.* Quibus Ciceronis verbis colligitur, Coriolanum ſibi mortem intuliſſe. At variæ ſunt de hujus hominis exitu Scriptorum ſententiæ. Sunt enim qui dicant, ſtatim abductis ex agro Rom. legionibus, invidia rei oppreſſum periſſe: alii alio letho. Apud Fabium, longe antiquiſſimum autorem, uſque ſenectutem eundem vixiſſe, lectum eſt. Traditur etiam hanc ſæpe eum exacta ætate vocem uſurpaſſe. *Multo miſerius ſeni exilium eſſe.* Verum conſtat, autore Dionyſio Halicarnaſſæo, quod eum matronæ annum, ut Brutum, Romæ luxerunt. *Oliv.*

2. *Cum infulis.*] Id eſt, ornatu ſacerdotali, præſertim in capite.

3. *Quam ubi filius aſpexit, (propere ut amens matris complexum petiit. Illa ex precibus in iram verſa ait, Sine, ut prinſquam complexum accipiam, ſciam an ad hoſtem, an ad filium venerim: captivane an mater in tuis caſtris ſim. In hoc me longa vita, & infelix ſenecta traxit, ut exulem, deinde te hoſtem viderem? Potuiſti*

Gg 2 *popu-*

inquit, & viciſti iram meam, patria, [1] precibus hujus admotis: cujus utero te, quamvis merito mihi inviſam, dono: Continuoque Romanum agrum hoſtilibus armis liberavit. Ergo pectus dolore acceptæ injuriæ, ſpe potiundæ victoriæ, [2] verecundia detrectandi miniſterii, metu mortis refertum, totum ſibi pietas vacuefecit: uniuſque parentis aſpectus bellum atrox ſalutari pace mutavit.

2. Eadem pietas viribus ſuis inflammatum [3] Africanum ſuperiorem, vixdum [4] annos puerilitatis egreſſum, ad opem patri in acie ferendam virili robore armavit. Conſulem enim eum apud Ticinum fluvium adverſus auſpiciis cum Annibale pugnantem graviter ſaucium, [5] interceſſu ſuo ſervavit: neque illum aut ætatis infirmitas, aut militiæ tyrocinium: aut infelicis prœlii etiam veterano bellatori pertimeſcendus exitus interpellare valuit, quo minus duplici gloria conſpicuam [6] coronam, imperatore ſimul & patre ex ipſa morte rapto, mereretur.

3. Au-

populari hanc terram quæ te genuit, atque aluit? Niſi te peperiſſem Roma non oppugnaretur? Multaque inſuper addidit, quibus & uxoris, ac parvulorum fletibus motus, matrem complexus) Expugnaſti, inquit, &c.] Hæc omnia duobus ſemicirculis incluſa nugator aliquis è Livio quaſi ad verbum deſumpta Valerio intexuit, quæ in melioribus libris manuſcriptis non habentur, in aliis poſtea in margine adjuncta ſunt. Atque ptius mihi videbatur tam verboſa hæc altercatio Veturiæ matris ab exempli brevitate diſcedere, atque ad demonſtrandam Coriolani pietatem non admodum requiri, verum ut veteribus libris penitus excludi, atque non Valerii, ſed fere Livii ipſiſſima eſſe verba animadverti, hinc prorſus eliminanda putavi, tanquam quæ ſedes alienas occuparant. *Pigh.*

* *Expugnaſti, inquit, & viciſti iram meam, patriæ, precibus, &c.*] Ita vulgo. Confuſa hæc, mala. Scribo: *Viciſti iram meam patria, precibus hujus admotis, cujus utero te, &c.*] O patria, ait, jam animum meum viciſti telo hoc maternarum precum. *Lipſius.*

1. *Precibus hujus admonitus, cujus utero conceptus ſum, te, quamvis merito mihi inviſam dono.*] Ita vulgo. Dicit ſe donare patriam, ſed non cui, vel quanam re. Hæc item verba ſane infarcito gloſſemate ſunt depravata, quæ pure atque eleganter ita in Manuſcript. omnibus: *Precibus hujus admotis, cujus utero te, quamvis merito mihi inviſam, dono.* Pighius.

2. *Verecundia detrectandi miniſterii.*] Scilicet cœpti, & Volſcis promiſſi.

3. *Africanum.*] Qui poſtea Africanus dictus eſt.

4. *Annos puerilitatis.*] Legitur & *pubertatis.*

5. *Interceſſu ſuo.*] Interpoſitione ſua, quod ſe medium inter patrem & hoſtem immiſit.

6. *Coronam.*] Scilicet civicam, quæ dabatur

3. Auribus [1] iſta tam præclara exempla Romana civitas accepit, [2] illa vidit oculus. [3] L. Manlio Imperioſſo diem ad populum Pomponius tribunus plebis dixerat, quod [4] occaſione bene conficiendi belli ductus legitimum obtinendi imperii tempus exceſſiſſet. Quodque filium optimæ indolis juvenem ruſtico opere gravatum publicis uſibus ſubtraheret. Id poſtquam [5] Manlius adoleſcens cognovit, protinus Urbem petiit, & ſe in Pomponii domum prima luce direxit: qui exiſtimans in hoc eum veniſſe, ut patris crimina, à quo plus juſto aſpere tractabatur, deferret; excedere omnes juſſit cubiculo, quo licentius remotis [6] arbitris indicium perageret. Nactus occaſionem opportunam propoſito ſuo juvenis, gladium, quem tectum attulerat, diſtrinxit, tribunumque minis ac terrore compulſum jurare coëgit, à patris ejus accuſatione receſſurum: Eoque effectum eſt, ne Imperioſſus cauſſam diceret. Commendabilis eſt pietas, quæ manſuetis parentibus præſtatur: ſed Manlius quo horridiorem patrem habuit, hoc laudabilius periculo ejus ſubvenit; quia ad eum diligendum præ-

dabatur his, qui cives ſervaſſent à morte, erat autem querna, ut ſupra.

1. *Iſta.*] Sc. Coriolani & Scipionis.

2. *Illa.*] Quæ ſequuntur.

3. *L. Manlio Torquato ad diem populum.*] Ita vulgo. Temere hic ex gloſſulis ineptis contextui ingeſtum eſt Torquati cognomen, quod nunquam L. Manlii fuit, qui Capitolinus & Imperioſſus vocabatur. Nec ipſe filius Titus, cum hoc exemplum pietatis ederet, Torquati cognomen habuit, poſtea ſingulari victoria ſibi ſuiſque illud adeptus. Quapropter ipſa veritas efflagitat, ut hoc falſum ac ſuppoſititium nomen hiſtoriæ eximamus. Conſtat autem diligenter advertentibus, ex Ciceronis Offic. III. hujus exempli filium à Valerio tractum eſſe, qui patrem *L. Manlium A. F.* vocat. Livius & Capitolina marmora, *L. Manlium Imperioſſum*, quod cognomen imprimis loco *Torquati* reponendum hic arbitror. Atque etiam poſtea, ubi legitur perperam, *(Eoque effectum eſt,) ne Torquatus cauſam diceret.* Pigh.

4. *Occaſione bene faciendi belli.*] Nam cum in fine magiſtratus ſui videret hoſtes non multos poſt dies debellatum iri poſſe, ſi videlicet in dictatura permaneret, aliter hoſtes reſpiraturos, non dubitavit ſibi dictaturam ſine populi & Senatus auctoritate prorogare. *Oliv.*

5. *Manlius.*] T. Manlius is eſt, qui ad Anienem Galli, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracto, cognomen invenit: cujus tertio conſulatu Latini itidem fuſi & fugati. Magnus vir in primis, & qui nuper indulgens in patrem, idem acerbus & ſeverus in filium. *Idem.*

6. *Arbitris.*] Id eſt, teſtibus remotis.

præter naturalem amorem nullo indulgentiæ blandimento invitatus fuerat.

4. [1] Hanc pietatem æmulatus M. Cotta, eo ipſo die, [2] quo togam ſumpſit virilem, protinus ut è Capitolio deſcendit, [3] C. Carbonem, à quo pater ejus damnatus fuerat, poſtulavit: [4] peractumque reum judicio afflixit, & ingenium & adoleſcentiam præclaro opere auſpicatus.

5. Apud C. quoque Flaminium auctoritas patria æque potens fuit. Nam cum tribunus plebis legem de Gallico agro [5] viritim [6] dividendo, invito & repugnante ſenatu promulgaſſet, precibus minisque ejus acerrime reſiſtens; ac ne exercitu quidem adverſus ſe conſcripto, ſi in eadem ſententia perſeveraret, abſterritus; poſtquam pro Roſtris ei legem jam referenti pater manum injecit; privato fractus imperio, deſcendit è Roſtris, ne [7] minimo quidem murmure deſtitutæ concionis reprehenſus.

6. [8] Magna ſunt hæc virilis pietatis opera, ſed neſcio an his

1. *Hanc pietatem, &c.*] Cn. Carbo M. Cottæ patrem accuſavit peculatus & repetundarum; qua quidem accuſatione damnatus eſt. Cotta vero, ubi per ætatem potuit, ultus eſt patris injuriam: nam quo die ſumpſit virilem togam in Capitolio, more majorum in forum deſcendit, Carbonem accuſavit, quod triumvir cum Fulvio & Cn. Graccho de dividendis agris ſeditionem creaſſet, quod eum exercitu à Cimbris in Illyrico fuſus fuiſſet, quod provinciam ipſam expilaſſet. A qua quidem accuſatione non prius deſtitit, quam Carbonem damnari fecit. *Oliv.*

2. *Quo togam.*] Quæ 17. anno ſumebatur, depoſita prætexta.

3. *C. Carbonem à quo pater ejus damnatus fuerat.*] In Manuſcriptis omnibus *Cn. Carbo* vocatur, & ex temporum ratione videtur filius Cn. Carbonis ter Conſulis. In Dionis tamen XXXVI. C. *Carbo* legitur, ſed fallere poteſt hoc unicum exemplar in prænominum notis, atque ideo multorum conſenſus præferri ſolet. *Pigh.*

4. *Protractumque reum judicio afflixit.*] Ita vulgo. In Campenſi, *Peractumque.* Recte. Peragitur namque reus, cum damnatur. Et ut recenſet Paulus JCtus, Deſtitiſſe is videtur, qui intra definitum accuſationis à præſide tempus reum ſuum non peregerit. Sic Livius lib. IV. *Vos autem ſi reum perago, quid acturi eſtis?* Vide Budæum. *Idem.*

5. *Viritim.*] Id eſt, per ſingulos viros, æquis portionibus.

6. *Dividendo.*] Ut coloniæ in agrum Gallicum mitterentur: erat autem Gallia Ciſalpina. *Agrum* vero ſunt qui velint eſſe Placentinum. *Oliv.*

7. *Minimo quidem murmure.*] Nec etiam concio, quæ hujus legis cupida venerat, ne murmur quidem emiſit, ſed hanc pietatem tacita comprobavit. *Idem.*

8. *Magna ſunt hæc, &c.*] Appius Claudius Salaſſos gentem Alpinam domuit,

his omnibus valentius & animoſius Claudiæ Veſtalis virginis factum. [1] Quæ cum patrem ſuum triumphantem è curru violenta tribuni pleb. manu detrahi animadvertiſſet; mira celeritate utriſque ſe interponendo, [2] ampliſſimam poteſtatem inimicitiis accenſam depulit. Igitur alterum triumphum pater in Capitolium, alterum filia in ædem Veſtæ duxit. Nec diſcerni potuit, utri plus laudis tribueretur, an cui victoria, an cui Pietas comes aderat.

7. Ignoſcite vetuſtiſſimi foci, veniamque æterni date ignes, ſi à veſtro ſacratiſſimo templo [3] ad neceſſarium magis, quàm ſpecioſum urbis locum contextus operis noſtri progreſſus fuerit. Nulla enim acerbitate fortunæ, nullis ſordibus pretium charæ pietatis evileſcit: Quin etiam eo certius, quo miſerius experimentum habet. [4] Sanguinis ingenui mulierem prætor apud tribunal ſuum capitali crimine

muit, ſed non is de quo loquitur Valerius: nam alter fuit cognomento Audax, Cæci frater, qui conſul ad Mamertinos liberandos miſſus, quorum arcem Carthaginienſes & Hiero Syracuſanus obſidebant, primo ad explorandos hoſtes frerum piſcaroria nave trajecit, & cum duce Carthaginienſium egit, ut præſidium arce deduceretur. Regnum ingreſſus, ut in cap. de Fortitudine diximus, quinqueremem hoſtium copiis pedeſtribus cepit, eam legionem in Siciliam traduxit, Carrhaginienſes expulir, Hieronem apud Syracuſas prœlio victum in deditionem accepit. Eo prœlio territus, Romanorum amicitiam periit, eiſdemq; poſtea fideliſſimus fuit. Cum igitur Appius iſte, de quo Valerius loquitur, devictis hoſtibus, triumpharet contra tribunorum voluntatem, qui ſummis viribus interceſſerant, quod dicerent victoriam illam non fuiſſe tanram ut triumphum mereretur, injectis manibus, è curru eum trahere nitebantur. Quod ubi Claudia ejus filia ſenſit, nullo fœminieo pudore deterrita, ſe inter patrem & rtibunum mira celeritate conjecit, & à patre violentum tribunum repulit, fecitque ut pater cum dignitate rriumpharet. *Oliv.*

1. *Quæ quum patrem.*] Suetonius de XII. Cæſaribus dicit *fratrem* fuiſſe, non *patrem*. Dicit enim: *Virgo Veſtalis fratrem injuſſu populi triumphantem, aſcenſo ſimul curru, uſque in Capitolium proſecuta eſt; ne vetare aut intercedere fas cuiquam tribunorum eſſet.*

2. *Ampliſſimam.*] Sc. Tribunitiam.

3. *Ad neceſſarium, &c.*] Carcerem dicit, urbi magis neceſſarium, quam honeſtum, ubi ſerventur nocentes.

4. *Sanguinis ingenui.*] Plinius Nat. Hiſt. lib. VII. *Pietatis*, inquit, *exempla infinita quidem toto orbe exſtitere, ſed Romæ unum, cui comparari cuncta non poſſint: Humilis in plebe, & ideo ignobilis puerpera; ſupplicii cauſa carceri incluſa matre, quum imperâſſet aditum à janitore, ſemper excuſſa nequid inferret cibi, deprehenſa eſt uberibus ſuis alens eam; quo miraculo, matri ſalus donata filii pietate eſt: ambæ perpetuis alimentis decoratæ, & locus ille eidem conſecratus eſt Deæ, C. Quintio, M. Atilio Coſs. templo Pietatis exſtructo in illius carceris ſede, ubi nunc Marcelli theatrum eſt.* Oliv.

mine damnatam, triumviro in carcere necandam tradidit. Quo receptam, is qui cuſtodiæ præerat, miſericordia motus, non protinus ſtrangulavit. Aditum quoque ad eam filiæ, ſed diligenter excuſſæ, ne quid cibi inferret, dedit: exiſtimans futurum, ut inedia conſumeretur. Cum autem jam dies plures intercederent, ſecum ipſe quærens, quidnam eſſet, quod tamdiu ſuſtentaretur; curioſius obſervata filia, animadvertit, illam [1] exerto ubere famem matris lactis ſui ſubſidio lenientem. Quæ tam admirabilis ſpectaculi novitas ab ipſo ad triumvirum, à [2] triumviro ad Prætorem, à Prætore ad concilium judicum perlata, remiſſionem pœnæ mulieri impetravit. Quo non penetrat, aut quid non excogitat pietas, quæ in carcere ſervandæ genetricis novam rationem invenit? Quid enim tam inuſitatum, quid tam inauditum, quam matrem natæ uberibus alitam? Putaret aliquis, hoc contra rerum naturam factum; niſi diligere parentes prima naturæ lex eſſet.

EXTERNA.

1. [3] Idem pietate Perus exiſtimetur, quæ patrem ſuum [4] Cimona conſimili fortuna affectum, parique cuſtodiæ traditum, jam ultimæ ſenectutis, velut infantem pectori ſuo admotum aluit. Hærent ac ſtupent hominum oculi, cum hujus facti pictam imaginem vident; caſuſque antiqui

1. *Exerto ubere.*] Nudata mamma. Virgilius:

——— Exertæ cingula mammæ.

2. *Triumviro.*] Erant Triumviri judices capitales, qui de nocentibus ſupplicia ſumebant, & in carcere more majorum.

3. *Idem prædicatum de pietate ejus exiſtimetur.*] Ita vulgo. Variant hic admodum exemplaria. Campenſe, *De pietate prius.* Male. Item in Atrebatenſi, *rius.* At in Winch. alia eſt lectio: *Idem feciſſe Pero prædicatur.* Atque eadem eſt annotata in Campenſis libri margine paulo aliter: *Idem de pietate Perus exiſtimetur.* Quod vulgatæ lectioni magis convenit. Nomen hoc apud Propertium legimus lib. II. atque Homerum Odyſſea II. *Pigh.*

4. *Cimona.*] Virum Græcum, ſed non eum, qui carcerem ſponte ſubivit, ut Miltiades ejus pater ſepulturæ mandaretur, de quo in ſequenti exemplo dicturus eſt. *Oliv.* *Cimona.*] Aliter, *Conona.* Cimonis nomen huc aſcendiſſe perperam ex inferiori exemplo vero ſimile eſt. *Coler.*

1. *Linea-*

qui conditionem, præſentis ſpectaculi admiratione renovant; in illis mutis membrorum [1] lineamentis viva ac ſpirantia corpora intueri credentes. Quodque neceſſe eſt animo quoque evenire, aliquanto efficaciore pictura literarum vetera pro recentibus [2] admonito recordari.

2. [3] Ne te quidem Cimon ſilentio involvam, qui patri tuo ſepulturam voluntariis vinculis emere non dubitaſti. Nam etſi maximo tibi poſtea & civi, & duci evadere contigit; plus tamen aliquanto laudis in carcere, quam in Curia aſſecutus es. Cæteræ enim virtutes admirationis tantummodo multum, pietas verò etiam amoris plurimum meretur.

3. Vos quoque fratres memoria complectar, quorum animus origine fuit nobilior. Siquidem, admodum humiles

les

1. *Lineamentis.*] Quia ex lineamentis pictura conſiſtit.

2. *Admonito.*] Ita legendum. Vulgo, *abmonito.*

3. *Nec te quidem Cimon.*] Pro patre vincula ſubiit, hic Miltiadis filius, ut in capitulo de Ingratitudine diximus, duro admodum initio uſus eſt adoleſcentiæ: nam quum pater ejus litem æſtimatam populo ſolvere non potuiſſet, ob eamque cauſam vinculis publicis deceſſiſſet, Cimon eadem cuſtodia tenebatur, ur pater ſepulrutæ mandaretur; neque legibus Athenienſium emitti poterat, niſi pecuniam, qua pater mulctarus erat, ſolviſſet, quam Callias quidam, non tam generoſus, quam pecunioſus, pro eo ſolvit, impetrato ſororis ejus Elpenicis matrimonio. Miltiades aurem damnatus eſt hac de cauſa: Poſt Artaphernem, & Dathim, regis præfectos, Miltiadis auſpicio terra marique victus, claſſem ſeptuaginta navium eidem dederunt, ut inſulas, quæ barbaros juvetant, bello perſequererur, quo imperio pleraſque ad officium redire coëgit, nonnullas vi expugnavit. Ex his Pharon inſulam. Hanc tunc opibus elatam cum reconciliare non poſſet, copias è navibus eduxit, urbem operibus clauſit, omnique commeatu privavit; deinde vineis ac teſtudinibus conſtitutis, propius muris acceſſit, quum jam in eo eſſet, ut oppido potiretur, procul in continenti lucus, qui ex inſula conſpiciebatur, neſcio quo caſu nocturno tempore incenſus eſt; cujus flamma ut ab oppidanis & oppugnatotibus eſt viſa, utrique venit in opinionem ſignum à claſſiariis regis datum; quo factum eſt, ut Pharii à deditione deterrerentur, & Miltiades timens, ne claſſis regia adventaret, incenſis operibus, quæ ſtatuerat, cum totidem navibus, atque erat profectus Athenas, magna cum offenſione civium ſuorum rediret. Accuſatus eſt ergo proditionis, quod, cum Parum expugnare poſſet, à rege corruptus, infectis rebus deceſſiſſet. Eo tempore æger erat vulneribus, quæ in oppugnando oppido acceperat. Iraque quoniam ipſe per ſe dicere non poſſet, verba fecit frater ejus Steſagoras. Cauſa cognita, capite abſolutus, pecunia mulctatus eſt; eaque lis quinquaginta talentis æſtimata eſt, quantus in claſſem ſumptus fa-

ctus

les in Hiſpania nati, pro parentum alimentis ſpiritum erogantes ſpecioſo exitu vitæ inclaruiſtis. Duodecim enim millia nummûm, [1] quæ poſt mortem veſtram his darentur, [2] à Paciæcis pacti; ut eorum patris interfectorem Epaſtum gentis ſuæ tyrannum occideretis: Nec auſi ſolum inſigne facinus eſtis, ſed etiam ſtrenuo ac forti exitu clauſiſtis. Iiſdem enim manibus Paciæcis ultionem, Epaſto pœnam, genitoribus alimenta, vobis glorioſa fata peperiſtis. Itaque tumulis etiam nunc vivitis, quia parentum ſenectutem tueri, quàm veſtram expectare, ſatius eſſe duxiſtis.

4. Notiora ſunt fratrum paria, [3] Cleobis & Biton, [4] Amphinomus & Anapus: illi, quod ad ſacra Junonis peragenda

ctus erat. Hanc pecuniam quod in præſentia ſolvere non poſſet, in vincula publica conjectus eſt, ibique diem obiit ſupremum. Juſtinus tamen dicit illum peculatus fuiſſe damnatum. Cimon, inquit, Miltiadem patrem, ob crimen peculatus in carcerem conjectum, ibique defunctum, tranſlatis in ſe vinculis, ad ſepulturam redemit. *Oliv.*

1. *Poſt mortem veſtram.*] Quia non erat veroſimile, peracta cæde tyranni, quin à ſtipatoribus & ſatellitibus ejus occiderentur. *Bad.*

2. *A Paciæcis pacti.*] Vulgo, *à filiis Patietis.* Hic denuo gloſſula irrepſit; nam in vetuſt. libris ſic: *A Paciæcis pacti.* Juvat & interlinearis annotatio libri Campenſis, *Paciacis, id eſt, ea parentela.* At Atrebatenſe exemplar, quod in propriis nominibus correctius eſſe reperio, habet, *à Paciæcis.* Aliquis ſciolus, ut minus obſcura hæc eſſent, non ſolum nomen verum corrupit, ſed & intermiſcuit ſuas gloſſulas, ſcribens, *A filiis Patietis pacti eſtis.* Eſt autem Paciæcorum familia etiamnum nobiliſſima apud Hiſpanos, quam & olim C. Cæſaris tempore fuiſſe illuſtrem, Epiſtola Ciceronis ad Leptam familiar. VI. docet, in qua Paciæci cujuſdam meminit, qui bello civili Pompeianas partes ſecutus videtur. *De Hiſpanis,* inquit, *novi nihil, magnum tamen exercitum Pompeium habere conſtat. Nam Cæſar ipſe ad nos miſit exemplum Paciæci literarum, in quo erat, illi undecim eſſe legiones.* Quo etiam loco corrigendum hoc modo nomen illud eſſe exiſtimo. *Pighius.*

3. *Cleobis & Biton.*] Matrem habuere Junonis ſacerdotem. Mos autem erat, ut extra urbem ad ejus templum, quod XXX. ſtadiis, ut quidam dicunt, inde diſtabat, ſacerdos non pedibus iret, ſed curru veheretur: ſed cum abſumptis gravi peſtilentia jumentis vehi non poſſet, hi filii matris pietate commoti, collum ſubjêcere jugo, & matrem cervice ad templum traxerunt; illa deinde, peractis ſacrificiis, petiit à Junone, ut filiis daret quod optimum eſſet, quandoquidem tanta uſi eſſent humanitate & pietate. Illi ergo poſtero die inventi ſunt mortui, & creditum eſt mortem optimum bonum eſſe. *Oliv.*

4. *Amphinomus & Anapus.*] Vide præter Strabonem, & Pauſaniam, Ælianum in variis, qui tamen Φιλόνομον & Καλλίαν vocat, citante etiam Stobæo. Solinus cap. 5. ſcribit Catanenſes adſerere Anaphium & Amphinomum: Syracuſanos Emanthiam & Critonem.

Ego

agenda matrem vexerunt: [1] hi, quod patrem & matrem humeris per medios ignes Ætnæ portarunt: ſed neutris pro ſpiritu parentum exſpirare propoſitum fuit.

5. [2] Nec ergo Argivam detrecto laudem, aut Ætnæi montis gloriam involverim: verum obſcuriori propter ignorantiam pietati notitiæ lumen admoveo: [3] ſicut Scythis

Ego illam litem ambitioſam pendere ſino. In edit. Venet. legitur *Anaphias.* Sed Anaphium Claudianus quoque celebrat:

Cur non Amphinomo, cur non tibi fortis Anaphi? Coler.

1. *Hi, quod patrem, &c.*] Amphinomus & Anapus, cum in Sicilia vehementiorem flammam Ætna mons forte fortuna edidiſſet, ut vicina loca corriperentur igne; & cum aliter evadere non poſſent, niſi per incendia tranſirent, etant quidem de parente ſollicitі, quem comitem ſecum habebant: tandem illum humetis ſuſceperunt, & per medios ignes trajecerunt. De quibus Solinus ita refert: *Inter Catinam & Syracuſas certum eſt de illuſtrium fratrum memoria, quorum nomina ſibi diverſæ partes adoptant, ſi Catinenſes audiamus, Anapus fuit & Amphinomus; ſi quod malunt Syracuſæ, Emanthiam putabimus & Critonem. Catinenſis tamen regio cauſam dedit facto, in quam ſe cum incendia Ætnæ protuliſſent, juvenes duo ſublatos parentes evexerunt inter flammas illæſi ignibus. Horum memoriam ita venerata eſt poſteritas, ut ſepulchri locus nominaretur Campus piorum.* Oliv.

2. *Nec ergo Argiva.*] Quamvis ſuperius exemplum clarius eſſe dixerim tamen non diminuo laudem Græcotum; nam Cleobis & Biton Argivi fuere. *Id.*

3. *Sicut Scythis.*] Scythæ populi Septentrionales, de quibus multa Juſtinus eleganter ſcripſir. Nam gentem illam dicit omnium antiquiſſimam, nulla libidinum cupiditate vexatam; quippe qui aurum & argentum non minus aſpernantur, quam aiii concupiſcunt; non domos illis, nec certas ſedes eſſe, per incultas ſolitudines, cum armentis & gregibus, quibus ſe ſuoſque alunt, ſemper vagari plauſtriſque vehi: apud quos nullum ſcelus furto gravius. Lanæ uſum ignorant, ferinis tantum pellibus utentes. Fortiſſimos viros eos eſſe conſtat, qui alienas gentes ſæpius ſubegerunt; ipſi vero perpetuo ab alieno imperio vel intacti manſêre, vel invicti. De quibus Herodotus multo plura; ſed illud imprimis memoria dignum, quod cum Cambyſes Perſarum rex illis bellum inferre cuperet, id prius conſilio facere voluit. Itaque legatos tanquam exploratores cum muneribus miſit: munera vero fuerunt, arcus, ſagittæ, vaſculum vini, panes, & aureum monile. Introducti, cum legationem expoſuiſſent, & munera obtuliſſent, & Rex Scytharum arcum primo intendi juſſiſſet, in partes fregit, qui tendebat: panes deinde eum guſtaſſet, quæſivit ex eis, quid cibi genus eſſet? qui, cum reſpondiſſent quo communiter omnes veſcerentur, è terraque naſci: interrogavit quot annos vitam produceτent? reſponderunt ad octogeſimum paucos, ad centeſimum nullos, vel certe rariſſimos. Tum ille: Non mirum eſt, inquit, nam eo genere alimenti veſcuntur homines veſtri, ut mirum videatur eos poſſe tam longe vitam producere. Deinde cum vinum guſtâſſet, mirifice probavit: idque temperamentum alterius cibi eſſe dixit: ubi vero monile vidit, minarur, inquit, mihi catenas. Et quia fertum non habent Scythæ, ſed ex auro omnia fabricabant, duxit eos ad carcerem, ubi catenæ erant

this libenter pietatis teſtimonium reddo. [1] Dario enim totius regni ſui viribus in eorum regiones ſubinde impetum facienti, paulatim cedentes, ad ultimas Aſiæ ſolitudines pervenerant. Interrogati deinde ab eo per legatos, quem fugiendi finem, aut quod initium pugnandi facturi eſſent; reſponderunt, Se nec urbes ullas, nec [2] agros cultos, pro quibus dimicarent, habere. Cæterum cum ad parentum ſuorum monumenta veniſſent, ſciturum quemadmodum Scythæ prœliari ſolerent. Quo quidem uno tam pio dicto, immanis & barbara gens ab omni ſe feritatis crimine redemit. Prima igitur & optima rerum natura pietatis eſt magiſtra, quæ nullo vocis miniſterio, nullo uſu literarum indigens; propriis ac tacitis viribus, charitatem parentum pectoribus liberorum infundit. Quid ergo doctrina proficit: ut politiora, ſcilicet, non ut meliora fiant ingenia: [3] quoniam quidem ſolida virtus naſcitur magis, quam fingitur.

6. Quis

erant cum collariis, quæ ad ſimilitudinem monilium ſunt: quod ad cibum pertinet, duxit eos ad menſam Solis, ubi carnes ſemper coctæ, & lac appoſitum erat, ubi quicunque vellet, ibi vitam ſuſtentaret. Solis appellant, quia Solem unicum Deum eſſe credunt, & die reparatum dicunt, quod nocte conſumptum fuerit. Erat autem menſa Soli ſacra, quam cum legati vidiſſent, tum Rex, melioribus, inquit, veſcimur cibis, qui ad centum & viginti annos facile pervenimus, deinde arcum unum è ſuis eis tradi iuſſit, quem ad Cambyſem regem deferrent, ac ſuis verbis nuntiarent, ut cum arcum tendere poſſet, & ſagittam emittere, tum demum ſibi bellum inferret. Cambyſes ubi ea audivit, quæ legati renuntiarunt, & arcum intendere cepit, cum nec ipſe, nec quiſquam ſuorum flectere aut intendere poſſet, cognitis hinc Scytharum viribus, omne inferendi belli conſilium depoſuit. Quod vero ad hunc locum pertinet. Scythæ præter cætera illud diligentiſſime ſervant, ut ſepulchra parentum, quæ voluerunt habere communia, intacta, inviolataque permaneant, quæ non minus venerantur, quam ſacra Deorum. *Oliv.*

1. *Dario, &c.*] Cum Darius armatis ſeptingentis millibus hominum adverſus Scythas duxiſſet exercitum; illi autem ſe in loca tuta recepiſſent, legatos miſit Darius, qui nuntiarent, ut ſibi pugnandi copiam facerent. Illi reſponderunt, non facturos, niſi neceſſitate compulſos. Neceſſitatem autem intelligebant, ſi ad violanda parentum ſepulchra veniſſent; tunc intellecturum Darium, an ſcirent auderentque Scythæ cum hoſte pugnare. Darius igitur eo duxit exercitum; quod ubi ſenſerunt Scythæ, tanto impetu irruerunt in hoſtes, ut cæſis amplius octoginta millibus hoſtium, Darius trepidus domum refugerit. *Oliv.*

2. *Agros cultos.*] Quia lacte & ſanguine equino victitant.

3. *Quoniam quidem.*] Nam Plato vult una cum hominibus naſci virtutem.

1. *Laniata*

6. Quis enim plauſtris vagos, & ſilvarum latebris corpora ſua tegentes, in modumque ferarum [1] laniatu pecudum viventes, Dario ſic reſpondere docuit? [2] Illa nimirum, quæ etiam Crœſi filium loquendi uſu [3] defectum, ad protegendam patris incolumitatem miniſterio vocis inſtruxit. [4] Captis enim à Cyro Sardibus, cum unus è numero Perſarum, ignarus viri in cædem ejus concitato ferretur impetu: velut oblitus quid ſibi naſcenti fortuna denegaſſet, ne Crœſum regem occideret, proclamando, pene jam impreſſum jugulo mucronem revocavit. Ita qui ad id tempus mutus ſibi vixerat, ſaluti parentis vocalis factus eſt.

7. [5] Eadem charitas Italico bello * Pinnenſem juvenem, cui

1. *Laniatu pecudum viventes.*] Dilacerando pecudes crudas dentibus ſuis in modum ferarum.

2. *Illa nimirum, &c.*] Duo fuerunt Crœſi Lydorum regis filii, quorum alter nulla arte cuſtodiri potuit, quin ferro necaretur, ut oſtendimus in cap. de ſomniis. Alter natus elinguis, diuque mutus educatus, vi timoris paternæ necis vocalis evaſit. Captis enim Sardibus à Cyro, cum ab eo edictum eſſet, ne quis Crœſum occideret, & forte quidam ignarus ſtricto enſe in cædem ejus irrueret, filius nomine Atys, qui ad id tempus, ut dixi, mutus extiterat, ubi vidit periculum patris, in hunc modum clamavit: Ὠ ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε τὸν Κροῖσον, *O homo ne interficias Crœſum.* Et ita liberatus eſt ab inſtanti morte pater: quanquam alii aliter tradant, ut Solinus in cap. de homine: *Cum,* inquit, *Olympiade octava & quadrageſima victor Cyrus intrâſſet Sardis Aſiæ oppidum, ubi tunc Crœſus latebat, Atys filius regis mutus ad id uſque temporis, in vocem erupit vi timoris. Exclamâſſe enim dicitur, Parce patri meo Cyre, & te hominem vel caſibus noſtris diſce.* Dicitur Crœſus Apollinem conſuluiſſe de filio, futurus ne unquam vocalis eſſet? Cui ſic Apollo reſpondit: *O Crœſe demens, genere Lydius, multorum Rex, ne velis in regia domo vocem audire clamantis filii. Hoc enim multo melius eſt ipſum ſine voce eſſe. Nam loquetur in die qui tibi erit infelix.* Oliv.

3. *Defectum.*] Privatum.

4. *Captis enim à Cyro Sardibus.*] De expugnatione hujus urbis Frontinus libro III, cap. 8. ſic breviter: *Cyrus rex Perſarum incluſo Sardibus Crœſo, qua præruptus mons nullum aditum præbebat ad mœnia, malos adæquantes altitudinem jugi ſubrexit, quibus ſimulachra hominum armata Perſici habitus impoſuerat, noctuque eos monti admovit: tum prima luce ex altera parte muros aggreſſus eſt, ubi, orto jam Sole, ſimulachra illa armatorum referentia habitum, refulſerunt. Oppidani captam urbem à tergo credentes, & ob hoc in fugam dilapſi, victoriam hoſtibus conceſſerunt.* Oliv.

5. *Eadem charitas.*] Hoc contigit Italico bello, hoc eſt, ſociali, cujus originem diximus. Itaque adverſus Latinos miſſi ſunt Strabo Pompejus, & Sylla duces, quorum legatus Mamercus erat, qui vicit Italos cum Silone Popedio eorum duce. Sed cum obſideretur Pinna oppidum nec expugnari poſſet, Romanus

cui Pultoni erat cognomen, tanto animi corporiſque robore armavit: Ut cum obſeſſæ urbis ſuæ [1] clauſtris præſideret, & Romanus imperator patrem ejus captivum, in conſpectu ipſius conſtitutum, diſtrictis militum gladiis circumdediſſet, occiſurum ſe minitans, niſi irruptioni ſuæ iter præbuiſſet, ſolus è manibus ſenem rapuerit, duplici pietate memorandus, quod & patris ſervator, nec patriæ fuerit proditor.

CAP. V.

DE BENEVOLENTIA FRATERNA.

1. *P. Africani majoris.*
2. *M. Fabii Vibulani Coſ.*
3. *Ti. Cæſaris Auguſti.*
4. *Militis cujuſdam.*

HAnc pietatem proximus fraternæ benevolentiæ gradus excipit. Nam ut meritò primum amoris vinculum ducitur, plurima & maxima beneficia accepiſſe: ita proximum judicari debet ſimul accepiſſe. Quàm copioſæ enim ſuavitatis illa recordatio eſt! [2] In eodem domicilio antequam naſcerer, habitavi: in iiſdem incunabulis infantiæ tempora peregi: eoſdem appellavi parentes: eadem pro me vota excubuerunt: parem ex majorum imaginibus gloriam traxi. Chara eſt uxor, dulces liberi, jucundi amici, accepti affines: ſed poſtea cognitis nulla benevolentia accedere debet, quæ priorem exhauriat.

1. [3] Atque hoc teſte Scipione Africano loquor, qui tam-

manus imperator Pinnenſem captivum Pultonis patrem, qui portis præſidebat, in filii conſpectum adduci juſſit, minitaruſque eſt, ni hoſtes reſeratis portis intromitteret, patrem occiſurum. Filius incertus quid ageret, patrine an patriæ magis conſuleret, denique deſperatione quadam ductus, in hoſtes, qui patrem vinctum tenebant, impetum fecit, eos diſſipavit, patrem liberavit, & patriæ charitatem ſervavit. *Oliv.*

* *Pinnenſem juvenem, cui Pultoni erat cognomen.*] Ita vulgo. Atrebat. collegii codex aliique veteres legunt, *Pinnenſem juvenem, cui Pultoni erat cognomen.* Recte. Pinnenſes Plinius Veſtinorum dicit eſſe, & in quarta Italiæ regione collocat lib. III. cap. 12. Contigit A. V. DCLXIV. *Pigh.*

1. *Clauſtris.*] Scilicet portarum.

2. I*N eodem domicilio.*] In quo ſcil. & frater, hoc eſt, in ventre matris.

3. *Atque hæc teſte Scipione.*] Hannibal devictis Carthaginienſibus, cum ad rupti

tametſi [1] arctiſſima familiaritate Lælio junctus erat, attamen ſenatum ſupplex oravit; ne provinciæ ſors fratri ſuo erepta, ad eum transferretur: legatumque ſe L. Scipioni in Aſiam iturum promiſit: & major natu minori, & fortiſſimus imbelli, & gloria excellens [2] laudis inopi, & quod ſuper omnia eſt, [3] nondum Aſiatico, jam Africanus. Itaque clariſſimorum cognominum alterum ſumpſit, [4] alterum dedit; triumphique [5] prætextam hujus excepit, illius tradidit: miniſterio aliquanto major, quam frater imperio.

2. [6] M. verò Fabius conſul * inclyta pugna Etruſcis, & Ve-

rupti fœderis pœnas depoſceretur à Romanis, ad Antiochum regem confugit, & illum ad inferendum Romanis bellum induxit, ut diximus, quo tempore conſules erant L. Scipio, & C. Lælius; quorum uterque provinciam Aſiam ſibi decerni exoptabat, cujus gratia non parva inter eos videbatur futura contentio; ſed res ad arbitrium ſenatus rejecta fuit, quæ ſtudia Patrum erexit, Senatoreſque dubios reddidit de tantis viris judicia facturos; verum tamen apud Patres major Lælii gratia, majorque erat exiſtimatio, & propterea Senatus, ad eum inclinare, negotiumque deferre plane videbatur. Quod ubi ſenſit Scipio, fratris pietate motus, ab eo deprecatus eſt illam ignominiam. Nam & in Senatu fratrem laudavit virum fortem & ſapientem. Et cum illo ſe iturum legatum in provinciam ultro profeſſus eſt; qua voce omnem Patrum dubitationem de fratre, & demandandæ provinciæ cunctationem excuſſit. Nam frequenti Senatu decretum eſt, ut L. Scipio in Græciam adverſus Ætolos, deinde in Aſiam adverſus Antiochum cum Scipione fratre tranſiret, quem Annibali victo, & pro Antiocho Rege dimicanti victorem opponeret. Quis igitur P. Scipionis pietatem non jure miretur? quam non ſolum à prima adoleſcentia Cornelio patri, ut ſupra diximus, ſed deinde quoque L. fratri id ætatis, hiſque rebus egregiam præſtitit, & quanquam erat Africanus & major natu, & qui Annibalem vicerat, qui de Pœnis triumphaverat, qui omnes ſuæ ætatis imperatores belli gloria & virtute anteibat, imperio tamen minoris natu ſe ſponte ſubmiſit, ut is in honore obtinendæ provinciæ gratioſo collegæ præferretur. Ex quo bello frater ipſius conſilio & opera uſus maximam gloriam in patriam reportavit. *Oliver.*

1. *Arctiſſima familiaritate.*] Adeo ut inter pauca illa amicorum paria, quæ tantopere admiratur antiquitas, Scipionem & Lælium Cicero dicat eſſe connumerandos. *Idem.*

2. *Laudis inopi.*] Fratri ſcilicet, quia nihil adhuc glorioſum geſſerat.

3. *Nondum Aſiatico.*] Quia nondum debellaverat Aſiam.

4. *Alterum dedit.*] Scilicet Aſiatici, quia ejus conſilio & interceſſione Aſia devicta eſt.

5. *Prætextam.*] Triumphalem veſtem.

6. *Marcus vero Fabius Conſul.*] Livius lib. II. Cum M. Fabius conſul adverſus Hetruſcos, qui tunc agros Romanos invaſerant, duxiſſet exercitum, & præſertim contra Vejentes & Æquiculos, ejus ingenti prœlio cum magna eorum ſtrage ſuperavit. Sed non fuit Romanorum incruenta victoria. Nam multi ex clariſſimis viris in ea pugna ceci-

Vejentibus ſuperatis; delatum ſibi ſummo ſenatus populique ſtudio triumphum ducere non ſuſtinuit: quia eo prœlio Q. Fabius frater ejus conſularis fortiſſimè dimicans occiderat. Quantam in eo pectore pietatem fraternæ charitatis habitaſſe exiſtimemus, propter quam ampliſſimi honoris tantus fulgor extingui potuit?

3. [1] Hoc exemplo vetuſtas, illo ſeculum noſtrum ornatum eſt: cui contigit [2] fraternum jugum [3] Claudiæ prius, nunc etiam Juliæ gentis intueri decus: Tantum enim amorem

ceciderunt; inter quos alter conſul & Q. Fabius conſulis frater, qui, cum inter confertiſſimos hoſtes fortiter dimicaret, vulneratus pugna exceſſit, & paulo poſt expiravit. Cum igitur triumphus à Senatu delatus eſſet conſuli ob res magnifice geſtas, ille amiſſi fratris graviſſimo dolore confectus, triumphum ſuſcipere recuſavit, quanquam tanta dignitas ab omnibus expeti conſueverit. *Oliverius.* Contigit A. V. CCLXXII.

* *Inclyta pugna Hetruſcis & Vejentibus ſuperatis.*] Veteres libri obſcura veſtigia veræ lectionis retinent. Suſianus enim & Atrebatenſis ita: *Et amicis & Vejentibus.* Winchelianus aliique duo, *Et Amiclis & Vejentibus.* Mendoſe ſemper. In Campenſi autem legitur, *Et amiculis*, ſed corrigendum eſſe opinor, *Et Æquicolis*; bellum enim tunc temporis continuum fuiſſe cum Æquis, etiam ex Livii & Dionyſii hiſtoria conſtat: cum Etruſcis tamen cruento illo prœlio fuiſſe pugnatum, jam dicti quoque ſcribunt. *Pigh.*

1. *Hoc exemplo.*] Germania debellata erat à Druſo Tiberii Neronis fratre, qui Germanicus dictus eſt, qui paulo poſt, equo ſuper erus ejus delapſo, trigeſimo die vitam cum morte commutavit. Nero qui Ticinum ad viſendos parentes Liviam & Octavium venerat, & modo Ligurum victor è provincia redierat, à fratre graviter laborante per nuntios accitus, ad eum tanta celeritate pervenit, ut vix credi poſſet. Nam breviſſimo temporis ſpatio, utpote die ac nocte, ducenta millia paſſuum Alpes Rhenumque tranſgreſſus, uno tantum comite locorum perito confeciſſe dicitur; qui cum extinctum fratrem inveniſſet, corpus ejus Romam vehi curavit, & in tumulo C. Cæſaris ſepultus eſt, in cujus funere laudes ab Auguſto Cæſare ejus vitrico ampliſſimæ datæ ſunt. Plinius lib. VII. Nat. Hiſt. cap. 20. *Nuper*, inquit, *Fonteio & Viſpano conſulibus, annos novem genitum puerum, à meridie ad veſperum ſeptuaginta quinque millia paſſuum cucurriſſe; cujus rei admiratio ita demum ſolita perveniret, ſi quis cogitet nocte ac die longiſſimum iter vehiculis tribus Tiberium emenſum feſtinantem ad Druſum fratrem, ægrotantem in Germania. In eo fuerunt ducenta millia paſſuum.* Oliv.

2. *Fraternum jugum.*] Parem ſocietatem.

3. *Claudiæ prius.*] Nam utrumque genus à Claudia gente trahebant: paternum à Tiberio Nerone, maternum ab Appio Pulchro, qui ambo Cæci Appii filii fuerunt, teſte Suetonio. Ergò cum Liviam Druſillam, Neronis & Druſi matrem Auguſtus Cæſar duxiſſet uxorem, & ejus precibus ſibi Druſum & Tiberium adoptaſſet, in gentem Juliam per adoptionem venerunt, ſed prius de gente Claudia nati ex Tiberio Nerone Appii Claudii Cæci filio, & ex Livia, Appii Pulchri filia. *Oliv.*

3. Ticini

tem princeps parenſque noſter inſitum animo fratris Druſi habuit; ut cum [1] Ticini, quo victor hoſtium ad complectendos parentes venerat, gravi illum & periculoſa valetudine in Germaniam fluctuare cognôſſet, protinus inde metu attonitus erumperet. Iter quoque quam rapidum & præceps velut uno ſpiritu corripuerit, eo patet; quod Alpes Rhenumque tranſgreſſus, die ac nocte [2] mutato ſubinde equo, ducenta millia paſſuum, per modò devictam [3] Barbariem, Antabagio duce ſolo comite contentus, evaſit. Sed eum tunc maximo labore & periculo implicatum, mortaliumque [4] frequentia defectum, ſanctiſſimum pietatis numen, & Dii fautores eximiarum virtutum, & fidiſſimus Romani Imperii cuſtos Jupiter comitatus eſt. Druſus quoque, quanquam fato jam ſuo quàm ullius officio propior erat, vigore ſpiritus & corporis collapſus; eo ipſo tamen, quo vita & mors diſtinguitur, momento, legiones cum inſignibus ſuis fratri obviam procedere juſſit, ut Imperator ſalutaretur. Præcepit etiam dextera in parte prætorium ei ſtatui, & conſulare & imperatorium nomen obtinere voluit. Eodemque tempore & fraternæ majeſtati ceſſit, & vita exceſſit. His ſcio equidem nullum aliud quam [5] Caſtoris & Pollucis ſpecimen conſanguineæ charitatis convenienter adjici poſſe.

4. Sed

1. *Ticini fluminis.*] Qui præterfluit Papiam. Naſcitur ex lacu Lario, teſte Strabone in fine quarti libri.

2. *Mutato ſubinde equo.*] Plinius: *Tribus equis.* De eodem illud memorabile: *Druſum fratrem in Germania amiſit, cujus corpus pedibus toto itinere prægrediens, Romam uſque pervexit.* Suetonius in Tiberio. *Coler.*

3. *Barbariem.*] Barbaram Germanorum, ut ipſe interpretatur, terram.

4. *Frequentia defectum*] Lib. Danielis *Adfectum.* An reſcribendum, *Mortaliumque infrequentia adfectum?* Sed vulgata lectio per me ſtare poteſt: *Defectus frequentia* dictum, ut *defectus annis* apud Phœdrum, & *defectus pilis.* De quibus copioſe Nicolaus Rigaltius, cujus bene dictis addo illud ex vetere Juvenalis interprete Terentianum:

Uſque adeo defecti ſumus.

Non, ut vulgo, *defeſſi ſumus.* Coler.

5. *Caſtoris & Pollucis.*] Nota eſt fabula, qua alter immortalis, mortalem fratrem ſuæ immortalitatis voluit eſſe participem. Unde Virgilius:

Sic fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itque reditque viam toties. ——

Quod ideo fingitur, ut inquit Servius, quia ſunt duæ ſtellæ, quarum una cadente, altera oritur. *Oliv.*

4. Sed omnis memoriæ clariſſimis imperatoribus profecto non erit ingratum, ſi militis ſumma erga fratrem ſuum pietas huic voluminis parti adhæſerit. [1] Is namque in caſtris Cn. Pompeii ſtipendia peragens, cum Sertorianum militem acrius ſibi [2] in acie inſtantem cominus interemiſſet: jacentemque ſpoliaret: ut fratrem germanum eſſe cognovit, multum ac diu convitio Deos ob donum impiæ victoriæ inſectatus, prope caſtra tranſtulit, & pretioſa veſte opertum, rogo impoſuit. Ac deinde ſubjecta face, protinus eodem gladio, quo illum interemerat, pectus ſuum tranſverberavit: ſeque ſuper corpus fatris proſtratum, communibus flammis cremandum tradidit. Libeat ignorantiæ beneficio innocenti vivere: ſed ut ſua potius pietate quam aliena venia uteretur: comes fraternæ neci non defuit.

CAP. VI.

DE PIETATE ERGA PATRIAM.

1. *L. Iunii Bruti primi Coſ.*
2. *M. Curtii eq. Rom.*
3. *M. Genutii Cipi Prætoris.*
4. *Q. Ælii Pæti Prætoris.*
5. *P. Decii Q. F. Coſ.*
6. *P. Decii P. F. Coſ.*
7. *P. Africani majoris.*
8. *Civium Romanorum.*

EXTERNORUM.

1. *Codri Regis Athenienſium.*
2. *Thraſybuli Athenienſis.*
3. *Themiſtoclis Athenienſis.*
4. *Philanorum fratrum.*
5. *Ariſtotelis Stagiritæ.*

ARctiſſimis ſanguinis vinculis pietas ſatisfecit: reſtat nunc ut patriæ exhibeatur: Cujus majeſtati etiam illa

1. *Is namque in caſtris.*] Abbreviator Livii lib. LXXXIX. *L. Corn. Cinna cum pernicioſas leges per vim atque arma proferret, pulſus à Cn. Octavio collega cum Sex trib. pleb. imperioque ei abrogato, corruptum Appii Claudii exercitum in poteſtatem ſuam redegit, & bellum urbi intulit, accerſito C. Mario cum aliis exulibus ex Africa, in quo bello duo fratres, alter ex Pompeii exercitu, alter ex Cinnæ, ignorantes concurrerunt, & cum victor ſpoliaret occiſum, agnito fratre, ingenti lamentatione edita, rogo ei exſtructo, ipſe ſupra rogum ſe transfodit, & eodem igne conſumptus eſt.* Aut ergo Valerius diſſentit à Livio, aut duo fuerunt exempla ſimilia, alter in exercitu Cinnæ, alter Sextorii; aut, quod melius eſt, quia conjuncti fuerunt Cinna & Sertorius, ut nihil interſit utrum Cinnam dicat an Sertorium. *Oliv.*

2. *In acie.*] Legitur quoque, *In aciem inſtantem*, ut loquatur de acie oculorum.

1. *Inten-*

illa quæ Deorum numinibus æquatur, auctoritas parentum, vires ſuas ſubjecit: fraterna quoque charitas æquo animo ac libenti cedit, ſumma quidem cum ratione. Quia everſa domo, [1] intentatus reip. ſtatus manere poteſt: urbis ruina, penates omnium trahat ſecum neceſſe eſt. Verum quid attinet verbis iſta complecti? quorum tanta vis eſt, ut aliqui ea ſalutis ſuæ impendio teſtati ſint.

1. [2] Brutus conſul primus cum Arunte Tarquinii Superbi regno expulſi filio in acie ita equo concurrit; ut pariter illatis haſtis, [3] uterque mortifico vulnere ictus exanimis proſterneretur. [4] Merito adjecerim, populo Romano libertatem ſuam magno ſtetiſſe.

2. [5] Cum autem in media parte fori vaſto ac repentino hiatu terra ſubſideret, reſponſumque eſſet; re illum tantum-

1. *Intentatus.*] Ita in Cauch. cod. vel lege *intemeratus*. Vulgo, *interdum*, quam vocem apposite nonnulli codd. omittunt.

2. *Brutus conſul.*] Hæc hiſtoria ſuperius per tranſitum annotata fuit. Nam cum propter Lucretiæ ſtuprum reges urbe Brutus ejeciſſet; illi primum fraude in patriam redire tentarunt. Qui ubi obſtructum ſibi fraudis iter intellexerunt, ad apertam vim & Hetruſcorum auxilia confugerunt: quibus freti, magno cum exercitu in fines Romanorum irrupère. Profectus eſt igitur obviam Brutus, quem cum Aruns regis filius cum conſularibus fulgentem inſignibus conſpexiſſet, acerrimo dolore & prærepti regni memoria excitus & impulſus, equo calcaribus adacto, ruit in conſulem. Quod ille advertens, non minori animo in hoſtem fertur, tantoque impetu, & tam nulla ſui protegendi, ſed ſola hoſtis feriendi cogitatione concurſum eſt, ut alternis confixi haſtis, ambo pariter conſternerentur, ſuperque occiſum ſua manu Aruntem ipſe mutuo vulnere Brutus expiravit, &, ut Flori utar verbo, quaſi conſul adulterum, ut ille ait, ſeu verius adulteri fratrem regno pulſum, vita quoque pelleret, & eum ad inferos ſequeretur. Funus conſuli rebus omnibus præclarum, ſed nulla re magis, quam quod eum matronæ omnes ut parentem anno integro luxerunt. *Oliv.*

3. *Uterque mortifico vulnere ictus.*] Aliter, *mortifero*. Quatuor veteres libri, *Mortifico vulnere*, legunt. Sic à Virgilio dictum Æneid. *Vulnificuſque chalybs.* Pighius.

4. *Merito.*] Jure, inquit, dixerim, magno libertatem conſtitiſſe, quia auctorem libertatis amiſit.

5. *Cum autem, &c.*] Q. Servilio Ahala & L. Genucio Coſſ. forum medium Romanum, ſive motu terræ, ſeu qua vi alia dicitur ſpecu vaſto in immenſam altitudinem fuiſſe collapſum, neque eam voraginem conjectu terræ, cum pro ſe quiſque congereret, expleri potuiſſe, prius quam Deûm monitu quæri cœptum quo plurimum populus Romanus poſſet, id vates canebant injiciendum, ſi remp. Romanam perpetuam eſſe vellent. Tum M. Curtium juvenem bello egregium caſtigaſſe fe-

 runt

tummodo compleri poſſe, qua populus Rom. plurimum valeret: Curtius & animi & generis nobiliſſimus adoleſcens, interpretatus, Urbem noſtram virtute armiſque præcipue excellere; militaribus inſignibus ornatus, equum conſcendit, eumque vehementer admotis calcaribus præcipitem in illud profundum egit: ſuper quem univerſi cives honoris gratia certatim fruges injecerunt, continuoque terra [1] priſtinum habitum recuperavit. Magna poſtea decora in foro Romano fulſerunt: nullum tamen hodie quod pietate Curtii erga patriam clarius obverſatur exemplum: cui principatum gloriæ obtinenti, conſimile factum ſubnectam.

3. [2] Genucio Cipo Prætori [3] paludato portam egredienti, novi & [4] inauditi generis prodigium incidit. Namque in capite ejus ſubito veluti [5] cornua emerſerunt: reſponſumque eſt, regem eum fore, ſi in Urbem revertiſſet. Quod ne accideret, voluntarium ſibimet ac perpetuum indixit exilium. Dignam pietatem, quæ quod ad ſolidam gloriam attinet, ſeptem regibus præferatur. Cujus teſtandæ rei gratia [6] capitis effigies *ærea, qua exceſſerat, portæ incluſa eſt: dicta-

tunt dubitantes, an ullum majus Romanum bonum eſſet, quam arma virique. Silentio deinde facto, templa Deorum immortalium, quæ foro imminebant, Capitoliumque intuentem, & manus nunc in cœlum, nunc in patentes terræ hiatus ad Deos Manes porrigentem ſe devoviſſe; equo deinde quam poterat ornatiſſimo inſidentem armatum ſe in ſpecum immiſiſſe, donaque & fruges ſuper eum à multitudine congeſtas, lacumque Curtium non ab antiquo illo T. Tatii milite Curtio Metio, ſed ab hoc appellatum. *Oliv.*

1. *Priſtinum habitum.*] Minutius: *Teſtis & Curtius, qui equi ſui vel mole vel honore hiatum profundæ voraginis adæquavit.* Falſum igitur quod Feſtus prodit de lacu Curtio. *Coler.*

2. *Genucio Cipo prætori.*] Ita legendum. Vulgo, *Cippo.* Nam ita ſcribitur cognomen in argenteis bigatis antiquiſſimis, M. CIPI. M. F. Vide Annales noſtros. Atque idem confirmant vetuſti codices, Atrebatenſis, Gemblacenſis & Colonienſis. *Pigh.*

3. *Paludato.*] Veſte imperatoris in bellum proficiſcentis ornato.

4. *Inauditi.*] Non plane inauditi. Cornutus etiam Actæon fuerat, quem & Plinius adjungit Cippo. *Coler.*

5. *Cornua.*] Exemplum cornuti hominis egregium adfert Caſaubonus de Satyrica Poëſi, quando de Satyris agit.

6. *Capitis effigies æreæ portæ, qua exceſſerat, incluſa eſt, dictaque Randuſculana, quod olim rauda æra dicebantur.*] Ita vulgo. In Cauch. & Campenſ. *Capitis effigies ærea.* Recte. Non enim ærea fuit porta, ſed ære vincta, ut ait Feſtus, vel ærata,

dictaque Rauduſculana, quod olim *ara raudera* dicebantur.

4. Genucius laudis hujus, qua major excogitari vix poteſt, ſucceſſionem [1] Ælio Prætori tradidit. Cui jus dicenti, cum in capite picus conſediſſet, aruſpiceſque affirmaſſent, conſervato eo fore [2] domus ipſius ſtatum feliciſſimum, reip. miſerrimum: occiſo, [3] in contrarium utrumque ceſſurum: è veſtigio picum morſu ſuo in conſpectu ſenatus necavit: [4] Decem & ſeptem milites ſuæ familiæ, eximiæ fortitudinis viros, Cannenſi prælio amiſit: reſp. procedénte tempore ad ſummum imperii faſtigium exceſſit. Hæc nimirum exempla, Sylla & Marius, & Cinna tanquam ſtulta riſerunt.

5. [5] Decius, qui conſulatum in familiam ſuam primus intulit, cum Latino bello Romanam aciem inclinatum & pene

ærata, ſicut Varro. Huic aſtipulatur Ovidius Metamorph. xv.

Cornuaque æratis miram referentia formam
Poſtibus inſculpunt. ——

Æs infectum ait Cincius de verbis priſcis *ruduſculum* dici. Jacuiſſe apud ædem Apollinis æs conflatum, id autem *rudus* appellaſſe veteres. M. Varro quidem & Feſtus æs omne *raudus* vel *rodus* appellari, & in æſtimatione cenſoria æs infectum rudus. Jam vero Valerius noſter, ut vulgo legitur, *æra rauda* dici ſolere ſcribit, ſed manuſcripta exemplaria uno conſenſu *raudera* produnt. quam optime. Fruſta enim æris, aut etiam aſſes, ſignative nummi ærei, *raudera* vel *rudera* vocarunt antiqui: quod Livii autoritate probabo. Nam libro xxvi. *Æris acervi* (inquit) *quum rudera milites religione inducti jacerent, poſt profectionem Annibalis magni inventi.* Non refragor, *rauda* etiam hic legi poſſe: ſed conſenſus exemplarium nonnihil hic vincere videtur. *Pighius.*

* *Ærea.*] Lego, *Ærata*. Vulgo, & quod miror, in edit. Antuerpiana excuditur, *Auratis*. Ea porta & *Rauduſcula* dicta Varroni lib. IV. de L. L. Feſto *Rauduſculana*, quod raudo, id eſt, ære vincta. Vetus Gloſſarium: *Raudus*, Βῶλος, χῶμα, ϗ χαλκὸς ἀνέργαστος, ϗ γῆς σωρός. *Coler.*

1. *Ælio.*] Hunc quidem non Ælium, ſed Lælium fuiſſe, & Lælios non Ælios periiſſe credunt.

2. *Domus ipſius ſtatum feliciſſimum.*] Veteri, *Factum fideliſſimum.* Probem, *Fatum feliciſſimum.* Lipſ.

3. *In contrarium.*] Aliter Plinius: *Reſpondere vates, exitium imperio portendi, ſi dimitteretur: at ſi exanimaretur, Prætori. Et ille autem protinus concerpſit.* Ubi tranſiens emendo, *Et ille avem protinus.* Sic Valerius: *E veſtigio picum morſu, &c.* Colerus.

4. *Decem & ſeptem militum familiam eximiæ fortitudinis viros.*] Ita vulgo. Puto legendum eſſe; *Decem & ſeptem milites ſuæ familiæ eximiæ fortitudinis viros.* Nam idem fere ſcribit Frontinus: *Ipſe cum ſeptemdecim Æliis, ex eadem familia, in prælio eſt occiſus.* Pigh.

5. *Decius.*] Tres fuere Decii, qui pro republica ſe devovere, ut ſupra dixi in capite de Somniis. Pater bello Latino

 & Gal-

pene jam proſtratam videret; caput ſuum pro ſalute reip. devovit: Ac protinus concitato equo, in medium hoſtium agmen, patriæ ſalutem, ſibi mortem petens, irrupit: factaque ingenti ſtrage, plurimis telis obrutus, ſuper corruit. Ex cujus vulneribus & ſanguine inſperata victoria emerſit.

6. [1] Unicum talis imperatoris ſpecimen eſſet, niſi animo ſuo reſpondentem filium genuiſſet. Is namque in quarto conſulatu patris exemplum ſecutus, [2] devotione ſimili, æque

& Gallico; filius bello Hetruſco; nepos bello Pyrrhi, quod geſſit pro Tarentinis. Sed de patre tantum & filio Valerius mentionem facit; Cicero autem lib. I. Tuſcul. Quæſt. aliter: *Si mors*, ait, *timeretur, non cum Latinis pater Decius decertans, cum Hetruſcis filius, cum Pyrrho nepos hoſtium telis objeciſſet.* Idem lib. II. de Finibus. Pari ratione in lib. de Natura Deorum & Divinatione. *Oliv.*

1. *Unicum talis imperatoris ſpecimen.*] De patre hujus Decii in capite de Somniis dictum eſt. Nunc de filio, qui conſul cum Q. Fabio collega adverſus Gallos Samniteſque profecti, eum ad Cluſium duxiſſent exercitum, ibique diu incerto Marte pugnatum eſſet, eadem via, qua pater, victoriam Romanis peperit: nam Fabius dextrum cornu adverſus Samnites, Decius ſiniſtrum adverſus Gallos, quorum prima prœlia plus quam virorum, poſtrema minus quam fœminarum erant, forte tenebant. In id tempus igitur, quo vinci ſolebat hoſtes, quam integerrimas vires potuit militi ſuo Fabius ſervavit. Decius vero & ætate & vigore animi ferocior quantumcunque virium habuit, primo certamine effudit; & quia lentior videbatur pedeſtris pugna, equitum pugnam concivit, & ipſe juvenum turmæ immixtus, proceres juventutis, in hoſtem ut ſecum impetum faciant, concivit, duplicem illorum gloriam fore, ſi ab lævo cornu, & ab equite victoria incipiat. Bis averterunt Gallicum equitatum; ſed novum pugnæ genus conterruit Romanos; eſſedis cariniſque ſuperſtans armatus hoſtis, ingenti ſonitu equorum rotarumque venit. Inſolitus ejus tumultus Romanorum terruit equos, ita victorem equitem veluti lymphaticus pavor diſſipat. Decius ubi ſuos terga dantes vidit, primo revocare fruſtra conatus, deinde ubi nulla ratione perculſos ſuſtinere poſſe vidit, patrem Decium nomine compellans, Quid ultra moror, inquit, familiare fatum datum noſtro generi? ut luendis periculis publicis piacula ſimus? Jam ego me & hoſtium legiones mactandas tellurique ac Diis Manibus dabo. Hæc locutus, à ſacerdote ſolenni devotionis imprecatione facta, in confertiſſimos hoſtes, ſubditis calcaribus equo, incurrit. Ubi magna prius hoſtium cæde facta, glorioſe cæſus tandem occubuit. Cujus mors, non ut aliis, terrori, ſed audaciæ Romanis fuit, qui reſtaurata pugna paulo ante victores Gallos inſecuti, ad viginti quinque millia ceciderunt, & octo millia ceperunt. *Oliv.*

2. *Facta devotione.*] In qua quanta fuerit dæmonum illuſio, pulchre edocet Sabellicus in Rhapſodia ſua, hunc locum recitans. *Devotione facta.*] Cicero lib. I. Tuſcul. tertium etiam addit, qui vitam pro patria fortiter pugnando fuderit. Alii tantum duorum meminere, ut & Servius ad I. Æneid. *Horum*

alter

æque ſtrenua pugna, conſentaneo exitu labantes perditaſque vires Urbis noſtræ correxit. Itaque dignoſci arduum eſt, utrum Romana civitas utilius habuerit Decios duces, an amiſerit: quoniam vita eorum ne vinceretur, obſtitit, mors fecit ut vinceret.

7. [1] Non eſt extinctus pro republ. ſuperior Scipio Africanus: ſed admirabili virtute ne reſpubl. extingueretur, providit. Siquidem cum afflicta Cannenſi clade urbs noſtra, nihil aliud quam præda victoris eſſe Annibalis videretur: ideoque reliquiæ proſtrati exercitus, deſerendæ Italiæ, auctore L. Metello, conſilium agitarent: tribunus militum admodum juvenis, ſtricto gladio mortem unicuique minitando; jurare omnes nunquam ſe relicturos patriam coëgit: pietatemque non ſolum ipſe pleniſſimam exhibuit, ſed etiam ex pectoribus aliorum abeuntem revocavit.

8. [1] Age,

alter Italico, alter Gallico bello ſe devovit pro Republica. Nonius citat Attium Æneadis ſive Decio:

Vim Gallicam obduc contra in acie exercitus

Paratum hoſtili fuſum ſanguen ſanguine.

Eſt & illud Attii: *Patrio exemplo me dicabo: animam devorabo hoſtibus.* Formulam ſive carmen devotionis hujus, immenſo exemplo ſua ætate duraſſe teſtatur Plinius lib. XXVIII, cap. 2. *Colerus.*

1. *Non eſt extinctus.*] Poſt Cannenſem cladem, cum ad quatuor millia hominum Canuſium confugiſſent, ne omnino errantes ſine duce forent, imperii ſummam ad P. Scipionem admodum adoleſcentem ſummo conſenſu Rom. deferunt, cui de ſumma rerum inter paucos conſultanti, nuntiatur, nequicquam illum conſultare, perditam ſpem eſſe, deſperatam comploratamque rempublicam, nobiles juvenes quoſdam, quorum principem L. Cæcilium Metellum, mare ac naves ſpectare, ut deſerta Italia ad regum aliquem confugiant, quod malum præterquam quod atrox ſuper tot clades etiam novum, cum ſtupore ac miraculo torpidos defixiſſet: & qui aderant, concilium advocandum de eo cenſerent, negat concilii rem eſſe Scipio juvenis fatalis dux illius belli, audendum atque agendum, non conſultandum in tanto malo ait, irent ſecum extemplo armati, qui remp. ſalvam eſſe vellent. Pergit ire ſequentibus paucis ubi res agebatur; & cum juvenum, de quibus allatum fuerat, concilium inveniſſet, ſtricto ſuper eorum capita gladio, Ex mei animi ſententia, inquit, juro, quod ego rempublicam non deſeram, nec alium civem Romanum deſerere patiar: ſi ſciens fallo, tum me Jupiter Optimus Maximus, domum, familiam, remq; meam, leto peſſimo, afficiat. In hæc verba jurent omnes, expoſtulo, qui non jurarit, in ſe hunc gladium ſtrictum eſſe ſciat. Haud ſecus pavidi, quam ſi victorem Annibalem cernerent, jurant omnes, cuſtodiendoſque ſemetipſos contra Annibalem Scipioni tradunt. *Oliver.*

8. [1] Age, ut à ſingulis ad univerſos tranſgrediar; quanto & quam æquali amore patriæ tota civitas flagravit! cum ſecundo Punico bello exhauſtum ærarium, ne Deorum quidem cultui ſufficeret, & publicani ultrò aditos cenſores hortati ſunt, ut omnia ſic locarent, tanquam reſpubl. pecunia abundaret, ſeque præſtituros cuncta; nec ullum aſſem, niſi bello confecto, petituros polliciti ſunt. Domini quoque ſervorum, quos Sempronius Gracchus ob inſignem pugnam Beneventi manumiſerat, pretia ab imperatore exigere ſuperſederunt: in caſtris etiam non eques, non centurio ſtipendium dari ſibi deſideravit. Viri atque fœminæ, quicquid auri argentive habuerunt: item pueri [2] inſignia ingenuitatis ad ſuſtentandam temporis difficultatem contulerunt: Ac ne beneficio ſenatus, (qui muneribus fun-

1. *Age, ut à ſingulis ad univerſos.*] Diximus, inquit, de ſingulis, dicamus de univerſis civibus. Nam ſecundo bello Punico, cum Annibal multas & graviſſimas clades alias ſuper alias Romanis intuliſſet, ſic brevi exhauſtum eſt ærarium, ut non modo non ſcribi exercitus, ſed ne fieri quidem Diis immortalibus ſacrificia poſſent; tum publicani pecuniam affatim erogaturos polliciti cenſores adierunt, hortantes, non aliter omnia locarent, quam ſi reipublicæ pecunia ſupereſſet. Item cum tot cladibus conſumpta juventute cogerentur, deficientibus civibus ſervos conſcribere; Sempronius Gracchus magnum conſcripſit exercitum, qui *Volones* dicti ſunt, quod voluntaria & non coacta ſtipendia facerent, quorum operà victoriam ex hoſtibus non mediocrem conſecutus eſt. Nam cum integrum annum operam ſuam reipublicæ ſtrenue fortiterque navaſſent, libertatem tacite depoſcebant, quaſi ſuorum laborum præmium. Quod cum ſenſiſſet Gracchus ſuper ea re literas ad Senatum dedit; qui ipſi permiſit facere, quod è republica fore videretur. Hic advocata concione, & lectis literis, eos omnes ſe libertate donaturum pollicitus eſt, quicunque poſtero die ſignis collatis caput hoſtis ad ſe retuliſſet: quæ res magis victoriæ impedimento fuit, quàm momento: nam ut quiſque hoſtem impigre ceciderat, primum caput ægre inter turbam & tumultum abſcindendo terebat tempus; deinde occupata dextra tenendo caput fortiſſimus quiſque pugnator eſſe deſierat. Quod ubi Tribuni militum Graccho nuntiarunt, ſignum dari propere juſſit, capita abjicerent, & hoſtem invaderent; quo fuſo, libertatem omnibus eſſe daturum. Quo audito, redintegrata pugna, tanto ardore & animis in hoſtes incurſum eſt, ut vim eorum non ſuſtinentes, Pœni omnes ferme vel cæſi, vel capti fuerint. Nam ex triginta millibus, vix duo millia, & minor pars equitum cum ipſo duce evaſerunt. Poſt tantam igitur victoriam ſervos omnes Sempronius liberos eſſe juſſit. *Oliverius.*

2. *Inſignia.*] Prætextum & bullam auream, qua ſignificabant omnes eos nobiles eſſe atque patricios.

1. *Deci-*

functos, tributi onere liberaverat) quiſquam uti voluit; ſed inſuper id omnes promptiſſimis animis præſtiterunt. Non ignorabant enim, captis Vejis, cum [1] decimarum nomine, quas Camillus voverat, aurum Apollini Delphico mitti oporteri, neque emendi ejus facultas eſſet, matronas ornamenta ſua in ærarium retuliſſe. Similiterque audierant, mille pondo auri, quæ Gallis obſidione Capitolii promiſſa debebantur, earum cultu expleta. Itaque & proprio ingenio, & exemplo vetuſtatis admoniti, nulla ſibi in re ceſſandum exiſtimaverunt.

EXTERNA.

1. [2] Sed & externa ejuſdem propoſiti exempla attingam. Rex Athenienſium Codrus, cum ingenti [3] hoſtium exercitu Attica regio debilitata, ferro ignique vaſtaretur, diffidentia humani auxilii ad Apollinis Delphici oraculum confugit; perque legatos ſciſcitatus eſt, quonam modo illud tam grave bellum diſcuti poſſet. Reſpondit Deus, Ita finem ei fore, ſi ipſe hoſtili manu occidiſſet. Quod quidem non ſolum totis Athenis, ſed in caſtris etiam [4] contrariis percrebuit. Eoque factum eſt, ut ediceretur, ne quis Co-

1. *Decimarum.*] Scilicet prædæ.

2. *Sed & externa ejuſdem.*] Ad externa tranſit, & Codri regis Athenienſium primum proponit exemplum. Cum Dorienſes cum Athenienſibus de finibus agrorum bella gererent, premerenturque Athenienſes, ut hoſtibus reſiſtere non poſſent, ſuis viribus diffidentes, ad divinam opem confugerunt. Legatos ad conſulendum Apollinem Delphicum miſerunt; reſponſum tulere, Non aliter bellum finiri & patriam obſidione liberari poſſe, quam ſi Codrus occideretur ab hoſtibus. Quod oraculum ad hoſtes quoque pervenit. Itaque à Dorienſibus edictum eſt, ne quis Codrum regem vulneraret. Ille vero, ut fato ſuo patriæ ſuccurreret, ſumpto militari ſagulo, & lignorum faſce cum falce, tanquam lignatum profectus, caſtra hoſtium petiit, & quem primum obviam habuit, graviter increpuit. Orta deinde contentione, multis illum conviciis onerans, in ſui cædem provocavit. Nam iratus miles, illum, ignarus quiſnam eſſet, occidit. Quo facto, paulo poſt Dorienſes victi ex Attica regione ceſſerunt. Atque ita Athenienſes virtute ducis pro ſalute patriæ morti ſe offerentis bello liberantur. *Oliv.*

3. *Hoſtium.*] Peloponenſium juxta Pauſaniam & Oroſium lib. 1. cap. 18. Paterculus adſerit Lacedæmonios. Dorienſes Herod. lib. 1. & Juſtin. lib. 2. *Coler.*

4. *Contrariis.*] Dorienſium.

Codri corpus vulneraret. Id poſtquam cognovit, depoſitis inſignibus imperii, [1] famularem cultum induit, ac pabulantium hoſtium [2] globo ſeſe objecit: unumque ex his falce percuſſum, in cædem ſuam compulit: Cujus interitu ne Athenæ occiderent effectum eſt.

2. Ab eodem fonte pietatis [3] Thraſybuli quoque animus manavit. Is cum Athenienſium urbem triginta tyrannorum teterrima dominatione liberare cuperet, parvaque manu maximæ rei molem aggrederetur; & quidem è conſciis dixiſſet: Quantas tandem tibi Athenæ, per te libertatem conſecutæ, gratias debebunt? reſpondit: Dii faciant, ut quantas ipſe illis debeo, videar retuliſſe. Quo affectu inclytum deſtructæ tyrannidis opus laude cumulavit.

3. [4] Themiſtocles autem, quem virtus ſua [5] victorem; injuria

1. *Famularem cultum.*] Recte ita ſcribitur in libro Danielis, non *familiarem*, id eſt, ſervilem, obſoletum, & ut Juſtinus in hac ipſa re, pannoſum. Sic infra de Sulpitia Valer. *Nihilominus famulari veſte ſumpta.* Et lib. IX. cap. 8. *Serviliam veſtem.* Ovidius lib. XV. Metamorph. *Famularia jura.* Et Salluſtius *Famulares copias* extulit, ſi dextre ibi cenſui. *Coler.*

2. *Globo.*] Multitudini. Eſt enim globus multitudo in orbem collecta.

3. *Thraſybuli quoque.*] De hoc quoque Juſtinus lib. V. Diodorus Siculus lib. XIV. Xenophon Ἑλληνικῶν β'. Pauſanias Atticis. Nominatus hic fuit Τυραδόλις. Notior eſt, quam hic Thraſybulus Mileſius. *Coler.*

4. *Themiſtocles autem, &c.*] Themiſtocles ab ingrata patria pulſus, ut in cap. de Ingratitudine diximus, ad hoſtes, quos paucis ante annis ingenti ac prope incredibili victoria ſuperaverat, ſive ad Xerxem Perſarum regem confugere coactus eſt, nullo conſervatæ Græciæ loco excipere illum audente, quod edictum eſſet, ſi quis eum ſuſcepiſſet, pari & ipſe mulctaretur exilio. Quum igitur ad Xerxem veniſſet, quem tanto artificio debellaverat, ut ſe magis à Themiſtocle conſervatum, quam ſuperatum fuiſſe crederet, petiit ſibi annum dari, quo Perſicam linguam addiſceret, quo facto, ſic Perſice locutus eſt, ut non Athenis, ſed in Perſide natus videretur. Hic deinde regi pollicitus eſt totam Græciam ejus adjecturum imperio. Quare illi rex quinque, vel, ut alii dicunt, ſeptem civitates dono dedit. Magna inſuper illi ſtipendia de publico dari juſſit; poſtea vero, quum ſolvendæ rei tempus appetiiſſet, & rex jam promiſſa repeteret, Themiſtocles nefas eſſe ducens prodere patriam, quum videret ſe non aliter, & pariter fidem, & patriam poſſe ſervare, mortem ſibi ipſi conſcivit: nam facto ſacrificio, taurinum ſanguinem veneno permixtum incunctanter exhauſit, & ita periit. Ergo magna pietas fuit, ut mori maluerit, quam perdere patriam, aut illi bellum inferre. *Oliv.*

5. *Victorem.*] Quia apud Salaminam Perſarum regem ſuperavit.

I. Impe-

juria patriæ [1] Imperatorem Perſarum fecerat; ut ſe ab ea oppugnanda abſtineret, inſtituto ſacrificio, exceptum patera [2] tauri ſanguinem hauſit: & ante ipſam aram, quaſi quædam Pietatis clara victima concidit. Quo quidem tam memorabili ejus exceſſu, ne Græciæ [3] altero Themiſtocle opus eſſet, effectum eſt.

4. [4] Sequitur ejuſdem generis exemplum. Cum inter Carthaginem & Cyrenas, de margine agri pertinaciſſima contentio eſſet; ad ultimum placuit utrinque, eodem tempore juvenes mitti, & locum in quem ii conveniſſent, finem ambobus haberi populis. Verum hoc pactum Carthaginienſium duo fratres nomine Philæni, perfidia prævertere; citra conſtitutam horam maturato greſſu in longius promotis terminis. Quod cum intellexiſſent Cyrenenſium juvenes, diu de fallacia eorum queſti; poſtremo acerbitate conditionis injuriam diſcutere conati ſunt. Dixerunt namque ſic eum finem ratum fore, ſi Philæni vivos ſe

1. *Imperatorem.*] Quum patria pulſus ad regem confugit, & ab eo conſtitutus eſt Imperator.

2. *Tauri ſanguinem.*] Plin. lib. XXVIII. cap. 9. *Taurinus quidem* (ſanguis) *recens inter venena eſt.* Idem hujus rei cauſam explicat alio loco. De obitu ejus Plutarchus, Probus, Thucydides Anthol. lib. III. *Coler.*

3. *Altero Themiſtocle opus.*] Quia, ſi ut regi promiſerat, Perſas duxiſſet in Græciam, Athenæ alterum rurſus Themiſtoclem deſideraſſent, qui devinceret Perſas. *Oliv.*

4. *Sequitur ejuſdem.*] De his ita Salluſtius: *Quum de finibus agrorum inter ſe Carthaginienſes & Cyrenenſes diu bella geſſiſſent, & utrique multis cladibus afflicti eſſent, novam dirimendi belli rationem inierunt. Nam per inducias ſponſionem faciunt, uti certo die legati domo proficiſcerentur, & quo in loco inter ſe obvii fuiſſent, is communis utriuſque populi finis haberetur. Igitur Carthaginienſes duo fratres miſſi, quibus nomen Philænis erat: maturavere iter pergere, Cyrenenſes tardius iêre, id ſocordia ne an caſu acciderit, parum conſtat. Cæterum ſolet in illis locis tempeſtas, non ſecus atque in mari, retinere homines. Poſtquam Cyrenenſes aliquanto poſteriores ſe eſſe vident, & ob rem corruptam domi pœnas metuunt, criminari Carthaginienſes ante tempus domo digreſſos, conturbare rem, denique omnia malle, quam victi abire; ſed cum Pœni aliam conditionem æquam quærerent, Cyrenenſes optionem faciunt Carthaginienſibus, ut vel illi, quo fines populo ſuo peterent, ibi vivi obruerentur, vel eadem conditione ſeſe, quem in locum vellent, proceſſuros dimitterent. Philæni conditione probata, ſeque vitamque ſuam reipublicæ condonavere. Ita vivi obruti ſunt. Carthaginienſes in eo loco Philænis fratribus aras conſecravere, alioſque illi honores domi conſtituerunt.* De quibus Strabo in fine ultimi libri mentionem facit. *Oliv.*

1. *Terri-*

ſe ibi obrui paſſi eſſent. Sed conſilio eventus non reſpondit: illi enim nulla interpoſita mora corpora ſua his terra operienda tradiderunt. Qui quoniam patriæ, quam vitæ ſuæ longiores terminos eſſe maluerunt; bene jacent, manibus & oſſibus ſuis Punico dilatato imperio. Ubi ſunt ſuperbæ Carthaginis alta mœnia? ubi maritima gloria inclyti portus? ubi cunctis littoribus [1] terribilis claſſis? ubi [2] tot exercitus? ubi tantus equitatus? ubi immenſo Africæ ſpatio non contenti ſpiritus? Omnia iſta duobus Scipionibus Fortuna partita eſt. At Philænorum egregii facti memoriam ne patriæ quidem interitus extinxit. Nihil eſt igitur, excepta virtute, quod mortali animo ac manu immortale quæri poſſit.

5. Juvenili ardore plena hæc pietas. [3] Ariſtoteles vero ſupremæ vitæ reliquias ſenilibus ac rugoſis membris in ſummo literarum otio vix cuſtodiens, adeo valenter [4] pro ſalute patriæ incubuit, ut eam hoſtilibus armis ſolo æquatam, in lectulo Athenienſi jacens, Macedonum de manibus, quibus objecta erat, eriperet. [5] Ita non tam urbs Stagira everſa, Alexandri, quàm reſtituta Ariſtotelis notum eſt opus. Patet ergo, quàm benignæ, quàmque profuſæ

pie-

1. *Terribilis claſſis.*] Præſertim quia Sicilia & Hiſpania tota deleta eſt.

2. *Tot exercitus.*] Haſdrubalis, Magonis, Giſgonis, Amilcaris, & Annibalis.

3. *Ariſtoteles vero.*] Ariſtoteles patria jam everſa à Philippo, ut quidam dicunt, ut alii, ab Alexandro, ut reſtauraretur obtinuit, legeſque & formam reipublicæ ipſe deſcripſit, quare poſtmodum ea civitas uſa eſt. Fuit ergo pius erga patriam, & cum eſſet Athenis, & jam ætate confectus, abſens tamen diligentiſſimam patriæ curam ſuſcepit, qui non prius deſtitit, quam à rege, ut inſtauraretur, prudentia ſua obtinuit, quare illum cives ob hæc merita in tanto honore habuere, ut feſtos dies & ludos quotannis viventi faciendos publice dedicarint. Feſta autem Ariſtoteleia nuncupata fuere. Quod vero nonnulli dicunt uſum hac calliditate fuiſſe, ut juranti Alexandro ſe illi omnia negaturum, quæcunque pro patria petiiſſet, poſtulaſſe, ut patriam perderet, & Alexandrum coactum fuiſſe illam conſervare, quia ſalvo juramento aliter non poſſet; Id fecit Anaximenes Lampſacenus pro Lampſaco patria, & non Ariſtoteles, ut dicturus eſt Valerius in capite de vafre dictis & factis. *Oliv.*

4. *Pro ſalute patriæ incubuit.*] Quæ Stagira dicebatur.

5. *Ita urbs non tam ſtrata atque everſa Alexandri, quam reſtituta Ariſtotelis eſt nobis.*] Ita vulgo Quamvis hic parum adjuvent exemplaria, locum tamen

hunc

pietatis erga patriam, omnium ordinum, omnis ætatis homines extiterint; ſanctiſſimiſque naturæ legibus mirificorum etiam exemplorum clara mundo ſubſcripſerit veritas.

CAP. VII.

DE PATRUM AMORE ET INDULGENTIA IN LIBEROS.

ROMANORVM.	EXTERNORVM REGVM.
1. *Q. Fabii Maximi Rulliani.*	1. *Seleuci Syriæ.*
2. *Cæſetii Flavi.*	2. *Ariobarzanis Cappadociæ.*
3. *Octavii Balbi.*	

DEt nunc vela pii & placidi affectus parentum erga liberos indulgentia; ſalubrique aura provecta gratam ſuavitatis ſecum dotem afferat.

1. [1] Fabius Rullianus [2] quinque conſulatibus ſumma cum gloria peractis, omnibuſque & virtutibus & vitæ meritis ſtupendus, legatus ire Fabio Gurgiti filio ad bellum difficile & periculoſum conficiendum gravatus non eſt; pene ipſo dumtaxat animo ſine corpore militaturus: utpote propter ultimam ſenectutem lectuli otio, quàm labori prœliorum habilior. Idem triumphantis currum, equo in-

hunc ex Diog. Laërtio, & Plutarch. reſtituendum puto: *Itaque non tam urbs Stagira everſa Alexandri, quam reſtituta Ariſtotelis notum eſt opus.* Quam lectionem ſpero ſtudioſos non rejecturos. In Cauchiano quædam ſic: *Itaque non jam urbs ſtrata, &c.* In aliis exemplaribus nihil ſani. *Pigh.*

1. F*Abius Rullianus.*] Cum Fabius Gurges conſul adverſus Samnites male pugnaſſet, & Senatus de removendo illo ab exercitu cogitaret, Fabius Rullianus ejus pater deprecatus eſt hanc filii ignominiam, & eo maxime Senatum movit, qui iturum ſe filio legatum pollicitus eſt: idque præſtitit. ejus conſilio & opera filius conſul adjutus cæſis Samnitibus triumphavit. *Oliverius.*

2. *Quinque conſulatibus.*] Rem magis auget: nam quo patrem honoratiorem fuiſſe oſtendat, eo clementiorem demonſtrat, quod ſe filii imperio ſubmittere, & militiæ laboribus dedere non dubitaverit, quo tempore quietem ejus depoſcebat. *Idem.*

1. *Quem*

inſidens, ſequi, [1] quem ipſe parvulum triumphis ſuis geſtaverat, in maxima voluptate poſuit: nec acceſſor glorioſæ illius pompæ, ſed auctor ſpectatus eſt.

2. [2] Non tam Cæſetii ſpecioſa equitis Romani ſors: ſed patria par indulgentia: Qui à Cæſare omnium jam externorum & domeſticorum hoſtium victore, cum [3] abdicare filium ſuum juberetur, quod is tribunus plebis cum Marullo collega, invidiam ei tanquam regnum affectanti fecerat: in hunc modum reſpondere ſuſtinuit: Celerius tu mihi Cæſar omnes filios meos eripies, quam ex his ego unum nota pellam mea. Habebat autem duos præterea optimæ indolis filios, quibus Cæſar ſe incrementa dignitatis benigne largiturum pollicebatur. Hunc patrem tametſi ſumma divini principis clementia tutum præſtitit; quis tamen non humano ingenio majus auſum putet, quod cui totus terrarum orbis ſuccubuerat, non ceſſit?

3. [4] Sed neſcio an Octavius Balbus concitatioris & ardentioris erga filium benevolentiæ fuerit. [5] Proſcriptus à triumviris, cum domo poſtica clam eſſet egreſſus, jamque fugæ

1. *Quem ipſe parvulum.*] Diximus quod inſtitutum fuit apud majores, ne quis inter conſulem & proximum lictorem intercederet, præter parvulum filium.

2. *Non tam Cæſetii ſpecioſa.*] Cæſetius eques Romanus tres filios habuit, quorum unus cum eſſet trib. pleb. Cæſarem injuria laceſſiverat. Nam cum ludi celebrarentur, M. Antonius perſonam accepit, ut quidam tradunt, & inter ſaltationem coronam capiti Cæſaris impoſuit; cui rei pauci admodum, qui ad ipſum venerant, applauſerunt, reliqui mœſti conticuere omnes. Quod ubi ſenſit Cæſar, id ſcilicet diſplicuiſſe populo, coronam abjecit, & populus lætatus eſt. Tunc Cæſar dixiſſe fertur, Cupere ſe mori, quod tantam populi invidiam contraxiſſet, peractis deinde ludis Cæſetii filius & Marullus trib. pl. Cæſarem affectati regni poſtularunt. *Ol.*

3. *Abdicare.*] Familia ejicere, patrimonio privare, & à bonis repellere. Eſt enim *abdicare*, filium à bonis repellere, dum vivit pater; *exhæredare* vero poſt mortem. *Idem.*

4. *Sed neſcio an Octavius.*] Patet hiſtoria per ſe. Contigit autem hoc confecto bello civili, quod contra Brutum & Caſſium Cæſaris interfectores geſtum eſt, cum debellatis reipublicæ partibus Octavius, Antonius, & Lepidus Romanorum inter ſe imperium ſortiti, ſuos quiſque inimicos proſcripſerunt. *Oliv.* Contigit A.U. DCCX.

5. *Proſcriptus à triumviris.*] Scilicet Auguſto, Antonio, & Lepido, qui inter ſe imperium partiti erant. De quibus Juvenalis:

In tabulam Syllæ ſi dicant diſcipuli tres. Bad.

1. *Pro-*

fugæ expeditum initium haberet: poſtquam intus filium trucidari falſus clamore è vicina accepit, ei ſe neci quam evaſerat, obtulit, occidendumque militibus tradidit. Pluris nimirum illud momentum, quo illi præter ſpem videre filiam incolumem contigerat, quàm ſalutem ſuam æſtimans. Miſeros adoleſcentis oculos, quibus amantiſſimum ſui patrem ipſius opera ſic expirantem intueri neceſſe fuit!

EXTERNA.

1. Cæterum ut ad jucundiora cognitu veniamus, Seleuci regis filius Antiochus novercæ Stratonices infinito amore correptus memor quam improbis facibus arderet, impium pectoris vulnus pia diſſimulatione contegebat. Itaque diverſi affectus iiſdem viſceribus ac medullis incluſi, ſumma cupiditas, & maxima verecundia, ad ultimam tabem corpus ejus redegerunt. Jacebat ipſe in lectulo, moribundo ſimilis: lamentabantur neceſſarii: pater mœrore proſtratus, de obitu unici filii, deque ſua miſerrima orbitate cogitabat, totius domus funebris magis, quam regius erat vultus. Sed hanc triſtitiæ nubem Leptinis mathematici, vel, ut quidam tradunt, Eraſiſtrati medici providentia diſcuſſit: Juxta enim Antiochum ſedens, ut eum ad introitum Stratonices rubore perfundi, & ſpiritu increbreſcere, eaque egrediente pallere, & excitatiorem anhelitum ſubinde recuperare animadvertit; curioſiore obſervatione ad ipſam veritatem penetravit. Intrante enim Stratonice, & rurſus abeunte, brachium adoleſcentis diſſimulanter apprehendendo; modo vegetiore, modo languidiore pulſu venarum comperit, cujus morbi æger eſſet, [1] protinuſque id

1. *Protinuſque.*] Secundum Plutarchum, nec poſt ſpatium quidem trium dierum id aperuit patri, timens, ne regi faceret injuriam. Ex quo dicitur hac arte uſus, ut non reginæ, ſed ſuæ ipſius fingeret uxoris amore correptum adoleſcentem, ut inde ſenſim regis perciperet animum. Nam cum dilexiſſet illum novo morbo implicitum vi nimia, ſcil. amoris, quo niſi expleretur, ſanari non poſſe; & ejus quidem mulieris amore correptum eſſe, quam conſequi haud potuiſſet. Admiratus Seleucus dixiſſe fertur, Nonne univerſæ imperio Aſiæ, & pro

id Seleuco expoſuit. Qui chariſſima ſibi conjuge filio cedere non dubitavit: quod in amorem incidiſſet, fortunæ acceptum referens: quod diſſimulare eum uſque ad mortem paratus eſſet, ipſius pudori imputans. Subjiciatur animis [1] ſenex, rex, amans: jam patebit quam multa, quamque difficilia paterni affectus indulgentia ſuperavit.

2. [2] At Seleucus quidem uxore, Ariobarzanes autem filio ſuo Cappadociæ regno ceſſit, in conſpectu Cn. Pompeii. Cujus cum tribunal conſcendiſſet, invitatuſque ab eo in curuli ſella ſediſſet, poſtquam filium [3] in cornu ſcribæ humiliorem fortuna ſua locum obtinentem conſpexit, non ſuſtinuit infra ſe collocatum intueri: Sed protinus ſella deſcendit, & diadema in caput ejus tranſtulit: hortarique cœpit, ut eo tranſiret unde ipſe ſurrexerat. Exciderunt lachrymæ juveni, cohorruit corpus, dilapſum diadema eſt, nec quo juſſus erat, progredi potuit: Quodque pene fidem veritatis excedit, lætus erat, qui regnum deponebat: triſtis, cui dabatur: Nec ullum finem tam egregium cer-

& pro ſuperſtite filio dare omnia poſſum? Solum, quæ mulier hæc eſſet, efflagitabat. Cui Eraſiſtratus, Meam, inquit, uxorem deperit. Tum rex miris pollicitationibus rogabat, ut illam in conjugium filio daret, cui tantum regnum debebatur; Cui reſpondens Eraſiſtratus, An tu, inquit, quamquam ejus parens, ſi uxorem tuam cuperet Antiochus, illum ultro daturus eſſes? Tum Seleucus teſtans Deos omnes ſine cunctatione ſe daturum læte reſpondit. Quod cum non ficte regem effari Eraſiſtratus cognoviſſet, paſſionem filii & rem omnem patri aperuit, & quemadmodum id deprehendiſſet, declaravit. Seleucus gaudio elatus, unicum opus ſupereſſe ſibi arbitratus eſt, quo pacto id filio perſuadendum eſſet, quo pacto & uxori; tandem exercitu convocato rem aperiens, clariſſimam uxorem filio etiam invito conjugem dedit. Quod magnificum & regale ab omnibus exiſtimatum fuit, ac magnificentius quidem & ſapientius adoleſcentis amor, atque ad amorem ejus inſignis moderatio. *Oliv.*

1. *Senex.*] Qui natura zelotypus eſſe conſuevit.

2. *At Seleucus quidem uxore.*] Plutarchus in vita Pompeii: *Devicto Mithridate apud Euphratem, ſpoliatiſque caſtris, provincias compoſuit, munera diſtribuit, cum multi ad eum principes & rerum domini regeſque barbari duodecim veniſſent, Ariobarzanes Cappadociæ, Nicomedes Bithyniæ regno a Mithridate Ponti rege pulſi fuerant, hos primum L. Cornelius Sylla in ſuum quemque regnum reduxerat: quibus iterum ab eodem rege pulſis, Pompeius cum Mithridatem mori tandem coëgiſſet, Ariobarzanem reſtitutum regem appellari juſſit, qui regnum filio ceſſit præſente Pompeio.* Oliv. Contigit A.U. DCXCII.

3. *In cornu.*] Loco ubi erat ſcriba.

1. *Comi-*

certamen habuiſſet, niſi patriæ voluntati auctoritas Pompeii adfuiſſet. Filium enim & regem appellavit, & diadema ſumere juſſit, & in curuli ſella conſidere coëgit.

CAP. VIII.

QUI SEVERI ADVERSUS LIBEROS.

ROMANORVM.	3. *T. Manlius Torquatus Iuriſcoſ.*
1. *L. Iunius Brutus primus Coſ.*	4. *M. Æmilius Scaurus.*
2. *Caſſius Viſcellinus.*	5. *A. Fulvius.*

1. [1] COmicæ lenitatis hi patres, tragicæ aſperitatis illi. [2] Par Romulo gloria L. Brutus, quia ille urbem, hic libertatem Romanam concidit: filios ſuos, Tarquinii domina-

1. C*Omicæ lenitatis, &c.*] Contigit A. U. CCXLIV.

2. *Par Romulo gloria L. Brutus.*] Cujus exemplum primum eſt L. Bruti, qui filios duos virgis cædi, & ſecuri percuti juſſit; quia cum illis ſenſerant, qui Tarquinios reges ab ipſo paucis ante diebus exactos in regnum reſtituere parabant. Nam paulo poſt libertatem à populo partam, id quod minime timebatur per dolum & proditionem eſt propemodum amiſſa. Aliquot enim adoleſcentes nobili genere nati, quorum in regno libido ſolutior fuerat, aſſueti more regio vivere, graviter ferentes æquato jure omnium libertatem aliorum in ſuam vertiſſe ſervitutem, de reſtituendis regibus conſilia quærebant. Interea legati à regibus ſuperveniunt ſine mentione reditus, bona tantum repetentes; cum quibus de recipiendis clam nocte regibus in urbem colloquuntur hi adoleſcentes. Vitelliis Aquiliiſque fratribus primo commiſſa res fuit. Vitelliorum ſoror conſuli nupta Bruto erat: jamque ex eo matrimonio adoleſcentes erant liberi Titus Tiberiuſque, eoſque in ſocietatem conſilii avunculi aſſumunt. Literæ de re tanta legatis dantur ad reges fidei pignus, quæ manifeſtum facinus fecerunt. Nam indicata re per Vitelliorum ſervum, qui exceperat eorum conſilia, comprehenſis legatis, literarum cura in primis habita eſt, ne interciperentur, proditores capti, ſumptumque ſupplicium conſpectius, quod pœnæ capiundæ miniſterium patri de liberis conſulatus impoſuit, & qui ſpectator erat amovendus, eum ipſum fortuna exactorem ſupplicii dedit. Stabant ad palum deligati nobiliſſimi juvenes, ſed à cæteris velut ab ignotis capitibus conſulis liberi omnium in ſe oculos converterunt, miſerebatque non pœnæ magis homines, quam ſceleris, quo pœnam meriti eſſent. Illos eo potiſſimum anno, quo patriam liberatam, patrem liberatorem, conſulatum ortum ex domo Junia, patres plebemque quicquid hominum Deorumque Romanorum eſſet, induxiſſe animum, ut ſuperbo cuidam regi tum infeſto exuli proderent. Itaque miſſi lictores ad ſumendum ſupplicium, nudatos virgis cædunt, ſecurique feriunt, cum inter omnes ipſe pater vultuſque & os ejus ſpectaculo eſſet, eminente primo animo inter publicæ pœnæ miniſterium ſecundum pœnam nocentium, ut in utramque partem arcendis ſceleribus exemplum nobile eſſet. *Oliv.*

minationem à ſe expulſam reducentes, ſummum imperium obtinens, comprehenſos, proque tribunali virgis cæſos, & ad palum religatos ſecuri percuti juſſit. Exuit patrem, ut conſulem ageret: orbuſque vivere, quam publicæ vindictæ deeſſe maluit.

2. [1] Hujus æmulatus exemplum Caſſius, [2] filium [3] qui tribunus plebis [4] Agrariam legem primus tulerat, multiſque aliis rebus populariter animos hominum amore ſui devinctos tenebat; poſtquam illam poteſtatem depoſuit, adhibito propinquorum & amicorum conſilio, affectati regni crimine domi damnavit: verberibuſque affectum, [5] necari juſſit: ac peculium ejus Cereri conſecravit.

3. T. au-

1. *Hujus æmulatus, &c.*] Spurius Caſſius in agraria largitione ambitioſus in ſocios fuerat. Unde ipſo conſule cum Proculo Virginio lex Agraria primum promulgata fuit; nunquam deinde ſine maximis motibus exagitata. Ager Hernicus ademptus, hoc auctore inter Latinos plebemque diviſus, adjectumque huic muneri aliquantum agri, qui à patribus poſſidebatur. Hac largitione ſuſpectus jam ſenatui populoque cœpit eſſe, quod pernicioſas libertati opes ſtrueret, eoque civibus jam vilior factus, ut alio munere ſibi reconciliaret civium animos, jubere pro Siculo frumento pecuniam acceptam retribui populo. Id vero non ſecus quam præſentem mercedem regni aſpernata plebs eſt. Hunc ergo, ubi magiſtratu abiit, damnatum necatumque conſtat. Sunt qui patrem auctorem ejus ſupplicii ferant, eum cognita domi cauſa verberaſſe ac necaſſe, peculiumque filii Cereri conſecraſſe, ſignum inde factum eſſe & inſcriptum, ex Caſſia familia datum. Invenio apud quoſdam auctores, idque propius fidei eſt, à quæſtoribus Cæſone Fabio, & L. Valerio diem dictam perduellionis, damnatum populi judicio, direptas publice ædes. Quam ſententiam ſequitur Dionyſius Halicarnaſſæus, quia dicit, quod ſi pater judex fuiſſet & punitor, neque domos dirutas, neque bona publicata, quia Romæ nihil eſſet poſſeſſorum proprium patribus viventibus, & ob id pecuniæ & corpora filiorum, cum de eis volunt diſponere traduntur patribus. Addidit præterea agitatum etiam fuiſſe de interficiendis filiis Caſſii, ſed crudelem nimis viſam eam ſententiam. *Oliver.*

2. *Filium.*] Sp. Caſſium Viſcellinum, qui corrupte opinor apud Ciceronem *Becelinus* hodieque ſcribitur. *Colerus.*

3. *Qui tribunus plebis.*] Fortaſſe legendum, *Qui cum tribunus plebis.* Alioquin enim adverſatur veritati hiſtoriæ: Caſſius enim conſul tunc fuit, & patricius, non trib. plebis: ſed cum tribunis commodum plebis quærentibus tunc coiiſſe ad ſuam legem perferendam, non adeo refragari poſſumus. *Pigh.*

4. *Agrariam legem.*] De agro quem populus Romanus bello acquiſiverat æquis portionibus dividendo.

5. *Necari juſſit.*] Plinius lib. XXXIV. cap. 4. *Romæ ſimulacrum ex ære factum Cereri primum reperio ex peculio Sp. Caſſii, quem regnum affectantem pater ipſius interemerat.* Huic interempto domum etiam ſuperjectam fuiſſe tradit Valerius lib. VI. cap. 3. *Colerus.*

1. Man-

3. T. autem [1] Manlius Torquatus, præter egregia multa raræ dignitatis, juris quoque civilis, & ſacrorum pontificalium peritiſſimus, in conſimili facto ne concilio quidem neceſſariorum indigere ſe credidit. Nam cum ad ſenatum Macedonia de filio ejus D. Silano, qui eam provinciam obtinuerat, querelas per legatos detuliſſet; à Patribus conſcriptis petiit, ne quid ante de ea re ſtatuerent, quam ipſe Macedonum filiique ſui cauſſam inſpexiſſet: Summo deinde cum ampliſſimi ordinis, tum etiam eorum qui queſtum venerant, conſenſu cognitione ſuſcepta domi conſedit, ſoluſque utrique parti per totum biduum vacavit, ac tertio pleniſſime die diligentiſſimeque auditis teſtibus, ita pronuntiavit: Cum Silanum filium meum pecunias à ſociis accepiſſe mihi probatum ſit, & repúbl, eum & domo mea indignum judico, protinuſque è conſpectu meo abire jubeo. Tam triſti patris ſententia perculſus Silanus lucem ulterius intueri non ſuſtinuit, ſuſpendioque ſe proxima nocte conſumpſit. Peregerat jam Torquatus ſeveri & [2] religioſi judicis partes, ſatisfactum erat reip. habebat ultionem Macedonia, potuit tam verecundo obitu filii patris inflecti rigor. at ille neque adoleſcentis exequiis interfuit, & cum maximè funus ejus duceretur, conſulere ſe volentibus, vacuas aures accommodavit. Videbat enim, ſe in eo atrio conſediſſe, in quo illius Imperioſſi Torquati ſeveritate conſpicua [3] imago poſita erat: Prudentiſſimoque viro ſuccurrebat, effigies majorum cum titulis ſuis idcirco in

1. *Manlius Torquatus.*] Pomponius de orig. juris: *Poſt hos fuerunt P. Mutius & Brutus & Manilius* (lego *& Manlius*) *qui fundaverunt Jus civile.* Meminit hujus Manlii Cicero lib. 1. de Fin. Quod nec ab Hotomanno, nec Cujacio animadverſum. *Coler.* Contig. A. U. DCXII.

2. *Religioſi.*] Anxie ſervantis jusjurandum, quo judices obligari ſolent.

3. *Imago poſita.*] In atriis ſolebant veteres majorum ſuorum, qui gloria & rebus geſtis claruiſſent, imagines collocare. Juvenalis:

Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria: Nobilitas ſola eſt atque unica virtus.

Majorum igitur ſuorum imaginibus ſæpe ad virtutes & rerum gerendarum gloriam incendebantur, ut illorum imitatione clariores fierent. *Oliv.*

in prima ædium parte poni ſolere, ut eorum virtutes poſteri non ſolum legerent, ſed etiam imitarentur.

4. [1] M. verò Scaurus, lumen ac decus patriæ, cum apud Atheſim flumen impetu Cimbrorum Romani equites pulſi, deſerto Procoſ. Catulo Urbem pavidi repeterent; conſternationis ejus participi filio ſuo miſit qui dicerent; libentius ſe in acie ejus interfecti oſſibus occurſurum, quam ipſum tam deformis fugæ reum viſurum. Itaque ſi quid modo reliquum in pectore verecundiæ ſupereſſet, [2] conſpectum degener irati patris vitaret, recordatione enim juventæ ſuæ, qualis M. Scauro aut habendus aut ſpernendus eſſet filius admonebatur. Quo nuncio accepto, juvenis coactus eſt fortius adverſus ſemetipſum gladio uti quam adverſus hoſtes uſus fuerat.

5. Nec minus animoſe A. Fulvius vir ſenatorii ordinis, euntem in aciem filium retraxit, quam Scaurus è prœlio fugientem increpuit. Namque juvenem & ingenio & literis & forma inter æquales nitentem, pravo conſilio amicitiam Catilinæ ſecutum, inque caſtra ejus temerario impetu ruentem, medio itinere abſtractum ſupplicio mortis affecit: præfatus, Non ſe Catilinæ illum adverſus patriam, ſed patriæ adverſus Catilinam genuiſſe. Licuit, donec civilis belli rabies præteriret, incluſum arcere: verum illud cauti patris narraretur opus, hoc ſeveri refertur.

CAP. IX.

1. *M. verò Scaurus.*] Contigit. A.U. DCLII.

2. *Conſpectum.*] Ergo formula illa fuit peculiaris, qua partes filios abjiciunt: E CONSPECTV MEO ABEAS. Sic Torquatus paulo ante: *Et Republica cum & domo mea indignum judico, protinusque* E CONSPECTV MEO ABIRE JVBEO Sic lib. VI. cap. I. de Q. Fabio Maximo Serviliano: *Exegit à filio unico pœnas dubiæ caſtitatis: is eas pependit, voluntario ſeceſſu conſpectum patris vitando.* Coler.

Conſpectum degenerati patris vitaturum.] *Vitaret*, in Cauchiano. Rectius. At meo quidem judicio rectiſſime, ſi ſit, *Conſpectum degener irati patris vitaret.* Et ipſa vero verba hæc Scauri patris fuiſſe videntur, quæ filium ad mortem adegere. *Pigh.*

1. L. Gel-

CAP. IX.

QUI MODERATI ERGA SUSPECTOS LIBEROS.

1. *L. Gellius Poplicola.*
2. *Q. Hortenſius orator.*
3. *Fulvius quidam.*
4. *Pater quidam.*

SEd ut hanc incitatam & aſperam ſeveritatem mitiores relatu patrum mores clementiæ ſuæ miſtura temperent, exactæ pœnæ conceſſa venia jungatur.

1. [1] L. Gellius, omnibus honoribus ad cenſuram defunctus, cum graviſſima crimina de filio, cum noverca commiſſum ſtuprum, & parricidium cogitatum, propemodum explorata haberet; non tamen ad vindictam procurrit continuo, ſed pene univerſo ſenatu adhibito in conſilium, expoſitis ſuſpicionibus, defendendi ſe adoleſcenti poteſtatem fecit. Inſpectaque diligentiſſime cauſſa, abſolvit eum de concilii, tum etiam ſententia ſua: Quod ſi impetu iræ abſtractus ſævire feſtinaſſet, admiſiſſet magis ſcelus, quam vindicaſſet.

2. [2] Q. autem Hortenſii, qui * ſuis temporibus ornamentum

1. L. *Gellius, omnibus honoribus.*] Gellius cum pro explorato haberet, filium rem habuiſſe cum noverca, & cum ea de nece patris conſilia tractaſſe, non ad ſumendum de filio ſupplicium ſtatim ita percitus cucurrit, ſed conſulto Senatu, filio dicendæ cauſæ poteſtatem fecit, qui, purgatis quæ ſibi objiciebantur, & cognita diligentiſſime cauſa, tanquam innocens abſolutus eſt. Nam hunc Cicero defendit, cujus adhuc extat oratio. *Oliv.*

L. Gellius.] Lib. Lavernii: *L. Agellius.* Gellium tamen rectius vocat Cicero de Legibus & in Bruto. Agellius lib. v. cap. 6. *Coler.*

2. *Q. autem Hortenſii.*] Fuit hic nobilis orator, & cum Q. Cæcilio Metello conſul. Scripſit, ut Aſconius teſtatur, præter orationes, & laſciva poëmata (quorum Ovidius in Elegiis meminit, & Gellius lib. XIX. cap. [illegible] etiam Annales ut Velleius Paterculus teſtatur lib. II. De hujus Hortenſii facundia præter alios Tullium vide in fin. lib. III. de Orator. item in Bruto, ubi memoriam ejus celebrat. Quod & M. Seneca facit in præfatione controverſiatum. Ut Porcius Cato, conſentiente ſocero Philippo, ſuam ei uxorem, liberûm quærendorum gratia dederit. Qua de re legere poteris apud Plutarchum in Catone, Neque mirum filium perditis moribus fuiſſe, cum in patre ſumma eluxerit mollities. Quam fuerit mollis in veſtitu ac ſumptuoſus, doce-

tum Romanæ eloquentiæ fuit, admirabilis in filio patientia extitit. Cum enim eouſque impietatem ejus ſuſpectam, & nequitiam inviſam haberet, ut Meſſallam ſuæ ſororis filium hæredem habiturus [1] ambitus reum defendens judicibus diceret, Si illum damnaſſent, nihil ſibi præter [2] oſculum nepotum, in quibus acquieſceret, ſuperfuturum: Hac ſcilicet ſententia, quam etiam editæ orationi inſeruit, filium potius in tormento animi, quàm in voluptatibus reponens: tamen ne naturæ ordinem confunderet, non nepotes, ſed filium hæredem reliquit. Moderate uſus affectibus ſuis: quia & vivus moribus ejus verum teſtimonium, & mortuus ſanguini honorem debitum reddidit.

3. [3] Idem fecit clari generis, magnæque dignitatis vir Fulvius, ſed in filio aliquantum tetriore. Nam cum auxilium ſenatus imploraſſet, ut ſuſpectus in parricidio & ob id latens per [4] triumvirum conquireretur ac juſſu Patrum conſcriptorum comprehenſus eſſet; non ſolum eum non no-

docebunt Varro libro III. de R. R. cap.6. & inprimis cap.ult. Plin. lib. IX. cap. 55. & lib. X. cap. 20. Gell. lib. I. cap. 5. Macrob. lib. III. cap. 13. Itaque Conſulibus ſumptuariam legem ferre volentibus fuit adverſarius, ut ſcribit Dio lib. XXXIX. Obiit L. Æmilio Paulo, & C. Claudio Marcello Cos[illegible] cum è Cilicia Cicero Romam reve[illegible]etur, ut in Ovidii Bruto legimus. Contigit A. U. DCCII.

* *Suis temporibus.*] Omnibus ferme Oratoribus ætatis ſuæ, niſi M. Tullio, clarior. Agellius libro I. cap. 5. *Colerus.*

1. *Ambitus reum.*] Lege Licinia, de qua Cicero pro Planco. *Idem.*

2. *Oſculum nepotum, in quibus acquieſceret.*] Quibus verbis innuebat ſe non filium habere præter Meſſallam, quem hæredem ſuum fore jam animo conſtituerat.

3. *Idem fecit, &c.*] Fulvius Flaccus primus omnium Tranſalpinos Ligures domuit, miſſus in auxilium Maſſilienſibus adverſus vicinos Gallos, qui populabantur fines Maſſilienſium, cum diu multumque clauderent ſaltus Deciates, mox etiam Euburiates, incognitas tandem latebras eorum ignibus ſepſit Fulvius, in plana Bæbius deduxit, Poſthumius ita exarmavit, ut vix reliquerit ferrum quo terra coleretur. Hic igitur Fulvius, qui Ligures domuit, Ambraciam devicit, Cephaleniam & Zacynthum ſubegit, filium habuit tantæ impietatis atque nequitiæ, ut cædem ipſi machinari non dubitaverit. *Oliver.* Contigit A. U. DCCII.

4. *Triumvirum.*] Cujus erat, criminis convictos in carcerem trahere, & ſupplicium de eis ſumere. *Per Triumvirum.*] Triumviris cura & cuſtodia erat carceris, nec ea tantum, quin & in reos capitis animadvertebant in carcere. Unde Capitales dicti Plauto & aliis. Sanguinei item, ut Prudentio. Quod in carcere reos puniverint, planum ex Valerio

notavit, ſed etiam decedens, dominum omnium eſſe voluit: Quem ſibi genuerat hæredem inſtituens, non [1] quem expertus fuerat.

4. Magnorum virorum clementibus actis ignoti patris novæ atque inuſitatæ rationis conſilium adjiciam: qui cum à filio necti ſibi inſidias comperiſſet, nec inducere in animum poſſet, ut verum ſanguinem ad hoc ſceleris progreſſum crederet, ſeductam uxorem ſuppliciter rogavit, ne ſe ulterius celaret, ſed diceret: ſive illum adoleſcentem [2] ſubjeciſſet, ſive ex alio concepiſſet: Aſſeveratione deinde ejus, & jurejurando, ſe nil tale debere ſuſpicari, perſuaſus; in locum deſertum filio perducto, gladium, quem ſecum occultum attulerat, tradidit, ac jugulum feriendum præbuit; nec veneno, nec latrone ei ad peragendum parricidium opus eſſe affirmans: Quo facto non paulatim, ſed magno impetu [3] recta cogitatio pectus juvenis occupavit; continuoque abjecto gladio, Tu vero inquit, pater vive: & ſi [4] tam obſequens es, ut hoc precari filio permittas, me quoque[5] exupera. Sed tantum quæſo, ne meus erga te amor eo ſit vilior, quod à pœnitentia oritur. O ſolitudinem ſanguine meliorem, pacatioreſque penatibus ſilvas, & alimentis blandius ferrum, ac mortis oblatæ, quam datæ vitæ felicius beneficium!

CAP. X.

lerio fit hoc libro cap. 4. & lib. VI. cap. I. Sed & extra carcerem animadvertebant, hoc eſt, apud columnam Mæniam, teſte Aſconio. Ducebant porro, & aliquando etiam duci jubebant, ut P. Munatium apud Plinium lib. XXI. cap. 3. Maleficos conquiſiviſſe ex hoc quidem Valerii loco didici; cui adjungo Varronem lib. I. de Ling. Lat. *Quæſtores à quærendo, qui conquirerent publicas pecunias & maleficia, quæ Triumviri capitales nunc conquirunt.* De his etiam libros Juris conſule. Gloſſarium: *Triumvir*, δεσμοφύλαξ, τριανδρικόν. *Colerus.*

1. *Quem fuerat expertus.*] Non habendo reſpectum, quod eum expertus fuerat, in ſe parricidium paraſſe.

2. *Subjeciſſet.*] Si filius ejus ſubdititius eſſet.

3. *Recta cogitatio.*] Juſta exiſtimatio de pietate patri debita.

4. *Tam obſequens es.*] Sequens votum filii.

5. *Exupera.*] In vita. Id eſt, vive diutius quam ego victurus ſum.

CAP. X.

QUI FILIORUM OBITUM FORTI ANIMO TULERUNT.

ROMANI.	EXTERNI.
1. *M.Horatius Pulvillus Coſ.*	1. *Pericles Athenienſis.*
2. *L.Æmilius Paullus Procoſ.*	2. *Xenophon.*
3. *Q. Marcius Rex Coſ.*	3. *Anaxagoras.*

COmmemoratis patribus, qui injurias filiorum patienter exceperunt, referamus eos qui mortes æquo animo tolerarunt.

1. [1] Horatius Pulvillus, cum in Capitolio Jovi Opt. Max. ædem pontifex dedicaret, interque nuncupationem ſolemnium verborum poſtem tenens, mortuum eſſe filium ſuum audiſſet: neque manum à poſte removit, ne tanti templi dedicationem interrumperet: neque vultum à publica religione ad privatum dolorem deflexit; [2] ne patris magis,

1. H*Oratius Pulvillus.*] Horatio Pulvillo & Valerio Publicola Coss. dedicata erat in Capitolio Jovis ædes. Sortiti ſunt inter ſe conſules uter dedicaret. Horatio forte evenit. Valerius ad Vejens bellum profectus. Ægrins, quam dignum erat, tulerunt Valerii neceſſarii dedicationem tam inclyti templi Horatio dari. Id omnibus modis impedire conati, poſtquam alia fruſtra tentata erant, poſtem jam tenenti conſuli fœdum inter precationem Deûm nuntium incutiunt, mortuum ejus filium eſſe, funeſtamque familiam, dedicare eum templum non poſſe. Non crediderit factum, an tantum roboris animo fuerit, nec traditur certum, nec facilis eſt interpretatio. Nihil aliud ad eum nuntium à propoſito verſus, quam ut cadaver efferri juberet, tenens poſtem, precationem peragit,& dedicat templum. *Oliver. Horatius Pulvillus.*] Meminere præter Hiſtoricos Seneca de Conſolatione ad Marciam cap. 13. Cicero pro Domo. *Colerus.* Contigit A. U. CCXLVI.

2. *Ne patris magis, quam pontificis partes egiſſe videretur.*] Truncaſſe ſciolos exemplum, codex Winchelianus atque Colonienſis demonſtrant. Novæ enim orationis initium adjicit, ita; *Ne patris magis quam pontificis partes egiſſe videretur, Tolle, inquit, cadaver.* Quæ verba Horatii conſulis ſunt, ſed reliqua deſunt ejus periodi, ideoque aſteriſcum adjunxi, ut intelligas quædam deſiderari: Velut & ipſe ſenſus indicat. Suppleri quidem ſententia ſic poteſt, *Tolle, inquit, cadaver: nilque aliud adjiciens, inceptum rite precationem peregit.* Hoc idem ex Livio cognoſcimus, ex quo Valerius hoc exemplum ſumpſiſſe videtur: nam de eadem re ille ſic, *Nihil aliud ad eum nuncium, quam ut cadaver efferri juberet, tenens poſtem precationem peragit, & dedicat templum.* Pigh.

1. *Tolle,*

magis, quam pontificis partes egiſſe videretur, [1] Tolle, inquit, cadaver. *

2. [2] Clarum exemplum: nec minus tamen illuſtre quod ſequitur. [3] Æmilius Paullus nunc feliciſſimi, nunc miſerrimi patris clariſſima repræſentatio, ex quatuor filiis formæ inſignis, egregiæ indolis, duos jure adoptionis [4] in Corneliam, Fabiamque gentem tranſlatos, ſibi ipſe denegavit: duos ei fortuna abſtulit. Quorum alter triumphum patris funere ſuo quartum ante diem præceſſit: alter in triumphali curru conſpectus, poſt diem tertium expiravit. Itaque qui ad donandos uſque liberos abundaverat, in orbitate ſubito deſtitutus eſt. Quem caſum quo robore animi ſuſtinuerit, oratione, quam de rebus à ſe geſtis apud populum habuit, hanc adjiciendo clauſulam, nulli ambiguum reliquit: Cum in [5] maximo proventu felicitatis noſtræ, Quirites, timerem, ne quid mali fortuna moliretur; Jovem Opt. Max. Junonemque reginam, & Minervam precatus ſum, ut ſi adverſi quid populo Romano immineret, totum in meam domum converteret. Quapropter bene ſe res habet: annuendo enim votis meis id egerunt, ut vos potius meum caſum doleatis, quam ego veſtro ingemiſcerem.

3. [1] Uno

1. *Tolle, inquit.*] Deſunt hæc in antiquis meis. In Seneca item & Cicerone. Subſcribo tamen lubens ſententiæ eruditiſſimi Pighii, & ſagacitatem iſtam lubens agnoſco. Servius paulo aliter: In eo eſt pollutio, quod ait, *Caſuque animum concuſſus amici.* Nam ipſa impiant quæ agnoſcimus. Unde in Livio habemus Horatium Pulvillum, cum Capitolium dedicare vellet, audiſſe ab inimico, mortuum filium: & ne pollutus dedicare non poſſet, reſpondiſſe, CADAVER SIT. *Coler.*

2. *Clarum, &c.*] Contigit A. U. DXXCVI.

3. *Æmilius Paullus.*] L. Æmilius Paullus, ejus Paulli filius, qui apud Cannas cecidit, primo conſulatu, quem, ut inquit Autor de Viris Illuſtr. poſt tres repulſas adeptus erat, de Liguribus triumphavit. Iterum conſul Perſen Philippi filium, & Macedoniæ regem apud Samothracas victum cepit, & victum flevit, & ſibi aſſidere juſſit, ac demum in triumphum duxit. *Oliverius.*

3. *In Corneliam.*] Qui Scipio Æmilianus dictus eſt.

4. *Maximo proventu.*] Maximo ſucceſſu: nam provinciam totam Macedoniam conſilio, & armis ſubegerat, regem Perſem ceperat, & in triumphum duxerat. *Oliv.*

3. [1]Uno etiam nunc domeſtico exemplo adjecto, in alienis luctibus orationi meæ vagari permittam, [2] Q. Marcius Rex ſuperior, Catonis in conſulatu collega, filium ſummæ pietatis & magnæ ſpei, & quæ non parva calamitatis acceſſio fuit, unicum amiſit. Cumque ſe obitu ejus ſubrutum, & everſum videret; ita dolorem altitudine conſilii coërcuit, ut à rogo juvenis protinus Curiam peteret: ſenatumque, quem eo die lege habere oportebat, evocaret. Quod niſi fortiter mœrorem ferre ſciſſet, unius diei lucem inter calamitoſum patrem, & [3] ſtrenuum conſulem, neutra in parte ceſſante officio, [4] partiri non potuiſſet.

EXTERNA.

1. [5] Princeps Athenienſium Pericles intra quatriduum duo-

1. *Uno, &c.*] Contigit A. U. DCXXXV.

2. *Q. Martius Rex ſuperioris Catonis in conſulatu collega.*] Ita vulgo. Duo Martii Reges ad conſulatum pervenerunt, pater & filius. E quibus pater A. U. DCXXXV. conſul fuit, non cum Catone ſuperiore, cenſorio, quemadmodum ex his verbis perperam ſcriptis intelligitur, ſed cum M. Catone cenſorii nepote, qui Africam ſortitus conſul in ea provincia eſt mortuus, ut pulchre declarat Gellius lib. XIII. cap. 18. Filius Q. Marcius ſolus poſtea conſulatum geſſit, anno urbis DCLXXXV. ut docebunt annales noſtri. Patrem itaque, ſuperiorem Marcium regem differentiæ cauſſa vocat Valerius, quare ita corrigendus eſt locus: *Q. Marcius Rex ſuperior, Catonis in conſulatu collega.* Pigh.

3. *Strenuum conſulem.*] Vocando Senatum in curiam.

4. *Partiri.*] Legi quoque poteſt, *partiri potuiſſet*, id eſt, dividere, aut diſtinguere lucem unius diei inter patrem calamitoſum, id eſt, diem quo funus peregerat, & conſulem ſtrenuum, id eſt, diem, quo conſulis partes exſequeretur, officio ceſſante in neutra parte, licet utrumque non feciſſet uno die. *Bad.*

5. *Princeps Athenienſium Pericles.*] Coronatus hic incedebat, & Jupiter Olympius appellabatur, tantum licentiæ habuit vir ille, tantum apud populum gratiæ. nec mirum. Nam Lacedæmonii agrorum populationibus fracti, quas Periclis & Sophoclis ductu paſſi fuerant, in annos triginta pacem pepigerunt; rupto deinde intra quindecim annos fœdere cum contemptu Deorum atque hominum, fines Atticos populantur, & ne prædam potius quam pugnam expetiiſſe viderentur, hoſtes ad prœlium provocant: ſed Athenienſes conſilio Periclis ducis ſapientiſſimi populationis injuriam differunt in tempus ultionis, ſupervacuam pugnam exiſtimantes, cum ulciſci hoſtem ſine periculo poſſent. Deinde interjectis diebus naves conſcendunt, & nihil ſentientibus Lacedæmoniis totam Sparten deprædantur, multoque plura auferunt, quam amiſerant; prorſus ut in comparatione damnorum longe pluris fuerit ultio, quam injuria. Clara quidem hæc Periclis expeditio habita, ſed multo clarior privatio patrimonii, qua contentus fuit. Hujus enim agros in populatione intactos reliquerant

duobus mirificis adoleſcentibus filiis ſpoliatus; iis ipſis diebus & vultu priſtinum habitum retinente, & oratione nulla ex parte infractiore concionatus eſt. Ille verò caput quoque ſolito more coronatum gerere ſuſtinuit, ut nihil ex vetere ritu propter domeſticum vulnus detraheret. Non ſine cauſa igitur tanti roboris animus ad [1] Olympii cognomen aſcendit.

2. [2] Xenophon autem, quod ad Socraticam diſciplinam attinet, [3] proximus à Platone felicis ac beatæ facundiæ gradus, cum ſolenne ſacrificium perageret, è duobus filiis majorem natu [4] nomine Gryllum, [5] apud Mantineam in prœ-

rant hoſtes, ſperantes ſe illi acquirere poſſe, aut periculum ex invidia, aur proditionis ſuſpicione infamiam. Quod ante proſpiciens Pericles, & futurum populo prædixerat, & ad invidiæ impetum declinandum, agros ipſos dono reipnbl. dederat, atque ita unde periculum quæſitum fuerat, ibi maximam gloriam invenit. Non minorem vero ex jactura filiorum duorum, quos diebus quatuor amiſit, quorum deſiderium tam fortiter tulit, ut coronatus more ſolito ad populum conſtanti voce concionatus fuerit. *Oliv.*

1. *Olympii.*] Ita Periclem vocavit Ariſtophanes Acarnenſibus:

Ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης ὁ ὀλύμπιος.

Vide ejus interpretem. Plin. lib. xxxiv. cap. 8. *Olympium Periclem, dignum cognomine.* Uterque Olympium ſimpliciter dictum fuiſſe vult. Ergo exſculpenda vocula *Jovis.* Coler.

2. *Xenophon autem.*] Xenophon Philoſophus & dux inſignis fuit Grylli Athenienſis filius, homo vereeundus & ſpecioſus, ſupra quam dici poſſit, moratuſque & probus, atque omnibus gratus, Socratis diſcipulus, & Platonis æmulus, teſte Gellio, qui lib. xiv. cap. 3. dieit, quod Xenophon & Plato Socraticæ amœnitatis lumina eertare æmularique inter ſe exiſtimati ſunt. Hic primus omnium Philoſophorum ſcripſit hiſtoriam: Fuit enim, ut diximus, dux ſtrenuus. Ex ultimis Babyloniæ finibus exercitum reduxit incolumem aſperis & difficillimis itineribus per infeſtiſſimas gentes & barbaras. *Oliverius.*

3. *Proximus à Platone.*] Secundus à Platone. Conſtat enim in Socratica diſciplina primum locum obtinuiſſe Platonem, ſecundum vero Xenophontem. Plato eloquentia ſuperior, Xenophon gravitate melior, qui & ipſe multa ſermonis ſuavitate polluit. Tanta inter ſe æmulatione certarunt, ut cum uterque multa ſcripſerit, neuter tamen alterius mentionem faciat in operibus ſuis. Præceptorem tantum in dialogis diſputantem introducunt. *Idem.*

4. *Nomine Gryllum.*] Præter cæteros lege Senecam Conſolat. ad Marciam cap. 12. *Colerus.*

5. *Apud Mantineam.*] Nota eſt hiſtoria, quod auxiliantibus Athenienſibus Thebani duce Epaminonda bellum indixere Lacedæmoniis, & apud Leuctra & apud Mantineam, ut in cap. de Fortitudine diximus, feliciter pugnatum eſt, attamen victoria apud Mantineam parta non fuit incruenta, multi ex victoribus cecidere, inter quos dux ipſe Epaminondas & Xenophontis filius, de quo nunc diximus. *Oliv.*

1. *Coro-*

prœlio cecidiſſe cognovit: nec ideo inſtitutum Deorum cultum omittendum putavit, ſed tantummodo [1] coronam deponere contentus fuit. Quam ipſam, percunctatus quonam modo occidiſſet, ut audivit fortiſſime pugnantem interiiſſe, capiti repoſuit; numina quibus ſacrificabat, teſtatus, majorem ſe ex virtute filii voluptatem, quam ex morte amaritudinem ſentire. Alius removiſſet hoſtiam, [2] abjeciſſet altaria, lachrymis reſperſa thura disjeciſſet; Xenophontis corpus religioni immobile ſtetit, & animus in conſilio prudentiæ ſtabilis manſit: Nam dolori ſuccumbere, ipſa clade, quæ nunciata erat, triſtius duxit.

3. Nec [3] Anaxagoras quidem ſupprimendus eſt. Audita namque morte filii, Nihil, inquit, mihi inexpectatum aut novum nuntias: ego enim illum ex me natum ſciebam eſſe mortalem. Has voces utiliſſimis præceptis imbuta virtus mittit: quas ſi quis efficaciter auribus perceperit, non ignorabit ita liberos eſſe procreandos, ut meminerit, his à rerum natura, & accipiendi ſpiritus, & reddendi, eodem momento temporis legem dici: atque ut mori neminem ſolere, qui non vixerit, ita nec vivere aliquem quidem poſſe, qui non ſit moriturus.

VA-

1. *Coronam.*] Qua coronatus ſacra obibat.

2. *Abjeciſſet altaria.*] Ornatum eorum.

3. *Anaxagoras.*] Hic Clazamenius fuit, Hegeſibulo patre natus, Anaximenis auditor, Philoſophus ſuo tempore inclytus.

1. *Priſca*

VALERII MAXIMI
LIBER SEXTUS.

CAP. I.
DE PUDICITIA.

QVAM COLVERE ROMANI.

1. *Lucretia. Sp. F. L. Collatini.*
2. *L. Virginius.*
3. *Pontius Auſidianus eq. Rom.*
4. *P. Manius.*
5. *Q. Fabius Max. Servilianus.*
6. *P. Atilius Philiſcus.*
7. *M. Claud. Marcell. ædilis curul.*
8. *Q. Metellus Celer trib. pleb.*
9. *T. Veturius T. F. Calvinus.*
10. *C. Peſcennius Triumvir capitalis.*
11. *Cominius trib. plebis.*
12. *C. Marius Coſ.* II.
13. *Privati qui adulteria deprehenſa vindicarunt.*

EXTERNI.

1. *Hippo fœmina Græca.*
2. *Chiomara Orgiagontis reguli.*
3. *Teutonorum uxores.*

VNde te virorum pariter ac fœminarum præcipuum firmamentum Pudicitia evocem? Tu enim [1] priſca religione conſecratos Veſtæ focos incolis. [2] Tu Capitolinæ Junonis pulvinaribus incubas. [3] Tu palatii columen auguſtos penates, [4] ſanctiſſimumque

1. PRiſca religione.] Quia ab Aſcanio morem ſervandi ignis æterni accepere Romani: nam Veſtales perpetuam virginitatem ſervabant.

2. *Tu Capitolinæ.*] Matrimonium ſervas incolume. Nam Juno dicebatur præeſſe conjugiis. Virgilius:
Junoni ante omnes cui vincla jugalia curæ.

3. *Tu palatii columen.*] Hic aperta nimis utitur adulatione, cum Juliam dicat fuiſſe pudicam, quam impudiciſſimam fuiſſe conſtat, adeo ut cum ſimiles patruo filios procrearet, omneſque admirarentur, quærentibus ex ea multis, quid ita filios patruo ſimiles produceret, cum ſe multis ſubjiceret, reſpondere ſolitam dicunt, Navis ſum, niſi plena, vectorem non admitto. De hac Juvenalis:

Cum

mumque Juliæ genialem thorum aſſidua ſtatione celebras. Tuo præſidio puerilis ætatis inſignia munita ſunt. Tui numinis reſpectu ſincerus juventæ flos permanet. Te cuſtode matronalis * ſtola cenſetur. Ades igitur, & cognoſce quæ fieri ipſa voluiſti.

1. [2]Dux Romanæ pudicitiæ * Lucretia, cujus virilis animus,

Cum tot abortivis fœcundam Julia vulvam
Solveret, & patruo ſimiles effunderet offas.

Fuit autem Julia Auguſti Cæſaris filia, & uxor Tiberii. *Oliv.*

* *Sanctiſſimumque Juliæ genialem thorum.*] In Campenſi, Suſiano ac Pulmanniano, *Juliæ gentis genialem thorum* legitur. Quod placet. Impudentiſſime enim adularetur alioqui Valerius, cum Julia Auguſti filia, & Tiberii uxor libidine atque adulteriis toto orbe terrarum fuerit infamis. *Pigh.*

Sanctiſſimumque Juliæ genialem thorum aſſidua ſtatione celebras.] Inſignis plane reſtitutio, quam tamen libris debemus, quibus fere vox, *gentis*, abeſt. Et qui expedias alioqui hanc ſententiam? Quæſo te, an gentis Juliæ genialis aliquis thorus? imo ſingulorum is eſt, nec niſi matronarum. Itaque de Julia hoc capiendum, ſive Livia Auguſta, cui ſerviliter, ut & Tiberio alias, adulatur, tantamque pudicitiam ejus facit, ut numen ipſum inhabitare velit genialem ejus thorum. Porro Julium nomen poſt adoptionem vulgo datum Liviæ, docui in Commentario ad Tacitum. Cujus rei inobſervantia hunc locum fœdavit. *Lipſ.*

1. *Stola.*] Erat matronalis veſtis, quæ uſque ad imos pedes demiſſa erat, & cujus extremam partem ambibat inſtita aſſuta, quæ erat faſciola quædam ſive limbus. Ulpian. L. veſtis ff. de Aur. & Arg. legat.

2. *Dux Romanæ pudicitiæ.*] Orta in caſtris inter potentes adoleſcentes contentione quadam de uxorum pudicitia, cum ſuam quiſque laudaret, Collatinus, qui cum his erat, non verbis opus eſſe dixit, id brevi ſciri poſſe, qualis unaquæque foret, ſi ſumptis equis inviſerent eas, id demum ſpectatiſſimum unicuique fore, quod inopinato viri adventu occurrit. Probato conſilio, citatis equis omnes advolant Romam, inde Collatiam, ubi Lucretiam haud quaquam ut regias nurus, quas in convivio luxuque cum æqualibus viderant tempus terentes, ſed deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedentem inveniunt. Muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. Invitatis comitibus à marito, Sextum Tarquinium mala libido Lucretiæ ſtuprandæ capit, tum forma, tum ſpectata caſtitas incitat. Paucis diebus interjectis, poſtquam redierunt in caſtra, Sextus Tarquinius, inſcio Collatino, cum comite uno Collatiam venit. Ubi exceptus benigne ab ignaris conſilii, cum poſt cœnam in hoſpitale cubiculum ductus eſſet, amore ardens, poſtquam ſatis tuta omnia circa, ſopitique omnes videbantur, ſtricto gladio, ad dormientem Lucretiam venit, ſiniſtraque manu mulieris pectore oppreſſo, Tace Lucretia, inquit, Sextus Tarquinius ſum, ferrum in manu habeo, morieris, ſi emiſeris vocem. Cum pavida è ſomno mulier nullam opem, prope mortem imminentem videret, tum Tarquinius fateri amorem, orare, miſcere precibus minas, verſare in omnes partes muliebrem animum, ubi obſtinatam videbat, & ne mortis quidem metu inclinari, addidit ad metum dedecus, cum mortua jugulatum ſervum poſitum ait,

mus, maligno errore fortunæ, muliebre corpus ſortitus eſt: A Sex. Tarquinio regis Superbi filio per vim ſtuprum pati coacta, cum graviſſimis verbis injuriam ſuam [1] in conſilio neceſſariorum deploraſſet; ferro ſe, quod veſte tectum attulerat, interemit. Cauſſamque tam animoſo interitu imperium conſulare pro regio permutandi, populo Rom. præbuit.

2. [2] Atque hanc illatam injuriam non tulit* Virginius plebeii

ait, ut in ſordido adulterio necata dicatur. Quo terrore cum viciſſet obſtinatam pudicitiam velut victrix libido, profectuſque inde Tarquinius ferox, expugnato decore muliebri eſſet, Lucretia mœſta tanto malo, accitis quamprimum patre viroque, qui cum ſingulis amicis veniant, in cubiculo ſedens lachrymabunda, quærenti viro ſatin ſalvæ res eſſent? Minime, inquit. Quid enim ſalvi mulieri eſſe poteſt, amiſſa pudicitia? Veſtigia viri alieni, Collatine, in lecto ſunt tuo, cæterum corpus eſt tantum violatum, animus inſons, mors teſtis; ſed date dextras fidemque, haud impune adultero fore. Sextus eſt Tarquinius, qui hoſtis pro hoſpite priori nocte armatus mihi ſibique, ſi vos viri eſtis, peſtiferum hinc abſtulit gaudium. Dant ordine omnes fidem, conſolantur ægram animi, avertendo noxam à coacta in auctorem delicti, mentem peccare, non corpus, & unde conſilium abfuerit, culpam abeſſe. Vos, inquit, videritis, quid illi debeatur, ego me, etſi peccato abſolvo, ſupplicio non libero, nec ulla deinde impudica Lucretiæ exemplo vivet, cultrum, quem ſub veſte abditum habebat, in cor defigit, prolapſaque in vulnus moribunda cecidit. Dionyſius in hac hiſtoria multum diſſentit à Livio. Non enim contentionem de uxoribus inter potentes in caſtris adoleſcentes ortam, nec Sextum Tarquinium ad id ipſum ſtuprandæ Lucretiæ gratia Collatiam veniſſe, veluti furioſa quadam libidine agitatum, ut tradit Livius, ſed à patre Collatiam miſſum, ad quædam illic regia negotia peragenda; hoſpitio deinde à Lucretia benigne ſuſceptum, quippe regis filium, & viri cognatum: erat autem ex gente Tarquinia Collatinus, ingreſſum nocte cubiculum extorſiſſe ab obſtinata Lucretia ſtupri neceſſitatem, quæ, ne infamis moreretur, corpus ejus libidini ſubjecit, orta deinde luce, cum ille abiiſſet, Lucretiam dicit ſumpto vehiculo Romam ad patrem properaſſe, & ad ejus genua provolutam ſuppliciter, rogaſſe, ut quoſcunque poſſet amicos, & cognatos, quam primum evocaret. Quibus accitis, rem omnem expoſuiſſe, ſibi deinde mortem intuliſſe. Quo facto, Valerium in caſtra miſſum nuntium ad Collatinum, qui re audita, cum Junio Bruto Romam veniſſe, & de ejiciendis regibus conſilium iniiſſe dicitur. *Oliv.*

* *Lucretia.*] Factum hoc Lucretiæ diſerte & erudite diſputat Auguſtinus lib. I. cap. 19. & lib. III. cap. 15. de Civitate Dei. Meminit & Tertullianus in exhort. ad Caſtitat. & in libro de Monogam. ubi Lucretiam κατ' ἐξοχὴν matronam Romanam vocat. Vide & Servium VIII. Æneid. *Coler.*

1. *In concilio neceſſariorum.*] Viri Collatini, patris Tricipitini, Publii Valerii, & Junii Bruti.

2. *Atque hanc illatam injuriam non tulit, Virginius, plebeii vir generis, &c.*] Scribe & diſtingue: *Atque hæc illatam injuriam non tulit Virginius, &c.* Claudit

beii generis, ſed patricii vir ſpiritus, ne probro contaminaretur domus ſua, proprio ſanguini non pepercit. Nam cum Ap. Claudius decemvir, filiæ ejus virginis ſtuprum, poteſtatis viribus fretus, pertinacius expeteret, [1] deductam in

dit exemplum præcedens, & tranſit ad alterum: atque hæc Lucretia, inquit, illatam injuriam ulta eſt ferro: Virginius etiam inferendam. *Lipſ.*

* *Virginius plebei generis.*] Fuit poſt aliquot annos par in urbe nefas à libidine ortum, haud minus fœdo eventu, quam quod per ſtuprum cædemque Lucretiæ urbe regnoque Tarquinios expulerat. Cum enim à conſulibus ad decemviros tranſlatum eſſet imperium, ex decemviris unum Appium Claudium plebeiæ virginis ſtuprandæ libido velut rabies quædam inceſſit: hæc Lucii cujuſdam Virginii filia, & L. Icilio tribunitio viro deſponſata erat, quam Appius amore inſaniens, pretio ac prece ſpeque pellicere adortus, poſtquam omnia pudore ſepta invenit, ad crudelem ſuperbamque vim animum convertit. M. Claudio clienti negotium dedit, ut virginem in ſervitutem aſſereret, neque cederet ſecundum libertatem poſcentibus vindicias. Is virgini in forum ad literarum ludum venienti manum injecit, ſuam ſervam è ſerva natam appellans; concurſu amicorum ad clamorem nutricis Quiritum fidem implorantis facto liberatur, in jus tamen rapitur, ad Appiique tribunal producitur, qui ex compoſito puellam Marco Claudio poſcenti, & ſervam aſſerenti ſuam, adjudicavit. Interea P. Numitorius puellæ avus, & ſponſus Icilius interveniunt, puellam à vi magis, quam à judicio tuentur. Jamque gravi ſeditione orta, certamen inſtare videbatur. Tum Appius libertatis vindicias judiciumque puellæ in ſequentem diem datis ſponſoribus pronuntiat. Interea pater præpropere accitur è caſtris, qui, audito filiæ periculo, acceptoque commeatu, ad urbem properat, filiæ ad tempus adeſt. Nam cum Appius ſequenti die in tribunal aſcendiſſet, puellæque vindicias ſecundum ſervitutem decreviſſet, tanta quidem vis amentiæ verius, quam amoris ejus mentem prævenerat; tum Virginius in Appium manus intentans, Icilio, inquit, Appi, non tibi filiam deſpondi, & ad nuptias, non ad explendam tui corporis libidinem educavi. Placetne pecudum ferarumque ritu promiſcue in concubitus ruere? non paſſuros hoc cives Romanos ſpero. Cumque jam vi ageretur in puellam, jamque decemviri potentiæ reſiſti non poſſet, Virginius, ubi nihil uſquam vidit auxilii, pœnitentiam ſimulans, Quæſo, inquit, Appi, primum ignoſce patrio dolori, ſi quid inclementius in te ſum invectus, deinde ſinas hic coram virgine nutricem percontari quid hoc rei ſit, ut ſi falſo dictus pater ſum, æquiori hinc animo diſcedam. Data venia, ſeducit filiam ac nutricem prope Cloacinam ad tabernas, quibus tunc Novis erat nomen, atque ibi cultro ab lanio arrepto, hoc te, inquit, uno quo poſſum modo filia in libertatem vindico, pectus deinde filiæ transfixit, & ſpectans ad tribunal, Te, inquit, Appi, tuumque caput hoc ſanguine conſecro. Deinde ſe in caſtra proripuit. Hinc ſeditione orta, factaque plebi ſeceſſione, à patribus coacti decemviri ſunt abdicare ſe magiſtratu, creataque eſt tribunitia poteſtas, & reddita plebi. Sumptum quoque eſt de decemviris ſupplicium per tribunos plebis. Hoc autem contigit anno LX. poſt libertatem inceptam, teſte Cicerone libro de Fin. bon. & mal. *Oliv.*

1. *Deductam in forum puellam occidit.*] Imo jam in foro erat puella ad Appii tribunal. Lego, *Seductam in foro.* Ita res è Li-

in forum puellam occidit, pudicæque interemptor, quam corruptæ pater eſſe maluit.

3. Nec alio robore animi præditus fuit Pontius Aufidianus, eques Rom. qui poſtquam comperit filiæ ſuæ virginitatem à [1] pædagogo proditam [2] Fannio Saturnino, non contentus ſceleratum ſervum affeciſſe ſupplicio, etiam ipſam puellam necavit. Itaque ne turpes ejus nuptias celebraret, acerbas exequias duxit.

4. Quid P. Mænius? quam ſeverum pudicitiæ cuſtodem egit! In libertum namque gratum admodum ſibi [3] animadvertit, quia eum nubilis jam ætatis filiæ ſuæ oſculum dediſſe cognoverat, cum præſertim non libidine, ſed [4] errore lapſus videri poſſet. Cæterum amaritudine pœnæ, teneris adhuc puellæ ſenſibus, caſtitatis diſciplinam ingenerari magni æſtimavit. Eique tam triſti exemplo præcepit, ut non ſolum virginitatem illibatam, ſed etiam oſcula ad virum ſincera perferret.

5. Q. verò [5] Fabius Maximus [6] Servilianus honoribus quos ſplendidiſſime geſſit, cenſuræ gravitate conſummatis, exegit à filio unico pœnas [7] dubiæ caſtitatis: Is eas pependit, voluntario ſeceſſu conſpectum patris vitando.

6. Di-

è Livio aliiſque, qui ſeductam paullum à patre puellam, & tunc interfectam clare ſcribunt. *Lipſ.*

1. *Pædagogo*] Oliverius intelligit Fannium Saturninum fuiſſe pædagogum. *Badius.*

2. *Fannio Saturnino.*] Ita corrigendum, ut in Atrebatenſi, Campenſi, & aliis. *Pigh.*

3. *Animadvertit.*] Punivit morte.

4. *Errore lapſus.*] Quod in teneris annis eam oſculari fortaſſe ſolitus fuiſſet, & ea nunc conſuetudine deceptus ſimplex puellæ oſculum dediſſet. *Oliv.*

5. *Fabius verè, &c.*] Contigit A.U. DCXXVII.

6. *Servilianus.*] Macrobius librum hujus de Feriis citat. *Coler.*

7. *Dubiæ caſtitatis.*] Quia rumor erat, eum amiſiſſe pudicitiam, & muliebria paſſum. *Bad.* *Exegit pœnas à filio dubiæ caſtitatis, & punito pependit, voluntario ſeceſſu conſpectum patriæ vitando.*] Ita vulgo. Interjecere denuo irreligioſas manus Valerio noſtro audaculi, totamque ſententiam hanc prorſus mutarunt. Cur enim quæſo præterit, quaſnam à filio pœnas exegerit Fabius? quod maxime exempli cauſa dicere oportebat. Cur item vindex ille pater ſibimet exilium indixit? an quod eum pœnituerit ſeveritatis in filium fortaſſis cinædo vix honeſtiorem? Profecto alienum à magnanimitate & conſtantia clariſſimæ gentis Fabiæ, atque etiam Serviliano indignum, ejuſque tot honori-

6. Dicerem cenſorium virum nimis acerbum extitiſſe, niſi P. Atilium Philiſcum in pueritia corpore quæſtum à domino facere coactum, tam ſeverum poſtea patrem cernerem. Filiam enim ſuam, quod ea ſe ſtupri crimine coinquinaverat, interemit. Quam ſanctam igitur in civitate noſtra pudicitiam fuiſſe exiſtimare debemus, in qua etiam inſtitores libidinis, tam ſeveros ejus vindices evaſiſſe animadvertimus?

7. [1] Sequitur excellentis nominis, ac memorabilis facti exemplum. M. Claudius Marcellus ædilis curulis C. [2] Scantinio Capitolino trib. pl. diem ad populum dixit, quod filium ſuum de ſtupro appellaſſet: Eoque aſſeverante ſe cogi non poſſe ut adeſſet, quia [3] ſacroſanctam poteſtatem haberet, & ob id tribunitium auxilium implorante; totum collegium tribunorum negavit ſe intercedere, quo minus pudicitiæ quæſtio perageretur. Citatus itaque Scantinius reus,

noribus ſplendidiſſimè geſtis. Jam olim quidem valde frigidum & ineptum mihi viſum fuit hoc exemplum; verum nunc exemplaria vetera conferenti veritas ipſa ſemet inſinuat, cum repererim in Suſiano libro hanc lectionem; *Exegit à filio punico*, (ſed corrige, *unico*) *pœnas dubiæ caſtitatis, is eas pependit, voluntario ſeceſſu conſpectum patris vitando.* Eadem eſt in Pulmanniano, præterquam quod mendoſum vocabulum, *Punico*, corrigere quis cupiens, in *punito* mutarit. Alius deinde tranſtulit vocabulum, ut ſuæ opinioni ſententiam accommodaret male intellectam. *Pigh.*

1. *Sequitur, &c.*] Hic ille Marcellus eſt, qui, cæſo Virodomaro Gallorum duce, opima ſpolia reportavit, qui primum Annibalem apud Nolam vinci poſſe docuit, qui Syracuſas in Sicilia munitiſſimam urbem expugnavit, qui multa atque præclara pro republica geſſit. Cum igitur comperiſſet, C. Scantinium Capitolinum trib. pleb. de ſtupro compellaſſe filium ſuum adoleſcentulum egregia forma, ſed pudicitia atque modeſtia magis ingenuum, diem illi dixit ad populum. Nam puer cum de reſiſtendo ſcelerato tribuno nihil proficere poſſe videret, rem ad patrem detulit. *Oliv.* Contigit A.U. DXXVII.

2. *Scantinio.*] Lex Scantinia vel Scatinia, quæ erat de pueris impudicis, lata à C. Scantinio Aricino trib. pl. ut qui præpoſteram vel adverſi vel averſi Venerem exercuiſſent, vel, ut qui alienam pudicitiam ſollicitaſſent, aut ſuam ipſi proſtituiſſent, pœna x. millium nummûm coërcerentur. Juvenalis Sat. II. Sueton. Domitian. Auſonius, Quintil. De pœna tamen dubitat Briſſonius. Poſtmodum pœna ultimi ſupplicii ab Imperatoribus Chriſtianis conſtituta eſt. Ut ex tit. C. ad L. Jul. de Adulter. apparet.

3. *Sacroſanctam poteſtatem.*] Tribunitiam poteſtatem, quæ ſacroſancta ideo dicebatur, quia lex erat, qui tribunum violaſſet, ejus caput ſacrum foret. *Oliverius.*

1. *Uno*

reus,[1] uno teſte qui tentatus erat, damnatus eſt. Conſtat, juvenem productum in Roſtra defixo in terram vultu perſeveranter tacuiſſe, verecundoque ſilentio plurimum [2] in ultionem ſuam valuiſſe.

8. [3]Metellus quoque Celer [4]ſtuproſæ mentis acer punitor extitit, Cn. Sergio Silo promiſſorum matrifamiliæ nummorum gratia diem ad populum dicendo, eumque hoc uno crimine damnando: Non enim factum tunc, ſed animus in quæſtionem deductus eſt: pluſque voluiſſe peccare nocuit, quam non peccaſſe profuit.

9. [5] Concionis hæc, illa Curiæ gravitas. T. Veturius filius

1. *Uno teſte.*] Puero ipſo Marcelli filio.

2. *In ultionem ſuam.*] In tribuni damnationem.

3. *Metellus, &c.*] Contigit A. U. DCXXCIV.

4. *Stuproſæ mentis.*] Libidinoſæ voluntatis.

5. *Concionis hæc, &c.*] Cum propter longum & difficile bellum Samnitium ſæpius tributum civitati eſſet imperatum, exhauſta tandem civitas ære, à fœneratoribus ſumere cogebatur; qui vero graviori ære aſtricti fœnus ſolvere non poterant, nexi fœneratoribus dabantur, quibus tanto tempore ſervirent, donec debitum omne perſolviſſent. Inter hos igitur datus eſt ille Veturius nobilis adoleſcens, conſularis viri filius, quem Cajus Plotius fœnerator, cui nexus datus fuerat, cum vi ſtuprare voluiſſet, ac pertinaciſſime recuſaſſet, eum verberibus mulctavit ſceleratus homo, quod ejus libidini obtemperare noluiſſet. Hic igitur adoleſcens vere nobilis in forum proripuit, Plotium accuſavit, quem Senatus damnatum in carcerem conjici juſſit. In hac hiſtoria Valerius diſſentit à Livio. Non enim Veturium, ſed Publium quendam nexum datum, nec C. Plotio, ſed L. Papyrio fœneratori fuiſſe dicit. Idque factum eſſe ante deditionem Caudinam. Mutatum enim dicit eſſe jus ob unius fœneratoris libidinem, & crudelitatem inſignem. L. Papyrius is fuit, cui cum Senatuſconſulto Publius ob æs alienum paternum nexus datus eſſet, quæ forma ætaſque miſericordiam elicere poterant, ad libidinem & contumeliam animum accenderent, ut florem ætatis ejus fructum adventitium crederet datum. Primo pellicere adoleſcentem ſermone inceſto eſt conatus, deinde poſtquam aſpernabantur flagitium aures, minis territare, atque identidem admonere fortunæ ſuæ; poſtremo cum ingenuitatis magis, quam præſentis conditionis memorem videret, nudari jubet, verberaque afferri. Quibus laceratus juvenis cum ſe in publicum proripuiſſet, libidinem crudelitatemque conquerens fœneratoris, ingens vis hominum cum ætatis miſeratione atque indignitate injuriæ accenſa ſuæ conditionis, liberûmque ſuorum reſpectu, in forum, atque inde, agmine facto, ad curiam concurrit. Et cum conſules tumultu repentino coacti Senatum vocarent, introëuntibus in curiam patribus laceratum virgis tergum procumbentis ad ſingulorum pedes oſtendebant. Victum eo die ob impotentem injuriam unius ingens vinculum fidei, juſſique conſules ferre ad populum, ne quis, niſi qui noxiam meruiſſet, donec pœnam lueret, in

 com-

lius ejus Veturii, qui in conſulatu ſuo Samnitibus,[1] ob turpiter ictum fœdus, deditus fuerat: cum propter domeſticam ruinam, & grave æs alienum C. Plotio[2] nexum ſe dare admodum adoleſcentulus coactus eſſet: ſervilibus ab eo, verberibus, quia ſtuprum pati noluerat, affectus querelam ad conſules detulit. A quibus hac de re certior factus ſenatus, Plotium in carcerem duci juſſit. in qualicunque enim ſtatu poſitam Romano ſanguini pudicitiam tutam eſſe voluit.

10. Et quid mirum, ſi hoc univerſi P. C. cenſuerunt? C. Peſcennius[3] triumvir[4] Capitalis Cornelium fortiſſime militiæ ſtipendia emeritum, virtutiſque nomine quater honore[5] primipili ab imperatoribus donatum; quod cum in-

compedibus aut in nervo teneretur. Pecuniæ creditæ bona debitoris, non corpus obnoxium eſſet. Itaque nexu ſoluti, cautumque impoſterum ne necterentur. *Oliv.* Contigit A. U. CDXXXVI.

1. *Ob turpiter ictum fœdus.*] Nota eſt hiſtoria, quomodo ad furculas Caudinas clauſi & obſeſſi fuere Romani à Samnitibus, T. Veturio Calvino, & Spurio Poſthumio Coss. & ſub jugum miſſi, icto fœdere cum hoſtibus, quod populus Romanus non probavit, nec accepit. Sed auctores fœderis turpis deditionis dedendos hoſtibus cenſuit, ut populus religione ſolveretur. *Idem.*

2. *Nexum.*] In vincula, ut in compedibus opus faceret ipſi creditori.

3. *Triumvir.*] Triumviri primo libris tantum Sibyllinis præfuerunt, poſtea creati ſunt in deducendis colonis, poſtremo in ſumendis ſuppliciis de damnatis, & tantum dicebantur triumviri rerum capitalium. *Oliv.*

4. *Capitalis.*] Vulgo, *Capitolinus.* Quod tamen multi textus non habent. Contigit A. U. CDXXXVI.

5. *Primipili.*] Primus pilus, ipſe centurionatus, & primus ordo eſt triariorum, ad quem gubernandum aſcendebant centuriones. Videlicet ex ordine decimo haſtatorum, ſeu decimo haſtato, ad nonum haſtatum; à nono ad octavum: (vel ſecundum Vegetii inſtructionem, qui principes, haſtatis præponit) à primo principe, ad ſecundum principem, & ſic deinceps per reliquos omnes ordines ad primipili centurionatum, qui primus & ſupremus erat in tota legione. id innuere voluit Vegetius his verbis: *Vetus autem conſuetudo tenuit, ut ex primo principe legionis, promoveretur centurio primipili, qui non ſolum aquilæ præerat, &c.* Prædictam promovendi rationem ipſe Vegetius indicat, quamvis ſubobſcurè, libro II. capite 21. *Nam quaſi*, inquit, *in orbem quemdam per diverſas cohortes, & diverſas ſcholas milites promoventur, ita ut ex prima cohorte, ad gradum quempiam promotus, vadat ad decimam cohortem. & rurſus ab ea creſcentibus ſtipendiis, cum majore gradu, per alias recurrat ad primum. Ideo primi pili centurio poſtquam in orbem omnes cohortes per diverſas adminiſtraverit ſcholas, in prima cohorte ad hanc pervenit palmam, in qua ex omni legione infinita commoda conſequitur.* Hactenus Veget. Primus ille ordo primus pilus dictus fuit, ut jam diximus, vel, primipili centurio dicebatur. De commodis

ingenuo adoleſcentulo ſtupri [1] commercium habuiſſet, publicis vinculis oneravit: A quo appellati tribuni, cum de ſtupro nihil negaret, ſed ſponſionem ſe facere paratum diceret, quod adoleſcens ille palam atque aperte corporo quæſtum factitaſſet: interceſſionem ſuam interponere noluerunt. Itaque Cornelius in carcere mori coactus eſt. Non putarunt tribuni pleb. remp. noſtram cum fortibus viris paciſci oportere, ut externis periculis [2] domeſticas delicias emerent.

11. Libidinoſi centurionis ſupplicium, M. Lætorii Mergi tribuni militaris, æque fœdus exitus ſequitur: Cui Cominius trib. pleb. diem ad populum dixit, quod [3] cornicularium ſuum ſtupri cauſſa appellaſſet. Nec ſuſtinuit ejus rei ſententiam Lætorius, ſed ſe ipſe ante judicii tempus fuga prius ſubtraxit, deinde etiam morte punivit. Naturæ modum expleverat: fato tamen functus, univerſæ plebis ſententia crimine impudicitiæ damnatus eſt: Signa illum militaria, [4] ſacratæ aquilæ & certiſſima Romani imperii

modis aliis ſingularibus primipilatus, pores videre Cujac. & alios interpretes, C. de primipilo, lib. XII. Cæterum ut primipilus, ordo primus triariorum, ita haſtatorum primus ordo, primus haſtatus, ſecundus ordo, ſecundus haſtatus dictus: & ſic deinceps. Itidem primus princeps, ſecundus princeps, &c. pro ordinibus dictos fuiſſe, oſtendit vir doctiſſimus patris, & avi quoque nomine nobiliſſimus Aldus Manutius, in ſuis quæſitis per epiſtolam. *Stewech.*

1. *Commercium.*] Conſuetudinem. Proprie *commercium* dicitur commutatio mercis. Ponitur tamen pro commutatione cujuſcunque rei, ut commercium literarum, commercium linguæ. Livius de Numa loquens, *quo linguæ commercio* dixit. Et pro conſuetudine, ut hoc loco. *Oliv.*

2. *Domeſticas delicias.*] Ut pro rebus bene geſtis concederet domi turpiter vivere, ut ſupra dixit, quid prodeſt foris eſſe ſtrenuum, ſi domi male vixeris? *Idem.*

3. *Cornicularium.*] Hic notatur *Cornicularium* ſignificare eum, qui in cornu militares excubias facit, ut quidam volunt; ſed falluntur ſine dubio. Nam accenſus nomen erat ordinis & promotionis in militia, ut nunc dicitur princeps vel commentarienſis, aut cornicularius. Aſconius ita refert: Accenſi dicebantur attributi decurionibus, hoc eſt, miniſtri eorum, quaſi ad cenſum additi, quos nunc commentarienſes & cornicularios appellant. Sed quia hujus rei rationem nullam affert, ſunt qui cenſent commentarienſes dictos, quod comminiſcerentur, hoc eſt, fingerent aliquid, quia tanquam miniſtri erant; cornicularios autem eo, quod una cum ſuis decurionibus in cornibus acierum ſtatuebantur. *Oliv.*

4. *Sacratæ.*] Itaque ædicula Aquilæ imponebatur ſignorum ſacratiſſimæ, ad teſtan-

perii cuſtos ſevera caſtrorum diſciplina, uſque ad inferos perſecuta eſt. Quoniam cujus magiſter eſſe debuerat, ſanctitatis corruptor tentabat exiſtere.

12. [1] Hoc movit C. Marium Imperatorem, tum cum [2] C. Luſcium ſororis ſuæ filium tribunum militum à C. Plotio [3] manipulario milite jure cæſum pronuntiavit, quia eum de ſtupro compellare auſus fuerat.

13. Sed ut eos quoque, qui in vindicanda pudicitia dolore ſuo pro publica lege uſi ſunt, ſtrictim percurram: Sempronius Muſca C. Gallium [4] deprehenſum in adulterio flagellis cecidit: C. Memmius L. Octavium ſimiliter deprehenſum [5] nervis contudit, Carbo Accienus à Vibieno, item Pontius à P. Cernio derprehenſi caſtrati ſunt. [6] Cn. etiam Furium [7] Brochum quidam deprehendit & familiæ [8] ſtuprandum

testandam ejus divinitatem quandam, & ad religionem ſanciendam. Quod Dio teſtatur.

1. *Hoc movit C. Marium.*] Cicero quoque in Orat. pro Milone, hujus exempli mentionem facit. *Oliver.* Contigit A. U. CDXLIX.

2. *C. Luſcium.*] Ita legendum, non ut præter alios, Danielis: *C. Cluſium.* C. Luſcii hujus meminit Cicero quoque in Miloniana. Meminit & C. Luſcii cujuſdam Aſconius, aitque centurionem Sullanum fuiſſe. *Coler.*

3. *Manipulario.*] Qui ſub eodem manipulo cum aliis militabat.

4. *Deprehenſum in adulterio.*] Cum uxore Sempronii.

5. *Nervis contudit.*] Liber Dan. *Pernis.* Placet magis vulgaria lectio. In adulterio deprehenſos flagellis fere ſive loris cædi ſolitos legimus. Proinde hoc loco nervos pro loris accipio. Ita Salluſtium loris bene cæſum Agellius ſcribit. *Colerus.*

6. *Cn. etiam Furius Brochum quem deprehenderat.*] Ita Vulgo. In Campenſi è contra: *Cn. etiam Furium Brochus.* In aliis: *Cn. etiam Furium Brochum qui deprehenderat.* Tu vide lector quid ſequi velis. Illam vero lectionem plura confirmant exemplaria. Brochus Aniorum cognomen eſt, & apud Furios reperiri, denarii antiqui teſtantur. Itaque legere malim: *Cn. etiam Furium Brochum quidam deprehendit, & familiæ ſtuprandum objecit.* Pigh.

7. *Brocchum.*] Brocchorum familiæ nomen Furiorum fuiſſe, indicat Fulvius Urſinus. Ita etiam ſcribendum eſſe docet ejuſdem numiſma vetus: L. FVRIVS CN. F. BROCCHVS. Emendo verſum Lucilii apud Nonium:

Brocchus Bouillanus dente adverſo eminulo uno,
Hoc eſt Rhinoceros.

Salſe vocat Brocchum Bouillanum ob eminentem unum dentem Rhinocerota. Ita ἀλληγορικῶς Martialis:

Et pueri naſum Rhinocerotis habent.

Colerus.

8. *Stuprandum familiæ.*] Unde Horatius in primo Sermonum:

Hic ſe præcipitem tecto dedit, ille flagellis
Ad mortem cæſus, fugiens hic decidit acrem

Præ-

prandum objecit: Quibus iræ ſuæ indulſiſſe, [1] fraudi non fuit.

EXTERNA.

1. Atque ut domeſticis externa ſubnectam, Græca fœmina nomine Hippo, cum hoſtium claſſe eſſet excepta, in mare ſe, ut morte pudicitiam tueretur, abjecit: Cujus corpus [2] Erechteo littori appulſum, [3] proxima undis humo ſepulturæ mandatum, ad hoc tempus tumulus contegit: Sanctitatis verò gloriam æternæ traditam memoriæ, Græcia laudibus ſuis celebrando, quotidie florentiorem effecit.

2. [4] Vehementius hoc illud [5] conſideratius exemplum pudicitiæ. Exercitu & copiis Gallogræcorum à Cn. Manlio conſule in Olympo monte ex parte deletis, ex parte captis, [6] Oriagontis reguli uxor miræ pulchritudinis, à centurione, cui cuſtodienda tradita erat, ſtuprum pati coacta. Poſtquam ventum eſt in eum locum, [7] in quem [8] conſulis juſſu

Prædonum in turbam, dedit hic pro corpore nummos,
Hunc perminxerunt calones, quinetiam illud
Accidit, ut quidam teſtes caudamque ſalacem
Demeteret ferro. —— Badius.

Familiæ ſtuprandum.] Poſſit hæc pœna parum juſta & legitima videri. Sed ita eſt ut Papinianus ait: *Qui occidere poteſt adulterum: multo magis contumelia poterit jure adficere.* Ita caſtrationis pœna quoque talis fuit. *Coler.*

1. *Fraudi.*] Damno aut detrimento.

2. *Erechteo.*] Ad littus Erechteum. Oliverius legit, *Erytheo.*, i.e. maris rubri, quo an appelli potuit, viderit ipſe. *Bad.*

3. *Proxima undis humus ſepulturæ mandatum, ad hoc tempus tumulo contigit.*] Ita Vulgo. Mſſ. libri ſic: *Proxima undis humo, &c. tumulus contegit.* Recte. Tumuli namque fiunt memoriæ cauſa, cujus & gloriam Græcia laudibus ſuis celebravit. *Pigh.*

4. *Vehementius.*] Hoc dictum exemplum, quia ſequentis exempli mulier mori noluit.

5. *Conſideratius.*] Quia expectavit occaſionem vindictæ.

6. *Oriagontis.*] Frontinus: *Oriagontis,* inquit, *regis uxor à Centurione ſtuprum paſſa, memorabili facto cuſtodiam evaſit, revulſumque militis caput ad maritum ſuum detulit.* Autor de Viris Illuſtr. *Inter captivas*, inquit, *uxor regis Oriagontis centurioni cuidam in cuſtodia data eſt, à quo vi ſtuprata, de injuria tacuit, & poſt, impetrata redemptione, marito adulterum interficiendum tradidit.* Oliv.

7. *In quem conſulis juſſu centurio.*] Verba *conſulis juſſu*, falſum aliquod gloſſema eſt, manuſcriptis enim meis libris, demptis Wincheliano & Colonienſi, excluditur omnibus, atque etiam hiſtoriæ Livianæ aliorumque ſcriptis adverſatur. *Pigh.*

8. *Conſulis juſſu centurio.*] *Injuſſu* fortaſſe melius ex Livio. *Corrad.*

juſſu centurio, miſſo nuntio, [1] neceſſarios mulieris pretium quo eam redimerent, afferre juſſerat: Aurum expendente centurione, & in ejus pondus animo oculiſque intento, Gallogræcis lingua gentis ſuæ imperavit, ut eum occiderent. Interfecti deinde caput abſciſum manibus retinens ad conjugem venit; abjectoque ante pedes ejus, & injuriæ & ultionis ſuæ ordinem expoſuit. Hujus fœminæ quid aliud quiſquam, quam corpus in poteſtatem hoſtium veniſſe dicat? Nam neque animus vinci, nec pudicitia capi potuit.

3. [2] Teutonorum verò conjuges Marium victorem orarunt,

1. *Neceſſarios.*] Proximos ſanguine mulieris.

2. *Teutonorum.*] Cimbri Tentoni & Galli Senones, ab extremis Galliæ profugi, cum terras eorum inundaſſet Oceanus, novas ſedes toto orbe quærebant. Excluſi & Gallia & Hiſpania, cum in Italiam re migrarent, terram ad habitandum à Senatu populoque Romano petierunt. Qua negata, quod nequiverunt precibus, armis petere conſtituunt; ſed eorum primum impetum Syllanus ſuſtinere non potuit, nec ſecundum Manlius, nec tertium Cæpio, omnes fugati exutique caſtris ſunt, actumque fuiſſet de imperio Romano, niſi Marius illo ſæculo contigiſſet, qui non auſus congredi, ſtatim militem tenuit in caſtris, donec invicta rabies & impetus, quem pro virtute barbari habent, conſeneſceret, quo facto illos facile ſuperavit. Nam cum tripertito agmine illi per Alpes ferrentur, Marius mira celeritate occupatis compendiis prævenit hoſtem, prioreſque Theutonas aggreſſus eſt, cum quibus tanto ardore pugnatum eſt, ut ea cædes hoſtium magis fuerit, quam pugna, & victor Romanus ex cruento flumine non plus aquæ biberit quam ſanguinis. Sublatis funditus Theutonicis, in Cimbros convertitur, ſed non minor cum uxoribus illorum pugna, quam cum ipſis fuit, cum objectis undique plauſtris atque carpentis alte deſuper quaſi de turribus lanceis contiſque pugnarent. Proinde plus ſpecioſa mors earum fuit, quam pugna. Nam cum miſſa ad Marium legatione libertatem ac ſacerdotium non impetraſſent, nam ſe ut Veſtales virgines pudicitiam perpetuo ſervaturas profitebantur, ſuffocatis eliſiſque paſſim infantibus ſuis, aut mutuis concidere vulneribus, aut vinculo è crinibus ſuis facto, ab arboribus jugiſque plauſtrorum pependerunt. Virilem dixerim, non muliebrem hunc animum fuiſſe, qualem ſi earum viri de ſe præſtitiſſent, nunquam Marius de illis triumphare potuiſſet. *Teutonorum.*] Florus dicit Cimbrorum fuiſſe uxores, & non Teutonorum. Plutarchus quoque in vita Marii itidem dicit Cimbrorum fuiſſe uxores, & non Teutonorum. Sed aliter tradit hiſtoria. Nam mulieres, inquit, quæ ad currus magno amictu aſtabant, fugientes neci tradebant, quædam viros, quædam fratres, quædam parentes & filios, infantes manibus ſuffocantes, ſub curribus dejiciebant, ſe ipſas autem gladio jugulabant. Fama eſt, unam è ſummitate propugnaculi ſuſpenſam ligatis laqueo pedibus utrinque pependiſſe. *Oliverius.*

1. *Victo-*

runt, ut ab eo virginibus Veſtalibus dono mitterentur, affirmantes æque ſe, atque illas virilis concubitus expertes futuras. Eaque re non impetrata, laqueis ſibi nocte proxima ſpiritum eripuerunt. Dii melius, quod hunc animum viris earum in acie non dederunt. Nam ſi mulierum ſuarum virtutem imitari voluiſſent, incerta Teutonicæ [1] victoriæ trophæa reddidiſſent.

CAP. II.

QUÆ LIBERE DICTA AUT FACTA.

A ROMANIS.

1. *Legato Privernatium.*
2. *L. Marcio Philippo Coſ.*
3. *Scipione Æmiliano.*
4. *Cn. Calpurnio Piſone.*
5. *M. Catone Vticenſi.*
6. *Cn. Lentulo Marcellino Coſ.*
7. *M. Favonio.*
8. *Helvio Mancia Formiano.*
9. *Diphilo Tragœdo.*
10. *M. Caſtricio Placentino.*
11. *Ser. Sulpicio Galba.*
12. *A. Caſellio Juriſconſ.*

AB EXTERNIS.

1. *Machæra Macedonica muliere.*
2. *Syracuſana quadam.*
3. *Theodoro Cyrenæo.*

Libertatem autem vehementis ſpiritus dictis pariter ac factis teſtatam, ut non invitaverim; ita ultro venientem non excluſerim. Quæ inter virtutem vitiumque poſita, ſi ſalubri modo ſe temperaverit, laudem: ſi quo non debuit, profuderit, reprehenſionem meretur. Atque vulgi ſic auribus gratior, quàm ſapientiſſimi cujuſque animo probabilior eſt. Utpote frequentius aliena venia, quàm ſua providentia tuta. Sed quia humanæ vitæ partes perſequi propoſitum eſt; noſtra fide, [2] propria æſtimatione referatur.

1. [3] Priverno capto, interfectiſque qui id oppidum ad re-

1. *Victoriæ trophæa.*] Liber Danielis: *Tropæa.* Varro Bimarco: *Ideo fuga hoſtium vocatur Græce τροπή.* Hinc ſpolia capta; fixa in ſtipitibus, appellantur Tropæa. Gloſſæ: *Tropeum, τρόπαιον, τρόπαιον.* Coler.

2. PRopria æſtimatione.] Ut, ſicut eſt, ita æſtimemus.

3. *Priverno capto.*] C. Plautius ſubegerat totum Latium, & præcipue Privernates,

rebellandum incitaverant, ſenatus indignatione accenſus conſilium agitabat, quidnam ſibi de reliquis quoque Privernatibus faciendum eſſet. [1] Ancipiti igitur caſu ſalus eorum fluctuabat, eodem tempore & victoribus & iratis ſubjecta. Cæterum cum auxilium unicum in precibus reſtare animadverterent, ingeniti [2] Italici ſanguinis obliviſci non potuerunt. Princeps enim eorum in Curia interrogatus, quam pœnam mererentur, reſpondit: Quam merentur,

nates, qui rebellaverant, ſumptoque de auctoribus ſupplicio, de reliquis conſultabatur in Senatu, & eum ipſa res per ſe anceps eſſet, prout cujuſque ingenium eſſet atrocius mitiuſve ſuadentibus, tum incertiora omnia fecit unus ex Privernatibus legatis, magis conditionis, in qua natus eſſet, quam præſentis neceſſitatis memor, qui interrogatus à quodam triſtioris ſententiæ auctore, quam pœnam meritos Privernates cenſeret, eam, inquit, quam merentur, qui ſe libertate dignos eſſe cenſent; cujus cum feroci reſponſo infeſtiores factos videret, conſul eos, qui Privernatium cauſam impugnabant, ut ipſe benigna interrogatione mitius reſponſum eliceret. Quid ſi pœnam, inquit, remittimus vobis, qualem nos pacem vobiſcum habituros ſperemus? Si bonam, inquit, dederitis, fidelem, & perpetuam; ſi malam, haud diuturnam. Tum vero minari, nec id ambigue Privernatum quidam dicebant, & illis vocibus ad rebellandum incitari populos pacatos. Pars melior Senatus ad meliora reſponſa trahere, & dicere viri, & liberi vocem auditam, an credi poſſe nullum populum aut hominem denique in ea conditione, cujus eum pœniteat diutius, quam neceſſe ſit manſurum? Ibi pacem eſſe fidam, ubi voluntarii pacati ſunt: neque eo loco, ubi ſervitutem eſſe velint, fidem ſperandam eſſe. In hanc ſententiam maxime conſul ipſe inclinavit animos, identidem ad principes ſententiam conſularis, uti exaudiri poſſet, pluribus dicendo, eos demum, qui nihil prætquam de libertate cogitant, dignos eſſe qui Romani fiant. Itaque & in Senatu cauſam obtinuêre, & ex auctoritate patrum latum eſt ad populum, ut Privernatibus civitas daretur. *Oliv.* Contigit A.U. CDXXIV.

1. *Ancipiti caſu.*] Dubia fortuna, quia alii perdendos, alii ſervandos judicabant, & quia Romani victores illis erant infenſi. *Idem.*

2. *Italici ſanguinis.*] Inter cives Romanos, Latinos, & Italicos erat differentia. Quippe Latinos Latii incolas, populi Romani fœderatos, jure Latii donatos ex antiquitate liquet: ſic Italicos reliquæ ad Rubiconem Italiæ habitatores, populi Rom. Fœderatos, jure Italico præditos commode definiri poſſe cenſemus. Italiæ enim dominium eos ſecrevit à Gallis & provincialibus: fœderis communio ab iis, vel civibus Romanis, vel peregrinis & exteris, qui quacunque de cauſa in Italiæ oppidis verſarentur; jus Italicum ab iis Italis, qui tum Italiam tenerent, non jure tamen Italico fruebantur. Italicorum porro numerum expleverunt ad mare Tyrrhenum trans Tiberim Etruſci, poſt Latinos ultra Cirim Campani, Lucani, in Siculo Brutii, in Ionio Meſſapii, & Sallentini, ad Adriaticum Apuli, Frentani, Picentes, & Senones: Mediterranei; Umbri, Sabini, Marſi, Veſtini, Marrucini, Peligni, & Samnites. *Sigonius.*

1. Quæ

tur, [1] qui ſe dignos libertate judicant. Verbis arma ſumpſerat: exaſperatoſque Patrum conſcript. animos inflammaverat. Sed Plautius conſul favens Privernatium cauſſæ, regreſſum animoſo ejus dicto obtulit; quæſivitque, qualem cum eis Romani pacem habituri eſſent impunitate donata. At is conſtantiſſimo vultu, Si bonam dederitis, inquit, perpetuam: ſi malam, non diuturnam. Qua voce perfectum eſt, ut victis non ſolum venia, ſed etiam jus & beneficium noſtræ civitatis daretur.

2. Sic in ſenatu Privernas loqui auſus eſt. [2] L. verò Philippus conſul adverſus eundem ordinem libertatem exercere

1. *Qui cum ſe dignos libertate judicarent, arma ſumpſerant; exaſperatos patrum conſcript. animos verbis inflammaverat.*] Ita vulgo. Alia eſt lectio ſex veterum codicum, quæ magis placet: *Quam merentur, qui ſe dignos libertate judicant. Verbis arma ſumpſerant, exaſperatoſque patrum conſcriptorum animos exaſperaverat. Sed Plautius conſul, &c.* Nec plura legati verba refert Livius, ex quo deſumptam hiſtoriam cognoſcimus. Interrogatus, inquit, à quodam triſtioris ſententiæ auctore, quam pœnam meritos Privernates cenſeret; Eam, inquit, quam merentur, qui ſe libertate dignos cenſent. *Pigh.*

2. *Lucius vero Philippus.*] Druſiana ſeditio gravis & pernicioſa prope ad interitum imperii proceſſit, Druſus enim non tribunatus modo viribus, ſed ipſius etiam Senatus auctoritate, totiuſque Italiæ conſenſu Gracchanas leges aſſerere conatus, dum aliud captat ex alio, tantum conflavit incendium, ut ne prima quidem illius flamma poſſet ſuſtineri. Servilius Cepio equeſtrem ordinem, Livius Druſus Senatorium tuendum ſuſceperant; nam tum equites tantum opibus valebant, ut interceptis vectigalibus depecularentur ſuo more rempublicam. Senatus exilio Metelli, damnatione Rutilii debilitatus, omne decus majeſtatis amiſerar. Nam judicia à Senatu ad equites tranſlata fuerant. Signa igitur & aquilæ & vexilla in foro, tanquam in caſtris poſita, & in una urbe quaſi in binis caſtris diſſidebatur. Prior Cepio in Senatum impetu facto, reos ambitus Scaurum & Philippum principes nobilitatis elegit. His ut motibus reſiſteret Druſus, plebem ad ſe Gracchanis legibus, itidem ſocios ad plebem ſpe civitatis erexit. Extat vox ipſius, nihil ſe ad largitionem ulli reliquiſſe, niſi ſi quis aut cœnum dividere vellet, aut cœlum. Cum igitur Philippus graviter invectus eſſet in Senatum, quod Druſo pernicioſas leges promulganil non reſiſteret, eo uſque progreſſus, ut diceret ſibi opus alio Senatu, qui reipublic. melius conſuleret. Quod dictum quum L. Craſſus ſummæ dignitatis & eloquentiæ princeps graviter ferret, quaſi inſolens atque ſuperbum oratione invectus eſt in Philippum, quod tantum ſenatum vituperaret, tum Philippus lictorem miſit in eum, quem Craſſus à ſe fortiter rejiciens, dixit, Mihi conſul non eſt Philippus, quum illi non ſum Senator. Nam dixerat Philippus, mihi opus eſt alio Senatu, & cum ingens exorta eſſet altercatio inter Craſſum & Phillippum, juſſit Philippus è domo Craſſi pignora efferri. Craſſus ait ſe pignoribus non deterreri, quo minus diceret quod è republica

cere non dubitavit. Nam ſegnitiem [1] pro Roſtris exprobrans, alio ſibi ſenatu opus eſſe dixit, tantumque à pœnitentia dicti abfuit, ut etiam L. Craſſo ſummæ dignitatis & eloquentiæ viro, id in Curia graviter ferenti, manum injici juberet. Ille rejecto lictore, Non es, inquit, mihi Philippe conſul, quia nec ego quidem tibi ſenator ſum.

3. [2] Quid? populum ab incurſu ſuo tutum libertas reliquit? imo & ſimiliter aggreſſa, & æquè experta eſt patientem. [3] C. Carbo trib. pleb. nuper ſepultæ Gracchanæ ſeditionis turbulentiſſimus vindex, idemque orientium civilium malorum fax ardentiſſima, [4] P. Africanum à Numantiæ ruinis ſummo cum gloriæ fulgore venientem, ab ipſa penè porta in Roſtra perductum, quid de Ti. Gracchi morte, cujus [5] ſororem in matrimonio habebat, ſentiret, interrogavit: ut auctoritate clariſſimi viri, inchoato jam incendio multum [6] incrementi adjiceret: Quia non dubitabat, quin propter tam arctam affinitatem, aliquid pro interfecti neceſſarii memoria miſerabiliter eſſet locuturus. At is [7] jure eum cæſum videri reſpondit. Cui dicto cum concio tribunitio furore inſtincta violenter ſucclamaſſet, Taceant, inquit, quibus [8] Italia noverca eſt. Orto deinde mur-

publica foret, nec prius taciturum, quam ſpiritus deficeret. Nam, ut inquit Cicero in Oratore: *Craſſus eo die orationem prope divinam habuit in Senatu contra Philippum, tantaque mentis agitatione concuſſus eſt, ut cum ſe domum recepiſſet, febribus & dolore laterum laborare cœperit & die ſeptimo perierit.* Oliv. Contigit A.U. DCXXII.

1. *Pro roſtris.*] Ante roſtra, hoc eſt, in publica concione.

2. *Quid Philippum de incurſu ſuo tutum, &c.*] Ita vulgo. Lege, ut in U.C. *Quid? Populum, &c.* Æmilianus enim liberrime caſtigavit populum, non Philippum. *Pigh.* Contigit A. U. DCXXII.

3. *C. Carbo.*] Hic amiciſſimus fuerat C. Gracchi, qui, cum legem agrariam ferre vellet, à L. Opimio occiſus eſt. *Oliv.* *C. Carbo.*] C. Filius. de quo Cicero libro III. de Oratore, Prætorius fuit. *Coler.*

4. *P. Africanum.*] Qui propter hanc de Graccho ſententiam proxima nocte fuit interemptus in cubiculo ſuo, ut diximus in cap. de Moderatione. *Oliv.*

5. *Sororem.*] Semproniam.

6. *Incrementi multum.*] Multum enim auxiſſet populi furorem ſua auctoritate Scipio, ſi Gracchum impie cæſum dixiſſet. *Idem.*

7. *Iure cæſum.*] Florus tamen lib. III. cap. 14. *Atque ita duce Scipione Naſica, concitato in arma populo, quaſi jure oppreſſus eſt.* Coler.

8. *Italia noverca.*] Aut quod non veri cives

murmure, Non efficietis, ait, ut ſolutos verear, [1] quos alligatos adduxi. Univerſus populus iterum ab uno contumelioſe correptus erat. Quantus eſt honos virtutis? tacuit actutum: Recens victoria ipſius Numantina, & [2] patris Macedonica, [3] devictæque Carthaginis ſpolia avita, ac duorum regum [4] Syphacis & Perſæ ante triumphales currus catenatæ cervices, tunc totius fori frementis ora clauſerunt: Nec timori datum eſt ſilentium, ſed quia beneficio Æmiliæ & Corneliæ gentis, multi metus Urbis atque Italiæ finiti erant, plebs Romana [5] libertatis Scipionis libera non fuit.

4. [6] Quapropter minus mirari debemus, quod ampliſſima Cn. Pompeii auctoritas toties cum libertate luctata eſt: nec ſine magna laude, quoniam omnis generis hominum licentiæ ludibrio eſſet, quieta fronte tulit. Cn. Piſo, cum [7] Manilium Criſpum reum ageret, eumque evidenter nocentem gratia Pompeii videret eripi; juvenili impetu ac ſtudio accuſationis provectus, multa & gravia crimina præpotenti defenſori objecit. Interrogatus deinde ab eo, cur ſe quoque non accuſaret: [8] Da, inquit, prædes reip. te, [1] ſi po-

cives Italiæ forent, quippe captivi paulo ante in triumphum adducti, aut certe qui non aliter Italiam diligerent, ac ſi ſibi noverca foret, hoc eſt, qui nihilo plus amant Italiam, quam privigni novercam. *Oliv.*

1. *Quos alligatos.*] Plinius dicit, *quos ſub corona vendidi. Quos alligatos.*] Nam multos ex plebe Romana, qui in Carthaginienſium & Numantinorum captivitatem venerant, liberaverat, & libertate donaverat. *Oliv.*

2. *Patris.*] Pauli Æmilii, qui eum in familiam Scipionum per adoptionem tranſtulit. *Idem.*

3. *Devictæque Carthaginis ſpolia habita.*] Ita vulgo. Rectius in Cauch. Batavico, *Avita ſpolia*; loquitur enim de victoriis Africani Majoris, qui avus Æmiliani fuit. Quædam vetera exemplaria adjectivum illud omittunt. *Pigh.*

4. *Syphacis.*] Quem avus ejus adoptivus Africanus ſuperior ceperat. *Idem.*

5. *Libertatis.*] Quantum ad libertatem, ſeu reſpectu libertatis Scipionis.

6. *Quapropter, &c.*] Contigit anno urbis DCXVI.

7. *Manilium Criſpum.*] M. Varro in commentariis ſuis à T. Annio Milone in adulterio deprehenſum fuiſſe ſcribit, nec prius dimiſſum, quam grandi pecunia mulctatum loriſque cæſum. Quod Ciceronis quoque teſtimonio confirmatur, qui dicit bis ad judicum ſubſellia tractum extrema fortuna ſtetiſſe, & ita deceſſiſſe, ut non ipſe innocens, ſed judices pejeraſſe exiſtimarentur. *Oliv.*

8. *Da (inquit) vades reip.*] Ita vulgo. In Campenſi aliiſque, *prædes.* Recte.

Prædes

[1] ſi poſtulatus fueris, civile bellum non excitaturum; etiam de tuo prius, quam de Manilii capite in conſilium judices mittam. Ita eodem judicio duos ſuſtinuit reos: accuſatione Manilium, libertate Pompejum: & eorum alterum lege [2] peregit, alterum [3] profeſſione, qua ſolum poterat.

5. [4] Quid ergo libertas ſine Catone? non magis quam Cato ſine libertate. Nam cum in [5] ſenatorem nocentem & infamem reum judex ſediſſet, tabellæque Cn. [6] Pompeii, laudationem ejus continentes, prolatæ eſſent, proculdubio efficaces futuræ, protinus ſubmovit eas è quæſtione, legem recitando, qua cautum erat, ne ſenatoribus [7] tali auxilio uti liceret. Huic facto perſona admirationem ademit. Nam quæ in alio audacia videretur, in Catone fiducia cognoſcitur.

6. [8] Cn. Lentulus Marcellinus conſul, cum in concione de Magni Pompeii nimia potentia quereretur, aſſenſuſque ei clara voce univerſus populus eſſet: Acclamate, inquit, Qui-

Prædes enim populo vel reip. ſe obligant, interrogati à magiſtratu in publicum ut præſtent. Auctores Varro & Feſtus. *Pigh.*

1. *Si poſtulatus.*] Si accuſatus fueris: nam poſtulari eſt criminis in judicio quempiam accuſari. *Oliv.*

2. *Peregit.*] Secundum legem accuſando.

3. *Profeſſione.*] Quia profeſſus eſt ſe accuſaturum.

4. *Quid ergo, &c.*] Cato in Senatorem reum judex Pompeii tabellas ſummovit, quæ illius laudes continebant. M. Scaurum ſine dubio fuiſſe intelligimus, ſicut pleniſſime dicemus lib. IX. cap. I. Nam in eo judicio in quo repetundarum accuſabatur, laudaverunt Scaurum conſulares novem, quos nominare non pigeret, ſi res illud deſideraret, laudaverunt omnes per tabellam, inter eos Cn. Pompejus quoque, nam quia proconſul erat extra urbem morabatur. Hinc illud in epiſtolis Ciceronis intelligi poteſt: *Recordare quibus in ultimis terris laudationem miſeris.* Oliv.

5. *Senatorem nocentem.*] Intelligimus Scaurum, qui à tribuno plebis accuſabatur, quod pecuniam accepiſſet à Jugurtha, cum princeps legationis eſſet, vel quod Sardos expilaſſet, & tunc Cato princeps judicii erat. *Oliv.*

6. *Pompeii.*] Qui proconſul erat, & ideo venire non poterat in urbem.

7. *Tali auxilio.*] Per tabellas ab abſentibus miſſas.

8. *Cn. etiam Lentulus.*] Cum inter Pompeium Cæſarem & Craſſum facta conſpiratio eſſet, ut rempubl. pro ſua libidine verſarent, Cn. Lentulus, qui tum conſul erat, periculum libertatis metuens, in concione contra Pompejum acriter invectus eſt, & populus univerſus Lentuli conqueſtionem mirifice laudavit, atque illi aſſenſus eſt. Tum ille, Acclamate, inquit, dum licet, quia paulo poſt impune non licebit. *Idem.* Contigit A. U. DCCII.

1. *Dum*

Quirites, acclamate, [1] dum licet: jam enim vobis impune facere non licebit. Pulſata eſt tunc eximii civis potentia, hinc invidioſa querela, hinc lamentatione miſerabili.

7. Cui candida faſcia crus alligatum habenti, [2] Favonius, Non refert, inquit, qua in parte corporis [3] ſit diadema: Exigui panni cavillatione regias ejus vires exprobrans. At is neutra in parte mutato vultu, utrumque cavit, ne aut hilari fronte libenter agnoſcere potentiam, aut triſti iram profiteri videretur: Eaque patientia inferioris etiam generis & fortunæ hominibus aditum adverſus ſe dedit: E quorum turba duos retuliſſe abunde erit.

8. [4] Helvius Mancia Formianus, Libertini filius, ultimæ ſenectutis, L. [5] Libonem apud cenſores accuſabat: in quo certamine cum Pompejus Magnus humilitatem ei, ætatemque exprobrans, ab inferis illum ad accuſandum remiſſum dixiſſet: Non mentiris, inquit, Pompei: venio enim ab inferis L. Libonem accuſaturus: ſed dum illic moror, vidi cruentum [6] Cn. Domitium Ahenobarbum deflen-

1. *Dum licet.*] Antequam regnum occupaverit, quia poſtea non audebitis hiſcere quicquam. *Idem.*

2. *Favonius.*] Hic ille eſt, de quo Salluſtius altera epiſtola ad C. Julium Cæſarem de Republ. Ord. Is molis potius, quam Moloni operam dediſſe viſus Ciceroni ad Atticum. *Coler.* Contigit A.U. DCXCVII.

3. *Sit diadema.*] Adeo Romanis erat inviſum iſtud imperii aut regni potius ſignaculum. Florus lib. III. de Tiberio Graccho: *Manu caput tangens, præbuit ſpeciem regnum ſibi & diadema poſcentis.* Quare & ab Antonio accipere Cæſar recuſavit, ut ſcribit Sueton. Idem de Tito: *In conſecrando apud Memphim bove diadema geſtavit: de more id quidem priſcæ religionis: ſed non deerant, qui ſecius interpretarentur.* Cetera dicam ad lib. VII. *Idem.*

4. *Helvius Mancia.*] Continuo affert libere in Pompejum dicta, quæ ideo tot accumulaſſe videtur, ut Tiberio Cæſari eam rem gratificaretur; dum enim libere in Pompejum dicta recitat, tacite ejus vitia commemorat, quæ Tiberius nimirum, qui Cæſari eſſet ſucceſſor, non invitus audiebat, præſertim cum quæ objiciebantur, vera eſſe ſatis innuat. Sed hoc alii judicent. *Bad.* Contigit A.U. DCXCIIX.

5. *Libonem.*] Eum amicum fuiſſe Pompeii Cicero oſtendit prima ad Lentulum epiſtola. *Libonis, ait, & Hipſei concurſatio, omniumque Pompeii familiarium ſtudium rem in eam opinionem adduxerunt, ut Pompejus cupere videatur.* Fuit ergo Pompeii ope & auctoritate liberatus. *Oliv.*

6. *Cn. Domitium.*] Pompeius in Africa Cn. Domitium proſcriptum, Hiarbamque regem Numidiæ bellum contra Syllam molientes oppreſſit, & paulo poſt occidit. *Oliver.* Contigit A. U. DCLXXII.

1. *Bru-*

flentem, quod ſummo genere natus, integerrimæ vitæ, amantiſſimus patriæ, in ipſo juventutis flore, tuo juſſu eſſet occiſus. Vidi pari claritate conſpicuum [1] Brutum ferro laceratum, querentem, id ſibi prius perfidia, deinde etiam crudelitate tua accidiſſe. Vide [2] Cn. Carbonem acerrimum pueritiæ tuæ, bonorumque patris tui defenſorem, in tertio conſulatu ſuo catenis, quas tu ei injici juſſeras, vinctum, obteſtantem te, adverſus omne fas, ac nefas, cum in ſummo eſſet imperio, à te [3] equite Romano trucidatum. Vidi eodem habitu & [4] quiritatu prætorium virum [5] Perpernam ſævitiam tuam execrantem, omneſque eos una voce indignantes, quod indemnati ſub te adoleſcentulo carnifice occidiſſent. [6] Obducta jam vietis cicatricibus bellorum civi-

1. *Brutum ferro laceratum.*] Brutus qui Galliam Ciſalpinam obtinebat, cum à Cn. Pompeio obſideretur in oppido Mutinæ, ſalutem ſuam & militum ipſi Pompeio commiſerat, & in ejus fidem ſe dediderat, qui deinde dimiſſus cum ad caſtellum quoddam juxta Padum ſe contuliſſet, juſſu Pompeii à Geminio interficitur. Hic Brutus ejus Bruti pater fuit, qui Cæſarem interfecit in Senatu. *Idem.* Contigit A. U. DCLXXVI.

2. *Cn. Carbonem.*] Plutarchus in vita Pompeii ſic tradit: *Simul ac Pompeius Strabo mortuus eſt, continuo Pompejus pro patre repetundarum ex præda Aſculana reus fit, & cum deprehendiſſet ex libertis unum plurima ſibi excepiſſe, Alexandrum nomine, judicibus tradidit. Hic dicebat retia venatoria & libellos quoſdam habere ex Aſculi ſpoliis, & hæc quidem à patre acceperat Aſculo capto, ſed amiſerat direpta domo à militibus Cinnanis, quo tempore urbem irruperant. Patronos habuit cauſæ tum alios, tum etiam Carbonem, ut hic apparet. Sed conſtantia ipſius plurimum juvit, qua prætor Antiſtius, qui huic judicio præerat, motus in primis, Antiſtiam filiam ei deſponſavit.* Hoc exemplum etiam in cap. de Ingratitudine diximus. *Idem.* Contigit A. U. DCLXXI.

3. *Equite Romano.*] Et ita illum revereri merito debuiſſes.

4. *Quiritatu tuo.*] Hoc dicit, quia Græcus fuerat.

5. *Perpernam.*] De hoc Perperna multis in locis ſupra dictum eſt, qui Sertorio conjunctus, & illius magna invidia commotus, conjuratione facta, illum de medio ſuſtulit, nam Antonius unus ex conjuratis Sertorium in convivio gladio transfixit, deinde Perperna facilius à Pompeio ſuperatus, & necatus eſt. *Idem.* Contigit A. U. DCXXXI.

6. *Obducta jam vetuſtis cicatricibus.*] Ita vulgo. In Atreb. perperam, *vetus cicatricibus*. Verum in Cauch. quam rectiſſime, *vietis cicatricibus*, eleganti epitheto. Eſt enim *vietus*, ut Feſtus interpretatur, languidus, ſine vi, putris ac naturalibus privatus viribus. Terent. Eunucho:

Hic eſt vietus, vetus, veternoſus ſenex.

Item Plautus in Mercat.

Acheronticus ſenex, vietus, decrepitus.

Vietas igitur *cicatrices* aptiſſime vocat veteres quidem, ſed putres ac male curatas. *Pigh.*

1. Muni-

civilium vaſtiſſima vulnera, [1] municipali homini, ſervitutem paternam redolenti, effrenata temeritate, intolerabilique ſpiritu impunè revocare licuit. Itaque eo tempore & fortiſſimum erat Cn. Pompejo maledicere, & tutiſſimum. Sed nôn patitur nos hoc longiore querela proſequi perſonæ inſequentis aliquanto ſors humilior.

9. [2] Diphilus Tragœdus, cum [3] Apollinaribus ludis inter actum ad eum verſum veniſſet, in quo hæc ſententia continetur, Miſeria noſtra magnus eſt: [4] directis in Pompeium manibus, pronuntiavit: Revocatuſque aliquoties à po-

1. *Municipali.*] Quia de Formiano municipio.

2. *Diphilus Tragœdus.*] De hoc Cicero ad Atticum lib. 11. epiſt. 19. *Diphilus*, inquit, *Tragœdus in noſtrum Pompeium petulanter invectus eſt. Noſtra miſeria tu es magnus, millies coactus eſt dicere. Eandem virtutem iſtam veniet tempus cum graviter gemas totius theatri clamore dixit.* Item cætera. Nam & ejuſmodi ſunt hi verſus, uti ab inimicis Pompeii in tempus ſcripti eſſe videantur. *Oliv.* Contigit A. U. DCXCIV.

3. *Apollinaribus.*] Ab Apolline dicti ſunt ludi Apollinares, inſtituti occaſione inventi carminis Martii vatis, quod Apollini ludos vovendos cenſebat, quibus Prætor is præeſſet, qui populo plebique jus daret ſummum, eumque Divum perduelles omnes extincturum: At Decemviros Græco ritu ſacra hoſtiis facturos. Ad id carmen expiandum, id eſt, procurandum, diem unum ſumpſerunt. Altero die factum SCtum, ut Decemviri libros de ludis Apollinis inſpicerent. Inſpectis illis cenſuerunt patres ludos Apollini vovendos ac faciendos. Cum hi primo celebrarentur, excitatam legitur plebem repentino hoſtis adventu, eidem occurriſſe, & mox in fugam datum terga vertiſſe. Hos ludos populus ſpectare ſolebat laureatus, ſtipe data pro cujuſque facultatibus. Quoniam vero eidem recitatione fabularum commendabantur, T. Sulpitio Potito & C. Licinio Stolone Coss. cum vis peſtilentiæ intoleranda urbem vexaret, inter alia cœleſtis iræ placamina, inſtituti ſunt accitis ex Hetruria ludionibus: Eſtque notandum, eos ludos coronatum ſpectaſſe populum, cives epulatos fuiſſe in propatulo, apertis januis, matronas ſupplicaſſe. Brutus, cum eſſet Prætor, abſens hos ludos fieri curavit, maxima adminiſtrationis parte ad Atticum pertinente. Quapropter per epiſtolam rogavit M. Tullium, ut eos ſpectare vellet. Reperitur etiam apud bonos auctôtes Accium Poëtam condidiſſe fabulam nomine Brutum, ex cujus titulo ſuſpicari licet, celebratam eam his ludis ſcenicis fuiſſe, quos Brutus abſens fecit. Sunt qui peſtis gratia celebratos affirmant, alii vero Victoriæ cauſſa, in quorum ſententiam eundum eſſe facile judicabit, qui, quæ antea de Martio vate ex Macrob. attulimus, diligentius examinarit. Cumque antea incerto die fierent, tulit legem P. Licinius Varus, ut dies ante tertium Nonas Quintiles his ludis foret ſtatus, qui deinde perpetuo ſacer haberi eſt cœptus, qua de re videndus Livius libro XXVII. *Fungerus.*

4. *Directis in Pompeium manibus.*] Atqui tunc Pompeius Capuæ videtur fuiſſe, ut apparet ex epiſt. Ciceronis 19. ad Att. lib. 11.

à populo, ſine ulla cunctatione, nimiæ illum & intolerabilis potentiæ reum geſtu perſeveranti egit. Eadem petulantia uſus eſt in ea quoque parte, Virtutem iſtam veniet tempus cum graviter gemas.

10. [1] M. etiam Caſtricii libertate inflammatus animus, qui cum Placentiæ magiſtratum gereret, Cn. Carbone conſule jubente decretum fieri, quo ſibi obſides [2] à Placentinis darentur, nec ſummo ejus imperio obtemperavit, nec maximis viribus ceſſit: Atque etiam dicenti multos ſe gladios habere, reſpondit, [3] Et ego annos. Obſtupuerunt tot legiones tam robuſtas ſenectutis reliquias intuentes. Carbonis quoque ira, quia materiam ſæviendi perquam exiguam habebat, parvulum vitæ tempus ablatura, in ſe ipſa collapſa eſt.

11. [4] Jam Ser. Galbæ temeritatis plena poſtulatio, qui Divum Julium conſummatis victoriis, in foro jus dicentem, in hunc modum interpellare ſuſtinuit: C. Juli Cæſar, pro Cn. Pompeio Magno quondam genero tuo in tertio ejus conſulatu pecuniam ſpopondi, quo nomine nunc appellor: Quid agam? dependam? Palam atque aperte ei bonorum Pompeii venditionem exprobrando, ut à Tribunali ſummoveretur, meruerat: ſed illud ipſa manſuetudine mitius pectus, æs alienum Pompeii [5] ex ſuo fiſco ſolvi juſſit.

12. [6] A. Cæſellius vir juris civilis ſcientia clarus, quam periculoſè contumax! Nullius enim aut gratia, aut auctoritate

1. *M. etiam, &c.*] Contigit anno urbis DCXXI.

2. *A. Placentinis.*] Nam partes Marii ſecuti fuerant.

3. *Et ego annos.*] Itidem Solon reſpondiſſe ferrur Piſiſtrato tyranno, cum ex eo quæreret Piſiſtratus, qua tandem ſpe fretus, ſibi tam audacter reſiſteret; ſenectute reſpondit, teſte Cicerone lib. de Senectute. *Et ego annos.*] Ac ſi diceret, parvi facio vitam meam in tam decrepita ætate. *Oliv.*

4. *Iam, &c.*] Contig. A.U. DCCVII.

5. *Ex fiſco ſuo.*] Ærario ſuo.

6. *A. Cæſellius, &c.*] Hic Juriſconſultus fuit, qui beneficia quædam acceperat à triumviris, à quibus nec gratia, nec authoritate induci potuit, ut de illis beneficiis formulam aliquam componeret. Sunt qui putant, quod volebant triumviri, ut divenditis proſcriptorum bonis, eorum aliquam formulam ederet Cæſellius, quod ut faceret, nunquam impelli potuit, quo videlicet exiſti-

ritate compelli potuit, ut de aliqua earum rerum, quas triumviri dederant, [1] formulam componeret. Hoc animi judicio victoriarum beneficia extra omnem ordinem legum ponens. Idem, cum multa de partibus Cæſaris liberius loqueretur, amicique, ne id faceret, monerent: Duas res quæ hominibus amariſſimæ videntur, magnam ſibi licentiam præbere reſpondit; ſenectutem & orbitatem.

EXTERNA.

1. Inferit ſe tantis viris mulier alienigeni ſanguinis: quæ à Philippo rege temulento immerenter damnata, Provocarem ad Philippum, inquit, ſed ſobrium. Excuſſit crapulam oſcitanti, ac præſenti animo ebrium reſipiſcere, cauſſaque diligentius inſpecta juſtiorem ſententiam ferre coëgit. Igitur, æquitatem, quam impetrare non potuerat, extorſit: potius præſidium à libertate, quam ab innocentia mutuata.

2. Jam illa non ſolum fortis, ſed etiam urbana libertas. Senectutis ultimæ quædam, Syracuſanis omnibus Dionyſii tyranni exitum, propter nimiam morum acerbitatem, & intolerabilia onera, votis expetentibus, ſola quotidie matutino tempore Deos, ut incolumis ac ſibi ſuperſtes eſſet, orabat. Quod ubi is cognovit, indebitam ſibi admiratus benevolentiam, accerſit eam, & quid ita hoc, aut quo ſuo merito faceret interrogavit. Tum illa, Certa eſt, inquit, ratio propoſiti mei: puella enim, cum gravem tyrannum haberemus, carere eo cupiebam: quo interfecto, aliquanto tetrior arcem occupavit. Ejus quoque finiri domina-

exiſtimaret cuncta illorum beneficia longe remota eſſe à legum judicio. Rurſus cum libere nimis de temporibus loqueretur, quod miſera eſſent, & ſub eo imperio calamitoſa, ſine dubio triumvirorum crudelitatem carpebat, idque ne faceret cum admoneretur à ſuis, reſpondere ſolebat, duo eſſe, quæ dicendi magnam præſtarent audaciam, ſenectutem & orbitatem. De hoc Caſellio Horatius in Arte Poëtica:

—— Conſultus juris & actor
Cauſarum mediocris abeſt virtute diſerti
Meſſalæ, nec ſcit quantum Caſellius Aulus. Oliv.

1. *Formulam.*] Inſtrumentalem, & ita ſcripto ſuo approbaret improbanda.

 1. *Devo-*

minationem magni æſtimabam: tertium te ſuperioribus importuniorem habere cœpimus rectorem. Itaque timens, ne ſi tu fueris abſumptus, deterior in locum tuum ſuccedat; caput meum pro tua ſalute [1] devoveo. Tam facetam audaciam Dionyſius punire erubuit.

3. [2] Inter has & Theodorum Cyrenæum quaſi animoſi ſpiritus conjugium eſſe potuit, virtute par, felicitate diſſimile. Is enim Lyſimacho regi, mortem ſibi minitanti, Enimvero, inquit, magnifica res tibi contigit, quia [3] cantharidis vim aſſecutus es. Cumque hoc dicto accenſus, cruci eum ſuffigi juſſiſſet, Terribilis hæc (ait) purpuratis ſit tuis: mea quidem nihil intereſt, humine, an ſublime putreſcam.

CAP. III.

DE SEVERITATE.

ROMANORUM.

1. *Populi Rom.*
2. *P. Mucii Scævolæ trib. plebis.*
3. *Senatus Rom.*
4. *MV. Curii Dentati Coſ.*
5. *L. Domitii Ahenobarbi Præt.*
6. *M. Horatii Tergemini.*
7. *Senatus Rom. in inceſtas.*
8. *Cognatorum in veneficas.*
9. *Egnatii Metelli.*
10. *C. Sulpitii Galli.*
11. *Q. Antiſtii Veteris.*
12. *P. Sempronii Sophi.*

EXTERNORUM.

1. *Lacedæmoniorum.*
2. *Athenienſium.*
3. *Cambyſis Regis Perſarum.*

ARmet ſe duritia pectus neceſſe eſt, dum horridæ ac triſtis ſeveritatis acta narrantur; ut humaniore cogitatione ſepoſita, rebus auditu aſperis vacet. ita enim deſtrictæ & inexorabiles vindictæ, & varia pœnarum genera in medium procurrent, utilia quidem legum munimenta; ſed

1. *Devoveo.*] Diis voveo.
2. *Inter has.*] Hoc idem refert Cicero lib. 1. Tuſc. Quæſt.
3. *Cantharidis.*] Cantharis vermis eſt perexiguus ſimilis arachnæ, niger atque terrenus, qui ejus dicitur eſſe naturæ, ut in quo affectu quempiam momorderit, in eo ſemper perſiſtat uſque ad mortem, ut ſi ridentem momorderit, ille ridens moriatur. *Oliv.*

1. *Man-*

ſed minime in placido & quieto paginarum numero reponenda.

1. M. [1] Manlius, unde Gallos depulerat, inde ipſe præcipitatus eſt; quia fortiter defenſam libertatem nefarie opprimere conatus fuerat. Cujus juſtæ ultionis nimirum hæc præfatio fuit: Manlius eras mihi, cum præcipites agebas Senones: poſtquam [2] mutari cœpiſti, unus factus es ex Senonibus. Hujus ſupplicio æternæ memotiæ nota inſerta eſt: Propter illum enim lege ſanciri placuit, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret, quia domum eo loci habuerat, ubi nunc ædem [3] Monetæ videmus. * Par indignatio civitatis adverſus Sp. Caſſium erupit: cui plus ſuſpicio

1. M*Anlius, &c.*] Capta urbe à Gallis, cum Capitolium obſideretur, nocte quadam Galli per adverſam partem Capirolii ad ſummum propemodum evaſeranr, prodiri clangore anſerum, M. Manlii opera è rupe dejecti ſunt. Hic poſtea ſeditioſus factus in urbe, cum adverſus patres plebis aoimos variis contentionibus irritatet, dictatoris ad id ipſum creari juſſu conjectus in carcerem, paulo poſt à plebe liberatur, quæ magna ex parte veſte mutata, barba capilloque prolixo obverſara in veſtibulo carceris refracturam ſe carcerem miuitabatur, ni quam primum educeretur Manlius; quo facto, non ſeditio finita, ſed dux ſeditionis intolerabilior datus, qui, cum obſtrictos ære alieno liberaret, nexos ſolveret, venit in ſuſpicionem affectati regni. Quare dies illi dicta eſt à tribunis, & damnatus de ſaxo Tarpeio dejectus, locuſque ille in uno homine & eximiæ gloriæ monumentum, & pœnæ ultimæ fuit. Addictæ mortuo notæ ſunt, altera publica, quod cum domus ejus fuiſſet, ubi nuoc ædes atque officina Monetæ eſt, latum ad populum eſt, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret, gentilitia altera, quod gentis Manliæ decreto cautum eſt, ne quis M. Manlius vocaretur. Autor de viris Illuſtr. *Manlius*, inquit, *ob defenſum Capitolium Capitolinus dictus, XVI. annorum, voluntarium militem ſe obtulit, triginta ſeptem militaribus donis à ſuis ducibus ornatus, viginti tres cicatrices in corpore habuit, capta Vibe, in Capitolium fugiendi author fuit, quadam nocte clangore anſeris excitatus, Gallos aſcendentes dejecit. Patronus à civibus appellatus, & farre donatus, domum etiam in Capitolio è publico accepit, qua ſuperbia elatus, cum à Senatu ſuppreſſiſſe Gallicos theſauros argueretur, & addictos propria pecunia liberaret, regni affectati accuſatus in carcerem conjectus populi conſenſu liberatus eſt, rurſus cum in eadem culpa & gravius perſeveraret, reus factus, & ob conſpectum Capitolii ampliatus, alio deinde loco damnatus, de ſaxo Tarpeio præcipitatus eſt, domus diruta, bona publicata; gentilitas ejus Manlii cognomine juravit, ne quis poſtea Capitolinus vocaretur.* Plinius quoque lib. VII. Nat. Hiſt. per tranſitum hujus meminit hiſtoriæ. *Oliv.*

2. *Imitari cœpiſti.*] Senones. Hoc eſt, invadere libertatem Romanam.

3. *Monetæ.*] Junonis Monetæ templum fuit in Capitolio ſtructum in area, ubi Manlii domus fuerat, dicta Moneta, quod ibi vox numinis audita foret, monentis adventare Gallos. Ovidius Faſt. lib. VI.

ſpicio concupitæ dominationis nocuit, quam tres magnifici conſulatus, ac duo ſpecioſiſſimi [1] triumphi profuerunt. Senatus enim populuſque Rom. non contentus capitali eum ſupplicio afficere; interempto domum ſuperjecit, ut penatium quoque ſtrage puniretur. In ſolo autem [2] ædem Telluris fecit. Itaque [3] quod prius domicilium impotentis viri fuerat, nunc religioſæ ſeveritatis monumentum eſt. Eadem auſum [4] Sp. Mælium conſimili exitu patria multavit. Area verò domus ejus, quo juſti ſupplicii notitia ad poſteros perveniret, Æquimelii appellationem traxit.

Quantum ergo odii adverſus hoſtes libertatis inſitum animis antiqui haberent, parietum ac tectorum, in quibus verſati fuerant, ruinis teſtantur. [5] Ideoque & M.Flacci, & L. Sa-

Arce quoque in ſumma Iunoni templa
Monetæ
Ex voto memorant facta, Camille, tuo:
Ante domus Manlî fuerat, qui Gallica
quondam
A Capitolino reppulit arma Iove.
Quàm bene Dii magni pugna cecidiſſet in
illa,
Defenſor ſocii Jupiter alte tui!
Vixit ut occideret damnatus crimine re-
gni:
Hunc illi titulum longa ſenecta dabat.

Oliverius.

* *Par, &c.*] Contig. A.U. DCLXVIII.

1. *Triumphi.*] Bis de Samnitibus triumphavit.

2. *Ædem telluris.*] Templum Telluris, quod T. Sempronius vovit, ut L. Florus commemorat, intra Carinas fuiſſe dicit Servius. Id arbitrabatur Marlianus fuiſſe prope clivum, qui ducit ad D. Petri, cognomento in vinculis, ædem. G. Fabricius putat fuiſſe eam ædem, quæ nunc eſt S. Pantaleonis in Subura.

3. *Quod prius domicilium potentiſſimi viri fuerat.*] Ita vulgo. In Campenſi, Winchel. atque Atreb. aliiſque legitur, *impotentis viri.* Recte, ſignificat enim *impotens*, nimis potens, auctore Donato, ἀκρατής. unde Livius *impotentem decemvirorum dominatum* dixit, atque *impotentiſſimum tyrannum* Quintilianus. *Pigh.*

4. *Spurium Mælium.*] Quomodo Spurium Mælium peſtifera largitione regnum affectantem occiderit Servilius Ahala, diximus in cap. de Ingratitudine. Tunc Cincinnatus dictator hac ſeveritate uſus eſt, ut bona Mælii quæſtoris quamprimum vendere juſſerit, & in publicum redigere, ædes ſolo adæquate: quod ut perpetuum rei monumentum eſſet, locum voluit Æquimelium appellari, & L. Minurius bove aurata donatus eſt. *Oliv.*

5. *Ideoque & M. Flacci, & L. Saturnini.*] Horum ſeditio diverſis temporibus fuit, & ſuo loco notata. Nam C. Gracchus Tiberii frater tribunus plebis eloquentior fratre, poſt aliquot pernicioſas leges, quum Aventinum cum armata multitudine occupaſſet, à L. Opimio conſule, è Senatuſconſulto ad arma vocato populo; pulſus & occiſus eſt, & cum eo Fulvius conſul ejuſdem furoris ſocius, &, ut ait Florus, inſultatum quoque eſt mortui reliquiis, & illud ſacroſanctum Tribuni caput percuſſoribus auro penſatum.

Haud

L. Saturnini ſeditioſiſſimorum civium corporibus trucidatis, penates ab imis fundamentis eruti ſunt. Cæterum Flacciana area, cum diu penatibus vacua manſiſſet, à [1] Q. Catulo Cimbricis ſpoliis adornata eſt.

Viguit in noſtra civitate Ti. & C. Gracchorum ſumma nobilitas, ac ſpes ampliſſima: ſed quia ſtatum civitatis conati erant convellere, inſepulta cadavera jacuerunt: ſupremuſque humanæ conditionis honos filiis Gracchi, & [2] nepotibus Africani defuit: quinetiam familiares eorum, nequis reipub. inimicis amicus eſſe vellet, [3] de robore præcipitati ſunt.

2. [a] Idem

Haud ita multo poſt L. Apuleius Saturninus adjuvante C. Mario, & per milites Annio competitore tribunatus occiſo, tribunus per vim creatus, non minus violenter tribunatum geſſit, quam petierat. Nam, ut inquit Autor de Viris Illuſtr. L. Apuleius Saturninus tribun. plebis ſeditioſus, ut gratiam Marianorum militum pararet, legem tulit, ut veteranis centena agri jugera in Africa dividerentur, intercedentem Bæbium collegam, facta per populum lapidatione, ſummovit. Glauciæ prætori, quod is eo die, quo ipſe concionem habebat, jus dicendo partem populi advocaſſet, ſellam concidit; ut magis popularis videretur, quendam libertini ordinis ſubordinavit, qui ſe Tiberii Gracchi filium fingeret. Ad hoc teſtimonium Sempronia inducta, nec precibus, nec minis adduci potuit, ut dedecus familiæ agnoſceret. Saturninus Aulo Memmio competitore interfecto, tribunus plebis refectus, Siciliam, Achaiam, Macedoniam, novis colonis deſtinavit, & aurum dolo an ſcelere? Cæpionis partum ad emptionem agrorum convertit, aqua & igni interdixit ei, qui in leges ſuas non juraſſet. Huic legi multis nobilibus abrogantibus, quum tonuiſſet, clamavit: Jam, inquit, niſi quieſcitis, grandinabit. Metellus Numidicus exulare quam jurare maluit. Saturninus tertio tribunus plebis refectus, ut ſatellitem ſuum Glauciam Prætorem faceret, Mummium competitorem ejus in campo Martio necandum curavit. Marius Senatuſconſulto quo cenſebatur, ne quid detrimenti reſpublica caperet, armata manu Saturninum & Glauciam in Capitolium profectos, obſedit, maximoque aſtu inciſis fiſtulis, in deditionem accepit, nec deditis fides eſt ſervata, Glauciæ fracta cervix; Apulejus, quum in curiam fugiſſet, lapidibus & tegulis deſuper interfectus, caput ejus Rubrius quidam Senator per convivia in ludibrium circumtulit. Cicero in Oratione pro Rubrio. *Oliv.*

1. *Q. Catulo.*] Nam Quintus Catulus, qui una cum Mario Cimbros devicerat, poſt victoriam in area Flacciana trophæum ſtatuit, & hoſtium ſpolia ſuſpendit. *Idem. A Q. Catulo.*] Cicero de domo Fulvii non Flacci hoc prædicat, Orat. pro Domo. *Coler.*

2. *Nepotibus Africani.*] Quia, ut dixi, Corneliæ filii fuerunt, quæ ſuperioris Africani filia fuerat. *Oliv.*

3. *De robore.*] Robur locus erat in carcere, unde maleficorum genus præcipitabatur. Ideo de robore præcipitari dicebantur, qui ante robore includebantur, ibique per aliquot dies ſervati, atque inde poſtea deprompti præcipitabantur.

2. [1] Idem ſibi tam licere P. Mucius tribun. pleb. quam ſenatui & populo Rom. credidit, qui omnes collegas ſuos, qui duce Sp. Caſſio id egerant, ut [2] magiſtratibus non ſubrogatis, communis libertas in dubium vocaretur, vivos cremavit. Nihil profecto hac ſeveritate fidentius: unus enim tribunus eam pœnam novem collegis inferre auſus eſt, quam novem tribuni ab uno collega exigere perhorruiſſent.

3. Libertatis rigida adhuc cuſtos, & vindex ſeveritas, ſed pro dignitate & diſciplina æque gravis inventa eſt. [3] M. enim Clodium ſenatus [4] Corſis, quia turpem cum his pacem fecerat, dedidit: Quem ab hoſtibus non acceptum, in publica cuſtodia necari juſſit. Semel [5] læſa majeſtate imperii, quot modis ira pertinax vindex! factum ejus reſcidit, libertatem ademit, ſpiritum extinxit, corpus, contumelia carceris & deteſtanda [6] Gemoniarum ſcalarum nota fœdavit. Atque hic quidem ſenatus animadverſionem

bantur. *De robore.*] Quod genus carceris id fuerit, alii ex Plauto & Lucretio docuere. Sed quomodo de Robore præcipitatus eſt? *Coler.*

1. *Idem ſibi tam licere.*] Spurius Caſſius utpote vir callidus, egit cum tribunis plebis, ne ſubrogarentur magiſtratus, ut reſpublica magiſtratibus orbata facilius opprimeretur, ſed huic tam nefariæ conſultationi reſtitit unus ex tribunis, qui ſumpto ſupplicio de Caſſio, collegas omnes ſuos tam impii facinoris authores vivos cremari juſſit. Quanta eſſet tribunitia poteſtas in urbe Romana, licet multis in locis authoribus cognoſci poſſit, non minus tamen ex hoc exemplo, cum uno intercedente cæteri reſiſtere non poſſent: quod & Plutarchus in vita Gracchorum teſtatur. Dicit enim: *Eſt autem tribunorum plebis maxima in prohibendo poteſtas, uno enim prohibente, nihil alii etiam ſi complures ſint, efficere poſſunt.* Ergo Mucius tribunus plebis non ſibi minus poteſtatis ſumpſit in damnandis plectendiſque collegis, quam Senatus populuſque Romanus in puniendis commemoratis civibus. *Oliv.*

2. *Magiſtratibus non ſubrogatis.*] Quia comitia impedire nitebantur, ne conſules cæterique magiſtratus ſubverterentur. *Idem.*

3. *M. etiam Clodium.*] Hoc geſtum fuit primo Punico bello.

4. *Corſis.*] Populis Corſicæ regionis inter Italiam & Hiſpaniam.

5. *Læſa majeſtate.*] Propter fœdus turpiter ictum cum hoſtibus.

6. *Gemoniarum ſcalarum.*] Locus eſt præceps, ad quem per ſcalas deſcendebatur, ſed qui læſiſſet majeſtatem, unco trahebatur ad eas ſcalas. Dictæ ſunt autem Gemoniæ ſcalæ à Gemonio quodam authore. De his ſcalis Suetonius in morte Tiberii, ubi dixit adeo lætatum fuiſſe populum ejus morte, quod multi uncum & Gemonias cadaveri minitarentur. Vel certe, ut alii dicunt, duo-

ſionem meruerat. Cn. autem Cornelius Scipio Hiſpalli filius, prius quam mereri poſſet, expertus eſt: Nam cum ei Hiſpania provincia ſorte obveniſſet, ne illuc iret, decrevit, adjecta cauſſa, quod recte facere neſciret. Itaque quæſtor Cornelius propter vitam inhoneſte actam ſine ullo provinciali miniſterio, [1] tantum non repetundarum lege [2] damnatus eſt. Ne in C. quidem Vettieno, qui [3] ſiniſtræ manus digitos, ne bello Italico militaret, ſibi abſciderat, ſeveritas ſenatus ceſſavit: Publicatis enim bonis ejus, ipſum [4] æternis vinculis puniendum cenſuit: effecitque, ut quem honeſte ſpiritum profundere in acie noluerat, turpiter in catenis conſumeret.

4. Id factum imitatus [5] MV. Curius conſul, [6] cum delectum

duobus modis ſumebatur ſupplicium de nocentibus; aut enim ad palum nudis corporibus alligati, virgis ad mortem uſque cædebantur, plerumque ſecuri feriebantur, aut ad ſcalas Gemonias unco trahebantur, hoc eſt, impacto gutturi unco producebantur in hatenam, ubi poſtea pendentium crura frangebantur, & poſtmodum ſubjecto igni ardebant, quod genus ſupplicii tetigit Juvenalis:

Qui ſtantes ardent, & fixo gutture fumant. Oliv.

1. *Tantum non.*] Ferme damnatus. Græca eſt enim conſtructio. Cum non adminiſtrationem provinciæ ſuſcepiſſet.

2. *Damnatus eſt.*] Quia ſine ullo miniſterio provinciali, & ideo quia in provinciam ire non licuir, eam ſpoliare non potuit, quocirca repetundarum reus agi non potuit. Et hæc verior eſt expoſitio, quam ut dicamus repetundarum damnatum, aut quaſi damnatum fuiſſe, cum quaſi per jocum dicat author, hoc ſolum boni aſſecutum, quod repetundarum damnatus non ſit. *Bad.*

3. *Siniſtræ manus.*] Fuiſſe quoſdam in Italia, qui ne militarent, ſibi digiros præcidere ſolerent, notavit Ammianus Marcellinus; eos Murcos fuiſſe dictos ſcilicet. Hinc factum ut hominem ignavum & vecordem Murcidum vocarent. Auguſtinus lib. IV. cap. 16. de Civit. Dei: *Deam Murciam, quæ præter modum non moveret ac faceret hominem, ut ait Pomponius, Murcidum, id eſt, nimis deſidioſum & inactuoſum.* Fuit aliquando, ut legendum putarem apud Auguſtinum *Pompeius* pro *Pomponius*, Feſtum intelligendo, qui vocem *Morcidus* interpreratur ignavum & ſtultum. Murciæ meminit etiam Tertullianus & Arnobius. Servius Dan.el. ad VIII. Æneid. *Ideo Murcia dicta; quia quidam vicinum montem Murcum dictum volunt. alii quod fanum Veneris Verticordiæ ibi fuerit, circa quod nemus Martis fuiſſet, inde mutata litera Murtium appellatum*, & quæ ibi addit. *Coler.*

4. *Æternis vinculis.*] Alioqui jure civili nulli fuêre perpetui carceres, ut ex legibus plutimis liquet.

5. *M. Curius.*] Alii *C. Curium* vocant. Sed Varro etiam *Manium Curium.* Γεῤῥυδιδασκάλω· *Manius Curius Coſs. in Capitolio cum delectum haberet, nec citatus à tribu civis reſpondiſſet, vendidit tenebrionem.* Coler. Contigit anno urbis CDLXXVIII.

6. *Cum delectum ſubitum edicere coactus eſſet.*]

ctum ſubito edicere coactus eſſet, & juniorum nemo reſpondiſſet: conjectis in [1] ſortem [2] omnibus tribubus, Polliæ, quæ prima exierat, primum nomen [3] urna extractum citari juſſit: Neque eo reſpondente, bona adoleſcentis [4] haſtæ ſubjecit. Quod ut illi nuntiatum eſt, ad conſulis tribunal cucurrit, collegiumque tribunorum appellavit. Tunc M V. Curius præfatus non opus eſſe eo cive reip. qui parêre neſciret: & bona ejus, & ipſum vendidit.

5. [5] Æque tenax propoſiti L. Domitius. Nam cum Siciliam Propr. regeret, & ad eum eximiæ magnitudinis aper allatus eſſet; adduci ad ſe paſtorem, cujus manu occiſus erat, juſſit. Interrogatumque, quo telo eam beſtiam confeciſſet, poſtquam comperit uſum venabulo, cruci ſuffixit. Quia ipſe ad exturbanda latrocinia, quibus provincia vaſtabatur, ne quis telum haberet, [6] edixerat. Hoc aliquis [7] in fine ſeveritatis & ſævitiæ ponendum dixerit: diſputatione enim utroque flecti poteſt. Cæterum rati publici imperii Prætorem nimis aſperum exiſtimari non patitur.

6. Sic ſe in viris puniendis ſeveritas exercuit. Sed ne in fœminis quidem ſupplicio afficiendis ſegniorem ſe egit. [8] Horatius unus prœlio trium Curiatiorum, * conditione pugnæ

eſſet.] Ita vulgo. In manuſcriptis: *Subito edicere.* Sic Livius, *Edicere conventum, Edicere diem.* Pigh.

1. *Sortem.*] In urnam ad ſortiendum.

2. *Omnibus tribubus.*] Quæ XXXV. fuerant. De tribu Pollia diximus ſupra libro II.

3. *Vrna.*] Vaſculum, in quod ſortes, id eſt, ſingularum tribuum nomina æqualibus tabellis aut chartis inſcripta conjecta erant.

4. *Haſtæ.*] Sectioni, aut actioni, ſeu publicæ venditioni.

5. *Æque, &c.*] Contig. A. U. DCLV.

6. *Edixerat.*] Ait M. Tullius poſt deceſſum Aquilii omnia inſtituta atque edicta prætorum fuiſſe ejuſmodi: Ut ne quis cum telo ſervus eſſet. *Coler.*

7. *In fine.*] Confinio.

8. *Horatius, &c.*] Tullius Hoſtilius cum C Cluilio Albanorum rege bellum geſſit, in cujus mortui locum Metius Suffetius ſubſtitutus eſt dictator. Cum igitur duce Cluilio acies utrinque conſtitiſſent inſtructæ, placuit utrinque deligerentur tergemini fratres, quorum utra pars viciſſet, ei altera pareret. Quo facto Horatius Romanus, cæſis duobus fratribus ſuis, Curiatios ipſe omnes interfecit. Cum rediſſet ovans trigemina ſpolia præ ſe gerens, ſoror virgo, quæ deſponſata uni ex Curiatiis fuerat, illi obviam ad portam Capenam fuit, cognitoque ſuper humeros fratris paludamento ſponſi, quod ipſa confecerat, crines ſolvit, & flebiliter

pugnæ omnium Albanorum victor; cum ex illa clariſſima acie domum repetens ſororem ſuam virginem Curiatii ſponſi mortem profuſius, quam illa ætas debebat, flentem vidiſſet; gladio, quo patriæ rem bene geſſerat, interemit: Parum pudicas ratus lachrymas, quæ præpropero amori dabantur. Quem hoc nomine reum apud populum actum, pater defendit. Ita paulo propenſior animus puellæ ad memoriam futuri viri, & fratrem ferocem vindicem, & vindictæ tam rigidum aſſenſorem patrem habuit.

7. [1] Conſimili ſeveritate ſenatus poſtea uſus Sp. Poſthumio Albino, & Q. Marcio Philippo conſulibus mandavit, ut de his, quæ ſacris Bacchanalium inceſtu uſæ fuerant, inquirerent: A quibus cum multæ eſſent damnatæ, in omnes cognati [2] intra domos animadverterunt: lateque patens opprobrii deformitas, ſeveritate ſupplicii emendata eſt.

Qua

liter nomine ſponſum mortuum appellat. Movet feroci juveni animum comploratio ſororis in victoria ſua, tantoq; gaudio publico; ſtricto itaque gladio ſimul verbis increpans, transfigit puellam. Abi hinc cum immaturo amore, inquit, ad ſponſum tuum oblita fratrum mortuorum vivique, oblita patriæ, ſic eat, quicunque Romanum lugebit hoſtem. Hic deinde ex lege perduellionis damnatus eſt; erat autem lex horrendi criminis: DVVMVIRI PERDVELLIONEM IVDICENT, SI A DVVMVIRIS PROVOCARIT, PROVOCATIONE CERTATO, SI VICERINT, CAPVT OBNVBITO, INFELICI ARBORI RESTE SVSPENDITO, VERBERATO, VEL INTRA POMOERIVM, VEL EXTRA POMOERIVM. Hac lege damnatus, cum ad populum provocaſſet, de provocatione certatum eſt. Moti homines in eo judicio maxime, patre Horatio proclamante, ſe filiam jure cæſam judicare; ni ita eſſet, primo jure in filium animadverſum fuiſſe. Orabat deinde, ne ſe, quem paulo ante cum egregia ſtirpe conſpexiſſent, orbum liberis facerent. Additis deinde juvenis laudibus, victoriaque parta, abſolutus eſt magis admiratione virtutis, quam jure cauſæ. Sed ut cædes aliquo manifeſto piaculo lueretur, imperatum patri ut filium expiaret publica pecunia; is, quibuſdam piacularibus ſacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita ſunt, tranſmiſſo per viam tigillo, capite adoperto, velut ſub jugum miſit juvenem. Id hodie publice quoque ſemper refectum manet, *ſororium tigillum* vocant. *Livius.* Contigit A. V. XXCVII.

* *Conditione pugnæ.*] Quamvis tres tantummodo viciſſet, vicerat tamen omnes Albanos, ſancita inter ſe lege patique conditione, nt utra pars viciſſet, altera illius pareret imperio. *Oliverius.*

1. *Conſimili.*] Contig. A. U. DLXVII.

2. *Intra domos.*] Privatim matronæ ſunt in ſuis ædibus punitæ: nam mulieres damnatæ, aut cognatis, aut in quorum manu eſſent, traditæ ſunt, ut ipſi privatim animadverterent in eas. Si nemo erat idoneus ſupplicii exactor, in publico animadvertebatur. *Idem.*

1. *Pu-*

Qua quantum ruboris civitati noſtræ mulieres turpiter ſe gerendo incuſſerant, tantum laudis graviter punitæ attulerunt.

8. [1] Publicia autem, quæ Poſthumium Albinum conſulem; item Licinia, quæ Claudium Aſellum viros ſuos veneno necaverant, propinquorum decreto ſtrangulatæ ſunt: Non enim putaverunt ſeveriſſimi viri in tam evidenti ſcelere longum publicæ quæſtionis tempus expectandum. Itaque quarum innocentium defenſores fuiſſent, ſontium maturi vindices exſtiterunt.

9. Magno ſcelere horum ſeveritas ad exigendam vindictam concitata eſt. [2] Egnatii autem Metelli longe minori de cauſſa; qui uxorem, quod vinum bibiſſet, [3] fuſtim interemit. Idque factum non accuſatore tantum, ſed etiam reprehenſore caruit; unoquoque exiſtimante, optimo illam exemplo violatæ ſobrietatis pœnas pependiſſe. Et ſane quæcunque fœmina vini uſum immoderate appetit, omnibus & virtutibus januam claudit, & delictis aperit.

10. [4] Horridum C. quoque Sulpitii Galli maritale ſupercilium. Nam uxorem dimiſit, quod eam capite aperto foris verſatam cognoverat; [5] abſciſa ſententia, ſed tamen aliqua ratione munita. Lex enim, inquit, tibi meos tantum

1. *Publicia, &c.*] Cont. A.U. DXCIX.

2. *Egnatii autem.*] Aulus Gellius de Noctibus Atticis dicit non minus punitas fuiſſe mulieres à judicibus, quæ vino uſæ eſſent, quam ſi adulterium commiſiſſent, unde ſuperius in cap. de Inſtitutis Valerius dixit, *olim Romanis fœminis uſus vini fuit ignotus.* Non eſt igitur accuſatus, nedum damnatus, Metellus, qui uxorem necaverat, quod eam vinum bibiſſe deprehenderat. *Oliv.*

3. *Fuſte.*] Ita vulgo. Non male quidam codd. legunt *Fuſtim.* Factum hoc Egnatio Mecennio aſcribit Plin. lib. XXII. cap. 13.

4. *Horridum C. quoque Sulpicii Galli maritale ſupplicium.* Ita vulgo. Corrige ex ſeptem veterum libb. auctoritate, *Sulpitii Galli maritale ſupercilium.* Ponitur pro ſeveritate, ſicut à Martiale libro I. ad Cæſar.

Terrarum dominum pone ſupercilium.

Item à Cicerone in Piſoniana, *Ut illo ſupercilio tanquam Rhadamantus ille niti videretur.* Rurſus in Priapeiis:

Conveniens Latio pone ſupercilium.

Supplicium vero tormentum eſt, quo plicatum corpus afficitur, quo nullo affecit uxorem Gallus, ſed duntaxat divortio punivit. *Pigh.*

5. *Abſciſa.*] Rigida & dura, & ita brevis; nam res duræ uno ictu abſcinduntur. *Bad.*

1. *Incu-*

tum præfinit oculos, quibus formam tuam approbes. His decoris inſtrumenta compara, his eſto ſpecioſa, horum te certiori crede notitiæ: Ulterior tui conſpectus ſupervacua irritatione accerſitus, in ſuſpicione & crimine ſubhæreat neceſſe eſt.

11. Nec aliter ſenſit Q. Antiſtius Vetus, repudiando uxorem, quod illam in publico cum quadam libertina vulgari ſecreto loquentem viderat: Nam (ut ita dicam) [1] incunabulis & nutrimentis culpæ, non ipſa commotus culpa, [2] citeriorem delicto præbuit ultionem; ut potius caveret injuriam, quam vindicaret.

12. Jungendus eſt his P. [3] Sempronius Sophus, qui conjugem repudii [4] nota affecit, nihil aliud quam ſe ignorante [5] ludos auſam ſpectare. Ergo dum ſic olim fœminis occurritur, mens earum à delictis aberat.

EXTERNA.

1. Cæterum etſi Romanæ ſeveritatis exemplis totus terrarum orbis inſtrui poteſt; tamen externa ſummatim cognoſcere faſtidio non erit. Lacedæmonii libros [6] Archilochi è civitate ſua exportari juſſerunt, quod eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur. Noluerunt enim ea liberorum ſuorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quam ingeniis prodeſſet. Itaque maximum Poëtam, aut certe [7] ſummo proximum, quia * domum

[8] ſibi

1. *Incunabulis.*] Primis originibus & nutrimentis.

2. *Citeriorem.*] Legitur &, *citiorem.*

3. *Sempronius Sophus.*] De hoc Pomponius JCtus tit. de orig. jur. Falluntur, qui pluribus hoc cognomen tribuunt.

4. *Nota.*] Macula repudii.

5. *Ludos.*] Ludorum ſpectacula. *Ludos auſam ſpectare.*] Atqui ludos ſcenicos & gladiatores olim fœminis ſpectare licitum. Licitum per magiſtratum, non per maritos. Lege eruditiſſimum Caſaubonum ad Sueton. *Coler.*

6. *Archilochi.*] Refert Plutarchus illum cum libris ejectum Republ. quod ſcripſiſſet melius eſſe arma abjicere, quam mori. Et cum Lacedæmonii bellicoſi eſſent, indignati quod ea ſcripſiſſet, quæ contra rei militaris dignitatem eſſe videbantur, eum cum libris ſuis civitate ejecerunt. *Oliv.*

7. *Summo proximum.*] Suidæ, *δεύτερος ποιητής*. Per *ſummum*, haud dubie Homerum intelligit, pro cujus ſceptro armatur etiam egregius ille Muſarum miles

[1] ſibi inviſam obſcenis maledictis laceraverat, carminum exilio multarunt.

2. Athenienſes autem Timagoram, inter officium ſalutationis Darium regem more gentis illius adulatum, capitali ſupplicio affecerunt: unius civis humilibus blanditiis, totius urbis ſuæ decus Perſicæ dominationi ſummiſſum graviter ferentes.

3. Jam [2] Cambyſes inuſitatæ ſeveritatis, qui mali cujuſdam judicis ex corpore pellem detractam, ſellæ intendi, in eaque filium ejus judicaturum conſidere juſſit. Cæterum & rex, & barbarus atroci ac nova pœna, judicis ne quis poſtea corrumpi judex poſſet, providit.

CAP. IV.

miles Juſtus Lipſius. Pertinet autem hoc de Archilocho elogium ad Hippodromum Rhetorem, qui Homerum φωνὴν, Archilochum πνεῦμα vocitaverat. Paterculus: *Neque quemquam alium, cujus operis primus auctor fuerit, in eo perfectiſſimum, præter Homerum & Archilochum reperiemus.* Coler.

* *Domum.*] Scilicet Lycambis, qui filiam Archilocho deſponderat, at eam paulo poſt denegatam alteri dederat; qua injuria laceſſitus Archilochus, Jambico carmine ſic luſit in eum, ut præ dolore vitam laqueo finire coëgerit. *Idem.*

1. *Sibi inviſam.*] Nam ſicut apud Horatium legimus in Art. Poët. ſcripſit in Lycambem convitia Jambico carmine, quo tantum valuit, ut eum ad laqueum compulerit. Unde ait:

Archilochum proprio rabies armavit Iambo.

Ovidius in Ibin:

Poſt modo ſi perges in te mihi liber Iambus,
Tincta Lycambeo ſanguine tela dabit.

Oliver.

2. *Cambyſes.*] Hic Cambyſes Cyri Perſarum regis filius, cum patri ſucceſſiſſet in regnum, ut Juſtinus tradit, imperio patris Ægyptum adjecit offenſuſque ſuperſtitionibus Ægyptiorum, Apis cæterorumque Deorum templa dirui juſſit, ad Ammonis quoque nobiliſſimum templum exercitum miſit, qui tempeſtatibus, & arenarum molibus oppreſſus interiit. Mergidem deinde fratrem, quem per ſomnum viderat regnaturum, occidi juſſit, & ſacrilegio parricidium adjunxit: quarum rerum paulo poſt pœnas & ipſe dedit: nam gladio, quo Apim vulneraverat, ſponte evaginato, femore ictus, interiit. Non mirum igitur, ſi ſævitia potius quam ſeveritate uſus fuerit in hominem, cum in Deos quoque crudeliſſimus fuerit. De hoc Cambyſe & Lucanus mentionem facit lib. x.

—— Veſanus in ortus
Cambyſes longi populos pervenit ad ævi,
Defectuſque epulis, & paſtus cæde ſuorum
Ignoto te, Nile, cadit. ——

Oliverius.

1. *Annius*

CAP. IV.

DE GRAVITER DICTIS AUT FACTIS.

A ROMANIS.	AB EXTERNIS.
1. *T. Manlio Torquato.*	1. *Cinninenſi populo.*
2. *P. Scipione Æmiliano.*	2. *Socrate Athenienſi.*
3. *C. Popillio Lanate.*	3. *Alexandro Magno.*
4. *P. Rutilio Rufo.*	4. *Lacedæmoniis.*
5. *M. Iunio Bruto Procoſ.*	5. *Pædareto Spartano.*

MAgnam & bonam laudis partem in claris viris etiam illa vendicant, quæ aut ab his graviter dicta aut facta pertinax memoria viribus æternis comprehendit. Quorum ex abundanti copia, nec parca nimis, nec rurſus avida manu, quod magis deſiderio ſatisfaciat, quam ſatietati abundet, hauriamus.

1. Civitate noſtra Cannenſi clade perculſa, cum admodum tenui filo ſuſpenſa reip. ſalus ex ſociorum fide penderet, ut eorum animi ad imperium Romanum tuendum conſtantiores eſſent; majori parti ſenatus principes Latinorum in ordinem ſuum ſublegi placebat. Ut [1] Annius olim, Campani etiam conſulem alterum Capuæ creari de-

1. A*Nnius olim.*] Livius ſe tamen in quibuſdam Annalibus inveniſſe dicit à Campanis, cum jam defectionis conſilium iniiſſent, Romam fuiſſe miſſos legatos poſtulantes, ut alter conſul Campanus fieret, ſi rem Romanam adjuvari velint, indignatione orta, ſubmoveri à curia juſſos eſſe, miſſumque lictorem, qui ex urbe educeret eos, atque eo die manere extra fines Romanos juberet, quia nimis ſimile Latinorum quondam poſtulationi erat. *Oliv. Annius autem Campanus etiam conſulem alterum Capuæ creari debere aſſeverabat.*] Ita vulgo. Inſigniter erratum eſt à ſciolis in hoc exemplo, non enim poſſum adeo ſupinam ignorantiæ culpam auctori imputare. Animadverto namque in libris veteribus ſtudioſos Valerianis exemplis ſimiles, vel eaſdem aliis verbis hiſtorias commentariorum forma adſcripſiſſe: unde ſuſpicor librariorum imperitia perperam variis locis multa eſſe huic operi commixta, multa item confuſe diſturbata, ut diligentius Valerium legenti luce clarius conſtabit. Sæpius enim videtur à veritate hiſtoriæ prorſus aberrare, quemadmodum hoc imprimis loco. Tradunt enim Livius aliique auctores L. Annium Setinum Latinorum principem anno urbis CDXIII. poſtulare auſum fuiſſe, ut conſulum alter, & dimidia pars ſenatus ex Latio crearetur, acerrimeque reſtitiſſe T. Manlium Torquatum conſulem III. qui rebellantes tunc Latinos inſigni

debere aſſeverabant: ſic contuſus & æger Romani imperii ſpiritus erat. [1]Tunc Manlius Torquatus, ſtirpis ejus qui Latinos apud [2] Veſerim inclyta pugna fuderat, quam poterat clara voce denuntiavit: [3] ſi quis ſociorum inter Patres conſcriptos ſententiam dicere auſus eſſet, continuo eum ſe interempturum. Hæ unius minæ, & Romanorum languentibus animis calorem priſtinum reddiderunt, & Italiam ad jus civitatis nobiſcum exæquandum conſurgere paſſæ non ſunt: [4] namque ut populi Rom. armis, ita verbis illius fracta ceſſit.

Par

inſigni prœlio collega P. Decio ſemet devovente, contudit. Sæculo amplius deinde poſtea poſt Cannenſem cladem idem auſi ſunt poſtulare Campani, cum ad Annibalem deficere vellent, ut idem Livius ex quibuſdam annalibus refert, non per Annium ſed per legatos ſuos; eodemque anno à Sp. Cavilio de Latinorum, non Campanorum principibus in Senatum recipiendis relatum fuiſſe, illamque cum relationem ægerrime auditam à patribus, tum acerbiſſime à T. Manlio Torquato conſulari, ſtirpis ejus viro, qui Latinos olim repulerat, fuiſſe rejectam. At noſter hic Valerius Annium illum Campanum facit, ac T. Manlium ejus adverſarium, Torquati illius, qui Latinos ante rejecerat filium, cum ne nepos quidem ejus, ſpacio centum viginti amplius annorum interpoſito eſſe potuerit. Sed hi ſimileſque errores ſciolorum proculdubio temeritati ſunt adſcribendi, qui vel exempla male exemplis connectendo, annotationeſve operi inſerendo perquam turpiter deformarunt hunc auctorem, ut vix ſui ſimilis videatur. Atqui huic loco nil fere indicii remanſit veræ lectionis, prætérquam in Campenſi codice, quamvis hic admodum depravato, qui ita; *Atànius ille Campanis etiam, &c.* Quid ſi igitur legamus hoc modo? *Ut Annius olim, Campani etiam conſulem alterum Capuæ creari debere aſſeverabant.* Facilis autem lapſus eſſe potuit inter hæc verba, *Ut Annius, Atanius*; olim ille. Igitur veritati atque hiſtoriæ hanc lectionem recte congruentem admittere viſum fuit, donec certius quid reperiatur. *Pigh.*

1. *Tunc Manlius Torquatus filius ejus qui Latinos ad Veſerim.*] Ita vulgo. Diximus temporis ſpacium prorſus adverſari, ne ejus potuiſſet eſſe filius, cum ab illo Manlio ad hunc centum viginti amplius numerentur anni. Legendum igitur opinor, niſi plane hoc loco Valerium dormitaſſe dicere velimus: *Tunc Manlius Torquatus, ſtirpis ejus qui Latinos, &c.* Sic enim Livius: *Et præcipue Manlius eſſe etiam nunc ejus ſtirpis virum diceret, ex qua quondam in Capitolio conſul minatus eſſet; quem Latinum in Curia vidiſſet, eum ſua manu ſe interfecturum.* Adfuit deinde γλωσσογρά-φος aliquis ineptus, qui vocem *ſtirpis* vel *ſtirpes* in primo caſu ſumens, ut Servius & Soſipater fieri poſſe volunt, filium interpretatus eſt, quæ gloſſa deinde in ipſum opus irrepſit librariorum culpa, qui ſæpe minus obſcura rejectis ignotis ſolent ſubſtituere. *Pigh.*

2. *Veſerim.*] Scilicet fluvium.

3. *Si quis ſociorum.*] Sed amplius dicit Livius, ait enim, ſive Romanus, ſive peregrinus fuerit.

4. *Namque ut patris armis, ita verbis filii fracta ceſſit.*] Ita vulgo. Superior ille

lapſus

[1] Par ejuſdem quoque Manlii gravitas, cum conſulatus omnium conſenſu deferretur, eumque ſub excuſatione adverſæ valetudinis oculorum recuſaret; inſtantibus cunctis, Alium, inquit, Quirites quærite, ad quem hunc honorem transferatis: Nam ſi me gerere eum coëgeritis, nec ego mores veſtros ferre, nec vos meum imperium perpeti poteritis. Si privati tam ponderoſa vox, quam graves faſces conſulis extitiſſent!

2. [2] Nihilo ſegnior Scipionis Æmiliani aut in curia, aut in concione gravitas: qui cum haberet conſortem cenſuræ Mummium, ut nobilem, ita [3] enervis vitæ, pro Roſtris dixit, ſe ex majeſtate reip. omnia geſturum, ſi ſibi cives vel dediſſent collegam, vel non dediſſent.

[4] Idem, cum Ser. Sulpicius Galba, & Aurelius Cotta conſules in ſenatu contenderent, uter adverſus Viriatum in

lapſus ut excuſaretur, alium hunc errorem induxit, cujus & aliam quoque cauſam arbitror fuiſſe compendioſam illam ſcribendi formulam P. R. in veteribus libris frequenter obviam, in qua interpretanda librarios fœdiſſime lapſos ſæpe reperimus, non habita quod oportebat, totius ſententiæ ratione, ut perperam aliquando cum populi Romani eſt nota, prætoris vel patris eſſe exiſtimarint, atque etiam ſcripſerint. Quod idem hic accidiſſe ſuſpicor, cum in antiquis libris ſcriptum fuiſſe putem jam dicta verba; *Namque ut P. R.* id eſt, pop. Rom. *armis, ita verbis illius fracta ceſſit.* Quæ gloſſographus duobus Manliis patri (ut putabat) & filio accommodare cupiens, ita interpretatus eſt, Namque ut P. R. id eſt, patris, armis, ita verbis illius, id eſt, filii, fracta ceſſit. Et in Campenſi quidem exemplari, ſupra vocem *filii* annotatum extat *illius*. Pighius.

1. *Par illius quoque Manlii gravitas, cui cum conſulatus omnium conſenſu deferretur.* Ita vulgo. Hic item error ex jam dicto fonte profluxit. Legendum autem ex Livio aliiſque, niſi falſa delectemur hiſtoria: *Par ejuſdem quoque Manlii gravitas, cum conſulatus omnium conſenſu deferretur. Non enim hic alius, ſed is ipſe, qui poſt Cannenſem cladem, Latinos in curiam admittere noluerat, ſicut ex Annalibus noſtris manifeſtum eſt.* Pighius. Contigit A.U. DXLII.

2. *Nihilo ſegnior, &c.*] Contigit A.U. DCXI.

3. *Enervis.*] Mollis & effœminatus.

4. *Idem cum Servius.*] Hic Viriatus, ut Livius & Eutropius referunt, de paſtore venator, de venatore latro, de latrone juſti exercitus dux factus, totam Luſitaniam, quæ magna Hiſpaniæ pars eſt, occupavit. M. Vetilium prætorem fuſo ejus exercitu cepit, poſt quem C. Plaucius prætor nihilo felicius rem geſſit, tantumque terrorem is hoſtis intulit, ut adverſus eum conſulari opus eſſet exercitu, miſſus eſt Q. Fabius Maximus Proconſul. Cæterum de hoc Viriato plura dicemus lib. ult. cap. de Perfidia, ubi agitur de ejus morte. *Oliv.* Contigit A.U. DCIX.

1. *Alter.*]

in Hiſpaniam mitteretur: ac magna inter Patres conſcriptos diſſenſio eſſet; omnibus quoniam ejus ſententia inclinaretur expectantibus: Neutrum, inquit, mihi mitti placet, quia [1] alter nihil habet, [2] alteri nihil eſt ſatis. Æque malam licentis imperii magiſtram judicans inopiam atque avaritiam. Quo dicto, ut neuter in provinciam mitteretur, obtinuit.

3. [3] C. verò Popilius à ſenatu legatus ad Antiochum miſſus, ut bello ſe, quo Ptolemæum laceſſebat, abſtineret: cum ad eum veniſſet, atque is prompto animo & amiciſſimo vultu [4] dextram ei porrexiſſet; invicem ei ſuam porrigere noluit, ſed tabellas [5] ſenatuſconſultum continentes tradidit: Quas ut legit Antiochus, dixit, ſe cum amicis collocuturum. Indignatus Popillius, quod aliquam moram interpoſuit; At prius, inquit, quam circulo excedas, da reſponſum, quod ſenatui referam. Non legatum locutum, ſed ipſam Curiam ante oculos poſitam crederes: continuo enim rex affirmavit fore, ne amplius de ſe Ptolemæus quereretur. Ac tum demum Popillius manum ejus tanquam ſocii apprehendit. Quam efficax eſt animi

1. *Alter.*] Galba.

2. *Alteri.*] Aurelio, quem avarum fuiſſe conſtat.

3. *C. verò Popillius.*] Plinius XXXIV. Nat. Hiſt. aliter ſentit. Non Cn. Pompilium, ſed C. Octavium legatum fuiſſe dicit, & in ea legatione à rege occiſum. *Non præteribo*, inquit, *C. Octavium ob unum verbum, qui regem Antiochum dilaturum ſe reſponſum dicentem, virga, quam tenebat, forte circumſcripſit, & priuſquam egrederetur circulo illo, reſponſum dare coëgit; in qua legatione interfecto Senatus ſtatuam poni juſſit, quam oculatiſſimo loco in roſtris.* Oliv. *Popillius.*] Plin. lib. XXXIV. cap. 6. *C. Octavium* appellat. In prænomine quoque mira diverſitas. Paterculus *Marcum* vocat. Hieronymus in Danielem Cajum. Livius, Valerius, Plutarchus, Editio Valerii Veneta, Cneum: ſicut Cicero Philipp. 2. *Coler.* Contigit A.U. DXXCV.

4. *Dextram ei.*] Juſtinus ait, regem oſculum Popillio obtuliſſe. Quod idem eſt. Regibus exteris mos erat oſculo delibatam manum ſive dexteram notis aut amicis offerre. Id oſculum veteres *Labratum* appellabant. Gloſſarium: *Labratum*, ἀσπάσιον βασιλέως. Et iterum, *Labratum*, φίλημα βασιλικόν. *Idem.*

5. *Senatuſconſultum.*] Quod erat ejuſmodi: Niſi abſtineret à bello contra Ptolemæum, bellum à Romanis ſibi indictum eſſe. *Oliv.*

1. *Texit.*]

animi ſermoniſque abſciſa gravitas! Eodem momento Syriæ regnum terruit, Ægypti [1] texit.

4. [2] P. autem Rutilii verba prius an facta æſtimem, neſcio: nam utriſque æque admirabile ineſt robur. Cum amici cujuſdam injuſtæ rogationi reſiſteret, atque is per ſummam indignationem dixiſſet: [3] Quid ergo inquit, mihi opus eſt amicitia tua, ſi quod rogo, non facis? reſpondit, Imo quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſte facturus ſum? Huic voci conſentanea illa opera, quod magis [4] ordinum diſſenſione, quam ulla culpa ſua reus factus, nec [5] obſoletam veſtem induit, nec inſignia ſenatoris depoſuit, nec [6] ſupplices ad genua judicum manus tetendit; nec dixit quicquam ſplendore præteritorum annorum humilius. Effecitque ut [7] periculum illud non impedimentum gravitatis ejus eſſet, ſed experimentum. Atque etiam cum ei reditum in patriam Syllana victoria præſtaret, in exilio, ne quid adverſum leges faceret, remanſit. [8] Quapropter Felicis cognomen juſtius quis moribus graviſſimi viri, quam im-

1. *Texit.*] Protexit.

2. *Publii autem Rutilii verba.*] De hoc Publio Rutilio dictum eſt in cap. de Majeſtate, & dicetur infra cap. 9. lib. VI. de Mutatione Fortunæ. Vide Aſconium. *Hic*, inquit, *eſt P. Rutilius, qui Quintus ex publicano dictus conſul, poſtea decem legatorum ſententia dicitur leges Siculis conſcripſiſſe.* Hæc Pædianus Aſconius. Quæſtor Rutilius Ruffus damnatus eſt, qui, cum prætore conſenſerat ſuo, ne quid agerent publicani in provincia ſua. Quo cognito, equites Romani, nam tunc ante Syllana tempora judicabant, damnarunt eum. Cum ergo poſt victoriam Syllæ adverſus Marium redire poſſet in patriam, noluit, ne quid adverſus leges faceret. *Oliver.* Contigit A.U. DCLX.

3. *Quid mihi tua.*] Cicero: *Hæc lex amicitiæ ſanciatur, ut neque rogemus res turpes, neque rogati faciamus*, Idem.

4. *Ordinum diſſenſione.*] Quia de judiciis ſenatorius, & equeſtris inter ſe diſſidebant. *Ordinum diſſenſione.*] Factione partium civitatis.

5. *Obſoletam.*] Squalidam, & immundam, mœroris indicem.

6. *Supplices.*] Genua tum Deorum, tum mortalium ſupplices attingere moris erat, ut teſtatur Plin. lib. 11. c. 45. Vide & Hadr. Junium l. 11. Animadv. cap. 11. In genubus quoque miſericordiam poſuere veteres. Plin. lib. 11. c. 45. *Hominis genibus & quadam religio ineſt, obſervatione gentium. Hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt: hæc ut aras adorant.*

7. *Periculum.*] Experimentum.

8. *Quapropter felicitatis cognomen.*] Ita vulgo. Lege ex Cauchiano libro, *Felicis cognomen.* Quod habuit L. Cornelius Sulla. *Pighius.*

 1. *Marcus*

impotentis armis aſſignaverit. Quod quidem Sylla rapuit, Rutilius meruit.

5. [1] M. Brutus ſuarum prius virtutum, quam [2] patriæ parentis parricida ([3] uno enim facto & illas in profundum præcipitavit, & omnem ſui nominis memoriam inexpiabili deteſtatione perfudit) ultimum prælium initurus, negantibus quibuſdam id committi oportere: Fidenter, inquit, in aciem deſcendo: hodie enim aut recte erit, aut nihil curabo. Præſumpſerat videlicet neque vivere ſe ſine victoria, neque mori ſine ſecuritate poſſe.

EXTERNA.

1. Cujus mentio mihi ſubjicit, quod adverſus [4] D. Brutum in Hiſpania graviter dictum eſt, referre: Nam cum ſe ei tota pene Luſitania dedidiſſet, ac ſola gentis ejus urbs [5] Cinninia pertinaciter arma retineret, tentata redemptione, propemodum uno ore legatis Bruti reſpondit: Ferrum ſibi à majoribus, quo urbem tuerentur, non aurum, quo libertatem ab imperatore avaro emerent, relictum. Melius ſine dubio illud noſtri ſanguinis homines dixiſſent, quam audiſſent.

2. Sed

1. *Marcus Brutus.*] Et illud Bruti dictum gravitate & fiducia plenum fuit. Diſſuadentibus enim ſuis multum, prœlium ſuſcipiendum eſſe: *Aut*, inquit, *hodie recte, aut nihil curabo.* Ac ſi diceret, vel vincam, vel moriar. Recte erit, ſi vicero. Nihil curabo ſi moriar. Cicero ad Dolabellam de Bruto multa tradit, maximeque commendat in ea epiſtola: *Etſi contentus eram mi Dolabella.*] Oliv.

2. *Patriæ parentis.*] Julii Cæſaris.

3. *Uno enim facto.*] Teterrima conſpiratione in C. Cæſarem.

4. *D. Brutum.*] Cum Decius Brutus, M. Bruti patruelis reip. partes defenderet adverſus Antonium, in Hiſpaniam profectus, totam Luſitaniam, quæ pars eſt Hiſpaniæ, ſubegit. *Oliv.* Contigit A.U. DCCXI.

5. *Cinninia.*] Antonino Hiſpaniæ urbs, ad radices Pyrenæi montis verſus mediterraneum mare. Eſt & Luſitaniæ urbs, quam, cum D. Brutus redemptione tentâſſet, reſpondent cives, Ferrum à majoribus, quo urbem tuerentur, non aurum, quo libertatem emerent, relictum eſſe. *Cinninia* legunt tria mea membranacea exemplaria. Sitania hodie appellari, ſcribit ad me Emanuël Barboſa JCtus Luſitanus, & ſitam inter Bracaram & Araducam ad Ortum ſolis, ab utraque ſex milliaribus, at locum carere habitatore. *Ortelius.* *Cinninia.*] Lib. Dan. *Cinginnia.* Veneta editio: *Cirania.* Sed Cininnenſes noti ex Plinio libro III. capite 3. *Colerus.*

1. *Socra-*

2. Sed illos quidem natura in hæc gravitatis veſtigia deduxit. [1]Socrates autem Græcæ doctrinæ clariſſimum columen, cum Athenis cauſam dicturus eſſet, defenſionemque ei Lyſias à ſe compoſitam, qua in judicio uteretur, recitaſſet, demiſſam & ſupplicem, [2]imminentique procellæ accommodatam, Aufer, inquit, quæſo iſtam: nam ego ſi adduci poſſem, ut eam in ultima Scythiæ ſolitudine [3]perorarem, tum me ipſe morte multandum concederem. Spiritum contempſit, ne careret gravitate: [4]maluitque Socrates extingui, quam Lyſias ſupereſſe.

3. Quantus hic in ſapientia, tantus in armis Alexander illam vocem nobiliter edidit. [5]Dario enim uno jam & altero prœlio virtutem ejus experto, atque ideo partem regni Tauro tenus monte, & filiam in matrimonium cum decies centum millibus talentûm pollicente; cum Parmenion

1. *Socrates, &c.*] Socrates cum accuſatus eſſet, quod alienos Deos introduceret, & puerorum corruptor eſſet, ut ulterius dicemus in VII. de Sapienter dictis, Lyſias ejus diſcipulus commiſeratione motus, orationem pro eo ſcripſit accommodatiſſimam ad excuſationem; quam cum Socrati recitaſſet, (continebat ἀπολογίαν, id eſt, accuſationem) Bona, inquit Socrates, eſt oratio, ſed non mihi conveniens; nam humilioribus verbis ſcripta erat, quam Philoſopho conveniat. Tum ille, Si eſt, inquit, bona, cur non ea uteris? Tum Socrates: Nonne veſtis poteſt eſſe pulchra, & tamen non unicuique conveniens? Hanc hiſtoriam ita tradidit Diog. Laërtius, quanquam Valerius dicat illum aliter reſpondiſſe Quintilianus lib. 11. *Et Socrates*, inquit, *inhoneſtam credidit orationem, quam ei Syſius compoſuerat.* Oliv.

2. *Imminentique procellæ.*] Inſtanti periculo.

3. *Perorarem.*] Tali defenſione judices perſuaderem.

4. *Maluitque Socrates.*] Maluit mori tanquam Socrates, quam vivere tanquam Lyſias.

5. *Dario enim.*] Juſtinus nullam prorſus mentionem facit in geſtis Alexandri, tantum illud refert, quod victus Darius cum Babyloniam profugiſſet, per epiſtolas Alexandrum deprecatus ſit, ut redimendarum captivarum ſibi poteſtatem faciat, inque eam rem magnam pecuniam pollicitus; ſed Alexander in pretium captivarum regnum omne, non pecuniam petiit. Interjecto tempore aliæ epiſtolæ Darii Alexandro redduntur, quibus filiæ matrimonium, & regni portio offerretur, ſed Alexander ſua ſibi dari reſcripſit, juſſitque ſupplicem venire, & regni abitraria victori permittere. Item paulo inferius ait: *Darius ſe ratus vere victum, cum poſt prœlia, & beneficiis ab hoſte ſuperaretur, ſcribit tertias epiſtolas, & gratias agit, quod nihil in ſuos hoſtile fecerit. Offert deinde majorem partem regni uſque ad flumen Euphratem, & alteram filiam uxorem, pro reliquis captivis* XX. *millia talentorum. Ad hoc Alexander gratiarum actionem ab hoſte ſupervacaneam eſſe* reſpon-

Digitized by Google

nion dixiſſet, Se, ſi Alexander eſſet, uſurum conditione: reſpondit: Et ego uterer, Si Parmenion eſſem. Vocem duabus victoriis reſpondentem, [1] dignamque cui tertia, ſicut evenit, tribueretur.

4. Atque hæc quidem animi magnifici, & proſperi ſtatus: [2] illa verò, qua legati Lacedæmoniorum apud patrem ejus miſeram fortunæ ſuæ conditionem teſtati ſunt, generoſior, quam optabilior. Intolerabilibus enim [3] oneribus civitatem eorum implicanti, ſi quid morte gravius imperare perſeveraret, mortem ſe prælaturos reſponderunt.

5. Nec parum grave Spartani cujuſdam dictum: ſiquidem nobilitate & ſanctitate præſtans, & in petitione magiſtratus victus, maximæ ſibi lætitiæ eſſe prædicavit, quod aliquos patria ſua ſe meliores viros haberet. Quo ſermone repulſam honori adæquavit.

CAP. V.

reſpondit. nec à ſe quicquam factum in hoſtis adulationem, nec quod in dubios belli exitus, aut in leges pacis lenocinia quæreret, ſed animi magnitudine, qua didicerit adverſus vires hoſtium, non adverſus calamitates contendere, pollicetur que ſe præſtaturum ea Dario, ſi ſecundus ſibi non par haberi voluerit, cæterum neque mundum poſſe duobus Solibus regi, neque orbem ſumma duo regna ſalvo ſtatu terrarum habere, perinde aut deditionem eadem die, aut in poſteram aciem paret. Oliv.

1. *Dignamque cui tertia.*] Tertio Darium vicit, & victi ac in fuga à ſuis interfecti regno potitus eſt. *Badius.*

2. *Illa verò.*] Philippus pater Alexandri Græciam diu bello invaſit, & eam tandem oppreſſit, ſed cum devictis Athonienſibus bellum Lacedæmoniis intuliſſet, Lacedæmonii, qui ſemper armis victores extitiſſent, aliiſque imperare conſueviſſent, non poterant ſe ſubjicere Philippo: & cum quidam dixiſſet multa mala, & extrema perpeſſuros, nihil mali neque extremi vitam aſpernantibus eſſe reſponderunt. Cum rurſus gravia multa, & indigna Philippus imperaret, nihil aliud reſcripſerunt Lacedæmonii, niſi Philippo ſalutem. Non ſcilicet volumus imperanti tibi parere. Cum tamen gravius inſtaret, duriora que illis imperaret, dixerunt ſe mortem ſubire paratos, ſi quid morte durius imperaverit. *Oliver.*

3. *Oneribus.*] Nam tributarios faciebat, tantam pecuniam Imperabat, quanta exolvi non poſſet. Accuſati enim fuerant, quod arcem Thebanam induciarum tempore occupaſſent. *Oliverius.*

CAP. V.

DE JUSTITIA.

ROMANORUM.	
1. *Populi Rom.*	7. *L. Cornelii Syllæ Coſ.*
2. *Quatuor tribunorum plebis.*	EXTERNORUM.
3. *Ti. Gracchi Cenſ.*	1. *Pittaci Mitylenæi*
4. *Collegii tribunorum plebis.*	2. *Ariſtidis Athenienſis.*
5. *Cn. Domitii Ahenobarbi.*	3. *Zaleuci Locrenſis.*
6. *L. Licinii Craſſi oratoris.*	4. *Charundæ Thurii.*

TEmpus eſt juſtitiæ quoque ſancta penetralia adire, in quibus ſemper æqui ac probi facti reſpectus religioſa cum obſervatione verſatur: & ubi ſtudium verecundiæ eſt, & cupiditas rationi cedit, nihilque utile, quod parum honeſtum videri poſſit, ducitur. Ejus autem præcipuum & certiſſimum inter omnes gentes noſtra civitas exemplum eſt.

1. [1] Camillo [2] conſule Faliſcos circumſedente, magiſter ludi plurimos & nobiliſſimos inde pueros, velut ambulandi gratia eductos, in caſtra Romanorum perduxit: Quibus interceptis, non erat dubium quin Faliſci depoſita belli gerendi pertinacia, tradituri ſe noſtro imperatori eſſent. De ea re ſenatus cenſuit, ut pueri vinctum magiſtrum

1. C*Amillo.*] Valerius diſſentit à Livio: nam Livius dicit Camillum non conſuluiſſe Senatum, ſed id ſententia ſua feciſſe, nulla interjecta mora. *Oli.* *Camillo conſule Faliſcos circumſedente.*] Lege *Faliſcos*, non, *Phaliſcos.* ita enim antiquo more ſcribitur hoc nomen. In Camp. & Cauch. *Falerios* legimus, etiam recte. Quemadmodum in Annal. noſtris demonſtravimus. *Pigh.* *Faliſcos.*] Liber Danielis, *Valerios.* Æque recte. Livio ſunt iidem Falerii & Faliſci. Falerios etiam Polyænus appellat libro VIII. Sed Strabo inter φαλίσκυς & φαλερίυς videtur diſtinguere. Servius ad VII. Æneid. *Faliſcos Halcſus condidit. Hi autem immutato* H *in* F *Faliſci dicti ſunt: ſicut Febris dicitur, quæ ante Hebris dicebatur. Formiæ quæ Hormiæ fuerunt* ἀπὸ τῆς ὁρμῆς. *Nam poſteritas in multis nominibus* F *pro* H *poſuit.* Coler. Contigit A. U. CCCIIX.

2. *Conſule.*] Livius non conſulem, ſed trib. militum conſulari poteſtate fuiſſe tradit. Nam ſæpius mutata eſt forma imperii Rom. A regibus enim ad conſules, à conſulibus ad decemviros, à decemviris ad tribunos militum conſulari poteſtate, à tribunis rurſus ad conſules, poſtremo ad imperatores tranſlatum fuit imperium. Hoc igitur tempore tribuni militum imperabant. *Id.*

ſtrum virgis cædentes in patriam remitterentur. Qua juſtitia animi eorum ſunt capti, quorum mœnia expugnari non poterant; namque Faliſci beneficio magis quam armis victi, portas Romanis aperuerunt. Eadem civitas aliquoties rebellando, ſemperque adverſis contuſa præliis, tandem ſe Q. Lutatio conſuli [1]dedere coacta eſt.[2] Adverſus quam ſævire cupiens populus Rom. poſtquam à [3] Papirio (cujus manu, jubente conſule, verba deditionis ſcripta erant) doctus eſt, Faliſcos non poteſtati, ſed fidei ſe Romanorum commiſiſſe; omnem iram placida mente depoſuit, pariterque & viribus odii, non ſane facile vinci aſſuetis, & victoriæ obſequio, quæ promptiſſime licentiam ſubminiſtrat, ne juſtitiæ ſuæ deeſſet, obſtitit. [4] Idem, cum P. Claudius [5] Camerinos ductu atque auſpiciis ſuis captos ſub haſta vendidiſſet, etſi ærarium pecunia, fines agris auctos animadvertebat; tamen, quia parum liquida fide id geſtum ab imperatore videbatur, maxima cura conquiſitos redemit, iiſque habitandi gratia locum in Aventino aſſignavit, & prædia eis reſtituit. Pecuniam etiam non ad Curiam, ſed ad [6] ſacraria ædificanda, [7] ſacrificiaque facienda tribuit: juſtitiæque promptiſſimo tenore effecit, ut exitio ſuo lætari poſſent, quia ſic renati erant.

Mœnibus noſtris, & finitimis regionibus, quæ adhuc retuli; quod ſequitur, per totum terrarum orbem manavit.

1. *Dedere coacta.*] Abbreviator Livii: *Phaliſci cum rebellaſſent, ſexto die domiti, in deditionem venerunt.* Eutropius de Phaliſcis lib. III. *Q.* inquit, *Lutatius, & Aulus Manilius conſules creati ſunt, & bellum Phaliſcis intulere, quæ civitas Italiæ opulenta eſt, quod ambo conſules intra ſex dies, quam venerant, tranſegerunt: quindecim millibus hominum occiſis, cæteris pace conceſſa, agro tamen ex medietate ſublato.* Oliv.

2. *Adverſus, &c.*] Contigit A. U. DXII.

3. *Papirio.*] Scriba conſulis, qui jubente conſule deditionis formulam ſcripſerat Romanis. *Idem.*

4. *Idem, &c.*] Contig. A. U. CDXXCV.

5. *Camerinos.*] Camerium Latii oppidum, Tacito & Plinio. Cameria Livii eſt, & Halicarnaſſæi. Coloniam Romanam factam à Romulo & Tatio regibus, ſcribit Onuphrius. Camerinum eſt Ciceroni ad Attic. VIII. Epiſt. 12. Feſto quoque, qui oppidum pulchrum eſſe ait. *Ortel.*

6. *Sacraria.*] Ubi ſacra continentur.

7. *Sacrificia.*] Ut emerentur victimæ.

I. *Tima-*

vit. [1]Timochares Ambracienſis Fabricio conſuli pollicitus eſt, ſe Pyrrhum veneno per filium ſuum, qui potionibus ejus præerat, necaturum. Ea res cum ad ſenatum eſſet delata, miſſis legatis Pyrrhum monuit ut adverſus hujus generis inſidias cautius ſe gereret: memor, Urbem [2] à filio Martis conditam: & armis bella, non venenis gerere debere. Timocharis autem nomen ſuppreſſit; utroque modo æquitatem amplexus: quia nec hoſtem malo exemplo tollere, neque eum qui [3] bene mereri paratus fuerat, prodere voluit.

2. [1]Sum-

1. *Timochares Ambracienſis.*]Hiſtoria hæc diverſo modo narratur. Gellius libro III. cap.8. *Dum Pyrrhus*, inquit, *Rex in Italia foret, & ſemel atque iterum cum Romanis feliciter pugnaſſet, ſatiſque angerentur Romani, quod pleraque Italia ad Regem deſciviſſet, tum Ambracienſis quiſpiam Timochares, Pyrrhi Regis amicus, ad C. Fabricium conſulem furtim venit, ac præmium petiit, & ſi de præmio conveniret, promiſit Regem venenis necare, idque ſibi facile factu eſſe dixit, quoniam filii ſui pocula in convivio Regi miniſtrarent. Eam rem Fabricius ad Senatum ſcripſit, Senatus ad Regem legatos miſit, mandavitque, ut de Timochare nihil proderent, ſed monerent uti Rex circumſpectius ageret, atque à proximorum inſidiis ſalutem tutaretur. Hoc ita; ſicut diximus, in Valerii Antiatis hiſtoria ſcriptum eſt. Quadrigarius autem* lib. III. *non Timocharem, ſed Niciam adiiſſe conſulem ſcribit, neque legatos à Senatu miſſos, ſed à conſulibus: Pyrrhum vero pop. Rom. laudes & gratias ſcripſiſſe, captivoſque omnes, quos tunc habuit, reſtituiſſe & reddidiſſe Romanis. Conſules tunc fuere, C. Frabricius atque Æmilius: litteras, quas ad Regem Pyrrhum ſuper ea re miſerunt, Claudius Quadrigarius ſcripſit, fuiſſe hoc exemplo: Conſules Romani S. D. Pyrrho Regi. Nos pro tuis injuriis continuo animo ſtrenue commoti inimiciter tecum bellare ſtudemus; ſed communis exempli & fidei ergo viſum eſt, ut te ſalvum velimus, ut eſſet quem armis vincere poßimus. Ad nos venit Nicias familiaris tuus: qui ſibi pretium à nobis peteret, ſi te clam interfeciſſet: id nos negavimus velle, ne vel ob eam rem quicquam commodi expectaret; & ſimul viſum eſt ut te certiorem faceremus, ne quid ejuſmodi ſi accidiſſet, noſtro conſilio civitatis putarent factum: & quod nobis non placet, pretio, aut præmio, aut dolis pugnare. Tu niſi curas, jacebis.* Valerius in hac hiſtoria imitatus eſt Valerium Antiatem. Plutarchus dicit hujuſmodi literas fuiſſe: *C. Fabricius & Q. Æmilius Pyrrho regi S. Neque amicorum, neque hoſtium fortunatus æſtimator eſſe videris: cognoſces enim, cum hanc epiſtolam ad nos tranſmiſſam perlegeris, te bonis quidem ac juſtis viris bellum inferre, malis vero atque injuſtis confidere. H.ec autem non tua gratia nota facimus tibi, ſed ne mors tua nobis calumniam afferat, quaſi virtute nequiremus te ſuperare, dolo contendiſſe. Acceptis itaque Pyrrhus Fabricii literis, medico convicto, ac ſupplicio juſte affecto, ad retributionem beneficii captivos omnes gratis Fabricio Romaniſque reſtituit.* Oliv.

2. *A filio Martis.*] Romulo.

3. *Bene mereri.*] Præſtare pop. Rom. beneficium. Diſſentit Quadrigarius à Valerio. Similiter & Eutropius, qui & ipſe hanc narrat hiſtoriam. Nam Quadrigarius & Eutropius dicunt proditorem

 rem

2. [1] Summa juſtitia in quatuor quoque tribunis pleb. eodem tempore conſpecta eſt. Nam cum C. Atratino (ſub quo duce aciem noſtram apud [2] Verruginem à Volſcis inclinatam cum cæteris equitibus correxerant) diem ad populum L. Hortenſius collega eorum dixiſſet, pro Roſtris juraverunt, in ſqualore ſe eſſe, quoad imperator ipſorum reus eſſet futurus. Non enim ſuſtinuerunt egregii juvenes, cujus armati periculum vulneribus & ſanguine ſuo defenderant; ejus togati ultimum diſcrimen, poteſtatis inſignia retinentes, intueri: Qua juſtitia mota concio, actione Hortenſium deſiſtere coëgit.

3. [3] Nec ſe etiam aliter eo facto, quod ſequitur, exhibuit. Cum Ti. Gracchus & C. Claudius, ob nimis ſevere geſtam cenſuram, majorem civitatis partem exaſperaſſent, diem his P. Rutilius tribunus plebis [4] perduellionis ad populum dixit, præter communem conſternationem, privata etiam ira accenſus, quia neceſſarium ejus ex publico loco parietem demoliri juſſerant: Quo in judicio [5] primæ claſſis permultæ centuriæ [6] Claudium aperte damnabant: de Gracchi abſolutione univerſæ conſentire videbantur: Qui clara voce juravit, ſi de collega ſuo gravius eſſet judicatum, in factis paribus ſe eandem cum illo pœnam exilii ſubiturum. Eaque juſtitia tota illa tempeſtas ab utriuſque fortunis & capite depulſa eſt. Claudium enim populus abſolvit: Graccho cauſſæ dictionem trib. Rutilius remiſit.

4. [7] Magnam laudem & illud collegium tribunorum tulit,

rem fuiſſe nominatum. Valerius non fuiſſe, cujus ſententiæ & Antias Valerius fuit. *Idem.*

1. *Summa, &c.*] Contig. A. U. CCCXXXI.

2. *Verruginem.*] Lacus eſt in Volſcis.

3. *Nec ſe, &c.*] Contig. A. U. DXXCIV.

4. *Perduellionis.*] Cujus convicti ut hoſtes condemnabantur. *Perduellionis.*] Dicti perduelles, qui hoſtilia adverſus principem vel rempublicam moliuntur, quoniam quos nos hoſtes, eos veteres perduelles appellabant. Lex Julia perduellionis eum etiam eſſe reum voluit, cujus opera magiſtratus pop. Roman. occiſus fuerit.

5. *Primæ claſſis.*] Ex quinque ſcilicet, in quas populus Romanus diviſus erat ſecundum rationem cenſus. *Bad.*

6. *Claudium.*] Cujus nomen & gens plebi ſemper inviſa fuit.

7. *Magnam, &c.*] Contigit A. U. DXCIX.

1. *Sacro-*

ſit, quod cum unus ex eo L. Cotta fiducia [1] ſacroſanctæ poteſtatis creditoribus ſuis nollet ſatisfacere, decrevit; Si neque ſolveret pecuniam, neque daret cum quo ſponſio fieret, appellantibus ſe creditoribus auxilio futurum: iniquum ratum, majeſtatem publicam privatæ perfidiæ [2] obtentui eſſe. Itaque Cottam in tribunatu quaſi in aliquo [3] ſacrario latentem, tribunitia inde juſtitia extraxit.

5. [4] Cujus ut ad alium æque illuſtrem tranſgrediar, Cn. Domitius tribunus plebis M. Scaurum principem civitatis in judicium populi devocavit; Ut ſi fortuna aſpiraſſet, ruinam: ſin minus, certe ipſa obtrectatione ampliſſimi viri incrementum claritatis apprehenderet. Cujus opprimendi ſummo ſtudio flagraret, ſervus Scauri ad eum noctu pervenit, inſtructurum ſe ejus accuſationem multis & gravibus domini criminibus promittens. Erant in eodem pectore Domitii, inimicus & dominus, diverſa æſtimatione nefarium indicium perpendentes: Juſtitia vicit odium. Continuo enim & ſuis auribus [5] obſeratis, & [6] indicis ore clauſo duci eum ad Scaurum juſſit. Accuſatorem etiam reo ſuo ne dicam diligendum, certe laudandum, quem populus cum propter alias virtutes, tum hoc nomine libentius & conſulem, & cenſorem, & pontificem maximum fecit.

6. [7] Nec aliter ſe L. Craſſus in eodem juſtitiæ experimento geſſit. C. Carbonis nomen infeſto animo utpote inimiciſſimi ſibi detulerat: ſed tamen ſcrinium ejus à ſervo alla-

1. *Sacroſancta.*] Quam violare nefas eſſet.

2. *Obtentui.*] Prætextui.

3. *Sacrario.*] In aliquo templo, ubi tutus lateret, unde exrrahi non poſſet.

4. *Cujus ut ad alium.*] Cn. Domitius M. Scaurum accuſavit. Hic Domitius fuit, qui quarto conſulatu Marii Pontifex Maximus populi ſuffragio creatus eſt. Scaurum autem accuſavit hac de cauſa; Conſul cum Caſſio fuit, & quum eſſet trib. pleb. iratus, Scauro, quod eum in augurum collegium non cooptaverat, diem ei dixit ad populum, & mulctam irrogavit, quod ejus opera ſacra multa pop. Rom. imminuta eſſe diceret. Crimini dabat ſacra publica pop. Rom. Deum penatum, quæ Lavinii fierent, opera imperfecte fieri. *Oliv.* Contigit A.U. DCL.

5. *Obſeratis.*] Clauſis, ne audiret delationem ſervi contra dominum. *Bad.*

6. *Indicis.*] Vulgo, *Judicis.*

7. *Nec, &c.*] Contigit A.U. DCXXXIV.

I. *Iam.*

allatum ad ſe, complura continens quibus facile opprimi poſſet, ut erat ſignatum, cum ſervo catenato ad eum remiſit. Quo pacto igitur inter amicos viguiſſe tunc juſtitiam credimus, cum inter accuſatores quoque & reos tantum virium obtinuiſſe videamus?

7. [1] Jam L. Sylla non ſe tam incolumem, quam Sulpicium Rufum perditum voluit, [2] tribunitio furore ejus ſine fine vexatus. Cæterum cum eum proſcriptum, & in villa latentem à ſervo proditum comperiſſet; manumiſſum parricidam, ut [3] fides edicti ſui extaret, præcipitari protinus è [4] ſaxo Tarpejo cum illo ſcelere [5] parto pileo juſſit. Victor alioquin inſolens, hoc imperio juſtiſſimus.

EXTERNA.

1. Verum ne alienigenæ juſtitiæ obliti videamur, Pittacus Mitylenæus, cujus aut meritis tantum cives debuerunt, aut [6] moribus crediderunt, ut ſuis in ſuffragiis [7] tyrannidem deferrent; [8] tam diu illud imperium ſuſtinuit, quam diu bellum de [9] Sygæo cum Athenienſibus gerendum fuit. Poſtquam autem pax victoria parta eſt, continuo reclamantibus Mitylenæis depoſuit; ne dominus civium ultra quam reip. neceſſitas exegerat, permaneret. Atque etiam cum recuperati [10] agri dimidia pars conſenſu omnium offerre-

1. *Iam, &c.*] Contigit A.U. DCLXV.

2. *Tribunitio furore.*] Hic enim Sulpitius trib. pleb. inauditæ ſuperbiæ & temeritatis fuit, qui treeentos ſecum milites habebat quaſi ſatellites. *Oliv.*

3. *Fides edicti ſui extaret.*] Quia edixerat, quod quicunque ſervus proſcriptum indicaret, libertatem aſſequeretur. *Bad.*

4. *Saxo Tarpeio.*] A. Gellius libro XX. cap 1. perlati falſi teſtimonii convictos ex Lege duodecim tabularum de ſaxo dejectos ſcribit. Verum & in alios criminis ingentis reos hoc ſupplicium derivatum. Poſtea tamen abolitum. Unde dixit Juriſconſultus Modeſtinus in l. ſi diutino 25. ff. de Pœnis non poſſe aliquem ſic damnari, ut de ſaxo præcipitetur.

5. *Parto pileo.*] Parta libertate. Nam raſo tantum capite pileum ſervi capere ſolebant, cum libertate donarentur. *Badius.*

6. *Moribus.*] Quia inter ſapientes habitus eſt.

7. *Tyrannidem.*] Imperium ſuæ urbis.

8. *Tamdiu.*] Decem annos juxta Laërt.

9. *Sygæo.*] De poſſeſſione agri Achillitidis Athenienſes cum Mitylenæis certaſſe Diogenes Laërtius autor eſt.

10. *Agri.*] Agrum à Mitylenæis traditum poſtmodum conſecraſſe Pittacum tradit Diogenes Laërtius, atque ſuo tempore ab ejus nomine Pittacium dictum.

1. *The-*

offerretur; avertit animum ab eo munere; deforme judicans, virtutis gloriam magnitudine prædæ minuere.

2. Alterius nunc mihi prudentia referenda eſt, ut alterius repræſentari juſtitia poſſit. Cum ſaluberrimo conſilio [1] Themiſtocles migrare Athenienſes in claſſem coëgiſſet, Xerxeque rege, & copiis ejus Græcia pulſis, ruinas patriæ in priſtinum habitum reformaret, & opes clandeſtinis molitionibus ad principatum Græciæ capeſſendum nutriret; in concione dixit, habere ſe rem deliberatione ſua proviſam, quam ſi fortuna ad effectum perduci paſſa eſſet, nihil majus aut potentius Athenienſi populo futurum, ſed eam vulgari non oportere. Poſtulavitque ut aliquis ſibi cui illam tacite exponeret, daretur. Datus eſt Ariſtides. Is poſtquam cognovit, claſſem illum Lacedæmoniorum, quæ tota apud Gytheum ſubducta erat, velle incendere, ut ea conſumpta dominatio maris ipſis cederet; proceſſit ad cives, & retulit, Themiſtoclem ut utile conſilium, ita minime juſtum animo volvere. E veſtigio univerſa concio quod æquum non videretur, ne expedire quidem proclamavit, ac protinus Themiſtoclem incœpto deſiſtere juſſit.

3. Nihil illis etiam juſtitiæ exemplis fortius. [2] Zaleucus urbe Locrenſium à ſe ſaluberrimis atque utiliſſimis legibus munita, cum filius ejus adulterii crimine damnatus, ſecundum jus ab ipſo conſtitutum, utroque oculo carere deberet, ac tota civitas in honorem patris pœnæ neceſſitatem adoleſcentulo remitteret, aliquandiu repugnavit: Ad ultimum precibus populi evictus, ſuo prius, deinde filii oculo eruto, uſum videndi utrique reliquit. Ita debitum ſupplicii modum legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento, ſe inter miſericordem patrem & juſtum legiſlatorem partitus.

4. [1] Sed

1. *Themiſtocles.*] Idem Plutarchus in ejus Vita, & Cic. Offic. III.

2. *Zaleucus.*] Qui leges tulit Locris Epizephyriis, & Thaletis putatur auditor juxta Ariſtotelem Politic. lib. II. cap. 10.

1. *Sed*

4. [1] Sed aliquanto Charundæ Thurii præfractior atque [2] abſciſior juſtitia. Ad vim & cruorem uſque ſeditioſas conciones civium pacaverat, lege cavendo, ut ſi quis eas cum ferro intraſſet, continuo interficeretur. Interjecto deinde tempore, ex longinquo rure gladio cinctus, domum repetens, ſubito indicta concione, ſicut erat, in eam proceſſit: ab eoque, qui proxime conſtiterat, ſolutæ à ſe legis ſuæ monitus: Idem ego illam, inquit, ſanciam: ac protinus ferro, quod habebat, diſtricto incubuit. Cumque liceret culpam vel diſſimulare, vel errore defendere; pœnam tamen repræſentare maluit, ne qua fraus juſtitiæ fieret.

CAP. VI.

DE FIDE PUBLICA.

QVAM COLVERE.
1. *Senatus Rom.*
2. *L. Manlius, M. Atilius Coſ.*
3. *Idem Senatus Rom.*
4. *P. Africanus ſuperior.*
5. *Idem Senatus Rom.*

EXTERNI.
1. *Saguntini.*
2. *Petellini.*

HUjus imagine ante oculos poſita, venerabile fidei numen dexteram ſuam, certiſſimum ſalutis humanæ pignus oſtentat. Quam ſemper in noſtra civitate viguiſſe, & omnes gentes ſenſerunt, & nos paucis exemplis recognoſcamus.

1. [3] Cum Ptolemæus rex tutorem populum Rom. filio reliquiſſet, ſenatus M. Æmilium Lepidum pont. max bis conſulem [4] ad pueri tutelam gerendam Alexandriam miſit: am-

1. *Sed aliquanto Charondæ Tyrii præfractior atque abſciſior juſtitia.*] Ita vulgo. Legendum, *Charondæ Thurii.* His enim leges ſcripſit, Pythagoræ diſcipulus cum Zaleuco, ut ex Laërtio conſtat. Ariſtoteles & Stobæus Catanæum fuiſſe tradunt. *Pigh.*

2. *Abſciſior.*] Severior, vel brevior. *Abſciſſum* dicitur quod repente fit ſine ullo reſpectu. *Oliv.*

3. C*Um Ptolemæus, &c.*] Contigit A. U. DXCV.

4. *Ad tutelam gerendam.*] Juſtinus qui de hac tutela mentionem lib. XXX. facit, non à rege tutorem relictum populo fuiſſe dicit, ſed poſt Regis mortem ab

ampliſſimique & [1] integerrimi viri ſanctitatem reip. uſibus & ſacris operatam externæ procurationi vacare voluit; ne fides civitatis noſtræ fruſtra petita exiſtimaretur. Cujus beneficio regia incunabula conſervata pariter ac decorata, incertum Ptolemæum reddiderunt, patriſne fortuna magis, an tutoris majeſtate gloriari deberet.

2. [2] Specioſa quoque illa Romana fides. Ingenti Pœnorum claſſe circa Siciliam devicta, duces ejus fractis animis conſilia petendæ pacis agitabant. Quorum Amilcar ire ſe ad conſules negabat audere; [3] ne eodem modo catenæ ſibi injicerentur, quo ab ipſis [4] Cornelio Aſinæ conſuli fuerant

ab Alexandrinis Romam miſſos fuiſſe legatos, qui orarent pop. Rom. ut tutelam pupilli ſuſciperet, regnumque tueretur Ægypti, quod jam Philippus & Antiochus facta inter ſe pactione diviſiſſe dicebantur. Gratam legationem fuiſſe Romanis cauſam belli quærentibus adverſus Philippum, qui inſidiatus temporibus Punici belli fuerat. Miſſos igitur fuiſſe legatos dicit, qui nuntiarent Antiocho atque Philippo, ut à regno Ægypti abſtinerent: miſſum & Marcum Æmilium Lepidum in Ægyptum, qui tutorio nomine regnum pupilli adminiſtraret. Qui præfectus bello deinde, quod adverſus Antiochum duce Scipione geſtum eſt, magnum ad victoriam momentum dediſſe fertur. *Oliverius.*

1. *Integerrimi viri ſanctitatem reipubl. uſibus & ſacris comparatam.*] Ita vulgo. In MSſ. *Reipubl. uſibus & ſacris operatam.* Elegantiſſime. Operari item dicuntur proprie, qui ipſimet reipubl. laborant, ut Livius lib. IV. *Eo tempore quo corpus addictum atque operatum reipubl. eſſet.* Operari item dicuntur, auctore Nonio, qui deos religioſe, & cum ſumma veneratione ſacrificiis litant. Pomponius Præcone poſteriore: *Ad Veneris profectus eſt mane vetulus votum ut ſolveret, ubi nunc operatus eſt.* Africanius Excepto: *Simul ocinum hortabatur, ut operatum illum Dianæ degerem ſanctum diem.* Lucilius libro XXX. *Aut operatu' aliquo in celebri cum æqualibus fano.* Juvenalis Satyra XII.

—— Longos erexit janua ramos
Et matutinis operatur feſta lucernis.

Conqueritur item Propertius lib. II. Cynthiam ſuam Iſidis ſacris operari, atque ideo à concubitu aſtinere:

Triſtia jam redeunt iterum ſolennia nobis,
Cynthia jam noctes eſt operata decem.
Atque utinam Nilo pereat quæ ſacra tepente
Miſit matronis Inachus Auſoniis.

Pighius.

2. *Specioſa, &c.*] Contigit anno urbis CDXCVII.

3. *Ne eodem modo.*] Cum primo Punico bello Scipio Aſina præfectus claſſis in Sicilia foret, ad colloquium à Carthaginienſibus vocatus eſt, qui data fide confidenter proceſſit. Illi vero ſimulato colloquio milites paratos habuere, qui deprehenſum Siciliam in catenis ducerent. *Oliv.*

4. *Cornelio Aſinæ.*] Quare dictus ſit Cornelius Aſina, Macrobius Saturnal. lib. I. facile declarat. Dicit enim: *Aſinæ cognomentum Corneliis datum eſt, qui princeps Corneliæ gentis, empto fundo, ſeu filia data marito, cum ſponſores ab eo ſolenniter poſcerentur, aſinam cum pecunia*

rant injectæ. [1] Hanno autem certior Romani animi æſtimator, nihil tale timendum ratus, maxima cum fiducia ad colloquium eorum tetendit: Apud quos cum belli fine ageret: & tribunus militum ei dixiſſet; poſſe illi merito evenire, quod Cornelio accidiſſet: uterque conſul, tribuno tacere juſſo, Iſto te, inquit, metu, Hanno, fides civitatis noſtræ liberat. Claros illos fecerat, tantum hoſtium ducem vincere potuiſſe; ſed multo clariores fecit, noluiſſe.

3. [2] Adverſus eoſdem hoſtes parem fidem in jure legationis tuendo Patres conſcripti exhibuere. [3] M. enim Æmilio Lepido, C. Flaminio Coss. L. Minucium, & L. Manlium Carthaginienſium legatis, quia [4] manus his attulerant, [5] per feciales Culeo prætor ex S.C. dedendos curavit. Se tunc ſenatus, [6] non eos quibus hoc præſtabatur, aſpexit.

4. [7] Hæc exempla ſuperior Africanus ſecutus: cum onuſtam multis, & illuſtrium Carthagienſium viris navem in ſuam poteſtatem redegiſſet, inviolatam dimiſit, quia ſe legatos ad eum miſſos dicebant: Tametſi manifeſtum

niæ onere produxit in forum, quaſi pro ſponſoribus præſens pignus. Idem.

1. *Hanno, &c.*] Contig. A.U. CDXCIII.

2. *Adverſus, &c.*] Contig. A.U. DLXVI.

3. *M. enim Æmilio Lepido, &c.*] Legati Carthaginienſium Romam venerant pacem à Senatu populoque petentes; forte ita accidit, ut altercatio orta eſſet inter legatos & L. Minucium ac L. Manlium, & eouſque proceſſit eorum contentio, ut Minucius & Manlius legatos pulſarent. Nam illi pacem petebant, hi dandam eſſe negabant, quippe fœdi fragis. Quod ubi cognovit Senatus, eos legatis dandos eſſe cenſuit, darique fecit. *Oliv.*

4. *Manus his intulerant.*] Pulſaverant. *Quia manus his intulerant, per feciales reddendos curaverunt.*] Ita vulgo. Mutilus eſt locus ac jejune contractus, quem hoc modo reſtitui debere docent MSS. libri, licet incorrecti nonnihil varient: *Quia manus his intulerant, per feciales Culeo prætor ex S. C. dedendos curavit.* Conſtat autem ex Livio Q. Terentium Culeonem tunc prætorem peregrinum fuiſſe, ex quo intelligimus perperam in ſcriptis exemplaribus *Claudio præt.* legi. Sed vide Annales magiſtratuum noſtros. *Pigh.*

5. *Per feciales.*] Sacerdotes, qui fœderibus feriendis & bellis legitime indicendis præerant. *Bad.*

6. *Non eos.*] Quaſi dicat: Senatus non reſpexit quid mererentur Carthaginienſes, qui toties fœdera frangerent, ſed jus gentium eſſe ſervandum fidemque publicam. *Oliv.*

7. *Hæc exempla.*] Hoc contigit ſecundo bello Punico, cum ſuperior Africanus fatalis dux utramque ſubegiſſet Hiſpaniam. *Oliv.* Contigit A.U. DL.

ſtum erat, illos vitandi præſentis periculi gratia falſum legationis nomen amplecti, ut Romani imperatoris potius decepta fides, quam fruſtra implorata judicaretur.

5. [1] Repræſentemus etiam illud ſenatus nullo modo prætermittendum opus. Legatos ab urbe [2] Apollonia Romam miſſos, Q. Fabius, & Cn. Apronius ædiles orta contentione pulſaverunt. Quod ubi comperit, continuo eos per feciales legatis dedidit, quæſtoremque cum his Brunduſium ire juſſit, ne quam in itinere à cognatis deditorum injuriam acciperent. Illam Curiam, mortalium quis concilium, ac non Fidei Templum dixerit? Quam ut civitas noſtra ſemper benignam præſtitit; ita in [3] ſociorum quoque animis conſtantem recognovit.

EXTERNA.

1. Nam [4] ante duorum in Hiſpania Scipionum, totidemque Romani ſanguinis exercituum miſerabilem ſtragem, [5] Sa-

1. *Repræſentemus.*] Contigit anno urbis CDXXVII.

2. *Apollonia.*] Quæ eſt aut in Ponto, aut in Creta, aut in Syria, aut in Thracia, in omnibus enim illis regionibus reperitur eo nomine urbs, ſed putem de Pontica urbe loqui. *Bad.*

3. *Sociorum quoque animis.*] Utpote Saguntinorum & Petellinorum, de quibus ſequentia ſunt exempla, ad quæ paraſceuen facit. *Oliv.*

4. *Poſt duorum, &c.*] Ita vulgo. Videl. Cn. & P. Scipionum, quorum alter ſc. P. Scipio, ejus Scipionis pater fuit, qui deinde Africanus dictus. Hi duo, ut ſupra diximus, Hiſpaniam in poteſtate pop. Rom. diu tenuerant, ſed tandem per Magonem quendam Celtiberi, quorum pars major erat in exercitu Rom., illecebris & pecunia corrupti, defecerunt à Romanis. Romani vero exercitus externis auxiliis deſtituti, in tutiora loca ſe receperunt, & elitellis atque impedimentis vallo facto, à Pœnis, quibus erant viribus inferiores, diu obſeſſi, tandem capti cæſique ſunt. L. vero Martius tribunus militum, collectis reliquiis exercitus, & nocte ſequenti vocatis ad concionem militibus, hortatus eſt, ut improviſo invaderent hoſtes, nihil tale propter victoriam metuentes, & inter concionandum ſubita flamma ex ejus capitis apice emicuit, quo ſigno motos milites ea nocte duxit ad hoſtium caſtra, quibus ex improviſo captis, cæſiſque, majorem intulit cladem, quam acceperat. Sed in hac hiſtoria Valerius diſſentit à Livio: Non enim poſt cæſos in Hiſpania Scipiones Annibal Saguntum expugnavit, ſed antequam bellum cum Romanis ſuſciperet, ut Livius tradit, & Marcus Tullius Cicero. Et hoc belli principium & cauſam fuiſſe dicit, quia cum jam animo agitaret Annibal Romanos invadere, nullam aliam violandi fœderis honeſtiorem rationem invenit, quam ſi Saguntinos Romanis ſocietate

[1] Saguntini victricibus Annibalis armis intra mœnia urbis ſuæ compulſi, cum vim Punicam ulterius nequirent arcere; collatis in forum quæ unicuique erant cariſſima, atque undique circumdatis, accenſiſque ignis nutrimentis, ne à ſocietate noſtra deſciſcerent, publico & communi rogo ſemet ipſi ſuperjecerunt. Crediderim, tunc ipſam Fidem humana negotia ſpeculantem, mœſtum geſſiſſe vultum; perſeverantiſſimum ſui cultum iniquæ fortunæ judicio tam acerbo exitu damnatum cernentem.

2. Idem præſtando [2] Petellini eundem laudis honorem meruerunt. Ab Annibale, quia deficere noſtram amicitiam noluerant, obſeſſi: legatos ad ſenatum auxilium implorantes miſerunt. Quibus propter recentem cladem Cannenſem ſuccurri non potuit; cæterum permiſſum eſt, uti facerent, quod utiliſſimum incolumitati ipſorum videretur. Liberum ergo erat, Carthaginienſium gratiam amplecti. Illi tamen fœminis omnique ætate imbelli urbe, [3] ejecta, quo diutius armati [4] famem traherent, pertinaciſſime

conjunctos adoriretur. *Oliverius. Poſt duorum in Hiſpania Scipionum.*] Mirifice mendacem fecerunt hunc librum ſcioli, non enim poſt Scipionum cladem ab Annibale oppreſſa Saguntus eſt, ſed multo antea. In Campenſi legimus: *Nam poſt duorum.* Immo ex Livio, Polybio, aliiſque Hiſtoricis omnibus legendum eſſe puto: *Nam ante duorum in Hiſpania Scipionum*; ſi à veritate diſcedere nolimus. Corrupit locum hiſtoriæ Romanæ imperitus aliquis librarius aut ludimagiſter. *Pigh.*

1. *Saguntini.*] Saguntum oppidum eſt opulentiſſimum in Hiſpaniæ finibus poſitum circa flumen Iberum, quod fuit quondam terminus imperii pop. Rom. & Carthaginienſium, cauſaque ſecundi Punici belli: Nam cum Annibal oppidum illud circumſediſſet, Saguntini Romam legatos auxilia petentes miſerunt, qui cum tardius mitterentur, nec ſe diutius defendere poſſent, ad eam pertinaciam venerunt, ut in foro conſtructo ingenti rogo, impoſitiſque rebus ſuis omnibus flammas ſubjicerent, deinde ſeipſos in rogum conjicerent, ne à fide deficerent. *Oliver.*

2. *Petellini.*] Petilia urbs Calabriæ, de qua meminit Virgilius:

Parva Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.

In qua Philoctetes Melibæus regnavit, teſte Servio: at Strabo lib. VI. dicit eſſe Lucanorum metropolim. *Oliv.*

3. *Ejecta.*] Vulgo, *Egeſta*, id eſt, exportata.

4. *Famem traherent.*] De Petelinis Athenæus Dipnoſophiſta libro XII. Πετελῖνοι δὲ τηρήσαντες τὴν πρὸς Ῥωμαίους πίστιν εἰς τοσοῦτον καρτερίας ἦλθον πολιορκούμενοι ὑπ' Ἀννίβα, ὥστε μετὰ τὸ πάντα μὲν τὰ κατὰ τὴν πόλιν δένδρων τοὺς φλοιοὺς καὶ τοὺς ἁπαλοὺς πτόρθους ἀνάλωσε, &c. *Coler.*

1. *Itaque*

ſime in muris perſtiterunt; expiravitque prius eorum tota civitas, quam ulla ex parte Romanæ ſocietatis reſpectum deponeret. [1] Itaque Annibali non Petelliam, ſed fidei Petellinæ ſepulchrum capere contigit.

CAP. VII.

DE FIDE UXORUM ERGA MARITOS.

1. *Æmilia L. F. Tertia, P. Africani majoris.*
2. *Thuria Q. Lucretii Veſpillonis.*
3. *Sulpicia Lentuli.*

1. ATque ut uxoriam quoque fidem attingamus: Tertia Æmilia Africani prioris uxor, [2] mater Corneliæ Gracchorum, tantæ fuit comitatis & patientiæ, ut cum ſciret viro ſuo ancillulam ex ſuis [3] gratam eſſe, diſſimulaverit: [4] ne [5] domitorem orbis Africani fœmina impudicitiæ reum ageret: Tantumque à vindicta mens ejus abfuit, ut poſt mortem Africani [6] manumiſſam ancillam in matrimonium liberto ſuo daret.

2. [1] Q. Lu-

1. *Itaque Annibali non Petiliam, ſed fidum Petiliæ ſepulchrum capere contigit.*] Ita vulgo. In Atreb. & Cauch. legitur, *Sed fides Petilianæ ſepulchrum.* Scribendum tamen antiqua forma, *Fidei Petellinæ:* Petellinos enim vocari, atque urbem Petelliam, antiqua marmora, quæ adhuc extant, demonſtrant. *Pigh.*

2. M*Ater Corneliæ.*] Eam nobilem facit, ut rem magis exaggeret; quamvis uxor eſſet Africani, & avia tantorum virorum, tamen hoc fecit. Sunt qui dicant hanc Paulli Æmilii, qui Perſen regem ſuperavit, fuiſſe filiam, & Africani inferioris ſororem, ex qua nata fuit Sempronia Gracchorum mater, quæ & Cornelia dicta eſt. Plutarchus tamen dicit Paullum Æmilium duas tantum habuiſſe filias, & alteram Tuberoni Ælio, alteram Catoni, Porcii Catonis filio in matrimonium dediſſe. *Oliv.*

3. *Gratam eſſe.*] Hoc eſt, virum conſueviſſe cum ancillula.

4. *Ne domitorem orbis Africani fœmina impudicitiæ reum ageret.*] Impudicitiæ vox non in virum convenit, eumque qui libidinoſe agit, ſed qui, quæve patitur. Latini quidem ita: Exemplum hic contra, ſi locus rectus. In veteri uno eſt, *Incontinentiæ*; in altero, *Impatientiæ.* Ex quo ego reſcribam, *Impotentiæ.* Ne is, inquit, qui potens tot hoſtium, parum potuiſſe in ſe coërcendo videretur. Proba omnino lectio. *Lipſ.*

5. *Domitorem.*] Qui duas Hiſpanias, Sardiniam, Siciliam, & Africam ſubegerat. *Oliv.*

6. *Manumiſſam ancillam.*] Exiſtimavere nonnulli hanc ancillam fuiſſe, captam illam in Hiſpania, quam Africanus patri non reddiderit, ſed Romam adduxerit, & inibi in deliciis habuerit. Hoc ſenſit Valerius Antias, ſcriptor nobilis, apud Agellium. *Coler.*

 1. *Q. Lu-*

2. [1] Q. Lucretium proſcriptum à triumviris uxor Thuria inter [2] cameram & [3] tectum cubiculi abditum, una conſcia ancilla, ab imminente exitio, [4] non ſine magno periculo ſuo, tutum præſtitit: Singularique fide id egit, ut cum cæteri proſcripti in alienis & hoſtilibus regionibus per ſummos corporis & animi cruciatus vix evaderent; ille in cubiculo, & in conjugis ſinu ſalutem retineret.

3. Sulpicia autem cum à matre Julia diligentiſſime cuſtodiretur, [5] ne Lentulum Cruſtellionem virum ſuum proſcriptum à triumviris in Siciliam ſequeretur: [6] nihilominus famulari veſte ſumpta, cum duabus ancillis, totidemque ſervis ad eum clandeſtina fuga pervenit. Nec recuſavit ſe ipſam proſcribere, ut ei fides ſua in conjuge proſcripto conſtaret.

CAP. VIII.

DE FIDE SERVORUM ERGA DOMINOS.

1. *M. Antonii oratoris ſervus.*
2. *C. Marii C. F. Coſ. ſervus.*
3. *C. Gracchi Philocrates.*
4. *C. Caſſii Pindarus.*
5. *Cn. Plotii Planci familia.*
6. *Urbinii Anapionis ſervus.*
7. *Antii Reſtionis ſervus.*

REſtat ut ſervorum etiam erga dominos, quo minus exſpectatam, hoc laudabiliorem fidem referamus.

1. M. Antonius, avorum noſtrorum temporibus clariſſi-

1. *Q. Lucretium.*] Nomen fuit Q. Lucretio Veſpilloni. Cæſar quoque ita ſcripſerat olim, ſed placuit moroſis illis & indoctis ſcribis *Veſpillonem* in *Hiſpillum* vertere. *Coler.*

2. *Cameram.*] Cubile arcuatum.

3. *Tectum.*] Scilicet ſummum, hoc eſt, inter tabulatum ſuperius & tecti curvamen. *Badius.*

4. *Non ſine magno periculo.*] Lex enim erat, Quicunque proſcriptum occultaret, eadem pœna damnaretur. *Olivevius.*

5. *Ne Lentulum Cruſtellionem virum ſuum.*] Cognomen alterum Cruſtellio in Cauchiano, Colonienſi & Winchelliano non habetur, & mihi quidem mendoſum videtur. *Pigh.* *Lentulum.*] Interjicit l. Dan. Cruſcellionem: Dioni eſt Κρύσκελλος. Meminit hujus Lentuli Valerius noſter lib. v. cap. 3. Cicero III. Catilin. *Coler.*

6. *Nihilominus familiari veſte.*] Ita vulgo. Melius, *Famulari veſte*, ut eſt in Campenſi & Gemblacenſi. Sic Cicero Tuſc. I. de Codro: *Qui ſe in medios immiſit hoſtes, famulari veſte, ne poſſet agnoſci.* Pigh.

1. Ser

riſſimus orator, inceſti reus agebatur; Cujus in judicio accuſatores [1] ſervum [2] in quæſtione perſeverantiſſime poſtulabant; quod ab eo, cum ad ſtuprum iret, [3] laternam prælatam contenderent. Erat autem is etiam tum imberbis, & ſtabat coram, videbatque rem ad ſuos cruciatus pertinere, nec tamen eos fugitavit. Ille verò, ut domum quoque ventum eſt, Antonium hoc nomine vehementius confuſum & ſollicitum ultrò eſt hortatus, ut ſe judicibus torquendum traderet; affirmans nullum ore ſuo verbum exiturum, quo cauſſa ejus læderetur. Ac promiſſi fidem mira patientia præſtitit: plurimis etiam laceratus verberibus, [4] eculeoque impoſitus, candentibus etiam laminis uſtus, omnem vim accuſationis, cuſtodita rei ſalute, ſubvertit. Argui fortuna merito poteſt, quod tam pium & tam fortem ſpiritum ſervili nomine incluſit.

2. [5] Conſulem autem C. Marium Præneſtinæ obſidionis miſerabilem exitum [6] ſortitum, [7] cuniculi latebris fruſtra evadere conatum, levique vulnere [8] à Theleſino, cum quo commori deſtinaverat, perſtrictum, ſervus ſuus ut Syllanæ cru-

1. *Servum.*] Quia Reip. cauſa aberat Antonius, Quæſtor in Aſiam profectus, qui tamen de accuſatione iſthac certior factus Brunduſii, Romam rediit. Suetonius in Cæſare: *Mox & ipſe à L. Antiſtio Tr. pleb. poſtulatus, appellato demum collegio obmutuit, cum Reipubl. cauſſa abeſſet, reus ne fieret.* Coler.

2. *In quæſtione.*] In tormento, à præcedente id quod ſequitur: nam quæſtiones inquiſitiones dicuntur, quæ à judicibus fiunt, & quia procedunt quæſtiones, id eſt, interrogationes, deinde ſequuntur tormenta, ideo ponuntur pro tormentis. *Oliv.*

3. *Laternam.*] A latendo dictam, quod intus lateat ignis.

4. *Eculeoque.*] Tormento. Dicitur enim *eculeus*, quaſi equi diminutivum, eſt autem ligneus, & acutiſſimi dorſi *Oliv.*

5. *Conſulem autem, &c.*] Hic C. Marius fuit ejus Marii F., qui bella civilia geſſit adverſus Syllam, qui ſeptimo conſulatu ſuo mortuus eſt: deinde in filium bella migrarunt, qui victus à Sylla ſe Præneſte recepit, ubi cum obſideretur, tentavit per cuniculos egredi; quod quum non poſſet, quia cuſtodiretur à Syllanis militibus, à ſervo ſuo ſe juſſit occidi, ne in poteſtatem hoſtium veniret. Plutarchus vero in vita Marii illum dicit ſibi mortem intuliſſe. *Oliv.*

6. *Sortitum.*] Quia obſeſſa diu fuiſſet à Syllanis. Tandem capta fuit, crudeliterque vexata; nam ut in cap. de Crudelitate videbimus, quinque millia Præneſtinorum crudeliter Sylla juſſit occidi. *Oliver.*

7. *Cuniculi.*] Subterranei meatus à ſimilitudine animalis, quod cavernis ſubterraneis delectatur. *Idem.*

8. *A Theleſino.*] Paterculus: *Sunt qui*

crudelitatis expertem faceret, gladio trajectum interemit: cum magna præmia ſibi propoſita videret, ſi eum victoribus tradidiſſet: Cujus dexteræ tam opportunum miniſterium nihil eorum pietati cedit, à quibus ſalus dominorum protecta eſt. Quia eo tempore Mario non vita, ſed mors in beneficio repoſita erat.

3. [1] Æque illuſtre quod ſequitur. C. Gracchus ne in poteſtatem inimicorum veniret, Philocrati ſervo ſuo cervices incidendas præbuit. Quas cum celeri ictu abſcidiſſet, gladium cruore domini madentem per ſua egit præcordia. [2] Euporum alii hunc vocitatum exiſtimant: ego de nomine nihil diſputo, [3] famularis tantummodo fidei robur admiror.

ſua manu, ſunt qui concurrentem mutuis ictibus, cum minore fratre Theleſino, una obſeſſo & erumpente, occubuiſſe prodiderint. Accidit hoc apud Sacriportum. Florus lib. III, cap. 21. *Colerus.*

1. *Æque illuſtre, &c.*] Mortuum propter ſeditionem Tiberium Gracchum in cap. de Somniis diximus. C. Gracchus viſa per quierem fratris imagine dicenris, quanrum vellet cunctaretur, omnino ſibi pereundum eſſe eodem quo ipſe exitio petiiſſet, cœpit eadem via graſſari in Senatum, qua frater, per leges ſcilicet tribunitias ſeditiones excitare. Qua re motus Senatus, quod id ad reipublicæ everſionem quodammodo ſpectare videbatur, decrevit ut Opimius conſul videret, ne quid reſpubl. detrimenti caperet, quæ ſumma poteſtas in atroci negotio dabatur magiſtratui more Romano, ut poſſet exercitum parare, bellum gerere, coërcere omnibus modis ſocios atque cives. Itaque Opimius conſul cum armata manu C. Gracchum perſequitur, ille ſe in Aventinum montem cum multitudine armata recepit. Contra exercitu ducto, cæſoque Fulvio ejus collega, fuga facta, & Gracchus ſe in templum Dianæ contulit, ibique ſibi manus voluit inferre, ſed à Licinio & Pomponio fidiſſimis familiaribus prohibitus eſt, hortatuſque inde quamprimum aufugere, quem corporibus ſuis tam diu prorexerunt fugientem, quoad cæſi ſunt. Ille, ubi vidit ſe inimicorum manus evadere non poſſe, cum Philocrate ſervo, qui cum eo ſolus fugiebat, in ſacrum Deorum nemus ſe proripuit, ibique Philocrates eum occidit, & ſuper occiſum ſe quoque interemptum projecit. Alirer legirur in vita Gracchorum, nam utrumque in manus inimicorum deveniſſe tradit Plutarchus, & alterum à Scipione Naſica, alterum à Lucio Opimio fuiſſe cæſos, ut in cap. de Somniis & alibi diximus. Macrobius vero de Saturnalibus hunc ſervum Euporum nominatum fuiſſe dicit, quanquam alii Philocratem dictum velint, qui, dum aliqua ſpes ſalutis affuit, fidiſſimus comes dominum quacunque potuit ratione tutatus eſt, ubi vidir jam deſperatum eſſe, & dominum occidiſſe, ſe ſuper cæſum ſciſſis proprio vulnere viſceribus, animam effudiſſe dicebatur. *Oliverius.*

2. *Euporum.*] Sic vocatur Paterculo. Plutarcho & aliis, Philocrates eſt. *Colerus.*

3. *Famularis.*] Servi in familia ejus educati.

1. *Pin-*

admiror. Cujus ſi præſtantiam animi generoſus juvenis imitatus foret, ſuo, non ſervi beneficio imminentia ſupplicia vitaſſet: nunc commiſit ut Philocratis, quam Gracchi cadaver ſpecioſius jaceret.

4. Alia nobilitas, alius furor, ſed fidei par exemplum: [1] Pindarus C. Caſſium Philippenſi prœlio victum, nuper ab eo manumiſſus, juſſu ipſius obtruncatum, inſultationibus hoſtium ſubtraxit. Seque è conſpectu hominum voluntaria morte abſtulit, ita ut ne corpus quidem ejus abſumpti inveniretur. Quis Deorum graviſſimi ſceleris ultor, illam dexteram, quæ in necem patriæ parentis exarſerat, tanto torpore illigavit, ut ſe tremebunda Pindari genibus ſubmitteret, ne publici parricidii, quas merebatur pœnas, arbitrio [2] pii victoris exolveret? Tu profecto, tu Dive Juli cœleſtibus tuis vulneribus debitam exegiſti vindictam, perfidum erga te caput [3] ſordidis auxiliis ſupplex fieri cogendo, eo animi æſtu compulſum; ut neque

1. *Pindarus C. Caßium.*] Hoc idem Pindarus exhibuit Caſſio, quod Euporus Graccho. Nam cum Caſſius & Brutus contra Marcum Antonium triumvirum & Octavium Auguſtum arma ſumpſiſſent pro reipubl. libertate tuenda, quanquam eis adverſa fortuna contigerit, cumque varia victoria pugnaſſent, tandem in campis Philippicis, comparatis utrimque copiis, extremo prœlio dimicarunt, & in dextro cornu Octavianus, in ſiniſtro vero Antonius, item in dextro Brutus, in ſiniſtro Caſſius erant. Forte ita accidit, ut conſerta pugna Cæſar in dextro, Caſſius in ſiniſtro cornu vincerentur. Sed nihil aliud Bruti & Caſſii res deduxit in perniciem, quam quod Brutus Caſſio veluti victori non tulit auxilium, nec Caſſius Brutum veluti victum potuit expectare; nam Brutus jam Cæſaris caſtra per milites ſuos diripuerat, cædemque ingentem in illis fecerat: ad duo enim millia Lacedæmoniorum, qui nuper in auxilium Cæſaris venerant, præter caſtrorum præſidia cæſa ſunt. Caſſius vero cum ſe in collem quendam recepiſſet, unum è centurionibus ſuis, exploratum cuncta dimittit, qui cum tardius rediret, exiſtimans Caſſius fuiſſe illum ab hoſtibus interceptum, hoſteſque ex omni parte victores eſſe, ignarus omnium, quæ à Bruto facta fuerant, deſperatis rebus omnibus, in tabernaculum ſeſe contulit, ex libertis unum, nomine Pindarum ſecum trahens, quem ad eos caſus ſibi paraverat, obducta veſte, caput obtegens, jugulumque enudans, ſeſe illi feriendum præbuit. Avulſum ab humeris caput repertum eſt. At Pindarum poſt cædem hic nemo hominum vidit, ex quo pleriſque ſcrupulum dedit, quod injuſſus illum interfeciſſet. *Oliv.*

2. *Pii victoris, &c.*] Videlicet Auguſti.

3. *Sordidi auxilii.*] Quia imploravit auxilium ſervi.

que retinere vitam vellet, neque finire manu ſua auderet.

5. Adjunxit ſe iis cladibus C. Plotius Plancus Munacii Planci conſularis & cenſorii frater, qui cum à triumviris proſcriptus in regione [1] Salernitana lateret, delicatiore vitæ genere, & [2] odore unguenti, occultam ſalutis cuſtodiam detexit: Iſtis enim veſtigiis, eorum qui miſeros perſequebantur, ſagax inducta cura, abditum fugæ illius cubile odorata eſt. A quibus comprehenſi ſervi, multumque ac diu torti, negabant, ſe ſcire ubi dominus eſſet. Non ſuſtinuit deinde Plancus tam fideles, tamque boni exempli ſervos ulterius cruciari: ſed proceſſit in medium, jugulumque gladiis militum objecit. Quod certamen mutuæ benevolentiæ arduum dignoſci facit, utrum dignior dominus fuerit, qui tam conſtantem ſervorum fidem experiretur; an ſervi, qui tam juſta domini miſericordia quæſtionis ſævitia liberarentur.

6. [3] Quid Urbinii Panopionis ſervus, quàm admirabilis fidei! Qui cum ad dominum proſcriptum occidendum, domeſticorum indicio certiores factos milites in Reatinam villam veniſſe cognôſſet; commutata cum eo veſte, permutato etiam annulo, illum [4] poſtico clam emiſit, ſe autem [5] in cubiculum ac lectulum recepit, & ut Panapionem

1. *Salernitana.*] Eſt Salernum civitas Lucaniæ.

2. *Odore unguenti.*] Quo ſe perfundebat.

3. *Quid Vrbani Panapionis.*] Ita vulgo. Legendum, *Vrbinii Panopionis.* Sic enim in Atrebatenſi aliiſque manuſcriptis libris quibuſdam, atque etiam in Macrobio, *Vrbinium* appellatum legimus. *Pigh.*

4. *Poſtico.*] Poſticum latens oſtium in poſteriori parte domus poſitum. Horatius:

Poſtico falle clientem. Oliver.

5. *In cubiculum ac lectulum recepit.*] Priſca editio. *Ac lectunculam.* Lego, *Lecticulam.* Is ritus, ut lecticulas haberent non ad ſomnum, ſed ad decubitum, in quîs lucubrarentur, ſcriberent, quieſcerent. Suetonium in Auguſto vide. *Lipſ.* *Lectulum.*] Lipſius ex vet. edit. ductu corrigit *Lecticulam.* Sic Sueton. Auguſto, *Lecticulam lucubratoriam* dixit. Poſſe tamen vulgatam lectionem defendi video ex Animadverſionibus doctiſſimis Iſaci Caſauboni, cujus dictis addo illum Valerii locum lib. VIII, cap. 7. de M. Varrone: *In eodem enim lectulo & ſpiritus ejus & egregiorum operum curſus extinctus eſt.* Coler.

1. *Antius*

nem occidi paſſus eſt. Brevis hujus facti narratio, ſed non parva materia laudationis. Nam ſi quis ante oculos ponere velit ſubitum militum accurſum, convulſa januæ clauſtra, minacem vocem, truces vultus, fulgentia arma; rem vera æſtimatione proſequetur: Nec quam cito dicitur aliquem pro alio mori voluiſſe, tam id ex facili etiam fieri potuiſſe arbitrabitur. Panopion autem quantum ſervo deberet, amplum ei faciendo monimentum, ac teſtimonium pietatis grato titulo reddendo teſtatus eſt.

7. Contentus eſſem hujus generis exemplis: niſi unum me dicere admiratio facti cogeret. [1]Antius Reſtio proſcriptus à triumviris, cum omnes domeſticos circa rapinam & prædam occupatos videret, quam maxime poterat diſſimulata fuga ſe penatibus ſuis intempeſta nocte ſubduxit. Cujus furtivum egreſſum ſervus ab eo vinculorum pœna coërcitus, inexpiabilique literarum nota per ſummam oris contumeliam inuſtus, curioſis ſpeculatus oculis, ac veſtigia huc atque illuc errantia benevolo ſtudio ſubſecutus, lateri voluntarius comes adrepſit. Quo quidem tam exquiſito, tamque ancipiti officio, perfectiſſimum ſpectatæ pietatis cumulum expleverat: His enim, quorum felicior in domo ſtatus fuerat, lucro intentis, ipſe, cum nihil aliud quam umbra & imago ſuppliciorum ſuorum eſſet; maximum ſibi [2]emolumentum ejus, à quo tam graviter punitus erat, ſalutem judicavit. Cumque abunde foret iram remittere, adjecit etiam charitatem: nec ſolum hactenus benevolentia proceſſit, ſed in eo conſervando mira quoque arte uſus eſt. Nam ut ſenſit cupidos ſanguinis milites ſupervenire, amoto domino rogum extruxit: ei-

1. *Antius Reſtio.*] Elegans epigramma legitur Apollonidæ in Antholog., quod ad hoc Reſtionis factum ſpectare ariolatur Brodæus. *Coler.*

2. *Emolumentum.*] Non male legitur in quibuſdam editis: *Ipſe cum nihil aliud, quam umbra & imago ſuppliciorum ſuorum maximum ſibi eſſet emolumentum: ejus, à quo tam graviter punitus erat, ſalutem vindicavit.* Quibus verbis ſignificatur nullum omnino emolumentum habuiſſe, ſed potius occaſionem ſeipſum vindicandi.

 1. *Man-*

eique egentem à ſe comprehenſum & occiſum ſenem ſuę perjecit. Interrogantibus deinde militibus, ubinam eſſet Antius; manum rogo intentans, ibi illum datis ſibi crudelitatis piaculis uri reſpondit: Quia veriſimilia loquebatur, habita eſt voci fides: quo evenit, ut Antius ſtatum quærendæ incolumitatis hac occaſione aſſequeretur.

CAP. IX.

DE MUTATIONE MORUM AUT FORTUNÆ.

IN ROMANIS.

1. *T. Manlio L. F. Torquato.*
2. *P. Africano majore.*
3. *C. Valer. Flac. Flamine.*
4. *Q. Fabio Max. Allobrogico.*
5. *Q. Lutatio Catulo.*
6. *L. Cornelio Sylla Felice.*
7. *T. Aufidio.*
8. *P. Rupilio.*
9. *P. Ventidio Baſſo.*
10. *L. Cornelio Lentulo Lupo.*
11. *Cn. Cornelio Scipione Aſina.*
12. *Licinio Craſſo Divite.*
13. *Q. Servilio Capione.*
14. *C. Mario.*
15. *C. Iulio Caſare.*

IN EXTERNIS.

1. *Polemone Athenienſi.*
2. *Themiſtocle Athenienſi.*
3. *Cimone Athenienſi.*
4. *Alcibiade Athenienſi.*
5. *Polycrate Samio.*
6. *Dionyſio Syracuſano.*
7. *Syphace Numidarum rege.*

MUltum animis hominum, & fiduciæ adjicere, & ſollicitudinis detrahere poteſt morum ac fortunæ in claris viris recognita mutatio; ſive noſtros ſtatus, ſive proximorum ingenia contemplemur. Nam cum aliorum fortunas ſpectando, ex conditione abjecta atque contempta emerſiſſe claritatem videamus, quid oberit, quin & ipſi meliora de nobis ſemper cogitemus? memores, ſtultum eſſe, perpetuæ infelicitatis ſe prædemnare, ſpemque quæ etiam incerta recte fovetur, interdum certam in deſperationem convertere.

1. [1] Manlius Torquatus adeo hebetis atque obtuſi cordis inter initia juventæ exiſtimatus eſt, ut à [2] patre Lucio Man-

1. M*Anlius Torquatus, &c.*] Contig. A. U. CCCXCI, & poſter. CDXII.

2. *Patrem.*] Nam quomodo patri utilis fuerit, diximus in cap. de Pietate. Idem

Manlio ampliſſimo viro, quia & domeſticis & Reipubl. uſibus inutilis videbatur, rus relegatus agreſti opere fatigaretur. Is poſtmodum patrem reum judiciali periculo liberavit: filium victorem, quod adverſus imperium ſuum cum hoſte manum conſeruerat, ſecuri percuſſit: patriam Latino tumultu feſſam, ſpecioſiſſimo triumpho recreavit. In hoc credo fortunæ malignæ nubilo adoleſcentiæ contemptu perfuſum, quo ſenectutis ejus decus lucidius eniteſceret.

2. [1]Scipio autem Africanus ſuperior, quem Dii immortales naſci voluerunt, ut eſſet in quo ſe virtus per omnes nu-

Idem mox cum Gallorum exercitus ſuper ripas Anienis caſtra Poſuiſſet, Romanique obviam exiſſent, & Gallus magnitudine inſolita ponte occupato provocaret ad prœlium, ſi quis eſſet vir fortis Romanorum, hæſitantibus aliis, dictatorem ſuum adiit, & obtenta pugnandi extra ordinem licentia, hoſtem exultantem more gentis & armis gloriantem, fortis ipſe magis, quam ornatus miles, & utilibus magis quam fulgentibus armis munitus, interfecit. Cui exanimi nihil amplius intulit ludibrii, quam ut torquem aureum unum duntaxat abſtulerit. Hinc militari ſuorum gaudio ac favore ortum Torquati nomen, coronam præter hæc auream dictator illi dono dedit ob inſigne virtutis, tantum denique momenti in hoc duello fuit, ut nocte proxima clam Gallorum exercitus abſcederet. Vir hic magnus in primis, ut ait Cicero, & qui indulgens in patrem; idem acerbe ſeverus in filium, quem, quod contra ſuum edictum provocatus eum hoſte pugnaſſet, quamvis victorem, juſſit interfici, bello Latino, quod tertio ejus conſulatu geſtum eſt, quo fuſi cæſique Latini fuere, adeo ut vix pars quarta ſuperfuerit; ubi ea conſulis virtus fuit, ut conſtet quacunque in parte dux fuiſſet, eo inclinaturam fuiſſe victoriam. *Oliv.*

1. *Scipio autem.*] De Scipione Africano varia ferunt ſcriptores. Nam Valerius illum primis adoleſcentiæ annis ſolutioris vitæ fuiſſe dicit, quod Aulus Gellius ſimiliter ſentire videtur in ea quæſtione, quam de Alexandri & Scipionis continentia facit. In qua Scipionem oſtendit Alexandro præferendum. Vide ſupra pag. 363. Alii ferme omnes hunc in omni ætate continentiſſimum fuiſſe tradunt. Nam & idem Aulus Gellius alio loco dicit, hunc eodem, quo Alexander oſtento natum, divinæ virturis fuiſſe, idque res ab eo clariſſime geſtas, plane teſtari, atque inprimis illud unum, quod dum Badium Hiſpaniæ oppidum munitiſſimum obſideret, dixit militibus ſuis, ſibi in jure audiendo aſſiſtentibus ac poſcentibus, quem in diem & locum dari vadimonia juberet, oppidi arcem oſtendens, illic ſe poſtero die jus eſſe dicturum. Addit præterea illum ab adoleſcentia noctis extremo, antequam diluculum eſſet, in Capitolium ventitare ſolitum fuiſſe, & aperiri cellam Jovis ſibi juſſiſſe, ibique ſolum diu demorari, id temporis in Capitolium ingredientem canes ſemper in alios ſævientes, neque latraſſe in eum, neque incurriſſe. Quid illud, quod Livius, Plutarchus, cæterique omnes ferme ſcriptores tradunt, quod ab ipſa adoleſcentia

numeros hominibus efficaciter oſtenderet; ſolutioris vitæ primos adoleſcentiæ annos egiſſe fertur. Remotos quidem à luxuriæ crimine, [1] ſed tamen Punicis trophæis, devictæ Carthaginis cervicibus impoſito jugo, teneriores.

3. [2] C. quoque Valerius Flaccus ſecundi Punici belli temporibus luxu perditam adoleſcentiam inchoavit. Cæterum [3] à P. Licinio Pont. Max. flamen captus, quo facilius à vitiis recederet; ad curam ſacrorum & ceremoniarum converſo animo, uſus duce frugalitatis religione, quantum prius luxuriæ fuerat exemplum, tantum poſtea modeſtiæ & ſanctitatis ſpecimen evaſit.

4. [4] Nihil Q. Fabio Maximo, qui Gallica victoria cogno-

tia ſaucium patrem è manibus hoſtium liberavit; quod in ipſo deinde juventutis flore, quo maxime libidinis fervet ætas, virginem eximia ſpecie & pulchritudine captam, ſponſo, cui depacta fuerat, intactam inviolatamque reſtituit, ut in cap. de Continentia diximus. Non igitur ejus adoleſcentia videtur aliqua libidine vexata, in qua fuere virtutes prope divinæ, quod & Plutarchus affirmat. *Oliv.*

1. *Sed tamen Punicis.*] Contigit A. U. DLI.

2. *Cajus quoque Valerius Flaccus.*] Hic etiam diſſolutior fuit quam Scipio, qui ſecundi Punici belli temporibus conſul fuit, & Annibalem ab urbe rejecit, teſte Autore de Viris Illuſtribus, qui ait: *Annibal cum ad tertium ab urbe lapidem caſtra poſuiſſet, tempeſtatibus repulſus primum à Fabio Maximo fruſtratus, deinde à Valerio Flacco repulſus, & à Graccho & Marcello fugatus, in Africam revocatus, à Scipione ſuperatus eſt.* Livius tamen dicit non à Valerio, ſed à Fulvio Flacco ab urbe fuiſſe repulſum. *Oliverius.*

3. *A P. Licinio Pont. Max. flamen factus.*] Ita vulgo. Legendum arbitror, *Flamen captus.* Quemadmodum & Liv. loquitur. Ob adoleſcentiam negligentem luxurioſamque C. Flaccus flamen captus à P. Licinio pont. max. erat. Non ſolum virgo Veſtalis capi à pontifice maximo dicitur, ſed flamines etiam Diales, item pontifices & augures. M. Cato contra Galbam pro Luſitanis: *Ego me nunc volo jus pontificum optime ſcire, jamne ea cauſa pontifex capiar? Si volo augurium optime tenere, ecquis ob eam rem augurem capiat?* Vide de his Gellium lib. I. cap. 12. *Pigh.*

4. *Nihil Q. Fabio Maximo.*] De hoc viro dictum eſt lib. IV. in cap. de his qui à parentibus degenerarunt. Fuit autem ejus adoleſcentia tam perditæ luxuriæ, ut Quintus Pompejus prætor urbanus illi bonis paternis interdixerit, ne per luxum atque libidinem profunderet. Cum ſe ad rempubl. contuliſſet, magiſtratibus perfunctus res clariſſimas geſſit, præſertim adverſus Allobroges, Bituitumque Arvernorum regem. Quos cum felici pugna ſuperaſſet, inde ſibi glorioſum & immortale nomen reportavit, nam poſt illam victoriam Allobrogici cognomen ſortitus eſt. Præterea tam grata fuit illa victoria populo Romano, ut quo loco cæſi captique fuiſſent hoſtes Senatus, inſigne trophæum ſtatui juſſerit, turremque ædificari hoſtium ſpoliis ornatam ad tantæ rei memoriam. *Oliv.* Contigit A.U. DCXXXIII.

1. Q. Ca-

gnomen Allobrogici ſibimet ac poſteris peperit, adoleſcente magis infame; nihil eodem ſene ornatius, aut ſpecioſius illo ſeculo noſtra civitas habuit.

5. Quis ignorat [1] Q. Catuli auctoritatem in maximo clariſſimorum virorum proventu excelſum gradum obtinuiſſe? Cujus ſi ſuperior ætas revolvatur; multi luxus, multæ deliciæ reperientur. Quæ quidem ei impedimento non fuerunt, quo minus patriæ princeps exiſteret, nomenque ejus in Capitolino faſtigio fulgeret, ac virtute [2] civile bellum ingenti motu oriens ſepeliret.

6. [3] L. vero Sylla uſque ad quæſturæ ſuæ comitia vitam libidine, vino, ludricæ artis amore, inquinatam perduxit. Qua-

1. *Q. Catuli.*] Hic bellum civile à Lepido motum pene prius extinxit, quam ſuſcitatum arderet. Conſul enim cum Lepido, cum novarum rerum cupidus per inſolentiam Lepidus Syllæ acta reſcindere vellet, ex urbe illum Catulus ejecit, tanquam ſeditioſiſſimum hominem, qui ſtatum civitatis perturbare moliretur. Nam, ut inquit Florus, cum jure belli dictator Sylla proſcripſiſſet inimicos, qui ſupererant, revocante Lepido, quid aliud quam ad bellum vocabantur? Cum damnatorum bona, addicente Sylla, quamvis male capta, jure tamen, repetitio eorum proculdubio labefactabat compoſitam civitatem. Expediebat ergo quaſi ægræ ſauciæque reipubl. requieſcere quomodocunque, ne vulnera curatione ipſa reſcinderentur. Ergo cum turbidis concionibus, velut claſſico, civitatem terruiſſet, urbe pulſus, profectus in Hetruriam, arma inde & exercitum urbi admoverat. Sed jam Milvium pontem, collemque Janiculum Luctatius Catulus, Cn.que Pompeius Syllanæ dominationis duces, atque ſigniferi alio exercitu inſederant, à quibus primo ſtatim impetu retro pulſus, hoſtiſque à Senatu judicatus, incruenta fuga Hetruriam, inde Sardiniam receſſit, ibi quoque morbo & pœnitentia interiit, victoreſque non temere in civilibus bellis pace contenti fuerunt. *Oliver.* Contigit A. U. DCXXXV.

2. *Civile bellum.*] Nam ejecit Lepidum ſibi collegam in conſulatu bella civilia ſuſcitantem. Dum enim acta Syllæ reſcindere tentaret, ut proſcripti omnes, qui ſupereſſent, revocarentur in urbem, & ſua ſibi bona reſtituerentur, graviſſimas ſeditiones excitabat, & quietum reip. ſtatum perturbabat. Hunc igitur hoſtem patriæ à Senatu judicatum de medio ſuſtulit, morique coëgit, de quo Lucanus:

Ut Catulo jacuit Lepidus. Oliv.

3. *Lucius vero Sylla.*] Plutarchus in vita Syllæ dicit illum adeo in exercendis ſalibus natura ſtudioſum fuiſſe, ut ab ineunte ætate plurima cum ignominia ſodalitia cum mimis atque tidiculis hominibus petulanter habuerit. Poſtea vero eum in omnium rerum dominatu conſtitutus eſſet, è ſcena impudentiſſimos quoſque cogens, inter potandum quotidianis cœnationibus certabat. Quæ cum grandiori jam ætate patraret, & dominantis dignitati probrum & dedecus afferre viderentur, multa negligenter omittebat, quæ ſtudio & induſtria indigebant. Cœnanti ſiquidem

Syllæ

Quapropter C. Marium Conſulem moleſtè tuliſſe traditur, quod ſibi aſperrimum in Africa bellum gerenti tam delicatus quæſtor ſorte obveniſſet: Ejuſdem virtus quaſi perruptis & disjectis nequitiæ, qua obſidebatur, clauſtris, [1] catenas Jugurthæ manibus injecit: [2] Mithridatem compeſcuit: [3] ſocialis belli fluctus repreſſit: [4] Cinnæ dominationem fregit, eumque qui ſe in Africa quæſtorem faſtidierat, illam ipſam provinciam proſcriptum & exulem petere coëgit. Quæ tam diverſa, tamque inter ſe contraria, ſi quis apud animum ſuum attentiore comparatione expendere velit, duos in uno homine Syllas fuiſſe crediderit: turpem adoleſcentem, & virum dicerem fortem, niſi ipſe [5] felicem ſe appellari maluiſſet.

7. [1] At-

Syllæ nullus circa ſeria uſus erat, cum alio tempore impiger & eximia ſeveritate foret, ut cum primum ſodalitia & compotationes abjiceret, uno impetu res ſerias capeſſeret. Verum ita mimis & ſaltatoribus addictus ad omnem familiaritatem pronum ſe obnoxiumque ſubjiciebat, ut tam ſoluti morbus animi præcipitium ad amores, levitatem, & illecebras ſibi pepererit, à quibus nec provectioribus quidem annis ſeſe revocavit. Metrobium ſcenicum à juvenilibus annis magno amore complexus longius proſecutus eſt. Eo indies ſecum floreſcente morbo, cum ab initio publicam quidem, cæterum locupletem mulierem, quam Nicopolim appellabant, deperiret, inde conſuetudine & formæ gratia mirifice amatus eſſet ab ea, cum vita excederet, hæres eſt relictus. Novercæ quoque hæreditatem eſt ſortitus. Hæc Plutarchus. At Valerius eum vita inquinata libidine & vinolentia plena, Hiſtrionicam quoque ob quæſtum exercuiſſe dicit, ſed ea poſtmodum vitia in quæſtura depoſuiſſe. Quod Plutarchus negat, qui ad provectiores annos ea uſque ſervaſſe dicit. Utcunque ſit, conſtat eum egregia multa facinora edidiſſe. *Oliv.*

Contigit A. U. DCXXXI.

1. *Catenas Jugurthæ manibus injecit.*] Quia conſilio ſuo per Bocchum regem proditus Jugurtha, vinctus, cateniſque oneratus, in triumphum ductus fuit. *Idem.*

2. *Mithridatem compeſcuit.*] Quem Cappadocia & Aſia pepulit, & ad Tigranem regem Armeniæ fugere coëgit. *Idem.*

3. *Socialis belli.*] Quia prudentia ſua excitatam ſocialis belli flammam extinxit, cum ſocii Latini nominis propter negatam civitatem à Druſo promiſſam adverſus Romanos arma ſumpſiſſent. *Idem.*

4. *Cinnæ dominationem.*] Qui patria pulſus, ab Octavio, cum ſe Mario conjunxiſſet, qui exul jam in Africa exercitum comparaverat non contemnendum, repetivit urbem & eam per principum negligentiam cepit, quam oppreſſam Sylla à Mithridatis victoria rediens, celerius quam credi poſſet liberavit, cæſis multis Cinnæ Mariique exercitibus. *Oliverius.*

5. *Felicem.*] Hoc tamen felicitati ſuæ deeſſe confeſſus eſt, quod Capitolium non dedicaviſſet. Et teſte Plinio pediculari morbo interiit.

1. *Atque*

7. [1] Atque ut nobilitatem beneficio pœnitentiæ ſe ipſam admonuimus adſpicere, ita altiora modo ſuo ſperare auſos ſubtexamus. T. Aufidius [2] cum Aſiatici publici exiguam admodum particulam habuiſſet, poſtea totam Aſiam proconſulari imperio obtinuit. Nec indignati ſunt ſocii, ejus parere [3] faſcibus, quem aliena [4] tribunalia adulantem viderant. Geſſit ſe etiam integerrime atque ſplendidiſſime: eoque modo demonſtravit, priſtinum quæſtum ſuum fortunæ: præſens verò dignitatis incrementum moribus ipſius imputari debere.

8. [5] At P.Rupilius non publicanum in Sicilia egit, [6] ſed operas publicanis dedit: Idem ultimam inopiam ſuam [7] auctorato ſociis officio ſuſtentavit. Ab hoc poſtmodum conſule leges univerſi Siculi acceperunt, acerbiſſimoque [8] prædonum

1. *Atque ut nobilitatem beneficio pœnitentiæ.*] Tranſit ad mutationem fortunæ ex tenui in amplam, ſubnectitque exempla, loquutus antea de morum mutatione ex malis in bonos. Ad idem igitur hæc caput pertinent, quemadmodum etiam MSS. codd. demonſtrant: neque in duo vel tria capita ſecunda ſunt, ſicut in vulgatis libris factum videmus. Nam hæc exempla omnia ſimul cum externis ad unum caput mutationis morum ac fortunæ pertinere uſque ad libri ſexti finem, ipſa per ſe docere poſſent, etiamſi veterum exemplarium ſuffragia non accederent. *Pigh.* Contigit A. U. DCXXC.

2. *Cum Aſiatici publicani exiguam admodum particulam habuiſſet.*] Ita vulgo. Depravarunt quidem locum ſcioli, qui tamen ſincerus remanſit in Campenſi, Winchel. Colonienſi & Atrebatenſi exemplaribus: in quibus *Aſiatici publici* legitur. Vectigal enim populi Romani *Publicum* appellat Valerius, non ſecus ac Cicero ad Q. fratrem ſcribens: *Hic te ita verſari, ut & publicanis ſatisfacias, præſertim publicis male redemptis*, Ut etiam Tacitus lib. XIII. *Ergo edicit princeps, ut leges cujuſque publici occulta ad id tempus proſcriberentur.* Idem.

3. *Faſcibus.*] Hoc eſt, imperio, per faſces & lictores deſignato.

4. *Tribunalia adulantem.*] *Adulantem* cum accuſativo alibi etiam conjunxit. Aſſentabatur autem illis, ut in exigendis vectigalibus ſibi adeſſent. *Oliv.*

5. *At P. Rupilius.*] Cont. A. U. DCXXI.

6. *Sed operam publicanis dedit.*] Veteres libri multitudinis caſu, *operas*, dicunt. Ut etiam Cicero ad Atticum lib. XIII. *A te peto puerum qui eſt in operis ejus ſocietatis; omnibus tuis officiis atque omni liberalitate tutare: cureſque ut ejus operæ quam gratiſſimæ ſint ſociis.* Diurna ſervitia vocat *operas*, quæ conductitii in exigendis portoriis præſtabant. *Pigh.*

Sed operas publicanis dedit: idem ultimam inopiam ſuam, &c.] Scribe, *id eſt, ultimam.* vitio in libris crebro. Sententia hic poſtulat. Non enim aliud aliquod munus obiſſe narrat, ſed hoc idem interpretando vileſacit & abjicit. *Lipſ.*

7. *Auctorato.*] Ab auctoritate aliena dependente.

8. *Prædonum bello.*] Bellum quod Eunus quidam Syrus in Sicilia concitaverat, hic perfecit, & Siciliam liberavit. *Oliv.*

1. *Cn. Pom-*

donum ac fugitivorum bello liberati ſunt. Portus ipſos, ſi quis modo mutis rebus ineſt ſenſus, tantam in eodem homine varietatem ſtatus admiratos arbitror. Quem enim diurnas capturas exigentem animadverterant, eundem jura dantem, claſſeſque & exercitus regentem viderunt.

9. Huic tanto incremento majus adjiciam. Aſculo capto, [1] Cn. Pompejus Magni pater P. Ventidium ætate impuberem in triumpho ſuo populi oculis ſubjecit. Hic eſt [2] Ventidius, qui poſtea Romæ ex Parthis, & per Parthos de Craſſi manibus in hoſtili ſolo [3] miſerabiliter jacentibus, triumphum duxit. Itaque qui captivus carcerem exhorruerat, [4] victor Capitolium felicitate celebravit. In eodem etiam

1. *Cn. Pompeius Magni pater, P. Ventidium ætate puberem in triumpho ſuo.*] Legendum puto, *ætate impuberem*; ut latius in magiſtratuum Annalibus demonſtravi. *Pigh.*

2. *Ventidius.*] In ſermonibus nuper fuit ſeniorum hominum & eruditorum, multos in vetere memoria altiſſimum dignitatis gradum aſcendiſſe ignobiliſſimos prius homines & deſpicatiſſimos. Nihil adeo de quoquam tantæ admirationi fuit, quantæ fuerunt quæ de Ventidio Baſſo ſcripta ſunt: eum Picentem fuiſſe, genere & loco humili; & matrem ejus à Pompeio Strabone Pompeii magni patre bello ſociali, quo Æſculanos ſubegit, captam eum ipſo eſſe; mox triumphante Pompeio Strabone eum quoque puerum inter cæteros ante currum imperatoris ſinu matris vectum eſſe; poſt, quum adoleviſſet, victum ſibi ægrè quæſiſſe, eumque ſordidè inveniſſe comparandis mulis & vehiculis quæ magiſtratibus, qui ſortiti provincias forent, præbenda publicè conduxiſſet; in iſto quæſtu notum eſſe cœpiſſe C. Cæſari, & cum eo profectum eſſe in Gallias: tum quia in ea provincia ſatis naviter verſatus eſſet, deinceps civili bello mandata ſibi pleraque impigrè & ſtrenuè feciſſet, non modo in amicitiam Cæſaris, ſed ex ea in ampliſſimum quoque ordinem perveniſſe: mox tribunum quoque plebis ac deinde prætorem creatum, atque in eo tempore judicatum eſſe à ſenatu hoſtem cum M. Antonio: poſt vero conjunctis partibus non priſtinam tantum dignitatem reciperaſſe, ſed & pontificatum ac deinde conſulatum quoque adeptum eſſe: eamque rem tam intoleranter tuliſſe populum Romanum, qui Ventidium Baſſum meminerat curandis mulis victitaſſe, ut vulgo per vias urbis verſiculi proſcriberentur:

Concurrite omnes augures, haruſpices:
Portentum inuſitatum conflatum eſt recens:
Nam mulos qui fricabat conſul factus eſt.

A. Gellius.

3. *Miſerabiliter.*] Nam Arſacides rex Parthorum Craſſi corpus feris & alitibus devorandum juſſit exponi. *Oliv.*

4. *Victor Capitolium felicitate celebravit.*] De triumphante loquitur. Anne *felici dape?* Ut de ſolemni illo triumphantium convivio in Capitolio capias. *Lipſ. Felicitate.*] Acute Lipſius: *Felici dape.* Si vera eſt conjectura, intelligit Valerius dapem illam Capitolinam triumphantium. Philargyrius: *Cœnarum tria genera ſunt, Sollemne, Viaticum;*

etiam illud eximium, quod eodem anno [1] Prætor & conſul eſt factus.

10. [2] Caſuum nunc contemplemur varietatem. [3] L. Lentulus conſularis lege [4] Cæcilia repetundarum crimine oppreſſus, cenſor cum L. Cenſorino creatus eſt. Quem quidem fortuna inter ornamenta & dedecora alterna vice verſavit, conſulatui illius damnationem, damnationi cenſuram ſubjiciendo: & neque bonis eum perpetuis frui, neque malis æternis ingemiſcere patiendo.

11. [5] Iiſdem viribus uti voluit in Cn. Cornelio Scipione Aſina: Qui conſul à Pœnis apud [6] Liparas captus cum belli jure omnia perdidiſſet; lætiore ſubinde vultu ejus adjutus, cuncta recuperavit; conſulque etiam iterum creatus eſt. [7] Quis crederet illum [8] à duodecim ſecuribus ad Carthaginien-

ticum, Geniale. Sollemne interpretor epulas illas Joviales in Capitolio celebratum. De quo Varro lib. III. de Vita pop. Rom. *Vt ejus convivium, qui triumpharet in Capitolio videtur eſſe proprium, ut ipſe potius domum reduceretur à convivio.* Goler.

1. *Prætor & conſul.*] Addit etiam tribunum Agellius. *Idem.*

2. *Caſuum, &c.*] Cont. A. U. DCVI.

3. *L. Lentulus.*] Hic accuſatus repetundarum fuit. Spartacus & Crixus effracto Lentuli ludo gladiatores cum triginta haud amplius ejuſdem fortunæ viris erupere Capua, ſerviſque ad vexillum vocatis, juſtum exercitum fecerant. Deinde conſulatis quoque aggreſſi Lentuli exercitum in Apennino cecidêre. Hic itaque Lentulus lege à Cæcilio contra eum lata repetundarum damnatur, poſt damnationem cenſor creatur cum L. Cenſorino. Sed hic fortaſſe Lentulus eſt, ad quem Cicero primi libri epiſtolas ſcribit de reducendo rege Ptolemæo, quem repetundarum ex Sicilia, & Cypro accuſatum intelligimus: nam Cato promulgationem tulit, ut ei provincia abrogaretur, ut eſt apud Ciceronem ad Atticum, qua promulgatione facta, veſtem mutavit. *Oliverius.*

4. *Cæcilia.*] Legem hanc de repetundis tulit Q. Cæcilius Tribunus pl. Lata eſt, ut cenſet Manutius, L. Martio & L. Manilio Coſs. anno DCI. quo anno lex Calpurnia lata eſt, vel certe Sp. Poſthumio L. Calpurnio Coſs.

5. *Iiſdem viribus.*] Scipio Naſica captus à Pœnis. Hic collega erat Duilii conſulis, qui apud Liparas victa, merſa, & fugata hoſtium claſſe, primum illum maritimum egit triumphum. Nam multo ante hanc victoriam Cn. Cornelius Scipio alter conſulum, ut dixi, claſſe Punica circumventus, & per fraudem velut in colloquium vocatus & captus primum fuit perfidiæ Punicæ documentum: poſt captivitatem vero à collega per victoriam redemptus, cum omnia jure belli perdidiſſet, tamen aſpirante fortuna cuncta recuperavit, conſulque iterum factus, cum imperio & dignitate vixit. *Oliv.* Contigit A. U. CDXCIII.

6. *Liparas.*] Inſulam unam ex Æoliis.

7. *Quis, &c.*] Cont. A. U. CDXCIX.

8. *A duodecim ſecuribus.*] Id eſt, faſcibus.

ginienſium proventurum catenas? quis rurſus exiſtimaret à Punicis vinculis ad ſumma imperii perventurum faſtigia? ſed tamen ex conſule captivus, & ex captivo conſul factus eſt.

12. [1] Quid? Craſſo nonne pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit? ſed eidem poſtea inopia turpem decoctoris [2] ſuperlationem injunxit, ſiquidem bona ejus à creditoribus, quia ſolidum præſtare non poterat, venierunt. Ita quoque amara ſugillatione non caruit: quia cum egens ambularet, Dives ab occurrentibus ſalutabatur.

13. [3] Craſſum caſus acerbitate Q. Cæpio præcurrit. Is namque [4] prœturæ ſplendore, [5] triumphi claritate, [1] conſu-

1. *Quid? &c.*] Contigit anno urbis DCXCIV.

2. *Superlationem.*] Barbara vox: pro qua Lipſius ſubſtituit *Appellationem.* Neutrum probare poſſum. In editione Veneta vetus commentator legerat *ſuggillationem.* Quod ipſum eſt ſcilicet à Valerio ſcriptum. *Suggillatio* ὑπωπιασμὸς, in veteri Gloſſario. In eodem legi: *ſuggella*, ὑπώπιον, ſed vitioſe pro *ſuggilla.* *Suggillatio*, igitur à *ſuggilla*, contra quam Feſtus nugatur. Aliter etiam ſuper hoc vocabulo Joſephus Scaliger ἐτυμολογεῖ. *Colerus.*

3. *Craſſum, &c.*] Q. Cæpio capitali judicio affectus eſt, quia videlicet culpa ejus amiſſis duobus exercitibus, ſuo, & collegæ Manlii, caſtra etiam capta fuerant à Cimbris & Theutonis, adverſus quos miſſi fuerant imperarores. Quæ graviſſima fuit reip. clades; nam ſupra octoginta Romanorum millia cæſa dicuntur. Hic antea Fabii ignominiam in Hiſpania correxerat, cæſo à proditoribus Viriato, ut ante dictum lib. III. cap. 7. de Amiciria. Cicero Cæpionem etiam quæſtorem fuiſſe oſtendit in Rhetoricis lib. I. cap. 7. de conſtitutione conjecturali, ubi dicit: *Cum L. Saturninus legem frumentariam de ſemiſſibus & trientibus laturus eſſet, & Cæpio, qui per id temporis quæſtor urbanus erat, docuit Senatum, &c.* Oliv. Contigit A. U. DCXLVIII.

4. *Præturæ ſplendore.*] Nam prætor Fabii errorem correxit, qui à Viriato deceptus fuerat. *Idem.*

5. *Triumphi claritate.*] Quem de Viriato egit. Servilius Cæpio, ut ait Aſconius, bellum in Sicilia geſſit, & de illa triumphavit, capta Olyntho & Phaſelide, de tribus magnis ejus terræ civitatibus, ſed P. Servilium Cæpionem dicit, non Q. Forſan in prænominibus error eſt; nam aliter videretur à ſeipſo diſſentire Valerius, in cap. enim de Amicitia Cæpionem dixit à L. Regino tribuno plebis carcere fuiſſe liberatum, & ejus fugæ comitem factum. Hic vero dicit in carcere fuiſſe conſumptum: ergo aut hunc intelligimus *Q. Cæpionem*, illum vero ſuperiorem P. Servilium Cæpionem, aut bis eundem in vincula fuiſſe conjectum, & poſtremo conſumptum, aut certe error eſt. Livius tamen dicit: *C. Manilius, & Q. Servilius Cæpio Proconſules victi prœlio, caſtriſque exuti binis ſunt, octoginta millia militum occiſa, calonum, & lixarum quadraginta millia. Secundum populi Romani juſſionem, Cæpionis, cujus temeritate clade*

[1] conſulatus decore, maximi pontificatus ſacerdotio, ut ſenatus patronus diceretur, aſſecutus; in publicis vinculis ſpiritum depoſuit, corpuſque ejus funeſti carnificis manibus laceratum, in [2] ſcalis Gemoniis jacens, magno cum horrore totius fori Romani conſpectum eſt.

14. [3] Jam C. Marius maxima fortunæ luctatio eſt: omnes enim ejus impetus tam corporis quam animi robore for-

des accepta erat, damnati bono publicata ſunt, primoque poſt regem Tarquinium imperium ei abrogatum. Oliv.

1. *Conſulatus decore.*] Qui cum C. Manlio conſul fuerat, & adverſus Cimbros miſſus. *Oliv.*

2. *Scalis Gemoniis.*] Vide ſupra.

3. *Jam C. Marius.*] Hic Marii vita tota eſſet referenda, ut planius cognoſci poſſet, quanta & diſcrimina rerum paſſus fuerit, quanta rurſus fortunæ benignitate, & indulgentia uſus, ut modo felix, modo miſer, in magna rerum varietate ludus fortunæ merito dici poſſit, ſed quod ad rem iſtam pertinet, Marius ex municipio Arpinati, cum ſe Romam contuliſſet, ſic omnibus primo propter ignobilitatem contemptui fuit, ut Arpinatibus honoribus, nedum Romanis indignus haberetur; ſæpius in petitione magiſtratuum, & illorum quidem minorum, repulſam paſſus, in ſenatum irrupiſſe magis, quam veniſſe creditur, vix prætnram obtinuit, pro qua etiam ambitus accuſatus, extrema fortuna ſtetit. Legatus Metello in Africam miſſus, egregie ſe in illa militia geſſit, cui ſacrificanti cum magna & alta ipſi portendi dixiſſet aruſpex, animum ſtatim ad conſulatum adjecit, ad quem capiendum præter vetuſtatem familiæ omnia abunde erant, induſtria, probitas, militiæ magna ſcientia, animus belli ingens, domi modicus, libidinis & diviriarum victor, tantummodo gloriæ avidus: à quo petendo diſſuaſus primum à Merello, deterreri non potuit: quo tandem impetrato, Jugurthinum bellum confecit, de Jugurtha capto triumphavit, Gallos, Cimbros, Senones, qui Romanorum nomen extinguere conſtituerant, ad internecionem uſque delevit. Orta deinde de provincia Ponti. ſeditione, urbe pulſus à Sylla, ut ſupra diximus, cum fugiens ſe Minturnas contuliſſet, in paludibus delituit, unde extractus, & in cuſtodiam datus, cum ſervus Cimber ad eum occidendum miſſus, majeſtate deterritus, occidere non ſuſtinuiſſet, inde eductus, & in navi poſitus, in Africam delatus eſt, ubi varia fortuna uſus, tandem ex Mautuſiis equites comparavit, & exercitum confecit non contemnendum, ex agris robuſtiſſimum quemque deligens; impletiſque ſexaginta navibus ex ea virorum multitudine, Romam verſus navigavit, ſeque Cinnæ expulſo conjunxit, qui primo Hoſtiam, deinde Janiculum, poſtremo urbem ipſam occuparunt, & de inimicis ſuis graviter ulti, proſcriptionem ipſi proſcripti graviorem exercuerunt, multos Romanorum principes de medio tollentes. Quæ ubi Syllæ nuntiata fuerunt, compoſitis rebus, cum Mithridate properavit ad urbem cum exercitu, & cæſis aliquot Marii Cinnæque exercitibus, urbem cepit. Marius ubi vidit ſe arma Syllæ effugere non poſſe, domi celebrato cum amicis convivio, indicatoque animi ſui conſilio, ſibi mortem conſcivit. De quo Cicero de Natura Deorum: *Cur Marius*, inquit, *tam feliciter ſepties conſul domi ſuæ mortuus eſt?* Livius libro octuageſimo: *Marius editis in urbe multis ſceleribus Idibus Ianuariis deceſſit.* Oliv. Contigit A. U. DCXXIX.

fortiſſime ſuſtinuit. Arpini honoribus judicatus inferior, quæſturam Romæ petere auſus eſt: patientia deinde repulſarum, irrupit magis in Curiam, quam venit. In tribunatus quoque & ædilitatis petitione conſimilem [1] campi notam expertus: [2] Præturæ candidatus ſupremo loco inhæſit, quam tamen non ſine periculo obtinuit: ambitus enim accuſatus, vix atque ægrè abſolutionem à judicibus impetravit. [3] Ex illo Mario tam humili Arpini, tam ignobili Romæ, tamque faſtidiendo candidato, ille Marius evaſit, qui Africam ſubegit, Jugurtham regem antè currum egit, qui Teutonorum, Cimbrorumque exercitus delevit. Cujus [4] bina trophæa in urbe ſpectantur, cujus ſeptem in faſtis conſulatus leguntur. Cui [5] poſt exilium conſulem creari, proſcriptoque facere proſcriptionem contigit. Quid hujus conditione inconſtantius aut mutabilius? quem ſi inter miſeros poſueris, miſerrimus: inter felices, feliciſſimus reperietur.

15. [6] C. autem Cæſar, cujus virtutes aditum ſibi in cœlum ſtruxerunt, inter primæ juventæ initia privatus Aſiam pe-

1. *Campi.*] Scilicet Martii, in quo fiebant comitia. *Bad.*

2. *Præturæ candidatus ſupremo loco inhæſit.*] Id eſt, ultimo loco inter ſex prætores creatus eſt. Nam hoc idem declarat Plutarchus his verbis: ὕστερον δὲ οὐ πολλῷ στρατηγίαν μετελθὼν, ὀλίγου ἐδέησεν ἐκπεσεῖν· ἔσχατος δὲ πάντων ἀναγορευθεὶς, δίκην ἔσχε δεκασμοῦ. Erat autem nonnihil ignominioſum ultimo, atque è contra honorificum primo loco inter tot collegas renuntiari: qui idcirco prætor primus appellabatur. Quo nomine gloriatur ſæpe M. Tullius, quod anno ſuo prætor primus frequentibus populi ſuffragiis ſit factus. *Coler.* Contigit A. U. DCXXXVII. circiter.

3. *Ex illo, &c.*] Contigit A. U. DCXLIX. & DCLXVII.

4. *Bina trophæa.*] Qui duas columnas erexerat in urbe Cimbrorum & Theutonorum ſpoliis ornatas. *Oliv.*

5. *Poſt exilium.*] Proſcriptionem primam à Sylla.

6. *Cajus autem Cæſar.*] Sylla, devictis Marianis partibus, Cæſari, quod per Juliam ejus amitam erat Mario ſumma neceſſitudine conjunctus, mortem machinabatur. Erat enim Cæſar minoris Marii conſobrinus, ſed ſæpius fuit Sylla prohibitus à multis, quod dicerent, iniquum eſſe, tantæ indolis puerum innocenter occidere, quos ille dementes appellabat, quod non providerent, quod puer male præcinctus, mille Marios haberet in corpore. Hæc igitur cum ad Cæſarem perlata forent, urbe clam egreſſus, in Sabinis aliquamdiu pervagatus delituit, poſtea à Syllanis militibus, qui per ea loca latitantes diſquirebant, forte fortuna deprehenſus

petens, à maritimis prædonibus circa inſulam Pharmacuſam exceptus, quinquaginta ſe talentis redemit. Parva igitur ſumma clariſſimum mundi ſidus in piratico myoparone rependi fortuna voluit. Quid eſt ergo quod amplius de ea queramur, ſi ne conſortibus quidem divinitatis ſuæ parcit? Sed cœleſte numen ſe ab injuria vindicavit: continuo enim captos prædones crucibus affixit.

EXTERNA.

1. Attento ſtudio noſtra commemoravimus: remiſſiore nunc animo aliena narrentur. Perditæ luxuriæ Athenis adoleſcens Polemo, neque illecebris tantummodo, ſed etiam ipſa infamia gaudens; cum è convivio non poſt occaſum ſolis, ſed poſt ortum ſurrexiſſet, domumque repetens Xenocratis Philoſophi patentem januam vidiſſet: vino gravis, unguentis delibutus, ſertis capite redimito, pellucida veſte amictus, refertam turba doctorum hominum ſcholam ejus intravit: Nec contentus tam deformi introitu, conſedit etiam, ut clariſſimum eloquium, & prudentiſſima præcepta temulentiæ laſciviis eluderet. Orta deinde, ut par erat, omnium indignatione; [1] Xenocrates vultum in eodem habitu continuit, [2] omiſſiſque de quibus diſſerebat, de modeſtia ac temperantia loqui cœpit. Cujus gravitate ſermonis reſipiſcere coactus Polemo, primum

ſuis à Cornelio eorum duce, duobus ſe talentis redemit; mox inde Aſiam petens, circa Pharmacuſam inſulam capitur à piratis, quibus ab eo quadraginta talenta pro redemptione poſcentibus, ſubriſit, & quinquaginta ſe daturum pollicitus, poſtmodum ſuis ad hanc expediendam pecuniæ quantitatem dimiſſis, apud Cilices duo de quadraginta verſatus dies, illis per jocum ſæpe crucem minatus, paulo poſt, inſtructis navibus, è Mileſiorum portu prædones aggreditur, quos captos crucibus omnes affixit. *Oliv.* Contigit A. U. DCLXVII.

1. *Xenocrates.*] Stoïcus fuit præſtantiſſimus, ut diximus in capitulo de Continentia, de quo apud Plutarchum legimus. Cum eum forte vidit Ageſilaus diſputantem in Gymnaſio admodum ſenem, dicitur interrogaſſe, Quiſnam eſſet? Tunc quidam reſpondit: Eſt unus ex his, qui virtutem quærunt. Tum ille: Quomodo is virtute, inquit, utetur, eam ſi nondum invenerit? *Oliverius.*

2. *Omiſſiſque.*] Lib. Dan. *Omiſſaque re, quam diſſerebat.* Diſconvenit hic inter Valerium & Laërtium. Hic enim de Xenocrate dixit, eum ſermonem περὶ σωφροσύνης diſſeruiſſe. *Coler.*

 1. Core-

mum [1]coronam capite detractam projecit, paulo poſt [2]brachium intra pallium reduxit, procedente tempore oris convivalis hilaritatem depoſuit; ad ultimum totam luxuriam exuit, uniuſque orationis ſaluberrima medicina ſanatus, ex infami ganeone maximus philoſophus evaſit. Peregrinatus eſt hujus animus in nequitia, non habitavit.

2. Piget [3] Themiſtoclis adoleſcentiam attingere, ſive patrem aſpiciam, abdicationis inurentem notam, ſive matrem ſuſpendio finire vitam propter filii turpitudinem coactam; cum omnium poſtea Graji ſanguinis virorum clariſſimus extiterit, mediumque Aſiæ & Europæ vel ſpei, vel [4] deſperationis pignus fuerit: Hæc enim ſalu-
tis

1. *Coronam.*] Quam multum potaturi, ut Bacchum imitentur, aſſumere ſolebant. *Bad.*

2. *Brachium intra pallium.*] Hoc apud Athenienſes fuit pudoris & modeſtiæ ſignum. Ritum declarat Caſaubonus Notis ad Laërtium. *Colerus.*

3. *Themiſtoclis.*] Pater ejus Neocles generoſus fuit, is uxorem Halicarnaſſeam duxit civem, ex qua natus Themiſtocles, qui cum minus eſſet probatus parentibus, quod & liberius vivebat, & jam rem familiarem negligebat, à patre exhæredatus eſt. Quare mater percita nimio dolore, laqueo vitam finivit. Quæ contumelia non fregit eum, ſed erexit. Nam cum judicaſſet ſine ſumma induſtria non poſſe eam infamiam extingui, totum ſe dedit reipubl. diligentius amicis famæque ſerviens. Multum in judiciis privatis verſabatur, ſæpe in concionem populi prodibat, nulla res major ſine illo gerebatur, celeriter quæ opus erant, reperiebat, neque minus in rebus gerendis, quam excogitandis promptus erat, quod & de inſtantibus, ut ait Thucydid. veriſſime judicabat, & de futuris callidiſſime conjiciebat, quo factum eſt, ut brevi tempore illuſtraretur. Nam pro patria res maximas & clariſſimas geſſit, & inprimis adverſus Xerxem Perſarum regem. Qui cum terra marique univerſæ Græciæ bellum inferret cum tantis copiis, quantas neque antea, neque poſtea habuit quiſquam, non ſolum ſalus patriæ & totius Græciæ, ſed etiam totius Europæ fuit. Mardonium quoque Xerxis imperatorem, qui expugnato Olyntho in Bœotiam ſe contulerat, conſilio Themiſtoclis conſtat à Græcis fuiſſe ſuperatum, pari ratione mœnia urbis Athenarum à Xerxe diruta invitis Lacedæmoniis, hujus prudentia fuiſſe reſtituta. Plutarchus tamen longe aliter tradit tam de matre, quam de ejus adoleſcentia: nam matrem ejus alios Threiciam genere Abrotanum nuncupatam, alios Cariam Euterpen dictam, nonnullos etiam Halicarnaſſeam tradidiſſe ſcribit in ejus vita. Adoleſcentiam quoque non inter vitia, ſed inter virtutes egiſſe. Quæ vero de repudiatione, & exhæredatione patris, de voluntario matris interitu dicta ſunt, cæteraque ignominioſa, falſa fuiſſe dicit. *Oliverius.*

4. *Deſperationis pignus fuerit.*] Quando fugit ad hoſtem, pugnaturus contra patriam.

1. *Patro-*

tis eum ſuæ [1] patronum habuit, illa [2] vadem victoriæ aſſumpſit.

3. [3] Cimonis vero incunabula opinione ſtultitiæ fuerunt referta: ejuſdem ſtultitiæ imperia ſalutaria Athenienſes ſenſerunt: Itaque coëgit eos ſtuporis ſemet ipſos damnare, qui eum ſtolidum crediderant.

4. [4] Jam Alcibiadem quaſi duæ fortunæ partitæ ſunt: Altera quæ ei nobilitatem eximiam, abundantes divitias, for-

1. *Patronum.*] Nam hic univerſam Græciam ex ipſis prope manibus hoſtium redemit, quo tempore ad Salaminam contra Xerxem cum exercitu miſſus eſt; nam Xerxes cum Græciam cum ingenti atque incredibili exercitu invaſiſſet, ut qui diceretur totam ferme Aſiam duxiſſe in Europam, qui jungeret maria, ſterneret montes, flumina ſiccaret, Athenienſes conſilio Themiſtoclis, qui Apollinis oraculum interpretatus fuerat, navibus, hoc eſt, bello navali pugnandum eſſe cum hoſte, vim ſuam omnem in claſſem conjecerunt, eique Themiſtoclem præfecerunt, qui cum ad Salaminam occurtiſſet Xerxi, illum bello navali ſuperavit, & in Aſiam cum paucis admodum refugere coëgit, ut ſupra monſtratum eſt. *Oliv.*

2. *Vadem victoriæ.*] Cum regi ſpopondit, fore, ut tota Græcia ſubigeretur, ſi ſuum vellet conſilium ſequi. *Idem.*

3. *Cimonis vero, &c.*] Cimonis incunabula opinione ſtultitiæ fuerunt referta; imperia vero ſalutaria, qui apud Strymonem Thracas fudit, oppidum Amphipolim conſtituit, eoque x. millia Athenienſium in coloniam miſit. Apud Mycalem montem Cypriorum & Phœnicium ducentarum navium claſſem devictam cepit, eodemque die pari fortuna in terra uſus eſt. Scyto contumaciores Dolopas expulit, Tharſos opulentia ſua fretos primo adventu fregit, & cum Xerxes bellum ex integro adverſus Athenienſes inſtituiſſet, univerſa Græcia hunc Cimonem ducem conſtituit juvenem, cujus magnitudinem futuram pietatis opera prodiderunt. Quippe patrem ob crimen peculatus in carcerem conjectum, ibique defunctum tranſlatis in ſe vinculis ad ſepulturam redemit, ut diximus in cap. de Ingratitudine. Verum nec in bello judicium deligentium fefellit, ſiquidem non inferior virtutibus paternis Xerxem terreſtri navalique prœlio ſuperatum, trepidum ſe recipere in regnum coëgit. *Oliv.*

4. *Jam Alcibiadem, &c.*] Alcibiades Cliniæ filius Athenienſis. In hoc natura quid efficere poſſet, videtur experta, ut ait Probus, ſed fortuna non minus. Nihil illo excellentius, vel in vitiis, vel in virtutibus, nihil mirabilius in varia ſorte rerum. Bello Peloponneſiaco hujus conſilio Athenienſes bellum Syracuſanis indixerunt; ad quod gerendum ipſe inter cæteros dux electus, & cum in ſpe eſſet bene adminiſtrandæ provinciæ, reus violatorum ſacrorum abſens efficitur, quod videlicet ejus opera Hermæ Athenis dejecti eſſent, & domi ſuæ myſteria fierent. Revocatus ad cauſam dicendam, primo Elidem, deinde Thebas venit, ubi intellexit ſe capitis damnatum, & bona ejus publicata eſſe, & Eumolpidas ſacerdotes à populo coactos, ut ſe devoverent, Lacedæmonem demigravit. Hujus conſilio Lacedæmonii cum Perſarum rege amicitiam fecerunt, ejuſdemque opera Ioniam à ſocietate Athenienſium averterunt. Quibus rebus factum eſt, ut

formam præſtantiſſimam, favorem civium propenſum, ſumma imperia, præcipuas potentiæ vires, flagrantiſſimum ingenium aſſignaret: altera quæ damnationem, exilium, venditionem bonorum, inopiam, odium patriæ, violentam

Lacedæmonii vim tantam ingenli metuentes, de interficiendo viro conſulerent. Ille ad Tiſſafernem regis præfectum ſe contulit, cujus in amicitiam intimam brevi tempore pervenit. Cum Piſandro prætore primum per colloquia de reditu ſuo mentionem fecit, deinde Thraſybulo faciente ab exercitu recipitur, prætorque fit apud Samum. Poſt ſuffragante Theramene plebiſcito reſtituitur, patique abſens imperio præficitur cum Thraſybulo & Theramene, qui Lacedæmonios paulo ante victores pacem petere coëgerunt: redeuntes magnis rebus geſtis à pop. excipiuntur magna lætitia; ſed in Alcibiadem convertuntur omnes, cum intuentur, laudant, admirantur, bonis reſtitutis reſecari jubentur pilæ, in quibus devotio inſcripta fuerat, & ea in mare præcipitatur; ſed hæc Alcibiadis lætitia minus diuturna fuit: nam cum Thraſybulo, & Adimanto, quos collegas ſortitus erat, claſſe in Aſiam profectus, quod apud Cymen minus ex ſententia rem geſſerat, in invidiam recidit. Abſenti ergo magiſtratus abrogatur; ille caſtellis tribus communitis Thraciam introivit, & jam præda, jam amicitiis regum magnus apud eos factus, Philocli prætori Athenienſium pollicetur, ſe, ſi vellet, coacturum Lyſandrum dimicare, qui bellum conſulto trahebat. Philocles gloriæ ſuæ potius, quam ſaluti patriæ conſulens, poſtulata facere noluit. Diſcedens igitur Alcibiades, monuit, ne juxta hoſtem caſtra nautica haberet, ne immodeſtia militum Lyſandro pugnandi occaſio daretur. Quod ille negligens, paulo poſt exercitum amiſit. Victis Athenienſibus Alcibiades ſe ſupra Propontidem penitus abdidit in Thraciam. Thraces inſidiis factis, illum quidem capere non potuerunt, ea vero quæ apportaverat, abſtulerunt. Ille ad Pharnabazum in Aſiam tranſiit, qui ei Grynium dedit in Phrygia caſtrum, ex quo quinquaginta talenta vectigalis capiebat, qui non patiens victas Athenas ſervire, cum amicitiam regis appeteret, gratiam cum illo ſe initurum videbat, ſi aperuiſſet Cyrum fratrem ei bellum parare, Lacedæmoniis juvantibus. Quod cum facere moliretur, Critias cæterique Athenienſium tyranni Lyſandro miſerunt, ſi ſuas res Athenis conſtitutas manere vellet, Alcibiadem tolleret. Quod etiam factum eſt, ut diximus in cap de ſomniis. Fuit autem Alcibiades, teſte Probo, omnium ætatis ſuæ multo formoſiſſimus, ad omnes res aptus, conſiliis plenus, terra marique ſummus imperator. Cujus tanta erat oris atque orationis commendatio, ut nemo ei dicendo poſſet reſiſtere. Dives cum tempus poſceret, laborioſus, patiens, liberalis, ſplendidus, non minus in vita, quam in victu affabilis, blandus, temporibus callidiſſime ſerviens; idem ſimul atque ſe remittebat, ita luxurioſus, diſſolutus, libidinoſus, intemperans reperiebatur, ut omnes admirarentur in uno homine tantam eſſe diſſimilitudinem: atque diverſam naturam. Hic cum Athenis clariſſima civitate natus eſſe, omnes ſplendore ac dignitate vitæ ſuperaſſe certum eſt. Poſtquam inde pulſus Thebas venit: adeo ſtudiis eorum inſerviſſe dicunt, ut nemo eum animo corporiſque viribus æquipararet: omnes enim Bœotii magis firmitati corporis, quam ingenii acumini deſerviunt. Eundem apud Lacedæmonios, quorum moribus ſumma virtus in patientia ponebatur, ut Cicero

lentam mortem infligeret: Nec aut hæc, aut illa ſimul univerſa; ſed varie perplexa, freto atque æſtui ſimilia.

5. [1] Ad invidiam uſque Polycratis Samiorum tyranni abundantiſſimis bonis conſpicuus vitæ fulgor exceſſit: nec ſine cauſſa. Omnes enim conatus ejus placido excipiebantur itinere: ſpes certum cupitæ rei fructum apprehendebant: vota nuncupabantur ſimul & ſolvebantur: velle ac poſſe in æquo poſitum erat: Semel dumtaxat vultum mutavit, perquàm brevi triſtitiæ ſalebra ſuccuſſum; tunc cum [2] admodum gratum ſibi annulum de induſtria in pro-

in Tuſculanis oſtendit, ſic duritiei ei dediſſe ferunt: ut parcimonia victus, atque cultus omnes Lacedæmonios vinceret. Fuiſſe conſtat Thracas homines vinolentos, rebuſque Venereis deditos; hos quoque, cum apud illos eſſet, in his rebus anteceſſiſſe affirmant. Veniſſe deinde ad Perſas, apud quos ſumma laus eſſet, fortiter venari, luxurioſe vivere, horum ſic imitatum conſuetudinem dicunt, ut illi ipſi in his maxime admirarentur. Quibus effeciſſe, ut apud quoſcunque eſſet, princeps haberetur. Quæ cum ita ſint ut ſplendore & dignitate cives ſuos, labore & viribus corporis, Thebanos, duritie parcimoniaque viros Lacedæmonios, vinolentia Thracas, venatu Perſas; luxurioſa vita utrumque populum ſuperavit, non diſcerni facile poteſt, majori ne laude dignus ſit, an reprehenſione. Quantum enim admirandus eſt, qui nulli bono virtute poſterior fuerit, tantum etiam deteſtandus, qui, improbis omnibus malitia ſuperior evaſerit. *Oliverius.*

1. *Ad invidiam, &c.*] Hic Polycrates Samius tyrannus fuit, de quo Cicero in libro de Finibus, Plinius etiam, & diverſi Græci ſcriptores meminerunt. Hic adeo fortunam habuit obſequioſam, ut omnia optata conſequeretur, & quicquid aggrederetur, efficeret. Fœdus forte fecerat cum Xantippo, vel, ut Herodotus tradit, cum Amaſi Ægyptiorum rege, qui, quum audiſſet nihil unquam ſibi adverſi contigiſſe, ad moderandam fortunæ invidiam Xantippi regis ſive Amaſis hortatu, Annulum, quem chariſſimum habebat, in maris profundum jecit; quem paulo poſt inopinate recuperavit: nam à piſcatoribus piſcis, qui annulum devoraverat, paucis poſt diebus captus eſt, & tyranno donatus: in cujus ventre compertus annulus, illi, veluti à Neptuno, reſtitutus traditur. Qui ſane annulus, teſte Plinio lib. XXXVII. Naturalis hiſtoriæ, Romam delatus, dono Auguſtæ in templo Concordiæ aureo cornu eſt incluſus. Sed hic Polycrates cum adverſus Darium Perſarum regem exercitum duceret, ab Oronte illius præfecto acie fuſus, vel, ut alii dicunt, per fraudem interceptus eſt. Nam ad fœdus amicitiamque jungendam invitatus, nihil doli aut inſidiarum ineſſe ſuſpicans, nec filiæ ſomnio deterritus, quæ nocte viderat illum ſublatum, roreque madentem, in die vero ſudantem, cum ad Orontem veniſſet, captus in ſummo Micalenſis montis vertice, ſuſpendi & cruci affigi juſſus eſt, ac relictus avibus dilacerandus; ut qui ubique feliciſſime in terra vixerat, in aëre miſerrime exſpiraret. De quo Strabo libro XIIII. *Oliver.*

2. *Admodum gratum.*] Ob gemmam in-

profundum, ne omnis incommodi expers eſſet, abjecit: Quem tamen continuo recuperavit, capto piſce, qui eum devoraverat. Sed hunc felicitatis ſemper plenis velis proſperum curſum tenere non potuit. Comprehenſum enim Orontes Darii regis præfectus, in excelſiſſimo [1] Micalenſis montis vertice [2] cruci affixit. E qua putres ejus artus, & tabido cruore manantia membra, atque illam [3] lævam, cui Neptunus annulum piſcatoris manu reſtituerat, ſitu marcidam, Samos, amara ſervitute aliquamdiu preſſa, liberis ac lætis oculis aſpexit.

6. [4] Dionyſius autem cum hæreditatis nomine à patre, Syracuſanorum, ac penè totius Siciliæ tyrannidem accepiſſet,

incluſam, quam Sardonychem fuiſſe, & in Concordiæ templo aſſervatam ſcribit Plinius. Strabo ait fuiſſe δακτύλιον λίθου καὶ γλύμματος πολυτελοῦς.

1. *Micalenſis montis.*] Edit. Venet. *Mycaleſii.* Mycaleſſi, ſed oppidi, meminit Strabo lib. IX. & Plin. lib. IV. *Col.*

2. *Cruci affixit.*] Steſimbrotus Thaſius de morte Polycratis apud Fulgentium: *Poſteaquam de cruce depoſitus, ſandapila etiam deportatus eſt.* Sandapila etiam, inquit, ut exprimat rei indignitatem. Nam ſandapila non nobilium, ſed plebeiorum & damnatorum cadavera efferebantur. *Coler.*

3. *Lævam.*] Manum, in qua annuli geſtantur.

4. *Dionyſius, &c.*] Hic filius fuit Dionyſii tyranni, qui pro joco habuit Deos contemnere & ſacrilegia committere, ut in cap. de Neglecta religione diximus. Cum ergo flagitiis coopertus eſſet, & crudelitate plus quam credi poſſet, Syracuſani conſpiratione facta, eum è civitate ejicere tentarunt, qui primo dubitarunt an ſponte cederet, tandem creſcente tumultu inter cives convenit, ut legati mitterentur, qui ſecum agerent, ut ſponte civitatem tyrannide liberaret, quos ille ſtatim in carcerem conjici juſſit. Quo facto irati Syracuſani, cum facto impetu urbe expulerunt, qui, ubi regio apparatu Locros confugit, Locrenſium arcem occupat, ſolitamque ſibi ſævitiam exercet, conjuges principum ad ſtuprum rapit, aliaque fœda committit. Cum Rheginorum tyranni Leophronis bello premerentur, Locrenſes voluerunt, ſi victores forent, ut die feſto Veneris virgines ſuas proſtituerent, quo voto intermiſſo, cum adverſa bella cum Lucanis geſſiſſent, in concionem eos Dionyſius vocat, hortatur uxores filiaſque ſuas, in templum Veneris quam poſſint ornatiſſimas mittant, ex quibus centum ſorte ductæ voto publico fungantur, religioniſque gratia uno ſtent in lupanari menſe, omnibus autem juratis, ne quis ullam contaminet: quæ res ne virginibus voto civitatem ſolventibus fraudi eſſet, decretum facerent, ne qua virgo nuberet, priuſquam illæ maritis traderentur. Probato conſilio, & quo ſuperſtitioni & pudicitiæ virginum conſulebatur, certatim omnes fœminæ impenſius exornatæ in templum Veneris conveniunt, quas omnes, immiſſis militibus Dionyſius ſpoliat, ornamentaque matronarum in prædam ſuam vertit, quarundam viros ditiores interficit, quaſdam ad prodendas virorum pecunias

piſſet, maximarum opum dominus, exercituum dux, rector claſſium, equitatuum potens; propter inopiam, literas puerulos Corinthi docuit. Eodemque tempore, tanta mutatione, majores natu, ne quis nimis fortunæ crederet, magiſter ludi factus ex tyranno monuit.

7. [1] Sequitur hunc Syphax Rex, conſimilem fortunæ iniquitatem expertus, quem amicum hinc Roma per Scipionem, illinc Carthago per Aſdrubalem ultro petitum ad penates Deos eius venerat. Cæterum eo claritatis evectus

nias torquet. Cum his artibus per annos ſex regnaſſet, conſpiratione Locrorum civitate pulſus, in Siciliam redir, ibi Syracuſas ſecuris omnibus poſt longam intercapedinem, pacis per conditionem recepit: qui eum ab ingenio ſuo diſcedere non poſſet, cum gravior crudeliorque civitari eſſet indies, iterata conſpiratione pellitur; qui demum Corinthum ſe recepit, ibique teſte Cicerone lib. III. Tuſculan. Quæſt. aperto ludo pueros docuit, ſicque imperio carere non potuit. *Oliv.* Vide ſupra p. 31.

1. *Sequitur hunc Syphax.*] Scipio cum agitaret animo Carthaginem invadere cum exercitu, intelligebat ad victoriam in Syphace Numidarum rege plurimum momenti eſſe repoſitum. Itaque oprimum ratus hunc regem amicum facere pop. Rom. cum aliter non poſſet, magno etiam periculo rem aggreſſus eſt. Relictis enim caſtris, ipſe cum Lælio duabus quinqueremibus per hoſtilia loca ad regem profectus eſt. Forte ita accidit, ut eo ipſo tempore Aſdrubal à Scipione paulo ante pulſus Hiſpania, ſeptem triremibus ad eundem regem ſuum faceret curſum, & eadem hora uterque Imperator portum ingreditur, cum magno tamen Scipionis diſcrimine. Nam parum abfuit, quin interciperetur ab hoſtibus; ſed quia prius quam Pœni anchoras molirentur, Romani ſecundo vento portum tenuerunt, non unt auſi hoſtes in regio portu tumulſus aut pugnæ quicquam ciere. Ad regem igitur omnes profecti ſunt. Magnificum id Syphaci; nec erat aliter viſum duorum potentiſſimorum in terris populorum duces uno die ſuam pacem amicitiamque petentes ad ſe veniſſe, & quoniam ſors eos ſub uno tecto eſſe, atque ad eoſdem penates voluiſſet contrahere, ad colloquium dirimendarum ſimultatum cauſa eſt conatus, Scipione abnuente, aut privatim ſibi cum Pœno odium eſſe, quod colloquendo finiret, aut de republ. ſe quicquam cum hoſte injuſſu Senatus agere poſſe. Illud magnopere tentante rege, ne alter hoſpirum excluſus menſa videretur; ad eaſdem epulas venire cum Aſdrubale Scipio non recuſavit, cœnatumque ſimul. apud regem eſt, & eodem lecto Scipio atque Aſdrubal, quia ita regi cordi erat, accubuerunt. Tunc Scipio regem eloquentia ſua traxit in amicitiam populi Romani; ſed paulo poſt ſollicitatus à Carthaginienſibus per nuptiarum occaſionem formoſiſſimæ fœminæ Aſdrubalis filiæ, defecit à Romanis, & Carthaginienſium arma ſecutus, brevi tempore à Lælio & Maſiniſſa captus ad Scipionem catenatus ductus eſt, quem Scipio, devictis Carthaginienſibus, poſtea duxir in triumphum. Unde Juvenalis in Satyra VI. dicit:

Tolle tuum, precor, Annibalem, victumque Syphacem
In caſtris, & cum tota Carthagine migra.

Oliverius.

1. Cre.

ctus, ut validiſſimorum populorum tantum non arbiter victoriæ exiſteret: parvi temporis interjecta mora, catenatus à Lælio legato ad Scipionem imperatorem pertractus eſt. Cujuſque dexteram regio inſidens ſolio arroganti manu attigerat, ad ejus genua ſupplex procubuit. Caduca nimium hæc & fragilia, puerilibuſque conſentanea [1] crepundiis ſunt, quæ vires atque opes humanæ vocantur. Affluunt ſubito, repentè dilabuntur; nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtunt: ſed [2] incertiſſimo flatu fortunæ, huc atque illuc acta, quos in ſublime extulerunt; improviſo decurſu deſtitutos, profundo cladium miſerabiliter immergunt. Itaque neque exiſtimari, neque dici debent bona, quæ ut inflictorum malorum amaritudine deſiderium ſui duplicent, propenſiore favore primo delinitos, majore poſtea malorum cumulo opprimere ſolent.

V A-

1. *Crepundiis.*] Crepitaculis, in collo puerorum ſuſpendi ſolitis.

2. *Incertiſſimo flatu.*] Ac ſi diceret, ventis ſimilia. Duplici ratione bona noſtra dici non debent, quia ſi bona noſtra perpetua & ſtabilia eſſent, nec ulla ratione nobis eripi poſſent: nam quod noſtrum eſt, auferre nemo poteſt. Præterea, ſi bona eſſent, nunquam nocerent; nocent autem, non igitur bona ſunt. Quod autem noceant, manifeſtum eſt: nam multos legimus & vidimus propter divitias & imperia crudeliter fuiſſe cæſos. *Oliv.*

1. Q. Me-

VALERII MAXIMI
LIBER SEPTIMUS.

Cap. I.
DE FELICITATE.

1. *Q. Metelli Macedonici.* 2. *Gygis Lydorum Regis.*

VOlubilis fortunæ complura exempla retulimus: conſtanter propitiæ admodum pauca narrari poſſunt. Quo patet, eam adverſas res cupido animo infligere, ſecundas parco tribuere: Eadem ubi malignitatis oblivíſci ſibi imperavit, non ſolum plurima ac maxima, ſed etiam perpetua bona congerit.

1. Videamus ergo quot gradibus beneficiorum[1] Q. Metellum à primo originis die, ad ultimum uſque fati tempus

1. Q. *Metellum.*] Plin. lib. VII. Nat. Hiſt. c. 44. contra Valerii ſententiam non ſolidam, neque perfectam fuiſſe hujus hominis felicitatem dicit, ſed omnino aliquo mœrore contaminatam. Nam hujus quoque Q. Metelli, inquit, qui illa de patre dixerat, filius inter rara felicitatis humanæ exempla numeratur. Nam præter honores ampliſſimos, cognomenque Macedoniæ, à quatuor filiis illatus eſt rogo, uno prætore, tribus conſularibus, duobus triumphalibus, uno cenſorio, quæ ſingula quoque paucis contigêre, in ipſo tamen flore dignitatis ſuæ ab Catinio Labeone, cui cognomen fuit Macerioni tribuno plebis, quem è Senatu cenſor ejecerat, revertens è campo meridiano tempore, vacuo foro, & Capitolio, ad Tarpejum raptus, ut præcipitaretur, convolante quidem tam numeroſa illa cohorte, quæ patrem eum appellabat; ſed (ut neceſſe erat in ſubito) tarde, & tanquam in exequias, dum reſiſtendi ſacroque ſanctum repellendi jus non eſſet, virtutis ſuæ opera & cenſuræ periturus, ægre tribuno, qui intercederet, recepto, à limine ipſo mortis revocatus, alieno beneficio poſtea vixit, bonis inde etiam conſecratis à damnatu ſuo, tanquam parum eſſet fau-

ciumſ,

pus nunquam ceſſante indulgentia, ad ſummum beatæ vitæ culmen perduxerit. Naſci eum in urbe terrarum principe voluit: parentes nobiliſſimos dedit: adjecit animi rariſſimas dotes, & corporis vires, ut ſufficere laboribus poſſent: uxorem pudicitia & fœcunditate conſpicuam conciliavit. [1] Conſulatus decus, [2] imperatoriam poteſtatem, ſpecioſiſſimi triumphi prætextam largita eſt: [3] Fecit, ut eodem tempore [4] tres filios conſulares, * unum etiam cenſorium,

ac

cium, cerre intortarum, expreſſique per aures ſanguinis pœnam exactam eſſe. Quæ omnino profecto ſunt magna infelicitatis argumenta. Addit præterea ad hæc mala Scipionis Æmiliani inimicitiam, & non parva illi fuit infelicitas, quod ſcelerata Catinii audacia ſemper fuerit inulta. Falſum igitur eſt, quod dicit Valer. à primo originis die ad ultimum uſque fati tempus, Fortunam nunquam ceſſante indulgentia, eum ad ſummum beatæ vitæ cumulum perduxiſſe. Fuit autem hic Metellus, qui à devicta Macedonia dictus eſt Macedonicus, cujus patrem fortunam magis indulgentem & propitiam ſenſiſſe dicit Plinius eodem lib. niſi quod orbam luminibus exegerit ſenectam, amiſſis incendio, cum Palladium raperet ex æde Veſtæ memorabili cauſa, ſed eventu miſero; quo fit, ut infelix quidem dici non debeat: nam illi dicit decem res maximas obtigiſſe, in quibus quærendis ſapientes ætatem exigerent, fuiſſe primarium bellatorem, optimum oratorem, ejus auſpicio maximas res geſtas, maximo honore uſum, ſumma ſapientia, ſummum Senatorem habitum fuiſſe, pecuniam magnam bono modo inveniſſe, multos liberos reliquiſſe, & clariſſimum in civitate fuiſſe, ea denique contigiſſe, quæ nulli alii poſt conditam Romam. Nam & pop. Rom. ei tribuit quod nulli alii à condito ævo, ut quoties in Senatum iret, curru veheretur ad curiam. Felicior igitur filio, niſi cæcitas obſtaret. Hæc ex illo. *Oliv.* Contigit A.U. DCX.

1. *Conſulatus decus.*] Conſtat cum ſumma modeſtia & gloria geſſiſſe conſulatum. *Oliv.* Contigit A. U. DCVII.

2. *Imperatoriam poteſtatem.*] Quo tempore factus imperator adverſus Pſeudo-Philippum. *Idem.*

3. *Fecit ut eodem tempore tres filios conſulares, unum etiam cenſorium, duos triumphales, & quartum prætorium videret.*] Ita vulgo MSS. codices noſtri ſic: *Unum etiam cenſorium ac triumphalem.* Recte, atque Ciceronis ſententia, qui de Q. Metello Macedonico hæc eadem fere l. de Finib. v. *Q. Metellus*, inquit, *qui tres filios conſules vidit, è quibus unum etiam & cenſorem & triumphantem, quartum autem prætorem, eoſque ſalvos reliquit.* Qui auctores demonſtrant L. Metellum Macedonici filium, qui ante patris mortem conſul fuerat, minime triumphaſſe, neque Dalmaticum appellari debere, Capitolinis triumphis aſtipulati, quorum fragmentum nuper è tenebris erutum nos docet Dalmaticum, L. Metelli Calvi fuiſſe filium. Ex quatuor igitur Q. Macedonici filiis, de quibus hic Valer. loquitur, fuêre, Q. Metellus Balearicus, conſularis, cenſorius, ac triumphalis, alter L. Metellus conſularis, tertius M. Metellus, cum pater moreretur, anno DCXXXVIII. conſul, & poſtea triumphalis; quartus C. Metellus prætorius, ac patre moriente candidatus conſulatus, quemadmodum ex Annalibus noſtris luce clarius conſtabit. *Pigh.*

4. *Tres filios.*] Quinque filios habuiſſe dicere videtur Valer. at Plin. tantummodo

modo

ac triumphalem, & quartum prætorium videret. Utque tres filias nuptum daret, earumque ſobolem ſinu ſuo exciperet. Tot partus, tot incunabula, tot viriles togæ, tam multæ nuptiales faces, honorum, imperiorum, omnis denique gratulationis ſumma abundantia; cum interim nullum funus, nullus gemitus, nulla cauſa triſtitiæ. Cœlum contemplare: vix tamen ibi talem ſtatum reperies, quoniam quidem luctus & dolores Deorum quoque pectoribus [1] à maximis vatibus aſſignari videmus. [2] Hunc autem vitæ actum ejus conſentaneus finis excepit. Nam [3] Q. Metellum ultimæ ſenectutis ſpatio defunctum, lenique genere mortis inter oſcula complexuſque chariſſimorum pignorum extinctum, filii, [4] & generi humeris ſuis per Urbem latum rogo impoſuerunt.

2. Clara hæc felicitas: obſcurior illa, ſed divino ſplendore præpoſita: Cum enim Gyges regno Lydiæ armis & divitiis abundantiſſimo inflatus Apollinem Pythium ſciſcitatum veniſſet, an aliquis mortalium ſe eſſet felicior: Deus ex abdito ſacrarii ſpecu, voce miſſâ, Aglaum Sophidium ei prætulit. Is erat Arcadum pauperrimus, ſed ætate jam ſenior: terminos agelli ſui nunquam exceſſerat, parvuli

modo quatuor, quorum tres conſulares, alium triumphantem vidit, quem intelligimus fuiſſe Metellum Pium. Idem Cicero ſentit, ſc. quatuor fuiſſe, lib. de Finib. & ex tribus primis unum fuiſſe non ſolum conſulem, ſed & cenſorem. Item lib. Tuſc. Quæſt. *Metellus*, inquit, *ille honoratus quatuor filiis, &c.* Et paulo infra: *Metellum*, inquit, *multi filii, & filiæ, & nepotes in rogum poſuerunt.* B. Auguſtinus Valerii ſequitur opinionem in lib. de Civit. Dei. *Oliverius.*

* *Unum.*] Scilicet ex tribus illis.

1. *A maximis vatibus.*] Ut ab Homero & Marone, quorum auctoritas maxima eſt apud omnes. *Oliv.*

2. *Hunc, &c.*] Conr. A.U. DCXXXVIII.

3. *Q. Metellum.*] Tollenda hæc ut ſupervacua cum Lipſio cenſeo. *Coler.*

4. *Et generi.*] De quatuor filiis portatoribus Plinius Vellejus, alii de Generis nihil dum legi. Velleji locum ecce: *Mortui ejus lectum pro roſtris ſuſtulerunt quatuor filii. Pro roſtris*, recte. Nam ibi priuſquam efferretur cadaver, laudatio funebris ritu peculiari, peragebatur. Hinc & illud conjicio lectum illum feralem pro Roſtris ita collocari ſolitum, ut ab omnibus bene conſpiceretur. Morem fuſe explicat Polybius lib. VI. Plutarchus Publicola. Cæterum ut alia ſpecioſa, ita hæc quoque Romanorum conſuetudo à Græcis eſt profecta. Primum in funere apud eos peroraſſe Periclem, Thucydides adfirmat. Sed Plutarchus hujus rei exordium à Solone ducit. *Colerus.*

vuli ruris fructibus contentus. Verum profecto beatæ vitæ finem Apollo, non [1] adumbratum, oraculi ſagacitate complexus eſt. Quocirca inſolenter fulgore fortunæ ſuæ glorianti reſpondit, magis ſe probare ſecuritate ridens tugurium, quam triſtem curis & ſollicitudinibus aulam: paucaſque glebas pavoris expertes, quam [2] pinguiſſima Lydiæ arva metu referta: & unum aut alterum jugum boum facilis tutelæ, quàm exercitus & arma, & equitatum voracibus impenſis oneroſum: & uſus neceſſarii horreolum nulli nimis appetendum, quam theſauros omnium inſidiis & cupiditatibus expoſitos. Ita Gyges dum adſtipulatorem vanæ opinionis Deum habere concupiſcit, ubinam ſolida & ſecura eſſet felicitas, didicit.

CAP. II.

DE SAPIENTER DICTIS AUT FACTIS.

A ROMANIS.

1. *Ap. Claudio.*
2. *P. Scipione Africano.*
3. *Q. Cæcilio L. F. Metello.*
4. *L. Fimbria.*
5. *L. Papirio L. F. Curſore, Coſ.*
6. *Senatu Romano.*

AB EXTERNIS.

1. *Socrate Athenienſi.*
2. *Solone Athenienſi.*
3. *Biante Prienenſi.*
4. *Platone Athenienſi.*
5. *Antigono Rege.*
6. *Xenocrate Philoſopho.*
7. *Ariſtophane Comico.*
8. *Thalete Philoſopho.*
9. *Anaxagora Clazomenio.*
10. *Demade Athenienſi.*
11. *Anacharſe Scytha.*
12. *Ageſilao Lacedæmonio.*
13. *Annone Pœno.*
14. *Herennio Pontio Samnite.*
15. *Cretenſibus.*

NUnc id genus felicitatis explicabo, quod totum in habitu animi eſt, nec votis petitur, ſed in pectoribus ſapientia præditis natum, dictis factiſque prudentibus eniteſcit.

1. [1] Ap.

1. *Adumbratum.*] Non apparentem, involutum, cæcum.

2. *Pinguiſſima Lydiæ.*] Et locupletem & pecuniæ divitem fuiſſe, præter Herodotum, Strabonem, & Ciceronem, oſtendit Alpheus Poëta:

Οὐ στέργω βαθυλήϊους ἀρούρας
Οὐκ ὄλβον πολύχρυσον οἷα Γύγης.

Coler.

1. *Appium*

1. [1] Ap. Claudium crebro ſolitum dicere accepimus: Negotium populo Rom. melius, quàm otium committi, non quod ignoraret quàm jucundus tranquillitatis ſtatus eſſet, ſed quod animadverteret præpotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capeſſendam excitari, nimia quiete in deſidiam reſolvi. Et ſane negotium nomine horridum, civitatis noſtræ mores in ſuo ſtatu continuit; blandæ appellationis quies [2] plurimis vitiis reſperſit.

2. Scipio vero Africanus turpe eſſe ajebat in re militari, dicere, [3] *Non putaram*: videlicet quia explorato & excuſſo conſilio, quæ ferro aguntur, adminiſtrari oportere arbitrabatur: ſumma ratione. Inemendabilis enim eſt error, qui violentia Martis committitur. Idem negabat, aliter cum hoſte confligi debere, quam aut ſi occaſio obveniſſet, aut neceſſitas incidiſſet: æque prudenter. Nam & proſpere gerendæ rei facultatem omittere, maxima dementia eſt: & in anguſtias utique pugnandi compulſum abſtinere ſe prœlio, peſtiferum ignaviæ adfert exitum: Eorumque qui iſta committunt, alter beneficio fortunæ uti, alter injuriæ neſcit reſiſtere.

3. Q. quoque Metelli cum gravis, tum etiam alta in ſenatu ſententia; qui devicta Carthagine, neſcire ſe, illa victoria bonine plus an mali Reipubl. attuliſſet, aſſeveravit.

1. *Appium Claudium.*] Primum exemplum eſt illius Appii Claudii, qui cæcus in Senatum ductus, cum de pace cum Pyrrho facienda conſultaretur in Senatu, diſſuaſit non his eſſe conditionibus faciendam, quibus ille petebat. *Oliver.*

2. *Plurimis vitiis.*] Nam eversa Carthagine, deleta Numantia, domita Aſia, debellatis denique gentibus, quæ Romanos in armis & negotio continebant, urbs tota in luxum & laſciviam reſoluta eſt. Quod teſtantur Juvenalis his verſibus:

Nunc patimur longæ pacis mala, ſævior armis
Luxuria incubuit, victumque ulciſcitur orbem.
Nullum crimen abeſt facinuſque libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit. —

Rurſus in eadem ſexta Satyra:

Præbebat caſtas humilis fortuna Latinas.

Idem.

3. *Non putaram.*] Sicut & Vegetius de re militari dicit: *Prœliorum delicta emendationem non recipiunt, cum pœna ſtatim ſequatur errorem.* Idem. *Dicere non putaram.*] Seneca Fabio tribuit lib. 11. cap. 31. de Ira. *Corrad.*

vit. Quoniam ut pacem reſtituendo profuiſſet; ita Annibalem ſubmovendo, nonnihil nocuiſſet. [1] Ejus enim tranſitu in Italiam, dormientem jam populi Romani virtutem excitatam: metuique debere, ne acri æmulo liberata in eundem ſomnum revolveretur. In æquo igitur malorum poſuit, uri tecta, vaſtari agros, exhauriri ærarium; & priſci [2] roboris nervos hebetari.

4. Quid illud factum L. Fimbriæ conſularis! quam ſapiens! A M. Lutatio Pythia ſplendido equite Rom. [3] judex aditus de ſponſione, quam is cum adverſario, quod vir bonus eſſet, fecerat; nunquam id [4] judicium pronunciatione ſua finire voluit. Ne aut probatum virum, ſi contra eum judicaſſet, fama ſpoliaret: aut juraret virum bonum eſſe, cum ea res innumerabilibus laudibus contineatur.

5. Forenſibus hæc, illa militaribus ſtipendiis prudentia exhibita eſt. [5] Papirius Curſor conſul cum [6] Aquiloniam oppugnans prœlium vellet committere, pullariuſque [7] non proſperantibus avibus ementitus optimum ei auſpicium renuntiaſſet, de fallacia illius factus certior, ſibi quidem & exercitui [8] bonum omen datum credidit, ac pugnam iniit. Cæ-

1. *Ejus enim tranſitu.*] Scilicet Annibalis ex Hiſpania per Alpes. *Badius.*

2. *Roboris priſci.*] Id eſt, antiquæ virtutis.

3. *Judex aditus.*] Ita liber Dan. & Pighius. Sed jampridem *judex additus* correxit Jacobus Cujacius in Obſervat. Ita etiam legendum apud Valerium eſſe lib. VIII. cap. 2. idem præſcribit: *De qua re C. Aquilius judex additus.* Videndus ille juris interpres unicus ad Inſtit. tit. de off. jud. *Coler.*

4. *Iudicium.*] Scilicet arbitrarium.

5. *Papirius Curſor.*] Hic bellum contra Samnites gerebat, & quum acies inſtructæ ſtetiſſent, juſſit auſpicia capi; pulli reſpuerant eſcas: pullarius, ne Imperatorem perturbaret, auſpicium ſoliſtimum, id eſt, optimum eſſe reſpondit. Cui Papirius credens, prœlium committi juſſit. Interea quidam monuit Imperatorem, ut videret quid ageret, quia Soliſtimum nuntiatum à pullario falſum fuerit. Tum Papirius, Pro bono, inquit, habeo, & pullarium in prima acie conſtituit; ubi cæſus, mendacii pœnas dedit. Nam quia prudens & ſciens mentitus fuerat, cæſus eſt, vel caſu, vel divina providentia, & ſic Imperator potitus eſt victoria. *Oliv.*

6. *Aquiloniam*] Livio & Ptolemæo Hirpinorum civitas.

7. *Non proſperantibus avibus.*] Nihil proſperi promittentibus.

8. *Bonum omen.*] Ex eo enim, quod oportuit petentem auſpicia credere, pronuntianti ea, putavit ea, quæ pullarius dixerat, eſſe facienda. *Bad.*

1. *Id*

Cæterum mendacem ante ipſam aciem conſtituit: ut haberent Dii, cujus capite, ſi quid iræ conceperant, expiarent. Directum eſt autem ſive caſu, ſive etiam cœleſtis numinis providentia, quod primum è contraria parte miſſum erat telum, in ipſum pullarii pectus, eumque exanimem proſtravit. [1] Id ubi conſul cognovit, fidente animo & hoſtes invaſit, & Aquiloniam cepit. Tam cito animadvertit, quo pacto injuria imperatoris vindicari deberet, quemadmodum violata religio expianda foret, & qua ratione victoria apprehendi poſſet. Egit [2] virum ſeverum; [3] conſulem religioſum, [4] imperatorem ſtrenuum: timoris modum, pœnæ genus, ſpei viam, uno mentis impetu rapiendo.

6. Nunc ad ſenatus acta tranſgrediar. [5] Cum adverſus Annibalem ſenatus Claudium Neronem & Livium Salinatorem conſules mitteret; eoſque ut virtutibus pares, ita inimicitiis acerrime inter ſe diſſidentes videret, ſummo ſtudio in gratiam reduxit, ne propter privatas diſſenſiones remp. parum utiliter adminiſtrarent. Quia conſimili imperio, niſi concordia ineſt, major aliena opera interpellandi, quam ſua [6] edendi cupiditas naſcitur: ubi vero etiam pertinax intercedit odium, alter alteri, quam è contrariis ca-

1. *Id ut cognovit conſul, fidente animo, & invaſit Aquiloniam, & cepit.*] Ita vulgo. Truncam eſſe ſententiam ex Liv. hiſtoria colligimus. Non enim occiſus pullarius in oppugnatione Aquiloniæ, ſed antea in prœlio. Rectius itaque in Campenſi, atque ordine luculentiore, *Id ubi Conſul cognovit, fidente animo & hoſteis invaſit, & Aquiloniam cepit.* Pigh.

2. *Virum ſeverum.*] Quia mendaci non pepercit.

3. *Conſulem religioſum.*] Aut quia renuntiationem, licet falſam, ſequi voluit, aut quia eam religioſe, & ut Diis placitum erat, expiavit. *Bad.*

4. *Imperatorum ſtrenuum.*] Quia Aquiloniam cepit.

5. *Cum adverſus, &c.*] Hoc exemplum poſitum eſt ſupra in cap. de Cenſura, & in cap. de Reconciliatis. Ubi graves inter Salinatorem & Neronem inimicitias fuiſſe diximus; quod Livius accuſante Nerone damnatus eſſet à populo: quos deinde Senatus octavo poſt damnationem anno, tempore ſecundi Punici belli cum iiſdem comitiis conſul uterque creatus eſſet in gratiam ſummo ſtudio & diligentia reduxit, ne illorum diſſenſione reſpubl. detrimenti quicquam caperet. *Oliv.*

6. *Edendi.*] Emittendi & producendi in lucem.

 1. *Eoſ-*

caſtris utrique certior hoſtis proficiſcitur. [1] Eoſdem ſenatus, cum ob nimis aſpere actam cenſuram à Cn. Bæbio trib. pl. pro Roſtris agerentur rei; cauſſæ dictione decreto ſuo liberavit. [2] Vacuum omnis judicii metu eum honorem reddendo, qui exigere debet rationem, non reddere. [3] Par illa ſapientia ſenatus, qua Ti. Gracchum trib. pl. Agrariam legem promulgare auſum, morte multavit: Idem, ut ſecundum legem ejus per triumviros ager populo viritim divideretur, egregiè cenſuit. Siquidem graviſſimæ ſeditionis eodem tempore & auctorem & [4] cauſſam ſuſtulit.

[5] Quam deinde ſe prudenter in rege Maſſaniſa geſſit? Nam cum promptiſſima & fideliſſima ejus opera adverſus Carthaginienſes uſus eſſet, eumque in dilatando regno avi-

1. *Eoſdem, &c.*] Et hoc quoque Senatus factum laude dignum, qui eoſdem à cauſæ dictione liberavit, cum à tribunis pleb. accuſati eſſent, quod cenſuram inter ſe rigidam nimis exercuiſſent; nam ſe invicem cenſoria nota ſignarant, Nero Livium, quod à populo fuiſſet aliquando damnatus; Livius Neronem, quod non vere ſecum in gratiam rediiſſet, ſicut in cap. de Cenſoria Nota diximus. Hanc igitur accuſationem Senatus diſſolvit auctoritate ſua. *Oliverius.*

2. *Vacuum omnis judicii metu.*] Nam Senatus decretum factum eſt, ne judicio aliquo timerent ſe damnari poſſe cenſores, quo minus aliorum delicta punirent; nam ſi damnati fuiſſent, cæteri quidem ſegniores facti eſſent judicium metuentes, ex quo illud ſecutum eſſet, ut major in urbe peccandi licentia naſceretur. *Idem.*

3. *Par illa ſapientia.*] Quomodo Tiberius Gracchus à Scipione Naſica adhortante Senatu, ut ſi rempublicam ſalvam eſſe vellet, ſecum iret in Capitolium, ſubſelliorum fragmentis cæſus fuerit, vidimus in cap. de Somniis. Poſt hujus vero mortem, ut plebis dolor leniretur, quæ graviter & periniquo animo Tiberii mortem ferebat, Agrariam legem, propter quam cæſus fuerat, non impugnavit, ſed permiſit, ut loco Tiberii alium eligerent ad agros dividendos. Electus autem Publius Craſſus Gracchorum affinis: filiam enim Craſſi C. Gracchus uxorem habebat, quanquam tradit Cornelius Nepos non Craſſi, ſed Bruti, qui de Luſitanis triumphavit filiam C. Graccho nuptam fuiſſe, plures tamen ita tradunt, ut modo diximus. Per hunc igitur plebi diviſi ſunt agri, quanquam Valerius per triumvitos diviſos fuiſſe dicat. Sed Plutarchus in vita Gracchorum ita refert. *Oliverius.*

4. *Cauſſam.*] Quia, ut agri portionem haberet, populus ſeditionem movit, & eam habuit. *Bad.*

5. *Quam deinde, &c.*] Negari non poteſt hanc Senatus prudentiam fuiſſe ſingularem; nam, ut diximus ſupra in cap de Gratitudine, tempore ſecundi Punici belli, Scipio Africanus opera Maſſaniſæ fuerat in eo bello maxime uſus. Cum igitur Senatus æquum eſſe judicaret, ut tam benemerito regi beneficium aliquod præſtaret, ſine incommodo non ſolum ſocium Maſſaniſam retinuit, ſed etiam majorem ab eo gratiam

avidiorem cerneret; [1] legem ferri juſſit, qua Maſſaniſæ ab imperio populi Rom. ſolutam libertatem tribueret. Quo facto cum optime meriti benevolentiam retinuit, tum [2] Mauritaniæ & Numidiæ, ceterarumque illius tractus gentium nunquam fida pace quieſcentem feritatem, à valvis ſuis repulit.

EXTERNA.

1. Tempus deficiet domeſtica narrantem: quoniam imperium noſtrum non tam robore corporum, quam animorum vigore incrementum ac tutelam ſui comprehendit. Majore itaque ex parte Romana prudentia in admiratione tacite reponatur, alienigeniſque hujus generis exemplis detur aditus. [3] Socrates humanæ ſapientiæ quaſi quoddam terreſtre oraculum nihil ultra petendum à Diis immortalibus arbitrabatur, quam ut bona tribuerent. Quia ii demum ſcirent quid unicuique eſſet utile: nos autem plerumque id votis expetere, quod non impetraſſe melius foret. Etenim, denſiſſimis tenebris involuta mortalium mens, in quam late patentes errores cæcas precationes tuas ſpargis! Divitias appetis, quæ multis exitio fuerunt: honores concupiſcis, qui complures peſſumdederunt: regna tecum ipſa volvis, quorum exitus ſæpenumero miſerabiles cernuntur: ſplendidis conjugiis injicis manus, at hæc ut aliquando illuſtrant, ita nonnunquam funditus domos everterunt. Deſine igitur ſtulta, futuris malorum tuorum

tiam inivit. Cum enim Senatus intelligeret cupidum illum eſſe imperii dilatandi, decretum fecit, ut qui neque ulli bellum inferre, nec cum ullo fœdus inire poterat injuſſu Senatus, is ab hoc jure fœderis abſolveretur, libereque poſſet, cum quibus vellet, bellum gerere. Quo facto, gratiam benemerito regi non parvam retuliſſe videtur. *Oliv.*

1. *Legem ferri juſſit.*] Atqui multo ante diſceſſerat. Livius lib. 1. *Corrad.*

2. *Mauritaniæ.*] Quia enim non amplius habuerunt provocationem ad Senatum populumque Romanum, non amplius moleſtiam attulerunt. *Badius.*

3. *Socrates.*] Valerius Socratem quoddam quaſi terreſtre appellat oraculum, ad illud reſpiciens, quod cum templum Apollinis ingreſſus eſſet, ſic exceptus eſt à ſacerdote, ut diceret, *Salve ſapientiſſime omnium.* Oliv.

 1. *Cæle-*

rum cauſſis, quaſi feliciſſimis rebus inhiare, teque totam [1] cœleſtium arbitrio permitte: Quia qui tribuere bona ex facili ſolent, etiam eligere aptiſſima poſſunt.

Idem expedita & compendiaria via eos ad gloriam pervenire dicebat, qui id agerent, ut quales videri vellent, tales etiam eſſent. Qua quidem prædicatione aperte monebat, ut homines ipſam potius virtutem, quam umbram ejus conſectarentur. [2] Idem ab adoleſcentulo quodam conſultus, uxorem duceret, an ſe omni matrimonio abſtineret; reſpondit, utrum eorum feciſſet, acturum pœnitentiam. Hîc te, inquit, ſolitudo, hîc orbitas, hîc generis interitus; hîc hæres alienus excipiet: illic perpetua ſolicitudo, contextus querelarum, dotis exprobratio, affinium [3] grave ſupercilium, [4] garrula ſocrus lingua, [5] ſubſeſſor alieni matrimonii, incertus liberorum eventus. Non paſſus eſt juvenem in contextu rerum aſperarum, quaſi lætæ materiæ facere delectum.

Idem cum Athenienſium ſcelerata dementia triſtem de capite ejus ſententiam tuliſſet, fortique animo & conſtanti vultu

1. *Cœleſtium.*] Hæc ſtulta & incerta vota Juvenalis his verſibus carpit:

—— Si conſilium vis,
Permittas ipſis expendere numinibus quid
Conveniat nobis, rebuſve ſit utile noſtris:
Nam pro jocundis aptiſſima quæque dabunt Dî.
Charior eſt illis homo, quam ſibi: nos animorum
Impulſu, & cæca magnaque cupidine ducti,
Conjugium petimus partumque uxoris, at illis
Notum qui pueri, qualiſque futura ſit uxor. Oliv.

2. *Idem ab adoleſcentulo.*] Sed aliter reſpondiſſe dicitur Diogenes, uſus dilemmate, id eſt, complexione, quæ ex utraque parte concludit: *Si*, inquit, *pulchram, communem habebis, ſin autem turpem duxeris, pœnam.* Theophraſtus quoque idem ſenſiſſe videtur: *Pulchra*, inquit, *cito adamatur, fœda facile contemnitur; difficile cuſtoditur quod plures amant, moleſtum eſt amare, quod nemo habere dignatur; minori tamen miſeria deformis habetur, quam formoſa ſervatur. Quia nihil tutum, in quod totius populi vota ſuſpirant.* Oliv.

3. *Grave ſupercilium.*] Putantium te indignum tali uxore.

4. *Garrula ſocrus.*] Rara erit inter virum uxoremque concordia, vivente ſocru, quæ filiam docet, quomodo virum ſibi reddat obnoxium. Juvenalis:

Deſperanda tibi ſalva concordia ſocru. Oliverius.

5. *Subſeſſor.*] Inſidiator. Ut Virg.

—— Subſedit adulter.

1. *Ve-*

vultu potionem [1] veneni è manu carnificis accepiſſet; admoto jam labris poculo, uxori [2] Xantippæ inter fletum & lamentationem vociferanti innocentem eum perimi, Quid ergo? inquit, nocenti mihi mori ſatius eſſe duxiſti? O immenſam illam ſapientiam, quæ ne in ipſo quidem vitæ exceſſu obliviſci ſui potuit!

2. [3] Age, quam prudenter Solon, neminem, dum adhuc viveret, beatum dici debere arbitrabatur! quod ad ultimum

1. *Veneni.*] Nam illum Athenienſes honoris gratia eo mortis genere honeſtiori necari voluerunt. *Oliv.*

2. *Xantippæ.*] Legitur in vita Socratis, non Xanrippen ejus uxorem, ſed Apollodorum ea dixiſſe, quæ Valerius aſcribit uxori. De morre Socratis hæc habenrur: *Anytus quidam Athenis ſæpe deriſus à Socrate propter ejus ineptias, contra Socratem cum multos alios, tum Ariſtophanem Poëtam concitavit, qui grandi pecunia corruptus, comœdiam ſcripſit in Socratem, in qua illum notabat, quod nebulas coleret, & Athenienſium religionibus detrectaret, & quod præterea juvenum mentes ſic imbueret, ut parentibus manus inferre pie & officioſe poſſent. Quæ cum ad vulgi aures pervenerunt (nam publice recitata eſt comœdia illa) ſic omnes in Socratem ira accenſi ſunt, ut poſtero die in judicium tractus fuerit, & eum accuſaverunt tres, Anytus, Lycon, & Melitus, quod ſcilicet jura violaret, quæ civitas haberet Deos, eſſe non exiſtimans, & quod alienos Deos induceret, & contra jus & fas juvenes corrumperet, pro quo Plato orationem habuiſſe dicitur ad præceptoris ſui defenſionem, qui non eſt auditus. Quare Socrates non judicio, ſed furore quodam damnatus, & in carcerem conjectus, paulo poſt publico veneno necatus. Sed paucos poſt dies pœnitentia ductus populus, quamvis ſero, interfectum lugent: prædicant omnes illum ſanctitate pium, ac clariſſimarum omnium virtutum venerabilem extitiſſe; indicitur publicus mœror, clauduntur officinæ & gymnaſia, fit impetus in accuſatores, qui omnes ſupplicio affecti & fugati fuerunt. Socrati vero ab Athenienſibus ærea ſtatua Lyſippi opus in celeberrimo loco ſita fuit.* Fuit Socrates in carcere XXX. dies, teſte Seneca epiſtola ad Lucilium LXXI. *Potuit*, inquit, *Socrates abſtinentia finire vitam, & inedia potius quam veneno mori: XXX. tamen dies in carcere & expectatione mortis exegit.* Ultima ejus verba expreſſit Cic. lib. 1. Tuſcul. Quæſt. ex Platone. *Oliv.*

3. *Age, quam prudenter Solon.*] Hoc in vita Solonis apud Plurarchum legitur: *Cum in Lydiam Sardos Crœſi regis rogatu Solon ſe recepiſſet, illi aurum & argentum, & pretioſiſſima quæque, quibus rex ille abundabat, cum ambitione quadam oſtentavit, ſperans eo modo ſe apud Solonem felicitatis nomen conſecuturum. Cum igitur per multos dies apud Crœſum moratus eſſet, ejuſque divitias & pretioſiſſima quæque luſtraſſet, ac felicitatem cognoviſſet. Crœſus interrogavit, num quempiam ſe feliciorem unquam vidiſſet? Cui Solon reſpondit, Talem ſive Telum quendam Athenienſem, qui cum filiis pro patria fortiter pugnans interierat. Tum Crœſus, ubi ſe opinione fruſtratum eſſe cognovit, quod primum felicitatis locum non obtineret, rurſus quæſivit ex eo, Quis poſt Telum ſe beatior eſſet? Cleobim & Bitonem Solon eſſe dixit, qui, cum gravi peſtilentia omnia ferme jumenta periiſſent, & eorum mater ad ſacra facienda curru vehenda foret, quia pedibus ire omnino religione prohibebatur, matris pietate pariter & religione moti, collum ſubjecêre jugo.*

mum uſque fati diem ancipiti fortunæ ſubjecti eſſemus. Felicitatis igitur humanæ appellationem [1] rogus conſummat, qui ſe incurſui malorum objicit. Idem cum ex amicis quemdam graviter mœrentem videret, in arcem perduxit, hortatuſque eſt, ut per omnes ſubjectorum ædificiorum partes oculos circumferret: Quod ut factum animadvertit, Cogita nunc tecum, inquit, quam multi luctus ſub his tectis & olim fuerint, hodieque verſentur, inſequentibuſque ſeculis ſint habitaturi: ac mitte mortalium incommoda tanquam propria deflere. Qua conſolatione demonſtravit, urbes eſſe humanarum cladium conſepta miſeranda. [2] Idem ajebat, ſi in unum locum cuncti mala ſua contuliſſent; futurum, ut propria deportare domum, quam ex eo communi miſeriarum acervo portionem ſuam ferre mallent. Quo colligebat, non oportere nos quæ fortuito patimur, præcipuæ & intolerabilis amaritudinis judicare.

3. [3] Bias autem, cum patriam ejus Prienem hoſtes invaſiſſent, omnibus, quos modo ſævitia belli incolumes abire paſſa fuerat, precioſarum rerum pondere onuſtis fugientibus,

go, & matrem ad templum cervice traxerunt. Illa deinde, peractis ſacrificiis, Junonem oravit, ut filiis daret, quod optimum judicaſſet, & ita ſequenti die mortui in cubiculo inventi ſunt. Ex quo judicatum eſt, mortem optimum eſſe omnium. Tum Crœſus indignabundus, Nonne beatus tibi, inquit, videor? Cui reſpondit Solon: Immo felicem te judico, beatum omnino negaverim; nam beatum dicimus, qui ad extremum uſque diem in felicitate permanſerit. Id ita eſſe, Crœſus ipſe documento maximo fuit. Nam paulo poſt hæc bellum cum Cyro Perſarum rege forte gerens, pugna victus, atque fugatus, in Sardorum civitatem confugit. Cyrus perſecutus, expugnata urbe, cum vivum cepit, & ingenti rogo impoſitum cremari volebat; qui cum palo ſtaret alligatus, lignaque circumponerentur, magna voce ter Solonem vocaſſe dicitur. Quod cum Cyro delatum eſſet, ab eo percontari juſſit, quid ita Solonem invocaret? Qui cum rem omnem explicaſſet, Cyrus ad ſe rediens humanamque conditionem excogitans, intellexit tale quiddam ſibi quoque accidere poſſe, quia ſub ejuſdem fortunæ poteſtate poſitus eſſet, & propterea illum liberare conſtituit: itaque juſſit inde quamprimum amoveri, nec eum ſolum vita donavit, verum etiam ſummo honore, quoad vixit, habuit. Hoc modo Solon viſus eſt hac ſapienti oratione alterum ſervaſſe ex regibus, alterum cautiorem prudentioremque reddidiſſe. Olivetius.

1. *Rogus.*] Mors, & reſpicit ad hiſtoriam ſupra dictam.

2. *Idem ajebat.*] Hoc cum ſuperiori conjungit Plutarchus, quod ſeparatim narrat Valerius. *Oliv.*

3. *Bias.*] Sunt nonnulli, qui dicunt non Biantem, ſed Pittacum fuiſſe. *Idem.*

1. *Sapien-*

bus, interrogatus, quid ita nihil ex bonis ſuis ſecum ferret: Ego vero (inquit) bona mea mecum porto. Pectore enim illa geſtabat, non humeris: non oculis viſenda, ſed æſtimanda animo. Quæ domicilio mentis incluſa, nec mortalium, nec Deorum manibus labefactari queunt: & ut manentibus præſto ſunt, ita fugientes non deſerunt.

4. Jam Platonis verbis adſtricta, ſed ſenſu prævalens ſententia. Qui tum demum beatum terrarum orbem futurum prædicavit; cum aut [1] ſapientes regnare, aut reges ſapere cœpiſſent.

5. [2] Rex etiam ille ſubtilis judicii; quem ferunt traditum ſibi diadema, priuſquam capiti imponeret, retentum diu conſideraſſe, ac dixiſſe: O nobilem magis quam [3] felicem pannum, quem ſi quis penitus cognoſcat, quàm multis ſolicitudinibus, & periculis, & miſeriis ſit refertus; ne humi quidem jacentem tollere vellet.

6. [4] Quid? Xenocratis reſponſum, quam laudabile! cum maledico ſermoni quorundam ſummo ſilentio intereſſet;

1. *Sapientes regnare.*] Multi hoc ex Platone libro v. De Republiea repetiverunt. Prudentius etiam Poëta lib. I. contra Symmachum:

Nimirum pulchre quidam doctiſſimus, eſſet
Publica res, inquit, tum fortunata ſatis, ſi
Vel Reges ſaperent, vel regnarent ſapientes.

In ore habuit perpetuo Antoninus Philoſophus, egregius ille Princeps, teſte Capitolino. *Coler.*

2. *Rex etiam ille.*] De hujus regis nomine nulla fit apud Plutarchum mentio, nec apud alios quos ipſe legerim.

3. *Felicem pannum.*] Idem Valerius de Pompeio, faſcia crura alligato, quod diadematis nomine perſtringebat Favonius: *Exigui*, inquit, *panni cavillatione regias ejus vires exprobrans.* Antigonus Rex diadematis majeſtatem extenuans Ῥάκος dictitabat, teſte Stobæo. *Coler.*

4. *Quid? Xenocratis, &c.*] Hujus Philoſophi & alia præter hoc reſponſum dicta ſapienter multa leguntur; nam hoc inprimis quaſi ſimile ſuperiori dictitare ſolebat, multa quidem audienda, pauca vero dicenda, quoniam hominibus os unum & aures duas natura dediſſet, rurſus injuriam illatam infamem eſſe inferenti, non patienti. Item cum incidiſſet in obtrectatorem & maledicentem, ab eo quam primum fugiens, ait: *Tu linguæ tuæ ſervus es, ego vero mearum aurium dominus ſum.* Pari ratione cum vidiſſet duci furem ad ſupplicium, dixit: *Fures majores trahunt ſupplicio minores.* Oliver. *Quid? Xenocratis.*] Stobæus tribuit Simonidi. Sed idem in Xenocratem cadere potuit. Qui adeo ſilentio vitam habuit devinctam, ut ſicuti certis negotiis ſuas horas, ita & ſilentio adſignaret; quod deco idonei auctores ſcripſerunt. *Coler.*

eſſet; uno ex his quærente, cur ſolus ita linguam ſuam cohiberet: Quia dixiſſe me, inquit, aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam.

7. Ariſtophanis quoque altioris eſt prudentiæ præceptum, qui in comœdia introduxit [1] remiſſum ab inferis Athenienſem Periclem, vaticinantem, non oportere in urbe nutriri leonem; ſin autem ſit alitus, obſequi ei convenire. Monet enim, ut præcipuæ nobilitatis & concitati ingenii juvenes refrenentur. Nimio verò favore ac profuſa indulgentia paſti, quò minus potentiam obtineant, ne impediantur: quòd ſtultum ſit, & inutile, eas obtrectare vires, quas ipſe foveris.

8. Mirifice etiam Thales. Nam interrogatus, an facta hominum Deos fallerent: Nec cogitata, inquit. Ut non ſolum manus, ſed etiam mentes puras habere vellemus; cum ſecretis cogitationibus noſtris cœleſte numen adeſſe crediderimus.

Ac ne quod ſequitur quidem minus ſapiens. Unicæ filiæ pater [2] Themiſtoclem conſulebat, utrum eam pauperi, ſed ornato: an locupleti parum probato collocaret. cui is, [3] Malo, inquit, virum pecunia, quàm pecuniam viro indigentem. Quo dicto ſtultum monuit, ut generum potius, quam divitias generi legeret.

Age

1. *Remiſſum ab inferis Athenienſem Periclem.*] Turpiſſime paſſim ſunt depravata propria nomina in hoc auctore, ac plurima etiam falſo ſuppoſita à ſciolis, qui hoc opus vel corrigere, vel in compendium contrahere voluerunt, de quorum mehercle flagris digniſſima temeritate atque impudentia nuſquam non conqueri poſſumus. Superius apophthegma Xenocrati adſcribunt, quod Plutarchus & Stobæus Simonidi Poëtæ. Hic autem ab inferis revocati Periclis nomen injectum, cum Ariſtophanes in Ranis hanc ſententiam Æſchylo attribuat. Ejus verba ſunt hæc:

Οὐ χρῆ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,
Μάλιστα δὲ λέοντα μὴν πόλει τρέφειν.
Ἢν ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

Quos verſus eleganter Eraſ. tranſtulit:

Catulum ne alas leonis in republica,
Ac maxime ipſum leonem ne alas ibi.
Quod ſi quis alitus; obſequendum moribus. Pighius.

2. *Themiſtoclem.*] Hoc idem Cicero lib. II. Offic.

3. *Malo, inquit, virum.*] Cicero libro II. de Offic. quem Plutarchus hoc de ſua filia dixiſſe refert. *Corrad.*

1. *Quæ*

Age Philippi quàm probabilis epiſtola, in qua Alexandrum quorundam Macedonum benevolentiam largitione ad ſe attrahere conatum ſic increpuit: [1] Quæ te, fili, ratio in hanc tam vanam ſpem induxit, ut eos tibi fideles futuros exiſtimares, quos pecunia ad amorem tui compuliſſes? à charitate iſtud præſtatur. At verò ante Philippus majore ex parte mercator Græciæ, quàm victor.

Ariſtoteles autem Calliſthenem auditorem ſuum ad Alexandrum dimittens monuit, ut cum eó aut rariſſime, aut quam [2] jucundiſſime loqueretur: quo ſcilicet apud regias aures vel ſilentio tutior, vel ſermone eſſet acceptior. [3] At ille dum Alexandrum Perſica Macedonum ſalutatione gaudentem [4] objurgat, & ad majorum mores invitum revocare

1. *Quæ te, fili.*] Epiſtolam aliis verbis refert Cicero lib. II. Offic. & ex Cicerone Johannes Sariſberienſis in Policraticolib. VIII. *Coler.*

2. *Iucundiſſime.*] Aliquando hunc verſum reciravir Ariſtoteles:
Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις.

3. *At ille dum Alexandrum Macedonem, Perſica ſalutatione gaudentem objurgat, & ad Macedonicos mores invitum revocare benevole perſeverat.*] Ita vulgo. Locus, ut ita dicam, non uno loco depravatus gloſſematum vitio, quæ paſſim ſemet ingeſſerunt impudentiſſime. Ejicienda inprimis vox ocioſa, *benevole*; quæ in Wincheliano & Campenſi non habetur: item legendum ex veterum librorum omnium conſenſu; *dum Alexandrum Perſica Macedonum ſalutatione gaudentem.* Perſæ quidem ex more vetuſto ſemper proſtrari adorabant reges ſuos, igitur & Alexandrum victorem non inepte; ſed hoc idem fieri à Macedonibus, iiſque inſolentiis gaudere Alexandrum, indigne latum. Rurſum cum ita ſe vetus habeat lectio, & deinde in Campenſi ſcriptum ſit, *Et ad Macedonum mores*: ne eadem vox faſtidioſe repetatur; puto fuiſſe olim in Valerio, *Et ad majorum mores.* Atque Gloſſographi deinde alicujus interpretationem, nempe vocem *Macedonum* fuiſſe ſuppoſiram. *Pigh.*

4. *Objurgat.*] Quo indignatus Alexander, objecto illi falſo crimine, quod Hermolai conjurarionis author extitiſſet, in carcerem conjici juſſit, ubi pediculari morbo conſumptus eſt. Alii cruci affixum fuiſſe tradunt. Cares vero refert ſeptem menſes in compedibus ſervatum ob nimiam arvinam concreto pædore ac ſordibus ſupremum diem obiiſſe. Juſtinus vero dicit, quod eum rruncaris crudeliter manibus, abſciſſiſque auribus, ae naſo labiiſque, deforme ac miſerandum ſpectaculum omnibus reddidit, inſuperque juſſit eum cum cane in cavea clauſum, ad metum cæterorum circumferri: & tunc Lyſimachum miſeratione commotum venenum & remedium calamitatum dediſſe, ob quam rem indignarum Alexandrum juſſiſſe Lyſimachum objici ferociſſimo leoni devorandum, eumque Lyſimachum, manu manipulo involuta, & in os ejus immiſſa, ereptaque lingua, necâſſe. Cujus rei admiratione morum Alexandrum, eum liberâſſe ferunt. *Oliverius.*

1. *Dema-*

care perſeverat; ſpiritu carere juſſus, ſeram neglecti ſalubris conſilii pœnitentiam egit.

Idem Ariſtoteles de ſemetipſo in neutram partem loqui debere prædicabat, quoniam laudare ſe, vani: vituperare, ſtulti eſſet. Ejuſdem eſt utiliſſimum præceptum, Ut voluptates abeuntes conſideremus. Quas quidem ſic oſtendendo minuit: Feſſas enim, pœnitentiæque plenas animis noſtris ſubjecit, quo minus cupide repetantur.

9. Nec parum prudenter Anaxagoras interroganti cuidam, quiſnam eſſet beatus: Nemo, inquit, ex his quos tu felices exiſtimas: ſed eum in illo numero reperies, qui à te ex miſeris conſtare creditur. Non erit ille divitiis & honoribus abundans: ſed aut exigui ruris, aut non ambitioſæ doctrinæ fidelis ac pertinax cultor, in ſeceſſu quam in fronte beatior.

10. [1] Demadis quoque dictum ſapiens: nolentibus enim Athenienſibus divinos honores Alexandro decernere, Videte (inquit) ne, dum cœlum cuſtoditis, terram amittatis.

11. Quam porro [2]ſubtiliter[3] Anacharſis leges aranearum telis comparabat: Nam ut illas infirmiora animalia retinere, valentiora tranſmittere; ita his humiles & pauperes conſtringi, divites & præpotentes non alligari, videmus.

12. [4] Nihil etiam Ageſilai facto ſapientius: ſiquidem cum

1. *Demadis quoque dictum ſapiens, &c.*] Hic orator fuit præſtantiſſimus tempore Demoſthenis, & cum Athenis eſſet, atque in Senatu promulgatum foret, ut Alexander in numero Deorum, & pro filio Jovis haberetur, idque Athenienſes ægre ferrent, & omnino recuſarent, in medium proceſſit, & dixit: *Videte, Athenienſes, ne dum cœlum cuſtoditis, terram amittatis*, id eſt, Alexander iratus vos perdat. *Oliv.*

2. *Subtiliter Anacharſis.*] Plutarchus in Solone Zaleuco tribuit. Vide & Stob. ſerm. 42. *Corrad.*

3. *Anacharſis.*] Hic Anacharſis, ut refert Ariſtoteles, Philoſophus fuit ex Scytharum genere, ſapientiæ admirandæ, ut Cicero meminit libro VI. Tuſculanar. Quæſtion. immo affirmat Herodotus libro III. Hiſtor. neminem è Scythis Sapientem audiſſe præter hunc unum, quem ſapientiſſimum fuiſſe teſtatur. Sed teſte Laërtio: Cum è Græcia reverteretur ad ſuos, & conaretur ſuis inducere Græcorum leges, à fratre in venatione ſagitta percuſſus interiit, dicens, ſe gratia eloquii & diſciplinæ in Græcia ſervatum, ob illa in patria perire. *Oliv.*

4. *Nihil etiam Ageſilai, &c.*] Multum diſſentit à Plutarcho Valerius; non enim conjuratores deprehendiſſe Ageſilaum,

cum adverſus remp. Lacedæmoniorum conſpirationem ortam noctu comperiſſet, leges Lycurgi continuo abrogavit, quæ de indemnatis ſupplicium ſumi vetabant: Comprehenſis autem & interfectis ſontibus, eaſdem è veſtigio reſtituit, atque utrumque ſimul providit, ne ſalutaris animadverſio vel injuſta eſſet, vel jure impediretur. Itaque ut ſemper eſſe poſſent, aliquando non fuerunt.

13. [1] Sed neſcio an Hannonis excellentioris prudentiæ conſilium. Magone enim Cannenſis pugnæ exitum ſenatui

ſilaum, ſed fugitivos ex acie à capitis pœna liberâſſe dicit Plutarchus; ſublatis tantiſper Lycurgi legibus, dum abſolverentur. Quod videtur veriſimile eſſe. Lex enim erat, ut ex acie fugientes capite punirentur. Cum igitur apud Leuctras pugnatum eſſet acri certamine, hinc à Thebanis, inde à Lacedæmoniis, & Thebani duce Epaminonda Lacedæmoniorum exercitum fudiſſent, atque fugaſſent, omnes qui ex acie fugerant, in judicium protracti, qui lege capitis pœnæ videbantur obnoxii. Tunc Ephori timentes, ne, ſi ſumpto de his omnibus ſupplicio, non eſſent qui deinde patriam armis tutarentur, conſumpta ſcilicet ex majori parte juventute, Ageſilai ſuper hac re ſententiam judiciumque expectabant, qui ſapienter & legibus & ſaluti patriæ conſuluit. Non enim, inquit, lator ero aliarum legum, cum his nec abrogare quicquam, nec addere, nec diminuere poſſim; ſed bene res ſe habebit, ſi omiſſis hodie Lycurgi legibus, cras illas ſervaverimus. *Oliv.*

1. *Sed neſcio, &c.*] Poſt Cannenſem pugnam, cum Annibal nuntium Carthaginem miſiſſet de rebus in Italia proſpere geſtis, atque is omnia diligenter & accurate expoſuiſſet in Senatu, Annibalem ſcil. cum ſex Imperatoribus, quorum quatuor conſules, duo dictator ac magiſter equitum fuerint, cum ſex conſularibus exercitibus acie conflixiſſe, occidiſſe ſupra cc. millia, cepiſſe ſupra L. millia hoſtium, ex quatuor conſulibus duos occidiſſe, ex duobus ſaucium alterum toto amiſſo exercitu cum L. hominibus vix effugiſſe, Magiſtrum equitum, qui conſularis poteſtatis ſit, fuſum fugatumque; Dictatorem, quia ſe in aciem nunquam commiſerit unicum haberi Imperatorem; Brutios, Apuloſque, Samnitum & Lucanorum partem defeciſſe ad Pœnos, Capuam, quæ Campaniæ caput eſt, Annibalis eſſe, ad quarum rerum fidem majoremque lætitiam effundi juſſiſſe in veſtibulo curiæ annulos aureos, quos tantummodo civium Romanorum fuiſſe dicebat: tantus autem erat acervus, ut modios tres expleſſe dicatur. Tum interrogatus eſt Hanno, Brachinæ factioni ſemper adverſus, num demum pœniteret ſe belli ſuſcepti adverſus Romanos, dedique Annibalem juberet? Nunquam ſe dediſſe reſpondit, neque deſiturum pœnitere, atque ſuum Imperatorem accuſare, donec viderit bellum illud aliqua tolerabili conditione finitum. Deinde cum interrogaſſet ex nuntio, qui apud Cannas ad internecionem imperii Romani pugnatum eſſe dicebat, totamque Italiam à Romanis defeciſſe, nunquis ex Latini nominis populis defeciſſet, & ſi quis homo ex quinque & triginta tribubus ad Annibalem transfugiſſet, an Romani legatos ad Annibalem de pace miſiſſent, an ullam pacis mentionem feciſſent? Cum hæc omnia negaſſet nuntius eſſe facta: Bel-

tui Pœnorum nunciante, inque tanti ſucceſſus fidem annulos aureos [1] trium modiorum menſuram explentes effundente, qui interfectis noſtris civibus detracti erant; quæſivit an aliquis ſociorum poſt tantam cladem à Romanis defeciſſet: Atque ut audivit neminem ad Annibalem tranſiſſe, ſuaſit protinus, ut legati Romam, per quos de pace ageretur, mitterentur: cujus ſi ſententia valuiſſet, neque ſecundo Punico bello victa Carthago, neque tertio deleta foret.

14. [2] Nec Samnites quidem parvas pœnas conſimilis erroris pependerunt, quod Herennii Ponti ſalutare conſilium

Bellum, inquit, tam integrum habemus, quam habuimus, qua die Annibal Italiam eſt ingreſſus. Quare cenſeo legatos de pace quamprimum mittendos, cum ea habituri ſimus conditionibus nobis honeſtioribus, quam illis. Quod ſi feciſſent, nec eo bello tributaria pop. Rom. facta fuiſſet, nec tertio funditus everſa. *Oliverius. Sed neſcio an Hannonis excellentiſſimæ prudentiæ conſilium.*] Ita vulgo. *Excellentioris*, in Campenſi. Recte, comparatione facta inter duos, Ageſilaum ſcilicet & Hannonem, ut more ſuo exempla inter ſe cohæreant. *Pigh.*

1. *Trium modiorum.*] Liv. lib. XXIII. dec. ſecundi Punici belli: *Ad fidem*, inquit, *deinde lætarum rerum effundi juſſit in veſtibulo curiæ annulos aureos, qui tantus acervus fuit, ut metientibus dimidium ſupra tres modios expleſſe ſint quidam auctores. Fama tenuit, quod propior eſt vero, haud plus fuiſſe modio.* Oliv.

2. *Nec Samnites.*] Bello Samnitico T. Veturius & A. Poſthumius Coss. cum exercitum duxiſſent in Samnium, Pontius Herennius Samnitum Imperator milites decem paſtorum habitu mittit, pecoraque diverſos alios alibi paſcere jubet, haud procul Romanis præſidiis, & cum inciderint in prædatores, ut idem omnibus ſermo conſtet, legiones Samnitum in Apulia eſſe, Luceriam omnibus copiis circumſedere, nec procul abeſſe, quin vi capiant. Jam etiam rumor iſte antea de induſtria vulgatus venerat ad Romanos; ſed fidem auxêre captivi, eo maxime, quod ſermo inter omnes congruebat: non erat dubium, quin Romanus opem ferret Lucerinis bonis & fidelibus ſociis, ſimul ne Apulia omnis ad præſentem terrorem deficeret, ea modo, qua irent, conſultatio fuit: nam duæ erant viæ, altera præter oram maris ſuperi longior, ſed tutior, altera per Caudinas furculas brevior, ſed anguſtior & periculoſior. Conſules, ut maturius opem ferre poſſent ſociis, per Caudinas furculas iter facientes, in locum periniquum lapſi ſunt, unde nec progredi, nec egredi poſſent. Samnites igitur, cum exercitum Romanum inter montes incluſum haberent, neſciebant in tam lætis rebus inire conſilium, quid de Romanis incluſis faciendum eſſet. Itaque univerſi Herennium Pontium Imperatoris patrem per literas conſulendum cenſuerant. Jam is gravior annis, non militaribus ſolum, ſed civilibus quoque abſceſſerat muneribus, in corpore tamen effœto vigebat vis animi & conſilii. Is ubi accepit ad furculas Caudinas inter duos ſaltus clauſos exercitus Romanos, conſultus ab nuntio filii cenſuit omnes inde quam primum inviolatos dimit-

lium neglexerunt: Qui auctoritate & prudentia cæteros præſtans, ab exercitu & ejus duce filio ſuo conſultus, quidnam fieri de legionibus Romanis apud [1] Furcas Caudinas incluſis deberet, inviolatas dimittendas reſpondit. Poſtero die eadem de re interrogatus, deleri eas oportere dixit: ut aut maximo beneficio gratia hoſtium emeretur, aut graviſſima jactura vires confringerentur: ſed improvida temeritas victorum, dum utramque partem ſpernit utilitatis, ſub [2] jugum miſſas in perniciem ſuam accendit.

Multis & magnis ſapientiæ exemplis parvulum adjiciam. Cretenſes cum acerbiſſima execratione adverſus eos, quos vehementer oderunt, uti volunt; ut mala conſuetudine delectentur, optant; modeſtoque voti genere efficaciſſimum ultionis eventum reperiunt. Inutiliter enim aliquid concupiſcere, & in eo perſeveranter morari, exitio vicina dulcedo eſt.

CAP. III.

dimittendos, quæ ubi ſpreta ſententia eſt, remiſſo nuntio iterum conſultus cenſuit ad unum omnes interficiendos, quæ ubi diſcordia inter ſe veluti ex ancipiti oraculo data reſponſa ſunt, placuit ſenem in caſtra duci & in conſilium admitti, qui adductus vocatuſque in conſilium, ita ferme locutus eſt, ut nihil de ſententia ſua mutaret, cauſas tantum adduceret, priore ſe conſilio, quod optimum duceret eum potentiſſimo populo per ingens beneficium perpetuam firmare pacem amicitiamque, altero conſilio in multas ætates, quibus amiſſis duobus exercitibus haud facile vires Roma repararet, bella differre. Tertium nullum conſilium eſſe. Cum filius aliique principes percontando exquirerent, quid ſi media via conſilium caperetur, ut & dimitterentur incolumes, & leges jure belli victis imponerentur, iſta quidem ſententia, inquit, ea eſt, quæ neque amicos parat, neque inimicos tollit. Servate modo, quos ignominia irritaveritis. Ea eſt Romana gens, quæ victa quieſcere neſciat, viver ſemper in pectoribus illorum quicquid iſtuc præſens neceſſitas injunxerit, neque eos ante multiplices pœnas expetitas à nobis quieſcere ſinet. Ita Liv. lib. IX. *Oliv.*

1. *Furculas Caudinas.*] A Caudio oppido dictas. *Furcas Caudinas.*] Anguſtias montium, unde exire non poterant.

2. *Iugum.*] Haſtas tres, duas erectas & unam tranſverſam in formam patibuli.

1. Ser.

CAP. III.

DE VAFRE DICTIS AUT FACTIS.

A ROMANIS.

1. *Antiſtite templi Dianæ.*
2. *L. Iunio Bruto.*
3. *P. Scipione Africano majore.*
4. *Q. Fabio Labeone.*
5. *M Antonio Oratore.*
6. *Q. Sertorio.*
7. *Q. Fabio Max. Verrucoſſo.*
8. *M. Voluſio Saturnino ædil. pleb.*
9. *Sentio Saturnino.*
10. *Patre quodam.*

AB EXTERNIS.

1. *Alex. Magno & quodam aſinario.*
2. *Darii regis equiſone.*
3. *Biante Prienenſi.*
4. *Anaximene.*
5. *Demoſthene oratore.*
6. *Quodam Athenienſi.*
7. *Annibale Giſgonis F. Pœno.*
8. *Annibale Amilcaris F. Pœno.*
9. *Tuſculanis.*
10. *Tullo Attio Volſcorum duce.*

Est aliud factorum dictorumque genus à ſapientia proximo deflexu ad Vafri nomen progreſſum: quod niſi fallacia vires aſſumpſerit, fidem propoſiti non invenit: laudemque occulto magis tramite, quam aperta via petit.

1. [1] Ser. Tullio regnante, cuidam patrifamilias in agro Sabino præcipuæ [2] magnitudinis & eximiæ formæ vacca nata eſt. Quam oraculorum certiſſimi auctores in hoc à Diis immortalibus editam reſponderunt, ut quiſquis eam [3] Aventinienſi Dianæ immolaſſet, ejus patria totius terrarum orbis imperium obtineret. Lætus eo dominus, bovem cum [4] ſumma feſtinatione Romam actam, in Aventino ante aram Dianæ conſtituit, ſacrificio Sabinis regimen humani generis daturus. De qua re antiſtes templi certior factus, [5] religionem hoſpiti intulit, ne prius victimam cæderet,

1. SEr. *Tullio.*] Contigit A. U. cc. circiter.

2. *Magnitudinis.*] Fixa per multas ætates cornua in veſtibulo templi Dianæ monumentum ei fuêre, miraculo habita. *Oliv.*

3. *Aventinienſi Dianæ.*] Cujus templum erat in Aventino monte.

4. *Summa feſtinatione.*] Aut quia cupidus erat talis eventus, aut ne oraculum aliis innoteſceret, & vacca ſibi præriperetur. *Badius.*

5. *Religionem hoſpiti intulit.*] Metum religionis, ne Deam offenderet, ſi eam illotis manibus immolaret. *Oliverius.*

1. Quam

deret, [1] quam proximi amnis aqua ſe abluiſſet. Eoque alveum Tiberis petente, vaccam ipſe immolavit, & urbem noſtram tot civitatum, tot gentium dominam, pio ſacrificii furto reddidit.

2. [2] Quo in genere acuminis in primis Junius Brutus referendus eſt. Nam cum à rege Tarquinio avunculo ſuo omnem nobilitatis [3] indolem excerpi, interque cæteros etiam fratrem ſuum, quod vegetioris ingenii erat, interfectum animadverteret; obtuſi ſe cordis eſſe ſimulavit: eaque fallacia maximas virtutes ſuas texit. Profectus etiam Delphos cum Tarquinii filiis, quos is ad Apollinem Pythium muneribus ſacrificiiſque honorandum miſerat, aurum Deo nomine doni clam cavato baculo incluſum tulit: quia timebat ne ſibi cœleſte numen aperta liberalitate venerari

1. *Quam proxima ſe aqua abluiſſet.*] Ita vulgo. In Atreb. *Proximam aquam*, mendoſe. In aliis, *Proxima manus aqua.* Verum rectiſſime in Cauchiano, *Proximi amnis aqua.* Deſcendit itaque ex Aventino ad vicinum Tiberis alveum, ut ſe ablueret. Quod ipſum Livius quoque ſcribit. *Pigh.*

2. *Quo in genere.*] Livius lib. 1. *Portentum*, inquit, *terribile viſum in regia. Anguis ex columna lignea elapſus, cum terrorem ac fugam feciſſet in regiam, ipſius regis non tam ſubito pavore perculit pectus, quam anxiis implevit curis. Itaque cum ad publica prodigia Hetruſci tantum vates adhiberentur, hoc veluti domeſtico exterritus viſu Delphos ad maxime inclytum in terris oraculum mittere ſtatuit. Neque reſponſa ſortium ulli alii committere auſus, duos filios per ignotas ea tempeſtate terras, ignotiora maria, in Græciam miſit. Titus & Aruns profecti, comes his additus L. Junius Brutus, Tarquinia ſorore regis natus, juvenis longe alius ingenio, quam cujus ſimulationem induerat. Is cum primores civitatis, in quibus fratrem ſuum ab avunculo interfectum vidiſſet, neque animo ſuo quicquam regi timendum, neque in fortuna concupiſcendum relinquere ſtatuit, contemptuque tutus eſſe, ubi in jure parum præſidii eſſet. Ergo ex induſtria factus ad imitationem ſtultitiæ, cum ſe ſuaque prædæ eſſe regi ſineret, Bruti quoque haud abnuit cognomen, ut ſub ejus obtentu cognominis liberator ille pop. Romani animus latens aperiretur tempore ſuo. Is tum à Tarquiniis ductus Delphos, ludibrium verius quam comes aureum baculum incluſum corneo cavato ad id baculo, tuliſſe donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenii ſui. Quo poſtquam ventum eſt, perfectis patris mandatis, cupido inceßit animos juvenum ſciſcitandi, ad quem eorum regnum Romanum eſſet venturum? Ex infimo ſpecu vocem redditam ferunt: Imperium ſummum Romæ habebit, qui veſtrûm primus, ô juvenes, oſculum matri tulerit. Tarquinii, ut Sextus, qui Romæ relictus fuerat, ignarus reſponſi, experſque imperii eſſet, rem ſumma ope taceri jubent, ipſi inter ſe, uter prior, cum Romam rediſſent, matri oſculum daret, ſorti permittunt. Brutus alio ratus ſpectare Pythicam vocem, velut ſi prolapſus cecidiſſet, terram oſculo contigit, ſcilicet quod ea communis mater omnium mortalium eſſet.* Oliv.

3. *Indolem.*] Florem.

nerari tutum non eſſet. Peractis deinde mandatis patris, Apollinem juvenes conſuluerunt; quiſnam ex ipſis Romæ regnaturus videretur. At is penes eum ſummam Urbis noſtræ poteſtatem futuram reſpondit, qui ante omnes matri oſculum dediſſet. Tunc Brutus, perinde atque caſu prolapſus, de induſtria ſe abjecit, terramque communem omnium matrem exiſtimans, oſculatus eſt. Quod tam vafrè telluri impreſſum oſculum, Urbi libertatem, Bruto primum [1] in faſtis locum tribuit.

3. Scipio quoque ſuperior præſidium calliditatis amplexus eſt. Ex Sicilia enim petens Africam, cum ex fortiſſimis peditibus Romanis trecentorum equitum numerum complere vellet, neque tam ſubito poſſet eos inſtruere: quod temporis anguſtiæ negabant, ſagacitate conſilii aſſecutus eſt. Namque ex iis juvenibus, quos ſecum ex tota Sicilia nobiliſſimos & ditiſſimos, ſed inermes habebat, trecentos ſpecioſa arma & electos equos quam celerrime expedire juſſit; velut eos continuo ſecum ad oppugnandam Carthaginem avecturus: Qui cum imperio ut celeritate, ita longinqui & periculoſi belli reſpectu ſolicitis animis paruiſſent; [2] remittere ſe Scipio illam expeditionem, ſi arma & equos militibus ſuis traderent, edixit. Rapuit conditionem imbellis ac timida juventus, inſtrumentoque ſuo cupide noſtris ceſſit. Ergo calliditas ducis providit,

1. *In faſtis.*] In libris, in quibus annua geſta deſcribebantur, & omnes magiſtratus. *Oliv.*

2. *Remittere ſe Scipio.*] Tum Scipio renuntiari ſibi dixit, quoſdam equites Siculorum tanquam gravem, & duram horrere eam militiam. Si qui ita animati eſſent, malle eos ſe jam tum fateri, quam poſtmodum querentes, ſegnes atque inutiles milites reipublicæ eſſe: exprومerent quid ſentirent, cum bona venia ſe auditurum. Ubi ex his unus auſus eſt dicere, Se prorſus, ſi ſibi, utrum velit, liberum eſſet, nolle militare. Tum Scipio, Et quando, inquit, adoleſcens, quid ſentires non diſſimulâſti, vicarium tibi expedio jam, cui tu arma, & equum, cæteraque inſtrumenta militiæ tradas, & tecum hinc extemplo domum ducas, exerceas, docendum cures equo armiſque. Læto conditionem accipienti unum ex ccc. quos inermes habebat, tradit. Ubi hoc modo exauctoratum equitem cum gratia Imperatoris videret, ſe quiſque excuſare, & vicarium accipere: ita trecentis Siculis Romani equites ſubſtituti ſine publica impenſa. *Oliv.*

1. *Quin-*

vidit, ut ſi quod protinus imperaretur, grave prius, deinde remiſſo militiæ metu maximum beneficium fieret.

4. Quod ſequitur, narrandum quoque eſt. [1] Q. Fabius Labeo arbiter à ſenatu finium conſtituendorum inter [2] Nolanos & Neapolitanos datus, cum in rem præſentem veniſſet, utroſque ſeparatim monuit, ut omiſſa cupiditate, regredi modo controverſo, quam progredi mallent. Idque cum utraque pars auctoritate viri mota feciſſet, aliquantum in medio vacui agri relictum eſt. Conſtitutis deinde finibus ut ipſi terminaverant; quicquid reliqui ſoli fuit, populo Romano adjudicavit: Cæterum etſi circumventi Nolani ac Neapolitani queri nihil potuerunt, ſecundum ipſorum demonſtrationem dicta ſententia; improbo tamen præſtigiarum genere novum civitati noſtræ vectigal acceſſit. Eundem ferunt, cum à rege Antiocho, quem bello ſuperaverat, ex fœdere icto dimidiam partem navium accipere deberet, medias omnes ſecuiſſe, ut eum tota claſſe privaret.

5. Jam M. Antonio remittendum convitium eſt: qui idcirco ſe ajebat nullam orationem ſcripſiſſe, ut, ſi quid, ſuperiore judicio actum, ei, quem poſtea defenſurus eſſet, nociturum foret, non dictum à ſe, affirmare poſſet: Qui facti vix pudentis, tolerabilem cauſſam habuit: pro periclitantium enim capite, non ſolum eloquentia ſua uti, ſed etiam verecundia abuti erat paratus.

6. [3] Sertorius vero corporis robore, atque animi conſilio

1. *Quintus Fabius, &c.*] Hoc exemplum Cicero poſuit lib. I. de Officiis.

2. *Nolanos.*] Nola Campaniæ urbs in Italia Ptolemæo, in Samnio ponit Epitome Livii LXXXIX.

3. *Sertorius vero, &c.*] Hic tantis & animi & corporis viribus excelluit, ut cum cuivis illorum, qui clariſſimi habentur bellorum duces, non ſolum conferre, ſed etiam proferre merito poſſis. Nam Philippo continentiorem in mulieres, Antigono fideliorem in ſuos, Annibale placabiliorem in hoſtes fuiſſe certiſſimi ſunt auctores. Ingenio autem nulli eorum inferior, ſed fortuna omnibus ipſis, qua ſemper infeſta magis, quam hoſtibus uſus, ſe periiià Metello, audacia Pompeio, fortuna Syllæ, potentia pop. Romano, exul & barbaris imperitans adæquavit. Cum alterum oculum amiſiſſet in bello, dictitare ſolebat, alios non ſemper virtutis

lio parem naturæ indulgentiam expertus, proſcriptione Syllana dux Luſitanorum fieri coactus, cum eos oratione flectere non poſſet, ne cum Romanorum univerſa acie confligere vellent, vafro conſilio ad ſuam ſententiam perduxit.

tis ſuæ teſtimonia ſecum habere, ſed torques, & haſtas, & coronas domi relinquere, ſibi vero bellicæ laudis inſignia continuo adeſſe. Poſt multa & præclara pro republ. belli domique geſta facinora, Cinnæ tandem partes ſecutus, ab Opimio conſule pulſus eſt cum Cinna, qui deinde Mario conjuncti, cum urbe capta Marius & Cinna omnia crudelitatis exempla proderent, Sertorius ipſe nec trucidâſſe quemquam ob iram, nec contumeliam intuliſſe cuiquam dicitur, ſed ea continuo improbâſſe, quæ illi fœde crudeliterque exercebant. Quinetiam ad quatuor ſervorum millia in civitate præter modum ſævientium ipſe trucidavit. Pulſus iterum à Sylla, profligatis Marianis partibus, in Hiſpaniam quum ſe recepiſſet, variis caſibus agitatus, extrema plerunque fortuna ſtetit. Ad Maruſios deinde delatus eo conſilio, ut ad fortunatas inſulas uſque profectus, quietam ageret vitam, præter opinionem incidit in bellum, Cilicibus tum forte Aſcalim in Mauritaniæ regnum reducere conantibus. Quorum hoſtibus cum auxilio fuiſſet, ductu, & auſpicio ſuo pulſis Cilicibus, obſeſſoque Aſcali, & cæſo Pacciano, qui ad liberandum Aſcalim miſſus fuerat à Sylla, multis deinde oppidis partim captis, partim in deditionem acceptis, magnum apud omnes Sertorii nomen & gloria fuit, adeo ut à Luſitanis ultro acciretur ad regnum. Quo quidem accepto, paratoque pro tempore, & illorum opibus exercitu ſatis exiguo, quippe XII. millium militum adverſus quatuor Romanorum duces, & centum, ac XXX. hominum millia bene feliciterque pugnavit. Nam Cottam apud Mellariam navali prœlio ſuperavit, Aufidium prætorem in Iberia profligavit, & occidit, Domitium proconſulem cum magna exercitus parte delevit, Metellum denique ipſum, ætatis ſuæ virum ampliſſimum, ad eam neceſſitatem redegit, ut L. Lollium ex provincia Narbonenſi auxilium ſibi ferre coëgerit, & Pompejus Magnus ex urbe cum ſumma feſtinatione & exercitu mitteretur. Quem ingenti arte ſæpe deluſum, & acie aliquoties devictum Sertorius demum contriviſſet, niſi à M. Perperna, qui ſecum arma conjunxerat, per invidiam conjuratione facta, in cœna fuiſſet interemptus. Hic igitur cum Luſitanos, quibus imperitabat, oratione inducere non poſſet, ne vellent cum Romanis univerſa acie decernere, (contumaces enim imperatoris juſſum non expectabant, ſed temere ferebantur in hoſtes,) id calliditate & vafro conſilio perfecit; nam advocata concione, cum duos equos in medium juſſiſſet adduci, alterum macie ſenioque confectum, alterum fortem & nitidum, macilento validum juvenem, forti ſenem imbecillem, & huic carptim, illi uno impetu equorum caudas evellere juſſit: quod quum adoleſcens totis viribus annixus fruſtra tentaſſet, ſenex paulatim ſetas evellendo caudam nudavit. Tum Sertorius, Videtis, inquit, commilitones, ingenium plus poſſe, quam vires. Omnia namque vincit ſtudioſa ſedulitas: quo facto barbara gens ferox & contumax, imperatori facilis, & dicto parens facta eſt. Aulus Gellius hunc alio vafro conſilio uſum fuiſſe dicit lib. XV. c. 22. quod & Plutarchus affirmat in vita Sertorii: Illum ſcilicet candidam cervam eximiæ pulchritudinis & vivaciſſimæ celeritatis à Luſitano quodam ſibi dono datam ita manſuefeciſſe, ut & vocan-

duxit. Duos enim in conſpectu eorum conſtituit equos, alterum validiſſimum, alterum infirmiſſimum: ac deinde validi caudam ab imbecillo ſene paulatim carpi, infirmi à juvene eximiarum virium univerſam convelli juſſit. Obtemperatum imperio eſt. Sed dum adoleſcentis dextera irrito ſe labore fatigat, ſenio confecta manus miniſterium executa eſt. Tunc barbaræ concioni, quorſum ea res tenderet cognoſcere cupienti, ſubjecit: Equi caudæ conſimilem eſſe Romanorum exercitum, cujus partes aliquis aggrediens opprimere poſſit: univerſum conatus proſternere, celerius tradiderit victoriam, quam occupaverit. Ita gens barbara, aſpera, & regi difficilis, in exitium ſuum ruens, quam utilitatem auribus reſpuerat, oculis prævidit.

7. [1] Fabius autem Maximus, cujus non dimicare, vincere fuit; cum præcipuæ fortitudinis Nolanum peditem dubia

vocantem exaudiret, & vadentem ſequeretur; aſſuetam quoque os auribus ejus interdum admovere, quaſi cum eo loquentem, & arcani aliquid à numine nuntiantem: nam illam ſibi à Diana dono datam ſimulabat; à qua tanquam ab ipſo numine doceretur, quid faciendum aut non faciendum eſſet. Quotieſcunque hoſtes fines ingreſſos, aut urbem aliquam cepiſſe occulte perſenſerat, dictum ſibi à cerva ſimulabat, ut copias in armis haberet. Rurſus, ſi victoria aliqua ſuorum ducum occulta nunciabatur, cervam coronabat, & ab ea ſibi victoriam denuntiatam fuiſſe dicebat. Hac ſimulatione barbaros feros & indomitos facile dicto parentes eſſe fecit; literas quoque compoſitas pro veris legebat, ſomnum ſimulabat, & falſas religiones conferebat. *Oliv.*

1. *Fabius autem Maximus, &c.*] Hic cum animadvertiſſet Nolanum quendam fortiſſimum militem, & genere præſtantem defectionis à quibuſdam accuſari, non animadverſione, ſed vafro conſilio ſibi fidiſſimum, & Romanæ partis propugnatorem reddidit. Accito enim illo, Nunc, inquit, res eo malignitatis pervenit, ut duces ad gratiam futurorum ineundam potius accuſentur, quam pro eorum virtute honores impertiantur. Deinde illum accuſavit, quod nulla in re officium ejus expoſceret. Hæc quum dixiſſet, acerrimo equo aliiſque muneribus illum ornavit, effecitque, ut qui antea ſuſpectus eſſet, tunc fideliſſimus, & pop. Rom. ſtudioſiſſimus efficeretur. Abſurdum enim eſſe dicebat, equos & canes venaticos cura hominum, & familiaritate & victu manſueſcere, feritatemque deponere, hominibus vero imperioſitate, non gratia & manſuetudine rebelles animos ſibi conciliare, aſperiora profecto violentioraque eſſe, quæ agricolæ faciunt de caprifico, ac apiaſtro, oleaſtroque; nam has arbores in oleas, ficuſque, ac pyros domeſticas fovendo blandiendoque convertunt. *Oliv.*

bia fide ſuſpectum, & ſtrenuæ operæ [1] Lucanum equitem amore ſcorti deperditum in caſtris haberet: ut utroque potius bono milite uteretur, quam in utrumque animadverteret; alteri ſuſpicionem ſuam diſſimulavit; in altero, diſciplinam paululum à recto tenore deflexit: Nam illum plene pro tribunali laudando, omnique genere honoris proſequendo animum ſuum à Pœnis ad Romanos coëgit revocare: & hunc clam meretricem redimere paſſus, paratiſſimum pro nobis excurſorem reddidit.

8. Veniam nunc ad eos, quibus ſalus aſtutia quæſita eſt. M. Voluſius [2] ædilis plebis proſcriptus, [3] aſſumpto Iſiaci habitu, per itinera viaſque publicas ſtipem petens, quiſnam revera eſſet, occurrentes dignoſcere paſſus non eſt. Eoque fallaciæ genere tectus, in M. Bruti caſtra pervenit. Quid illa neceſſitate miſerius, quæ magiſtratum populi Rom. abjecta honoris prætexta, alienigenæ religionis obſcuratum inſignibus, per Urbem juſſit incedere; [4] Omnes autem hi ſuæ vitæ, aut illi alienæ mortis cupidi, qui talia vel ipſi ſuſtinuerunt, vel alios perpeti coëgerunt.

9. Ali-

1. *Lucanum equitem.*] Cohortum principes hunc accuſaverant, quod ex caſtris ſe ſurripiens, ex ordine diſceſſerat. Hos Fabius interrogat, qualem hunc eſſe hominem animadvertiſſent? Approbantibus cunctis, & ejus res geſtas extollentibus, Fabius diligenter ſciſcitatus diſceſſus & erroris cauſam, ubi comperit hominem ſcorti cujuſdam amore correptum, ſtatim curavit clam meretriculam illam comprehendi, & ad ſe in caſtra produci; quo facto, juvenem ad ſe accitum benigne compellat. Non te fugit, inqnit, quod præter leges & mores Romanos è caſtris noctu ſæpe diſceſſeris; ſed antea bonum te fuiſſe virum haud oblitus ſum: errores igitur tui cum rebus à te bene geſtis recompenſentur, poſthac vero te in aliis rebus obſervabo. Educta deinde tentorio mulicrcula, hæc, inquit, te in caſtris retinebit, niſi propter aliam improbitatem diſceſſeris; nam hujus amore è caſtris diſcedere ferebatur. Eam deinde juveni tradidit, & illum fortiſſimum ſibi retinuit, & reip. utilem. *Idem.*

2. *Ædilis plebeius.*] Erant enim ædiles curules, & plebeii. Qui veluti miniſtri tribunorum erant. Unde neque illis noceri potuit. Dionyſ. lib. VI. *Curules dicebantur, quoniam ea ſella honoris cauſa utebantur. Plebeii tantum in ſubſelliis ſedebant, ut & Tribuni & Quæſtores.*

3. *Aſſumpto Iſiaci habitu.*] Sumpto habitu ſacerdotis Iſidis. Erat autem habitus mendicantis; nam ſacerdotes Iſiaci mendicantes per urbem, & vicos vagabantur, pollicentes ſe futura prædicturos, ſi daretur aſſis, & inde quæſtum faciebant. *Oliv.*

4. *Omnes autem, &c.*] Damnat ulterius & eos qui vitæ nimium cupidi omnem

9. Aliquanto ſpecioſius Sentii Saturnini [1] Vetulionis in eodem genere caſus ultimæ ſortis auxilium. Qui cum à triumviris inter proſcriptos nomen ſuum propoſitum audiſſet; continuo Præturæ inſignia invaſit: præcedentibuſque in modum lictorum, & apparitorum, publicorumque ſervorum ſubornatis, vehicula comprehendit, hoſpitia occupavit, obvios ſubmovit, ac tam audaci uſurpatione imperii, in maxima luce denſiſſimas hoſtilibus oculis tenebras offudit. Idem ut [2] Puteolos venit, [3] perinde ac publicum miniſterium agens, ſumma cum licentia correptis navibus in Siciliam, certiſſimum tunc proſcriptorum profugium, penetravit.

10. His uno adjecto levioris notæ exemplo, ad externa convertar. Amantiſſimus quidam filii, cum eum inconceſſis ac periculoſis facibus accenſum, ab inſana cupiditate inhibere vellet; ſalubris conſilii aſtutia patriam indulgentiam temperavit. Petiit enim ut prius quam ad eam, quam diligebat, iret; vulgari ac permiſſa Venere uteretur. Cujus precibus obſecutus adoleſcens, infelicem animi impetum ſatietate concubitus liciti reſolutum; ad id, quod non licebat, tardiorem pigrioremque afferens paulatim depoſuit.

EXTERNA.

1. [4] Cum Alexander Macedonum rex * ſorte monitus, ut eum

omnem indignitatem & turpitudinem vitandæ mortis gratia ſubire non dubitabant, & eos qui alienæ mortis avidi homines ad eam neceſſitatem impellebant, ut ea ſuſtinere cogantur. *Oliv.*

1. *Vetulionis.*] Ad differentiam Saturnini Apuleii, de quo ſupra dictum eſt. *Oliv.* *Aliquanto ſpecioſius ſententiis Saturnini Vetullionis.*] Ita vulgo. In Suſiano, Winchel. & Pulmann. *Aliquanto ſpecioſius Saturnini Vetulonis.* Corradus legit, *Aliquanto ſpecioſius Sentii Saturnini Vetulionis.* Sed idem hoc narrat Appianus Alexandrinus de Pomponio quodam. Locus hic haud dubie contaminatiſſimus eſt, ac merito notandus aſteriſco; ſed nihil auxilii in exemplaribus eſt. *Pigh.*

2. *Puteolos.*] Oppidum maritimum Campaniæ, non procul ab Averno lacu.

3. *Perinde ut publicum miniſterium.*] Tanquam publico officio fungens.

4. *Cum Alexander, &c.*] Cum Alexander ducturus eſſet exercitum in Perſas, conſuluit oraculum, quem ſuſcepti belli eventum eſſet habiturus, felicem reſpondit

eum qui ſibi porta egreſſa primus occurriſſet, interfici juberet: aſinarium forte ante omnes obviam factum, ad mortem arripi imperavit. Eoque quærente quidnam ſe immerentem capitali ſupplicio, innocentemque addiceret; cum ad excuſandum factum ſuum oraculi præceptum retuliſſet; aſinarius, Si ita eſt, inquit, rex, alium ſors huic morti deſtinavit: nam aſellus, quem ego ante me agebam, prior tibi occurrit. Delectatus Alexander & illius tam callido dicto, & quod ab errore ipſe revocatus erat; occaſionem in aliquanto viliore animali expiandæ religionis rapuit. Summa in hoc cum calliditate manſuetudo, ſumma quoque in alterius regis equiſone calliditas.

2. [1] Sordida Magorum dominatione oppreſſa, [2] Darius rex [3] adjutoribus ejuſdem dignitatis aſſumptis, pactum cum præclari operis conſortibus fecit, ut equis inſidentes, ſolis ortu curſum in quendam locum dirigerent; iſque regno potiretur, cujus equus in eo [4] primus hinniſſet. Cæterum maximæ mercedis competitoribus fortunæ beneficium expectantibus, ſolus acumine [5] equiſonis ſui Ebaris proſperum exoptatæ rei effectum aſſecutus eſt: qui in equæ

ſpondit Apollo, ſi eum, qui primus ſibi porta egreſſo occurriſſet, occidi juſſiſſet. *Oliv.*

* *Sorte.*] Vaticinio ſortilegorum.

1. *Sordida magorum dominatione Perſide oppreſſa.*] Ita vulgo. Vett. libri recte omittunt vocem, *Perſide.* Res enim accidit Magis jam oppreſſis & occiſis, ac Perſide liberata. *Pigh.* *Sordida magorum dominatione oppreſſa, Darius rex adjutoribus ejuſdem dignitatis aſſumptis.*] Mire involutus locus: mihi quidem. Darium ecce regem vocat; atque candidatus regni ſaltem erat, & de eo agitur, quo modo & qua fraude regnum adeptus. Sed & adjutores ejuſdem dignitatis appellat. Adjutoreſne regni? imo contra, adverſarii ejus, & quiſque ſibi ſpondebat eam dignitatem. Aut nihil video, aut grandis & audax depravatio: quæ neſcio an ſit levanda. nam ut tollam prorſus ſine libris vix ſperem: *Darius rei adjutoribus ejuſdem aſſumptis.* Hiſtoria ſane talis: & ii qui conjurarant in magos, convenêre ſimul in hanc conditionem de regno. *Lipſius.*

2. *Darius rex.*] Futurus.

3. *Adjutoribus ejuſdem dignitatis aſſumptis.*] Id eſt, aliis nobilibus, qui ſecum magos oppreſſerant. *Bad.*

4. *Primus hinniſſet.*] An nove hoc excogitatum? an Perſis quoque aliqua in hinnitu religio, ut Germanis olim? Multa morum & rituum hæ duæ gentes alias participant. *Coler.*

5. *Equiſonis.*] Per noctem ut alii, equum pridie conſtitutam diem ad eundem locum duxit, ibique equæ admiſit, vel, ut dicit Valerius, in equæ genitalem partem dimiſſam manum, cum ad eum locum

quæ genitalem partem demiſſam manum, cum ad eum locum ventum eſſet, [1] naribus equi admovit. Quo odore irritatus, ante omnes hinnitum edidit: Auditoque eo, ſex reliqui ſummæ poteſtatis candidati continuo equis delapſi, (ut eſt mos Perſarum) humi proſtratis corporibus Darium regem ſalutaverunt. Quantum imperium, quam parvo interceptum eſt vaframento!

3. [2] Bias autem, cujus ſapientia diuturnior inter homines eſt, quam patria Priene fuit, (ſiquidem illa etiam nunc ſpirat, hujus perinde atque extinctæ veſtigia tantummodo extant) ita ajebat oportere homines in uſu amicitiæ verſari, ut meminiſſent, eam ad graviſſimas inimicitias poſſe converti. Quod quidem præceptum prima ſpecie nimis fortaſſe callidum videatur, inimicumque ſimplicitati, qua præcipue familiaritas gaudet: ſed ſi altioribus animis cogitatio demiſſa fuerit, perquam utile reperietur.

4. [3] Lampſacenæ vero urbis ſalus unius vaframenti beneficio conſtitit. Nam cum ad excidium ejus ſummo ſtudio Alexander ferretur, progreſſumque extra mœnia Anaximenem præceptorem ſuum vidiſſet; quia manifeſtum

locum ventum eſſet, equi naribus admovit, quo odore, vel voluptate veneris irritatus equus hinnitum ſtatim dedit, & ſegnibus aliis felix auſpicium domino primus emiſit. *Oliv.*

1. *Naribus equi.*] Aliter Juſtinus ex Herodoto. Sed idem ex Perſarum commentariis alterum excerpſit, quibus & Valerius adhæret. *Coler.*

2. *Bias autem, &c.*] Quod Bianti Valerius attribuit, Chiloni Plutarchus aſcribit. Chilon enim, ut tradit Plutarchus, dicere ſolebat, Ames eatenus, quaſi aliquando ſis odio forte habiturus. Item: Hactenus oderis, tanquam fortaſſe ſis amaturus. Ac ſi diceret: Non debemus eo uſque amicum amare, ut ſi quid indignum, & turpe fecerit, vel juſſerit, odiſſe nequeamus. Et contra, nec tantopere odiſſe, ut eum in amicitiam noſtram, ſi neceſſe fuerit, recipere non poſſimus. Non mirum hoc à Biante dictum, nam & Scipio, teſte Cic. lib. de Amicitia, dicere ſolebat, nihil difficilius eſſe, quam amicitiam uſque ad extremum vitæ diem permanere. Laërtius quoque hoc Biantis dictum, non Chilonis fuiſſe affirmat. *Oliv.*

3. *Lampſacenæ.*] Lampſacum urbs in littore Helleſponti ſita, in ora Aſiatica. *Lampſacenæ, &c.*] Hic quod Valerius Anaximeni attribuit, nonnulli Ariſtoteli tradunt. Utroque enim præceptore Alexander eſt uſus. *Oliv.* *Lampſacenæ.*] Si pro patria interceſſurum putavit Alexander, non recte Ariſtoteli id attribuas, cui patria non Lampſacum, ſed Stagira fuit. *Bad.*

ſtum erat, futurum, ut preces ſuas iræ ejus opponeret, non facturum ſe, quod petiiſſet, juravit. Tunc Anaximenes, Peto, inquit, ut Lampſacum diruas. Hæc velocitas ſagacitatis, oppidum [1] vetuſta nobilitate inclytum, exitio, cui deſtinatum erat, ſubtraxit.

5. Demoſthenis quoque aſtutia mirifice cuidam ancillæ ſuccurſum eſt, quæ pecuniam depoſiti nomine à duobus hoſpitibus acceperat, ea conditione, ut illam ſimul utriſque redderet. Quorum alter interjecto tempore tanquam mortuo ſocio ſqualore obſitus, decepta ea omnes nummos abſtulit. Supervenit deinde alter, & depoſitum petere cœpit. Hærebat miſera in maxima pariter & pecuniæ & defenſionis penuria: jamque de laqueo & ſuſpendio cogitabat; Sed oportunè Demoſthenes ei patronus adfulſit: qui ut in advocationem venit, Mulier, inquit, parata eſt depoſiti ſe fide ſolvere: ſed niſi ſocium adduxeris, id facere non poteſt. Quoniam, ut ipſe vociferaris, hæc dicta eſt lex, ne pecunia alteri ſine altero numeretur.

6. Ac ne illud parum quidem prudenter. Quidam Athenis univerſo populo inviſus, cauſſam apud eum de capitali crimine dicturus, maximum honorem ſubito petere cœpit: Non quod ſperaret ſe illum conſequi poſſe; ſed ut haberent homines ubi procurſum iræ, qui acerrimus eſſe ſolet, effunderent. Neque eum hæc tam callidi conſilii ratio fefellit: comitiis enim clamore infeſto, & crebris [2] totius concionis ſibilis vexatus, nota etiam denegati honoris perſtrictus, ejuſdem plebis paulo poſt in diſcrimine vitæ clementiſſima ſuffragia expertus eſt. Quod ſi adhuc ei ul-

tionem

1. *Vetuſta nobilitate.*] Lampſacum dictum ἀπὸ Λαμψάκης ἐπιχωρείας τινὸς κόρης, teſte Stephano. Vini feraciſſima fuit hæc civitas. Unde haud dubie à Priapo condita ſcribitur Bacchi & Veneris filio. De qua re multis Plutarchus in libello. De Clar. Mulier. Sed & Demoſthenes Πελάπυ κλίσμα appellat. Servius ad IV. Georg. *Priapus fuit de Lampſaco civitate Helleſponti, de qua pulſus propter virilis membri magnitudinem, poſt in numerum Deorum receptus meruit numen eſſe hortorum.* Colerus.

2. *Totius concionis.*] Id eſt, populi convocati.

1. *Anni-*

tionem ſitienti, capitis ſui periculum objeciſſet, nullam partem defenſionis, odio obſeratæ aures reperiſſent.

7. Huic vaframento conſimilis illa calliditas. Superior [1] Annibal à Duilio conſule navali prœlio victus, timenſque claſſis amiſſæ pœnas dare; offenſam aſtutia mire avertit: Nam ex illa infelici pugna prius quam cladis nuntius domum perveniret, [2] quendam ex amicis compoſitum & ornatum Carthaginem miſit. Qui poſtquam civitatis ejus curiam intravit: Conſulit, inquit, vos Annibal, cum dux Romanorum magnas ſecum maritimas trahens copias advenerit, an cum eo confligere debeat: Acclamavit univerſus ſenatus, non eſſe dubium quin oporteret. tum ille: Conflixit, inquit: & ſuperatus eſt. Ita liberum iis non reliquit id factum damnare, quod ipſi fieri debuiſſe judicaverant.

8. [1] Al-

1. *Annibal ſuperior.*] Autor de Viris Illuſtr. diſſentit à Valerio & nomine, & tempore. Non enim Annibalem, ſed Himilconem, nec ſecundo, ſed primo Punico bello contigiſſe dicit. Hæc ſunt ejus verba: *Cn. Duilius primo Punico bello dux contra Carthaginienſes miſſus, ubi vidit eos multum mari poſſe, claſſem magis validam, quam decoram fabrefecit, & manus ferreas injiciens, hoſtium naves apprehendit, qui victi & capti ſunt. Himilco dux Carthaginienſium fugit, & à Senatu quæſivit, quid faciendum cenſerent, omnibus ut pugnaret clamantibus, Feci, inquit, & victus ſum; & ſic pœnam crucis effugit: Nam apud Pœnos dux re male geſta puniebatur. Duilio conceſſum eſt, ut prælucente funali & præcinente tibicine à cœna publice rediret. Superior.*] Fuerunt ſecundum Valerium ſuperior & inferior. Superior, qui primo Punico bello Duilio conſule navali prœlio ſuperatus eſt. Inferior, qui ſecundo graviſſimam Romanis & Italiæ cladem ac pene ruinam rerum omnium intulit; ſed tandem à Scipione Africano ſuperiore & Italia pulſus & acie, & Africa, ſuperatus. *Oliverius. Annibal à Duilio conſule.*] In Suſiano, Colonienſi, & Pulmanniano optime, *Superior Annibal*, ut diſcernatur ſcilicet ab illo, qui ſequitur & bellum ſecundum Punicum geſſit, Amilcaris filio. Hunc Oroſius ſeniorem Annibalem vocat. Polybius & Zonaras Giſgonis filium appellant, qui primo Punico bello fuit dux quidem celebris, ſed infelix. *Pigh.*

2. *Quendam ex amicis.*] Vide quantum diſſentiat à Plinio: nam Plinius non miſiſſe quempiam, ſed ipſum profugiſſe ducem, Carthaginemque petiiſſe, & à Senatu quæſiſſe dicit, quid ſibi faciendum eſſet. *Oliver. Quendam ex amicis compoſitum & ornatum Carthaginem miſit.*] Locus etiam in ſcriptis exemplaribus contaminatiſſimus, qui neſcio an recte ſanari adhuc poterit. In Cauchiano & Winchel. legitur: *Quendam ex amicis compoſitum & ſubornatum.* In aliis omnibus, *Compoſitum & formatum.* Forte legendum, *Confeſtim informatum.* Sed quia nihil certi, nihil etiam mutare volui. *Pigh.*

1. *Alter*

8. [1] Alter item Annibal Fabium Maximum invictam armorum ſuorum vim ſaluberrimis cunctationibus pugnæ ludificantem, ut aliqua ſuſpicione trahendi belli reſpergeret; totius Italiæ agros ferro atque igni vaſtando, unius ejus fundum immunem ab hoc injuriæ genere reliquit. Profeciſſet aliquid tanti beneficii inſidioſa adumbratio, niſi Rom. urbi & Fabii pietas, & Annibalis vafri mores fuiſſent notiſſimi.

9. [2] Tuſculanis etiam acumine conſilii incolumitas parta eſt: Cum enim crebris rebellationibus meruiſſent, ut eorum

rum

1. *Alter item Annibal, &c.*] Livius lib. XXII. *Acceſſerant*, inquit, *duæ res ad augendam Dictatoris invidiam, una fraude ac dolo Annibalis, qui cum à profugis ei monſtratus ager Dictatoris eſſet, omnibus circa ſolo æquatis, ab eo uno ferrum, ignemque, & vim omnem hoſtium abſtineri juſſit, ut occulti alicujus pacti ea merces videri poſſet, altera ipſius facto, primo forſitan dubio, quia non expectata in eo Senatus auctoritas eſt: ad extremum haud ambigue in maximam laudem verſo in permutandis captivis. Quod ſicut primo Punico bello factum erat, convenerat inter duces, Romanum Pœnumque, ut quæ pars plus reciperet quam daret, argenti pondo bina & ſelibras in militem præſtaret; CCXLVII. cum plures Romanus, quam Pœnus recepiſſet, argentumque pro eis debitum (ſæpe jactata in Senatu re) quoniam non conſuluiſſet Patres, tardius erogaretur, inviolatum ab hoſte agrum, miſſo Romam filio, vendidit, fidemque publicam impendio privato exolvit.* Frontinus verò: *Annibal in Fabium, cui neque virtute, nec arte bellandi par erat, ut infamia diſtringeret, agris ejus abſtinuit, cæteros populatus. Contra ille ne ſuſpecta civibus fides eſſet, magnitudine animi effecit publicatis poſſeſſionibus ſuis.* Hoc idem feciſſe Periclem tradit Juſtinus. *Oliv.* Contigit A. U. DXXXVI.

2. *Tuſculanis.*] Tuſculum oppidum Latii Straboni, XV. millia paſſuum ab urbe. Hodie ignobilis vicus, & Fuſcatam appellant. *Tuſculanis, &c.*] Tuſculani ſæpe defecerant à Romanis. Hanc injuriam eum Romani ferre non poſſent, Camillum eum exercitu miſerunt, qui agros vaſtaret, urbem funditus everteret. Sed Tuſculani calliditate conſilii vim Romanam arcuerunt; intrantibus enim eorum fines Romanis, non dimigratum ex propinquis itineris locis, non cultus agrorum intermiſſus, patentibus urbis portis, togati obviam frequentes Imperatoribus Romanis proceſſere, commeatus exercitui comitet in caſtra ex urbe & ex agris devehitur. Tum Camillus caſtris ante portas poſitis, eadem ne forma pacis, quæ in agris oſtentaretur, etiam intra mœnia eſſet, ſcire cupiens, ingreſſus urbem, ubi patentes januas, & tabernis apertis, propoſita omnia in medio vidit, intentoſque opifices ſuo quemque operi, & ludos literarum ſtrepere diſcentium vocibus, & repletas ſemitas inter vulgus puerorum & mulierum huc & illuc euntium, qua quemque ſuorum uſuum cauſa ferret, nihil uſquam non pavidis modo, ſed mirantibus quidem ſimile circumſpiciebat, omnia inquirens oculis, ubinam bellum fuiſſet. Adeo nec amoræ rei uſquam, nec oblatæ ad tempus veſtigium ullum erat; ſed ita omnia conſtanti tranquillaque pace, ut eo vix fama belli perlata videri poſſet.

rum urbem funditus Romani evertere vellent, atque ad id exequendum Furius Camillus dux, validiſſimo inſtructus exercitu veniſſet; univerſi ei togati obviam proceſſerunt, commeatuſque, & cætera pacis munia benigniſſimè præſtiterunt: Armatum etiam intrare mœnia paſſi ſunt, nec vultu, nec habitu mutato. Qua conſtantia tranquillitatis non ſolum ad amicitiæ noſtræ jus; ſed etiam ad communionem civitatis, quam uſque cupierant, penetraverunt. Sagaci hercule uſi ſimplicitate; quoniam aptius eſſe intellexerant, metum officio diſſimulare, quam armis protegere.

10. [1] At Volſcorum ducis Tullii execrabile conſilium; Qui ad bellum inferendum Romanis maxima cupiditate ac-

poſſet. Victus patientia hoſtium Camillus, ubi omnia vidit eſſe pacara, & in agris & in urbe, Tuſculanns ad Senatum ire jubet; Senatui deinde ſcribit, quæ viderat: Senatus Tuſculanos non ſolum amicitia & pace dignos judicavit, ſed inſuper etiam civitate donavit. *Oliv.* Contigit A.U.CCCLXXIII.

1. *At Volſcorum ducis, &c.*] Martius Coriolanus urbe pulſus, ut dictum eſt, exulatum in Vnlſcos abiit. Hoſpirio utebatur Attii Tulli Volſcorum principis, & Romanis ſemper infeſti. Hi duo conſilia conferunt de Romano bello. Haud facile credebant plebem ſuam impelli poſſe, ut toties infeliciter tentata arma caperent, multis ſæpe bellis, peſtilentia poſtremo amiſſa juventute fractos ſpiritus eſſe, arte agendum in exoleto jam vetuſtate odio, ut recenter aliqua ira exacerbarentur animi. Ludi forte ex inſtauratione magni Romæ parabantur; ideo auctore Attio illo vis magna Volſcorum venit. Priuſquam committerentur, Tullus, ut domi compoſitum cum Martio fuerat, ad conſules venit, dicit eſſe quæ ſecreto agere de republica velit. Remotis arbitris, Invitus, inquit, quod ſequius ſit, de meis civibus loquor, non tamen admiſſum quicquam ab his criminatum venio, ſed cautum ne admittant. Nimio plus quam velim noſtrorum ingenia ſunt mobilia. Multis id cladibus ſenſimus, quippe qui non noſtro merito, ſed veſtra patientia ſumus incolumes. Magna hic nunc Volſcorum multitudo eſt. Ludi ſunt, Spectaculo intenta civiras erit. Memini quid per eandem occaſinnem à Sabinorum juventute in hac urbe commiſſum ſit. Horret animus ne quid inconſulre aut temere fiat. Hæc veſtra, noſtraque cauſa primum dicenda vobis conſulibus ratus ſum: qund ad me attinet, extemplo hinc dnmum abire in animo eſt, ne cujus facti dictique contagione præſens violer. Hæc locutus abiit. Conſules cum ad patres rem dubiam ſub auctore certo detuliſſent, auctor magis (ut fit) quam res ad præcavendum vel ex ſupervacuo movit, factnque SCto ut urbe excederent Vnlſci, præcones dimittuntur, qui omnes eos proficiſci ante noctem juberent. Iugens pavor primo diſcurrentes ad ſuas res tollendas in hoſpitia perculit: proficiſcentibus deinde indignatio nborta, ut conſceleratos contaminatoſque ab ludis, feſtis diebus, cœtu quodammodo hominum

accenſus, cum aliquot adverſis prœliis contuſos animos ſuorum, & ob id paci proniores animadverteret: inſidioſa ratione, quo valebat, compulit. Nam cum ſpectandorum ludorum gratia magna Volſcorum multitudo Romam conveniſſet; conſulibus dixit, vehementer ſe timere, ne quid hoſtile ſubito molirentur: monuitque ut eſſent cautiores, & protinus ipſe urbe egreſſus eſt. Quam rem conſules ad ſenatum retulerunt, qui, tametſi nulla ſuſpicio ſuberat, auctoritate tamen Tulli commotus, ut ante noctem Volſci abirent, decrevit. Qua contumelia irritati, facile impelli potuerunt ad rebellandum. Ita mendacium verſuti ducis, ſimulatione benevolentiæ involutum, duos ſimul populos fefellit: Romanum, ut inſontes notaret: Volſcum, ut deceptus iraſceretur.

CAP. IV.

DE STRATAGEMATIS.

ROMANORUM.

1. *Tulli Hoſtilii regis.*
2. *Sex. Tarquinii L. F.*
3. *Obſeſſorum in Capitolio.*
4. *M. Lvii, C. Claudii, Coſſ.*
5. *Q. Metelli Macedonici.*

EXTERNORUM.

1. *Agathoclis Syracuſanorum regis.*
2. *Annibalis Pœni.*

ILla vero pars calliditatis egregia, & ab omni reprehenſione procul remota; cujus opera, quia appellatione noſtra vix apte exprimi poſſunt, Græca pronuntiatione *Stratagemata* dicuntur.

1. [1]Omnibus militaribus copiis Tullo Hoſtilio *Fidenas ag-

minum Deorumque abactos. Cum prope continuato agmine irent, progreſſus Tullus ad caput Ferentinum, ut quiſque veniret, ptimores eorum excipiens quærendo, indignandoque, & eos ipſos ſedulo audientes ſecunda iræ verba, & per eos multitudinem aliam in ſubjectum viæ campum deduxit. Ibi in concionis modum orationem exorſus, omnes ad bellum & arma concitavit, & quod ratione nunquam obtinuiſſet, arte & calliditate conſecutus eſt. Vide Livium libro 11. *Oliverius.*

1. O*Mnibus militaribus copiis.*] Livius lib. 1. *Fidinates*, inquit, *colona Romana, Vejentibus ſociis conſilii aſſumptis, pacto tranſitionis Albanorum, ad bellum*

aggreſſo; quæ ſurgentis imperii noſtri incunabula crebris rebellationibus [1] torpere paſſæ non ſunt, finitimiſque trophæis ac triumphis alitam virtutem ejus, ſpes ſuas ulterius promovere docuerunt; Metius Suffetius dux Albanorum, dubiam & ſuſpectam ſemper ſocietatis ſuæ fidem repente in ipſa acie detexit: [2] Detecto enim Romani exercitus latere, in proximo colle conſedit, pro adjutore ſpeculator pugnæ futurus; ut aut victis inſultaret, aut victores feſſos aggrederetur. Non erat dubium quin ea res militum noſtrorum animos debilitatura eſſet; cum eodem tempore & hoſtes confligere, & auxilia deficere cernerent. Itaque ne id

bellum atque arma concitantur. Cum Fidenæ aperte deſciſſent, Tullus Metio, exercituque ejus ab Alba accito, contra hoſtes ducit. Ubi Anienem tranſiit, ad confluentes collocat caſtra. Inter eum locum & Fidenas Vejentium exercitus Tyberim tranſierat. Hi & in acie prope flumen tenuêre dextrum cornu, in ſiniſtro Fidenates propius montes conſiſtunt. Tullus adverſus Vejentem hoſtem dirigit ſuos, Albanos contra legionem Fidenatum collocat. Albano non plus animi erat quam fidei, neque manere, neque tranſire aperte auſus, ſenſim ad montes ſuccedit. Inde ubi ſatis ſubiiſſe ſeſe ratus eſt, erigit totam aciem, fluctuanſque animo, ut tereret tempus, explicat ordines. Conſilium erat, quam fortuna rem daret, eo inclinare vires. Miraculo primo eſſe Romanis, qui proximi ſteterant, ut nudari latera ſua ſociorum digreſſu ſenſerunt, inde eques citato equo nunciat regi abire Albanos. Tullus in re trepida, XII. vovit Salios, fanaque Pallori ac Pavori, equitem clara increpans voce, ut hoſtes exaudirent, redire in prælium jubet, nihil trepidatione opus eſſe, ſuo juſſu circunduci Albanum exercitum, ut Fidenatium nuda terga invadant, idem imperat ut haſtas equites erigere jubeat. Id factum magnæ parti peditum Romanorum conſpectum abeuntis Albani exercitus interſepſit. Qui viderant id quod ab rege auditum erat rati, eo acrius pugnant, terror ad hoſtes tranſit, & audiverant clara voce dictum, & magna pars Fidenatum, ut qui coloni additi Romanis eſſent, Latine ſciebant. Itaque ne ſubito ex collibus decurſu Albanorum intercluderentur, ab oppido terga vertunt. Inſtãt Tullus, fuſoque Fidenatium cornu, in Vejentem alieno pavore percuſſum ferociter redit, nec illi tulêre impetum, ſed ab effuſa fuga flumen objectum à tergo arcebat: quo poſtquam fuga inclinavit, alii arma fœde jactantes in aquam cæci ruebant; alii, dum cunctanter in ripis, inter fugæ pugnæque conſilium oppreſſi. Non alias ante Romana pugna atrocior fuit. Tum Albanus exercitus ſpectator certaminis deductus in campos eſt; de Metio vero Suffetio ejus duce crudele ſumptum eſt ſupplicium, ut duabus quadrigis alligatus dilaceraretur. Oliver.

* *Fidenas.*] Urbs hæc Latii mediterranea. *Fidenas aggreſſo.*] Lege Polyænum lib. VIII.

1. *Torpere.*] Pigreſcere & languere: nam crebro Fidenates adverſus Romanos rebellantes, Romanam juventutem otio torpeſcere non permittebant. *Oliverius.*

2. *Detecto, &c.*] Nam Albani, relictis Romanorum lateribus, ſe in collem receperunt. *Idem.*

1. *Con-*

id fieret, Tullus providit: [1] concitato enim equo omnes pugnantium [2] globos præcurrit, [3] prædicans, ſuo juſſu ſeceſſiſſe Metium, eumque, cum ipſe ſignum dediſſet, invaſurum Fidenatium terga. Quo imperatoriæ artis conſilio metum fiducia mutavit; proque trepidatione, alacritate ſuorum pectora replevit.

2. [4] At ne continuo à noſtris regibus recedam, Sex. Tarqui-

1. *Concitato enim equo.*] Livius dicit eum prius voviſſe XII. Salios, fanaque Pallori & Pavori. *Idem.*

2. *Globos.*] Omnem multitudinem, & ordinem pugnantium. *Omnes pugnantium globos præcurrit.*] Vetus recte, *percurrit.* Miſcuit ſe globis, non præcurrit. *Lipſ.*

3. *Prædicans ſuo juſſu.*] Narrat hiſtoriam fuſe Servius ad VIII. Æneid. *Coler.*

4. *At ne continuo, &c.*] Tarquinius Superbus cum Gabios, urbem propinquam & validam ſæpius aggreſſus virtute expugnare non poſſet, ad fraudes & dolos converſus eſt. Nam cum velut depoſito bello fundamentis templi jaciendis, aliiſque urbanis operibus intentum ſe eſſe ſimularet, Sextus Tarquinius, filius ejus, qui minor ex tribus erat, transfugit ex compoſito Gabios, patris in ſe ſævitiam intolerabilem conquerens, jam ab alienis in ſuos vertiſſe ſuperbiam, & liberorum quoque eum frequentiæ tædere, ut quam in curia ſolitudinem fecerit, domi quoque faciat, ne quam ſtirpem, ne quem hæredem regni relinquat; ſe quidem inter tela & gladios patris elapſum, nihil uſquam ſibi tutum, niſi apud hoſtem L. Tarquinii crediſiſſe. Nam ne errarent, manere iis bellum quod poſitum ſimuletur, & per occaſionem eum incautos invaſurum; quod ſi apud eos ſupplicibus locus non ſit, pererraturum omne Latium, Volſcos quoque ſe, inde Æquos & Hernicos petiturum, donec ad eos perveniat, qui à patrum crudeliſſimis atque impiis ſuppliciis tegere liberos ſciant. Forſitan etiam ardoris aliquid ad bellum armaque ſe adverſus ſuperbiſſimum regem & ferociſſimum populum inventurum. Cum ſi nihil moverentur, infenſus ira porro inde abiturus videretur, benigne à Gabinis excipitur, quos paulo poſt ad rebellandum incitat. Ipſe cum promptiſſimis juvenum prædatum, atque in expeditionem vadit, & cum dictis factiſque omnibus ad fallendum inſtructis vana accreſceret fides, Dux ad ultimum belli legitur. Ibi cum inſcia multitudine quid ageretur, prœlia parva inter Romam Gabioſque fierent, quibus plerumque res Gabina ſuperior eſſet, tum certamen ſummi infimique Gabinorum Sextum Tarquinium dono Deûm ſibi miſſum credere, apud milites vero obeundo pericula & labores, pariter prædam munifice largiendo, tanta charitate eſſe, ut non pater Tarquinius potentior Romæ, quam filius Gabiis eſſet. Ita poſtquam ſatis virium collectum ad omnes conatus videbat, tum ex ſuis unum ſciſciratum Romam ad patrem mittit, quidnam ſe facere vellet, quandoquidem ut omnia unus Gabiis poſſet, ei Dii dediſſent. Hoc nuntio, quia credo dubiæ fidei videbatur, nihil voce reſponſum eſt. Rex velut deliberabundus in hortum ædium tranſiit ſequente nuntio filii: ibi inambulans tacitus ſumma papaverum capita dicitur baculo decuſſiſſe, interrogando expectandoque reſponſum, ira, ſeu odio, ſeu ſuperbia inſita ingenio, nullam eum vocem emiſiſſe. Sexto, ubi quid vellet pater, quidve præciperet tacitis ambagibus patuit, primores civitatis

quinius [1] Tarquinii filius indigne ferens, quod patris viribus expugnari Gabii nequirent, valentiorem armis excogitavit rationem, qua interceptum id oppidum Romano imperio adjiceret. Subito namque ſe ad [2] Gabinos contulit, tanquam parentis ſævitiam & [3] verbera, quæ voluntate ſua perpeſſus erat, fugiens: Ac paulatim uniuſcujuſque fictis & compoſitis blanditiis alliciendo benevolentiam, ut apud omnes plurimum poſſet, conſecutus, familiarem ſuum ad patrem miſit, indicaturum, quemadmodum in ſua manu haberet univerſa: & quæſiturum quidnam fieri vellet. Juvenili calliditati ſenilis aſtutia reſpondit. Siquidem re eximia delectatus Tarquinius, fidei autem nuntii parum credens, nihil reſpondit; ſed ſeducto eo in hortum, maxima & altiſſima papaverum capita baculo decuſſit. Cognito adoleſcens ſilentio patris, ſimul ac facto, cauſſam altioris argumenti pervidit: nec ignoravit, præcipi ſibi ut excellentiſſimum quemque Gabinorum, aut exilio ſummoveret, aut morte conſumeret. Ergo ſpoliatam bonis propugnatoribus civitatem tantum [4] non vinctis manibus ei tradidit.

3. Illud quoque à majoribus & conſilio prudenter, & exitu feliciter proviſum, cum Urbe capta Galli Capitolium

tatis criminando, alios apud populum, alios ſuæ ipſius invidiæ opportunos interemit; multi palam, quidam, in quibus minus ſpecioſa criminatio erat futura, clam interfecti. Patuit quibuſdam volentibus fuga, aut in exilium acti ſunt, abſentiumque bona, juxta atque interemptorum diviſa fuêre. Largitionis inde prædæque & dulcedine privati commodi ſenſus malorum publicorum adimi; donec orba conſilio auxilioque Gabina res regi Romano ſine ulla dimicatione in manum traditur. *Oliv.*

1. *Tarquinii filius.*] Polyænus vocat νεώτερον τῶν παίδων Σέξτον. *Coler.*

2. *Gabios.*] Latii hæc urbs Livio, Plinio, aliis. Ubi hodie Gallicano, ut putant Marlianus, Leander & Blondus. Zagatolo Onuphrio putatur.

3. *Verbera.*] Quia ſe ipſum dedita opera juſſerat verberari, cujus rei nullam prorſus mentionem facit Livius. Juſtinus vero hac eadem ſimulatione uſum fuiſſe Zopyrum unum ex interfectoribus magorum, & de principibus Darii Perſarum regis dicit, qui, ut Babyloniam Perſarum imperio ſubjiceret, domi ſe verberibus lacerati toto corpore juſſit, & titulo transfugæ Babylonem profectus, hac eadem arte urbem & imperium Dario prodidit. *Oliv.*

4. *Non vinctis manibus.*] Hoc ſolo dempto, quod non erant illi manus vinctæ. *Badius.*

lium obſiderent, ſolamque potiendi ejus ſpem in fame obſeſſorum repoſitam animadverterent: Perquam callido enim genere conſilii, [1] unico perſeverantiæ irritamento victores ſpoliaverunt. Panes enim jacere compluribus ex locis cœperunt. Quo ſpectaculo obſtupefactos, infinitamque frumenti abundantiam noſtris ſupereſſe credentes; ad pactionem omittendæ obſidionis compulerunt. [2] Miſertus eſt tunc profecto Jupiter Romanæ virtutis, præſidium ab aſtutia mutuantis; cum in ſumma alimentorum inopia, projici [3] præſidia inopiæ cerneret. Igitur ut vafro, ita periculoſo conſilio ſalutarem exitum dedit.

4. Idemque Jupiter poſtea præſtantiſſimorum ducum noſtrorum ſagacibus conſiliis propitius aſpiravit. Nam cum [4] alterum Italiæ latus Annibal laceraret, [5] alterum invaſiſſet Aſdrubal; ne duorum fratrum junctæ copiæ intolerabili onere feſſas ſimul res noſtras urgerent, hinc Claudii Neronis vegetum conſilium, illinc Livii Salinatoris inclyta providentia effecit. [6] Nero enim compreſſo à ſe in Lucanis Annibale, præſentiam ſuam (quoniam ita ratio belli deſi-

1. *Unico perſeverantiæ irritamento.*] Unum erat, inquit, quod Gallos in obſidendis Romanis perſeverare incitaret, quod eos fame vincere poſſe ſperabant; nam armis aut vi aliqua capi poſſe Capitolium deſperabant, quod locus natura munitiſſimus eſſet. *Oliv.*

2. *Miſertus eſt, &c.*] Lactantius Firmianus Divin. Inſt. lib. I. *Eodem*, inquit, *tempore Iovi Piſtori ara poſita eſt, quod eos in quiete monuiſſet, ut ex omni frumento, quod habebant, panem conficerent, & in hoſtium caſtra jactarent, eoque facto ſoluta eſt obſidio, deſperantibus Gallis inopia ſubigi poſſe Romanos.* Ovidius quoque Faſt. lib. VII.

Poſſe fame vinci ſpes excidit, hoſte repulſo
Candida Piſtori ponitur ara Jovi.

Oliverius.

3. *Præſidia inopiæ.*] Jupiter Piſtor hinc natus. Lactantius lib. I. cap. 30. Hujus Feſtum VI. Id. Jun. celebrabatur, teſte Ovid. VI. Faſt. *Coler.*

4. *Alterum Italiæ latus.*] Lucaniam regionem.

5. *Alterum.*] Brutios in Umbria.

6. *Nero.*] Cum cuperet Aſdrubalem, ejuſque copias, antequam Annibali fratri jungeretur, excidi, idcircoque feſtinaret ſe Livio Salinatori collegæ ſuo, cui bellum illud mandatum fuerat, parum fidens viribus, quæ ſub ipſo erant, adjungere, neque tamen diſceſſum ſuum noſci ab Annibale, cui oppoſitus erat: mille equites, ſex millia peditum delegit, præcepitque legatis, quos relinquebat, ut eædem ſtationes, vigiliæ æque agerentur, totidem ignes arderent, eadem facies caſtrorum ſervaretur, ne quid ſuſpicatus Annibal auderet adverſus paucitatem relictorum. Pro-

deſiderabat) mentitus hoſti; ad opem collegæ ferendam per longum iter mira celeritate tetendit. Salinator in Umbria apud [1] Metaurum flumen proximo die dimicaturus, ſumma cum diſſimulatione Neronem caſtris noctu recepit: Tribunos enim à tribunis, centuriones à centurionibus, equites ab equitibus, pedites à peditibus excipi juſſit, ac ſine ulla tumultuatione, ſolo vix unum exercitum capiente, alterum inſeruit. [2] Quo evenit, ne Aſdrubal cum duobus ſe conſulibus prœliaturum prius ſciret, quam ab utriſque proſterneretur. Ita illa toto terrarum orbe infamis Punica calliditas fruſtrata fuit: Romana prudentia Annibalem Neroni, Aſdrubalem Salinatori decipiendum tradidit.

5. Memorabilis etiam conſilii [3] Q. Metellus. Qui cum proconſule bellum in Hiſpania adverſus Celtiberos gereret, urbemque [4] Contrebiam caput ejus gentis viribus expugnare non poſſet; intra pectus ſuum diu multumque conſiliis agitatis, viam reperit, qua propoſitum ad exitum per-

Pronuntiat occupare ſe in Lucanis proximam urbem, Punicumque præſidium velle, ut ad iter parati eſſent: nocte profectus flexit in Picenum, deinde cum in Umbriam, occultatis itineribus veniſſet, nuntios præmiſit ad collegam, qui nuntiarent ejus adventum, percontarenturque clam an palam, interdiu an nocte venire ſe vellet, iiſdem an aliis conſideret caſtris. Nocte clam ingredi melius viſum eſt. Teſſera per caſtra à conſule data erat, ut tribunus tribunum, centurio centurionem, eques equitem, pedes peditem acciperet, neque enim dilatari caſtra opus eſſe, ne hoſtis adventum alterius conſulis ſentiret, detrectaturus pugnam, ſi conſulum junctas vires intelligeret. Igitur inſcium duplicatis aggreſſus copiis, Claudius Nero ſuperavit, & velocius omni nuntio rediit ad Annibalem. Ita ex duobus calidiſſimis Pœnorum ducibus eodem conſilio alterum celavit, alterum oppreſſit. *Oliv.*

1. *Metaurum.*] Metaurus fluvius eſt Umbriæ defluens in Adriaticum ſinum, carus & nobilitatus hàc Livii & Neronis victoria. *Oliv.*

2. *Quo evenit.*] Non prius Annibal ſenſit Neronem è caſtris diſceſſiſſe ad opem collegæ ferendam, quam Nero caput Aſdrubalis in caſtra fratris conjici juſſit. Quo viſo, dixiſſe fertur, tum demum cognoſcere ſe Deos iratos Carthaginienſibus. *Oliver.*

3. *Q. Metellus.*] Qui Pius cognominatus eſt, quia patris exilium longis lachrymis proſecutus fuerit, nec ab iis temperare potuerit, prius quam fuit in patriam revocatus. *Idem.*

4. *Contrebiam.*] Alii *Trebiam* vocant. Sed plures *Contrebiam.* Virgilius VII. Æneid. Mutuſcam indigitat. Servius: *Hæc Trebia poſtea dicta eſt, quam modo Tribulam dicunt, apud quam Annibal delevit populum Romanum.* Eſt & flumen Trebia apud Plinium, Strabonem, Silium lib. IV. *Coler.*

 1. *Tuni-*

perduceret. Itinera magno impetu ingrediebatur, deinde alias atque alias regiones petebat. Modo hos obſidebat montes, paulo poſt ad illos tranſgrediebatur. Cum interim tam ſuis omnibus, quam ipſis hoſtibus ignota erat cauſſa inopinatæ ejus ac ſubitæ fluctuationis. Interrogatus quoque à quodam amiciſſimo ſibi, quid ita ſparſum & incertum militiæ genus ſequeretur: Abſiſte, inquit, iſta quærere: nam ſi hujus conſilii mei interiorem [1] tunicam conſciam ſenſero, continuo eam cremari jubebo. Quorſum igitur iſta diſſimulatio erupit? aut quem finem habuit? Poſtquam vero & exercitum ſuum ignorantia, & totam Celtiberiam errore implicavit; cum alio curſum direxiſſet, ſubito ad Contrebiam reflexit, eamque inopinatam & attonitam oppreſſit. Ergo niſi mentem ſuam dolos ſcrutari coëgiſſet, ad ultimam ei ſenectutem apud mœnia Contrebiæ armato ſedendum foret.

EXTERNA.

1. [2] Agathocles autem Syracuſanorum rex audaciter callidus. Cum enim urbem ejus majore ex parte Carthaginien-

1. *Tunicam.*] Frontinus lib. 1. cap. 1. *Metellus*, inquit, *Pius in Hiſpania interrogatus quid poſtera die facturus eſſet, tunicam meam, inquit, ſi hoc eloqui poſſet, comburerem.* Oliv.

2. *Agathocles, &c.*] Hic Siciliæ tyrannus, quem ex humili & ſordido loco ad regiam majeſtatem fortuna mira indulgentia provexerat, cum à Pœnis duce Hamilcare duobus prœliis ſuperatus intra Syracuſas obſideretur, videretque ſe longe viribus imparem, & ad ferendam obſidionem minime paratum, ſtatuit bellum in Africam transferre, mira prorſus audacia, ut quibus in ſolo urbis ſuæ par non erat, eorum urbi bellum inferret, & quod ſua tueri non poterat, impugnaret aliena, victuſque victoribus inſultaret. Hujus conſilii non minus admirabile ſilentium, quam commentum fuit, populo hoc ſolum profeſſus, inveniſſe ſe victoriæ viam, animos illi tantum in brevem obſidionis patientiam firmarent. Conſcripto deinde exercitu, cum duobus filiis adultis, nullo militum ſciente quo veheretur, trajecit in Africam: expoſito deinde in littore exercitu, conſilium ſuum omnibus aperuit, eoſque ad certam victoriam hortatur. Facta in agros ſubita excurſione, paſſim omnia proſternit, villas caſtellaque incendit, cui cum Hanno dux Pœnorum factus eſſet obvius, primo prœlio vincitur & occiditur: nam duo millia de Siculis, tria millia de Pœnis cum ipſo duce cecidêre. Hac victoria elatus Agathocles, urbes caſtellaque expugnat, prædas ingentes agit, hoſtium multa millia trucidat; caſtra deinde quinto lapide

giniensſes occupaſſent, exercitum ſuum in Africam trajecit: ut metum metu, vim vi diſcuteret; neque ſine effectu: Nam repentino ejus adventu perculſi Pœni, libenter incolumitatem ſuam ſalute hoſtium redemerunt: pactique ſunt, ut eodem tempore & Africa Siculis, & Sicilia Punicis armis liberaretur. Age ſi Syracuſarum mœnia tueri perſeveraſſet, illa belli malis urgerentur, bona pacis fruenda ſecuræ Carthagini reliquiſſet. Nunc inferendo quæ patiebatur, dum alienas potius laceſſit opes, quam ſuas tuetur; quo æquiore animo regnum deſeruit, eo tutius recepit.

2.[1] Quid Annibal Cannenſi prælio? nonne prius quam ad dimicandum deſcenderet, aciem populi Rom. compluribus aſtutiæ implicatam laqueis ad tam miſerabilem perduxit exitum? Ante omnia enim providit, ut & ſolem & pul-

lapide à Carthagine ponit, ut damna clariſſimarum rerum, vaſtitatemque agrorum, & incendia villarum de muris ipſius urbis ſpecularentur. Denique brevi effecit, ut tota pœne provincia à Pœnis deficeret. Iterato cum Carthaginienſibus bello duce Bomilcare, gravi prœlio ſuperavit, cum magno utriuſque exercitus ſanguine. Poſt hanc victoriam profligatis in Africa rebus, nihil actum eſſe putans, ſi amplius Syracuſæ obſiderentur, tradito exercitu filio ſuo, recurrit in Siciliam, cujus adventu omnes Siciliæ urbes, auditis rebus quas in Africa geſſerat, certatim ei ſe tradunt, atque ita pulſis è Sicilia Pœnis, totius inſulæ imperium occupavit. Reverſus deinde in Africam, cum mutata fortuna cuncta adverſa ſibi eveniſſent, victus, & in Siciliam redire coactus, cum Pœnis pacem æquis conditionibus fecit. *Oliv.*

1. *Quid Annibal, &c.*] Frontinus lib. II. cap. 2. *Annibal*, inquit, *apud Cannas cum comperiſſet Vulturnum amnem ultra reliquorum naturam fluminum ingentes auras mane proflare, quæ arenarum, pulveriſque vortices agerent, ſic duxit aciem, ut tota vis à tergo ſuis, Romanis in ora & oculos incideret. Quibus incommodis mire hoſti adverſantibus, illam memorabilem adeptus eſt victoriam.* Livius non hoc ſolum Stratagemate, ſed aliis quoque uſum Annibalem fuiſſe dicit in Cannenſi pugna, quibus Romanos oppreſſit magis, quam vicit. Nam & ſuis quibuſdam imperavit, ut cum accenſa pugna videretur, ſimulata fuga Romanam legionem in inſidias deducerent, quæ ad internecionem uſque deleta fuit. Et in ſiniſtro cornu Romano, ubi ſociorum equites adverſus Numidas ſteterant, conſertum prœlium ſegne primo, & à Punica cœptum fraude. Quingenti ferme equites Numidæ, præter conſueta arma, telaque, gladios occultos ſub loricis habentes, uſi ſpecie transfugarum, ad Romanos tranſiere; qui cum à ſuis parmas poſt terga habentes adequitaſſent, repente ex equis reſiliunt, parmiſque & jaculis ante pedes hoſtium projectis in mediam aciem accepti, ductique ad ultimos, conſidere à tergo jubentur; ac dum prœlium ab omni parte conſeritur, quieti manſere. Poſtquam vero omnium

pulverem, qui ibi vento multus excitari ſolet, [1] adverſum haberet. Deinde partem copiarum ſuarum, inter ipſum prœlii tempus de induſtria fugere juſſit: quam cum à reliquo exercitu abruptam legio Romana ſequeretur, trucidandam eam ab iis, quos in inſidiis collocaverat, curavit. Poſtremo quadringentos equites ſubornavit, qui ſimulata tranſitione petierunt conſulem, à quo juſſi more transfugarum depoſitis armis in ultimam pugnæ partem ſecedere; diſtrictis gladiis, quos inter tunicas & loricas abdiderant, poplites pugnantium Romanorum ceciderunt. Hæc fuit Punica fortitudo, dolis & inſidiis & fallacia inſtructa. Quæ nunc certiſſima circumventæ virtutis noſtræ excuſatio eſt: quoniam decepti magis, quam victi fuimus.

CAP. V.

DE REPULSIS.

1. *Q. Ælii Tuberonis.*
2. *P. Scipionis Naſicæ.*
3. *L. Æmilii Paulli.*
4. *Q. Metelli Macedonici.*
5. *L. Cornelii Syllæ.*
6. *M. Catonis Uticenſis.*

1 [2] CAmpi quoque repræſentata conditio, ambitioſam ingredientes viam, ad fortius ſuſtinendos parum proſperos comitiorum eventus utiliter [3] inſtruxerit. Ut propoſitis ante oculos clariſſimorum virorum repulſis, non minore cum ſpe honores, ac prudentiore cum animi judicio petant: Meminerintque, nefas non eſſe, aliquid ab omnibus uni negari: cum ſæpenumero ſinguli cunctorum voluntatibus reſiſtere fas eſſe duxerint. Scientes etiam, patientia quæri debere, quod gratia impetrari nequierit.

1. Q. Æ-

mnium oculos animoſque occupaverat certamen, tum arreptis ſcutis, quæ paſſim inter acervos cæſorum corporum ſtrata erant, verſam adoriuntur Romanam aciem, tergaque ferientes ac poplites cædentes, ſtragem ingentem dederunt, ac majorem aliquanto pavorem ac tumultum fecerunt. *Oliv.*

1. *Adverſum haberet.*] Quia Apulia ventis abundat, & præſertim Japyge.

2. *CAmpi quoque.*] In campo Martio populi Romani comitia habebantur, creabanturque magiſtratus, in quem candidati deſcendebant. *Oliverius.*

3. *Inſtruxerit.*] Poſſit inſtruere.

1. Tricli-

1. Q. Ælius Tubero, à Q. Fabio Maximo, epulum populo nomine P. Africani patrui ſui dante, rogatus ut [1] triclinium ſterneret: [2] lectulos Punicanos [3] pellibus hædinis ſtravit: & pro argenteis vaſis Samia expoſuit. Cujus rei deformitate ſic omnes offendit, ut cum alioqui vir egregius haberetur, comitiiſque Prætoriis candidatus in campum L. Paullo avo, & P. Africano avunculo nixus deſcendiſſet, repulſa inde notatus abierit. Nam ut privatim ſemper continentiam probabant, ita publicè maxima cura ſplendoris habita eſt: Quocirca non unius convivii numerum, ſed totam ſe in illis pelliculis jacuiſſe credens civitas, ruborem epuli ſuffragiis ſuis vindicavit.

2. [4] P. autem Scipio Naſica, togatæ potentiæ clariſſimum lumen, [5] is qui conſul Jugurthæ bellum indixit, qui matrem Idæam Phrygicis ſedibus ad noſtras aras focoſque migran-

1. *Triclinium.*] Vide F. Urſinum, & Ciacconium de Triclinio.

2. *Lectulos Punicos.*] Ligneos intellige. Seneca ita interpretatur Epiſt. xcvi. Tuberonis ligneos lectulos, cum in publicum ſternerentur. Pœnos opifices opere lignario olim claruiſſe Romæ, argumento ſunt aliquot Catonis & Plauti loca. Cato certe libris de Re ruſtica, *Feneſtras Punicas*, *Torcular Pœnicum*, *Coagmenta Punica* commemorat. Plinius libro xxx. capite undecimo, *lectos Punicos*. Plautus Aulularia, *Laternam Punicam*. Oportet fuiſſe lectulos humiliores cæteris. Iſidor. l. xx. *Punicani lecti parvi & humiles primum à Carthagine advecti, & inde nominati.* Colerus.

3. *Pellibus hædinis.*] Quibus nihil fœdius & abjectius.

4. *P. autem Scipio.*] De hac repulſa Cicero in Oratione pro Planco.

5. *Is qui conſul Jugurthæ bellum indixit, qui matrem Idæam, &c.*] Hoc loco plagæ vetuſtæ turpiſſimam videmus cicatricem ſciolorum impetitia inductam, quam vix ipſe ſanaret Æſculapius ſine antiquorum exemplarium auxilio. Confunduntur enim hic tres Naſicæ, eorùmque res inſigniores falſò ac perperam uni adſcribuntur. Ignarus hiſtoriæ ludimagiſter aliquis hunc locum fortaſſis injuria temporis ante luxatum corrigere cupiens, verba quædam, quibus hiſtoriæ diſcernebantur, velut ocioſa ac ſuperflua ſuſtuliſſe videtur, uni huic Scipioni candidato omnia attribuenda exiſtimans, ut forte mendoſus locus ex parte jam præ ſe ferebat. Verum non intellexit, Valerium non hic unius res geſtas, ſed totius ejus domus præclariora ſtemmata adducere, ut monſtraret, quam bene meritæ familiæ levi de cauſa repulſæ labem populus intulerit. Plagam denuo (inquies) aperuiſti, ſed adhibe nunc remedium. Quod cum nihil juvent Manuſcripti codices, profecto difficile ac minime præſens eſſe fateor; niſi illud ex ipſa ſumamus hiſtoriæ veritate. Quam paucis verbis interjectis ita, ſi conjecturæ locus aliquis eſt, reſtituendam Valerio ſuſpicor: *P. autem Scipio Naſica togatæ potentiæ clariſſimum lumen, pater ejus,*

 qui

pulverem, qui ibi vento multus excitari ſolet, [1] adverſum haberet. Deinde partem copiarum ſuarum, inter ipſum prœlii tempus de induſtria fugere juſſit: quam cum à reliquo exercitu abruptam legio Romana ſequeretur, trucidandam eam ab iis, quos in inſidiis collocaverat, curavit. Poſtremo quadringentos equites ſubornavit, qui ſimulata tranſitione petierunt conſulem, à quo juſſi more transfugarum depoſitis armis in ultimam pugnæ partem ſecedere; diſtrictis gladiis, quos inter tunicas & loricas abdiderant, poplites pugnantium Romanorum ceciderunt. Hæc fuit Punica fortitudo, dolis & inſidiis & fallacia inſtructa. Quæ nunc certiſſima circumventæ virtutis noſtræ excuſatio eſt: quoniam decepti magis, quam victi fuimus.

CAP. V.

DE REPULSIS.

1. *Q. Ælii Tuberonis.*
2. *P. Scipionis Naſicæ.*
3. *L. Æmilii Paulli.*
4. *Q. Metelli Macedonici.*
5. *L. Cornelii Syllæ.*
6. *M. Catonis Uticenſis.*

[2] CAmpi quoque repræſentata conditio, ambitioſam ingredientes viam, ad fortius ſuſtinendos parum proſperos comitiorum eventus utiliter [3] inſtruxerit. Ut propoſitis ante oculos clariſſimorum virorum repulſis, non minore cum ſpe honores, ac prudentiore cum animi judicio petant: Meminerintque, nefas non eſſe, aliquid ab omnibus uni negari: cum ſæpenumero ſinguli cunctorum voluntatibus reſiſtere fas eſſe duxerint. Scientes etiam, patientia quæri debere, quod gratia impetrari nequierit.

1. Q. Æ-

mnium oculos animoſque occupaverat certamen, tum arreptis ſcutis, quæ paſſim inter acervos cæſorum corporum ſtrata erant, verſam adoriuntur Romanam aciem, tergaque ferientes ac poplites cædentes, ſtragem ingentem dederunt, ac majorem aliquanto pavorem ac tumultum fecerunt. *Oliv.*

1. *Adverſum haberet.*] Quia Apulia ventis abundat, & præſertim Japyge.

2. C*Ampi quoque.*] In campo Martio populi Romani comitia habebantur, creabanturque magiſtratus, in quem candidati deſcendebant. *Oliverius.*

3. *Inſtruxerit.*] Poſſit inſtruere.

1. *Tricli-*

1. Q. Ælius Tubero, à Q. Fabio Maximo, epulum populo nomine P. Africani patrui ſui dante, rogatus ut [1] triclinium ſterneret: [2] lectulos Punicanos [3] pellibus hædinis ſtravit: & pro argenteis vaſis Samia expoſuit. Cujus rei deformitate ſic omnes offendit, ut cum alioqui vir egregius haberetur, comitiiſque Prætoriis candidatus in campum L. Paullo avo, & P. Africano avunculo nixus deſcendiſſet, repulſa inde notatus abierit. Nam ut privatim ſemper continentiam probabant, ita publicè maxima cura ſplendoris habita eſt: Quocirca non unius convivii numerum, ſed totam ſe in illis pelliculis jacuiſſe credens civitas, ruborem epuli ſuffragiis ſuis vindicavit.

2. [4] P. autem Scipio Naſica, togatæ potentiæ clariſſimum lumen, [5] is qui conſul Jugurthæ bellum indixit, qui matrem Idæam Phrygicis ſedibus ad noſtras aras focoſque migran-

1. *Triclinium.*] Vide F. Urſinum, & Ciacconium de Triclinio.

2. *Lectulos Punicos.*] Ligneos intellige. Seneca ita interpretatur Epiſt. XCVI. Tuberonis ligneos lectulos, cum in publicum ſternerentur. Pœnos opifices opere lignario olim claruiſſe Romæ, argumento ſunt aliquot Catonis & Plauti loca. Cato certe libris de Re ruſtica, *Feneſtras Punicas*, *Torcular Pœnicum*, *Coagmenta Punica* commemorat. Plinius libro XXX. capite undecimo, *lectos Punicos.* Plautus Aulularia, *Laternam Punicam.* Oportet fuiſſe lectulos humiliores cæteris. Iſidor. l. XX. *Punicani lecti parvi & humiles primum à Carthagine advecti, & inde nominati.* Colerus.

3. *Pellibus hædinis.*] Quibus nihil fœdius & abjectius.

4. *P. autem Scipio.*] De hac repulſa Cicero in Oratione pro Planco.

5. *Is qui conſul Jugurthæ bellum indixit, qui matrem Idæam, &c.*] Hoc loco plagæ vetuſtæ turpiſſimam videmus cicatricem ſciolorum imperitia inductam, quam vix ipſe ſanaret Æſculapius ſine antiquorum exemplarium auxilio. Confunduntur enim hic tres Naſicæ, eorùmque res inſigniores falſò ac perperam uni adſcribuntur. Ignarus hiſtoriæ ludimagiſter aliquis hunc locum fortaſſis injuria temporis ante luxatum corrigere cupiens, verba quædam, quibus hiſtoriæ diſcernebantur, velut ocioſa ac ſuperflua ſuſtuliſſe videtur, uni huic Scipioni candidato omnia attribuenda exiſtimans, ut forte mendoſus locus ex parte jam præ ſe ferebat. Verum non intellexit, Valerium non hic unius res geſtas, ſed totius ejus domus præclariora ſtemmata adducere, ut monſtraret, quam bene meritæ familiæ levi de cauſa repulſæ labem populus intulerit. Plagam denuo (inquies) aperuiſti, ſed adhibe nunc remedium. Quod cum nihil juvent Manuſcripti codices, profecto difficile ac minime præſens eſſe fateor; niſi illud ex ipſa ſumamus hiſtoriæ veritate. Quam paucis verbis interjectis ita, ſi conjecturæ locus aliquis eſt, reſtituendam Valerio ſuſpicor: *P. autem Scipio Naſica togatæ potentiæ clariſſimum lumen, pater ejus,*

grantem ſanctiſſimis manibus excepit: qui multas & [1] peſtiferas ſeditiones auctoritatis ſuæ robore oppreſſit: quo principe ſenatus per aliquot annos gloriatus eſt: cum ædilitatem curulem adoleſcens peteret, manumque cujuſdam ruſtico opere duratam more candidatorum tenacius apprehendiſſet, joci gratia interrogavit eum, num manibus ſolitus eſſet ambulare. Quod dictum à circumſtantibus exceptum, ad populum manavit, cauſſamque repulſæ Scipioni attulit. Omnes namque [2] ruſticæ tribus paupertatem ſibi ab eo exprobratam judicantes, iram ſuam adverſus contumelioſam ejus urbanitatem diſtrinxerunt. Igitur civitas noſtra nobilium juvenum ingenia ab inſolentia revocando, magnos & utiles cives fecit; honoribuſque, non patiendo eos à ſecuris peti, debitum auctoritatis pondus adjecit.

3. [3] Nullus error talis in L. Æmilio Paullo conſpectus eſt: ſed tamen aliquoties [4] fruſtra conſulatum petiit. Idemque, cum jam campum repulſis ſuis fatigaſſet, bis conſul

qui conſul Iugurthæ bellum indixit, ejuſque nepos qui matrem Idæam Phrygicis ſedibus ad noſtras aras focoſque migrantem ſanctiſſimis manibus excepit; is ipſe qui multas & peſtiferas ſeditiones auctoritatis ſuæ robore oppreſſit, cujus patre principe ſenatus per aliquot annos gloriatus eſt, &c. Non video qua meliore via lectionis vulgatæ falſitas declinari poſſet. Sed judicent docti: ipſe quidem nihil mutare ſine veterum librorum auctoritate volui. Cur autem exiſtimem de P. Naſica Serapione loqui auctorem non paucæ ſunt rationes, quas in Annalibus noſtris in ejus hac ædilitate latius expoſui. Jam reliqua quædam orationis verba ex codicibus ſcriptis ut emendemus, legendum ex omnium ſuffragatione, *togatæ potentiæ clariſſimum lumen:* non ut vulgo, *clarum.* Et poſtea, *Qui matrem Idæam Phrygicis ſedibus ad noſtras aras focoſque migrantem.* Non è *Phrygiis.* Agnoſcit κλητικὸν φρυγικὸς Stephanus de Urbibus. Denique Cicero ſine præpoſitione, *migrare domo*, Verrina quarta dixit. Denique in exempli ejuſdem fine legendum, *Non patiendo eos à ſecuris peti:* idque ex omnium veterum librorum conſenſu. Impreſſi codices, *à ſcurris*, produnt perperam. Erat enim in illa Scipionis facetia quidem contumeliæ nonnihil, ſed nulla ſcurrilitas, quæ turpitudinem atque obſcœnitatem amat. *Pighius.*

1. *Peſtiferas ſeditiones.*] Nam Tiberium Gracchum ſeditioſiſſimum hominem, ut ſupra dictum eſt, propria manu interemit. *Oliv.*

2. *Ruſticæ tribus.*] Tribus ratione triplici fuerunt diſtinctæ, in Urbanas, ſuburbanas, quæ fuerunt libertinorum: & ruſticanas, quæ ingenuorum.

3. *Nullus, &c.*] Contigit A. U. DLXVII, & DLXIIX, & DLXIX.

4. *Fruſtra.*] Ter ſcilicet ſecundum Autorem

conſul & cenſor factus, ampliſſimum dignitatis gradum obtinuit. Cujus virtutem injuriæ non fregerunt, ſed acuerunt. Quoniam quidem ipſa nota accenſus, cupiditatem ſummi honoris ardentiorem ad comitia detulit; ut populum, quia nobilitatis ſplendore & animi bonis movere non poterat, pertinacia vinceret.

4. [1] Q. autem Cæcilium Metellum pauci & mœſti amici, conſulatus repulſa afflatum, triſtitia ac rubore plenum, domum reduxerunt: quem [2] de Pſeudo-Philippo triumphantem univerſus ſenatus lætum & alacrem in Capitolium proſecutus erat.

[3] Achaici etiam belli, cui ſummam manum L. Mummius adjecit, maxima pars ab hoc viro profligata fuerat. Eine ergo populus conſulatum negare potuit, [4] cui mox duas clariſſimas provincias, aut debebat, aut erat debiturus? Et qui-

Autorem de Viris Illuſtribus, qui dicit: *primo conſulatu, quem poſt tres repulſas adeptus erat de Liguribus triumphavit.* Oliverius.

1. *Quintum autem, &c.*] De hoc Plinius: *Quintus Cæcilius Metellus à domita Macedonia Macedonicus: Prætor Pſeudo-Philippum, qui idem Andriſcus dictus eſt, vicit. Inviſus plebi ob nimiam ſeveritatem, & ideo poſt duas repulſas conſul ægre factus, Arbachos in Hiſpania domuit, &c.* Oliv. Contigit A. U. DCVII. & DCIX.

2. *De Pſeudo-Philippo.*] De falſo Philippo, id eſt, qui ſe falſo Philippi regis filium aſſeverans, ex concubina natum, totam ferme Macedoniam multo favore occupaverat. *Oliv. Eundem de Pſeudo-Philippo triumphantem, &c.*] Non diſſimili, qua prius, audacia in hunc quoque locum graſſati ſunt ſcioli. Conſtat enim Q. Metellum Macedonicum triumphaſſe de Pſeudo-Philippo, bellumque Achaïcum geſſiſſe ex prætura, priuſquam conſulatum peteret. Atqui hæc verba ſonant, poſt repulſam conſulatus triumphaſſe, Achaicumque bellum profligaſſe Metellum. Quod plane falſum eſſe, vel ſolus auctor, qui de Viris Illuſtribus ſcripſit, abunde docet cap. 61. Hoc pacto nobis bonos auctores deformaverunt gloſſographi. Veræ tamen lectionis veſtigia quædam remanſere in Campenſi libro, cujus initium tale hoc modo proſequendum opinor: *Quem de Pſeudo-Philippo triumphantem univerſus ſenatus lætum & alacrem in Capitolium proſequutus erat. Achaici etiam belli, cui ſummam manum L. Mummius adjecit, maxima pars ab hoc viro profligata fuerat.* Pigh.

3. *Achaici etiam, &c.*] Quod & Autor de Vir. Illuſt. ita teſtatur: *Lucius Mummius, deleta Achaia, Achaicus, adverſus Corinthios miſſus victoriam alieno labore quæſitam intercepit: nam cum illas Metellus Macedonicus apud Heracleam fudiſſet, & duce Critolao privaſſet, cum lictoribus & paucis equitibus in Metelli caſtra properavit.* Oliver. Contigit A. U. DCLIX.

4. *Cui mox duas clariſſimas provincias aut daturus erat, aut debiturus, Achaiam & Macedoniam.*] Ita vulgo. Non dabat

quidem hoc facto, meliore eo cive uſus eſt. Intellexit enim, quàm induſtriè ſibi gerendus eſſet conſulatus, quem tanto labore impetrari ſenſerat.

5. Quid tam excellens, quid tam opulentum, quam L. Sylla? Divitias & imperia largitus eſt:[2] leges vetuſtas abrogavit, novas tulit: Hic quoque in eo campo, cujus poſtea dominus extitit, repulſa Præturæ ſugillatus eſt: omnia loca petiti honoris, ſi quis modo Deorum formam & imaginem futuræ ejus potentiæ populo Rom. repræſentaſſet, impetraturus.

6. Sed ut comitiorum maximum crimen referam, M. Portius Cato, plus moribus ſuis præturæ decoris adjecturus, quam prætexta ejus ſplendoris ipſe laturus: conſequi illam à populo aliquando non potuit. Proxima dementiæ ſuffragia, quæ ſatis quidem graves pœnas erroris ſui pependerunt! quoniam quem honorem Catoni negaverant, Vatinio dare coacti ſunt. Ergo ſi vere æſtimare volumus, non Catoni tunc prætura; ſed præturæ Cato negatus eſt.

CAP. VI.

tum provincias pop., ſed eas ſenatus decernebat magiſtratibus ſortiendas. Alia eſt lectio in Campenſi ſic: *Cui mox duas clariſſimas provincias aut debiturus erat, aut debiturus.* Mendoſe. Legendum enim puto, *aut debebat, aut erat debiturus.* Debebat enim illi Macedoniam, cum negatet conſulatum, & debiturus mox erat Hiſpaniam citeriorem, quam poſt conſulatum, Celtiberis ſubactis, in poteſtatem redegit. Hinc pulchre L. Florus lib. II. cap. 17. *Metellus ille, cui ex Macedonia cognomen, meruerat & Celtibericus fieri.* Nomina vero provinciarum quæ ſequuntur in vulgatis exemplaribus, *Achaia* & *Macedonia* ſcilicet, in Campenſi eraſa ſunt, & non male profecto, cum ex falſis annotatiunculis ſint fortaſſis aſſuta. *Pigh.*

1. *Divitias & imperia largitus.*] Nam occupata republica, proſcriptorum civium bona donavit, magiſtratus & provincias atque imperia pro ſua libidine dedit. *Oliv.*

2. *Leges vetuſtas abrogavit.*] Suſtulit leges antiquas, quæ ſuis rationibus obſiſterent, & præſertim cum cives à Mario proſcriptos revocavit. *Idem.*

1. Nam

CAP. VI.

DE NECESSITATE.

1. *Populi Rom. poſt cladem Cannenſem.*
2. *Caſilinatum in obſidione.*
3. *Praneſtinorum militum in eadem obſidione.*
4. *Populi Rom. in bello Mariano.*
5. *C. Caſaris ad Mundam.*
6. *Populi Aſiatici bello Parthico.*

EXTERNORUM.

1. *Cretenſium à Q. Metello obſeſſorum.*
2. *Numantinorum à P. Scipione.*
3. *Calagurritanorum à Cn. Pompejo.*

ABominandæ quoque neceſſitatis amariſſimæ leges,& truculentiſſima imperia, tum Urbem noſtram, tum etiam exteras gentes, multa, non intellectu tantum, ſed etiam auditu gravia, perpeti coëgerunt.

1. [1] Nam aliquot adverſis prœliis ſecundo Punico bello exhauſta militari juventute Romana, ſenatus auctore Ti. Graccho conſule deſignato cenſuit; uti publicè ſervi adverſus propulſandorum hoſtium impetum emerentur. Eaque de re per tribunos plebis ad populum lata rogatione, tres creati ſunt viri,qui [2] quatuor & viginti millia ſervorum comparaverunt: [3] adactoſque jurejurando, ſtrenuam ſe, fortemque operam daturos, quoad Pœni eſſent in Italia, datis armis in caſtra miſerunt. Ex Apulia quoque & [4] Fidiculis ſeptuaginta atque ducenti ad ſupplementum equitatus ſunt empti: Quanta violentia eſt caſus acerbi! Quæ civitas ad id tempus ingenuæ quoque originis [5] capite cenſos

1. N*Am,&c.*] Cont. A. U. DXXXVII.

2. *Quatuor & viginti millia.*] Longe diſcrepat à Livio in numero ſervorum: nam rantum octo millia fuiſſe tradit Livius, cui aſſentitur Macrobius Saturnal. lib. I. cum ait: *ad Cannas victis Romanis octo millia ſervorum empta militaverunt.* Oliv. *Quatuor & viginti millia ſervorum comparaverunt.*] Legendum videri, *Quatuor millia ſervorum,* & cauſſam erroris docui in II. Elector. *Lipſ.*

3. *Adactoſque jurejurando.*] Sacramento militiæ aſtrictos, more juſtæ legirimæque militiæ. *Oliv.*

4. *Fidiculis.*] Cluver. legit, *Pediculis.*

5. *Capite cenſos.*] *Capite cenſi* dicebantur, qui nullo cenſu habebantur; ſed eorum capita ſolum cenſebantur, quia parum vel nihil poſſiderent. *Oliv.*

1. *Eccliis.*]

ſos habere milites faſtidierat: [1] eadem cellis ſervilibus extracta corpora, & à paſtoralibus caſis collecta mancipia, velut præcipuum firmamentum, exercitui ſuo adjecit. Cedit ergo interdum generoſus ſpiritus utilitati, & fortunæ viribus ſuccumbit; ubi niſi tutiora elegerit conſilia, ſpecioſa ſequenti concidendum eſt. Cannenſis autem clades adeo urbem noſtram vehementer confudit, ut M. Junii opera, dictatura remp. adminiſtrantis, ſpolia hoſtium affixa templis, Deorum numini conſecrata, inſtrumenta militiæ futura convellerentur, ac [2] prætextati pueri arma induerent: [3] addictorum etiam, & capitali crimine damnatorum ſex millia conſcriberentur. Quæ ſi per ſe aſpiciantur, aliquid ruboris habent: ſi autem admotis neceſſitatis viribus ponderentur, ſævitiæ temporis convenientia præſidia videbuntur. [4] Propter eandem cladem ſenatus Otacilio, qui Siciliam, & Cornelio Mammulæ, qui Sardiniam propræ-

1. *E cellis.*] In quibus ſervi à dominis ſervabantur. *Cellis ſervilibus.*] Ita Seneca *pauperis cellam.* Servius de re ipſa: *Servos ſane nunquam militâſſe conſtat, niſi ſervitute depoſita, excepto Annibalis tempore cum poſt Cannenſe prælium in tanta neceſſitate fuit urbs Roma, ut ne liberandorum quidem ſervorum daretur facultas.* Coler.

2. *Prætextati.*] Nobiles ſcilicet, qui necdum decimum ſeptimum ætatis annum, quo virilem togam acciperent, attigerant. *Bad.*

3. *Adjudicatorum etiam.*] Ita vulgo. In Mſſ. libris, *addictorum*, legitur. *Addicti*, proprie autem dicebantur, qui in temporariam ſervitutem propter debita creditoribus, ſententia prætoris addicebantur, qui alio nomine nexi vocabantur, ut Varro de Lingua Latina. Plautus Pœnulo:

—— *Ubi in jus venerit,*
Addicet prætor familiam totam tibi. Pig.

4. *Propter eandem cladem ſenatus Otacilio, &c.*] Livius ab U. C. lib. XXIII. *Per idem fere tempus literæ è Sicilia, Sardiniaque Romam allatæ, priores è Sicilia Otacilii proprætoris in Senatu recitatæ ſunt: L. Furium Prætorem cum claſſe ex Africa Lilybæum veniſſe, ipſum graviter ſaucium in diſcrimine eſſe vitæ ultimo, militi & navalibus ſociis neque ſtipendium, neque frumentum ad diem dari, neque unde detur eſſe, magnopere ſuadere, ut quam primum ea mittantur, ſibique, ſi ita videatur, ex novis prætoribus ſucceſſorem mittant. Eademque ferme de ſtipendiis frumentoque ab Corn. Mammula proprætore ex Sardinia ſcripta: reſponſum utriſque non eſſe, unde mitteretur, juſſique ipſi claſſibus & exercitibus ſuis conſulerent. Otacilius ad unicum ſubſidium populi Romani Hieronem, legatos cum miſiſſet, in ſtipendium quantum argenti opus fuit, & ſex menſium frumentum accepit, Cornelio in Sardinia civitates ſociæ benigne contulerunt. Et Romæ quoque propter penuriam argenti triumviri menſarii rogatione Minutii tribuni plebis facti ſunt.* Oliverius.

1. *Socii*

prætoribus obtinebant; querentibus quod neque ſtipendium, neque frumentum claſſibus eorum & exercitibus [1] ſocii præberent: affirmantibus etiam, ne habere quidem eos, unde id præſtare poſſent; reſcripſit, ærarium [2] longinquis expenſis non ſufficere: Proinde, quo pacto tantæ inopiæ ſuccurrendum eſſet, ipſi viderent. His literis quid aliud quàm imperii ſui gubernacula è manibus abjecit? Siciliamque & Sardiniam, benigniſſimas urbis noſtræ [3] nutrices, gradus & [4] ſtabilimenta bellorum, tam multo ſudore & ſanguine in jus ac poteſtatem redactas, paucis verbis, ita ſcilicet neceſſitate jubente [5] dimiſit.

2. [6] Eadem Caſilinates obſidione Annibalis clauſos, alimen-

1. *Socii præberent.*] Diſſentit à Livio Valerius. Nam à ſociis benigniſſime erogatum ſtipendium & frumentum dicit Livius, ut ſupra oſtendimus, nec amiſiſſe tunc provincias, ſed obtinuiſſe. *Oliv.*

2. *Longinquis expenſis.*] Cum ipſi domi indigerent.

3. *Nutrices.*] Nutrices Romæ Sicilia & Sardinia. De Sicilia multa Cicero in Verrinis. Cato etiam cellam penariam Reipublicæ, nutricem plebis Romanæ appellaverat. Strabo lib. VI. *ταμεῖον τῆς Ῥώμης* ex Polybio. Idem frumento præ cæteris, tum melle, croco abundaſſe ſcribit. Plinius etiam Sal addit. Sardinia vero, licet aſpera ex parte ſit, tamen Straboni ejuſdem major pars *εὐδαίμων τοῖς πᾶσι*. Horatius libro primo, Od. XXXI.

—— Non opimas
Sardiniæ ſegetes feracis.

Salvianus lib. VI. Sardiniam & Siciliam *fiſcalia horrea* vocat. *Coler.*

4. *Stabilimenta.*] Suſtentacula bellorum, à quibus Romani ad ſuſtentanda onera belli juvabantur. *Bad.*

5. *Dimiſit.*] Neque tamen amiſſas vult Valerius tunc eas provincias, ſed amitti potuiſſe, quia dimiſſæ auxilii & conſilii expertes. *Idem.*

6. *Eadem Caſilinates.*] Caſilinum eo tempore quingenti Prænestini habebant cum paucis Romanis Latinique nominis, quos à patria Cannas in caſtra proficiſcentis nuntius acceptæ cladis Caſilinum convertit, qui paulo poſt, cæſis oppidanis, urbem occupârunt. Additur, & Peruſina cohors eodem nuntio Caſilinum compulſa, penuria frumenti nimium etiam hominum videri faciebat. Ad hanc urbem, vel ſi fieri poſſet, in deditionem accipiendam, vel viribus expugnandam, Annibal partem exercitus miſit, qui omnes, ab oppidanis eruptione facta, turpiter fuſi fugatique fuerunt. Ita primis repulſis, dux alter Pœnorum Maharbal cum majore robore virorum miſſus, nec ipſe eruptionem cohortium Rom. ſuſtinuit. Poſtremo Annibal caſtris ante ipſa mœnia poſitis, parvam urbem parvumque præſidium ſumma vi atque omnibus copiis oppugnare parat: quod cum ſibi parum proceſſiſſet, ad obſidionem converſus, caſtra munivit, firmiſſimaque præſidia impoſuit. Ubi longa obſidio oppidanos præſidiumque ad ultimum inopiæ adduxerat, quam tamen conſilio & calliditate Sempronii ducis Romani, qui haud procul inde aberat, aliquamdiu tolerârunt, miſſis per Vulturnum

mentorumque facultate [1] defectos, lora neceſſariis vinculorum uſibus ſubducta, èque ſcutis detractas pelles ferventi [2] reſolutas aqua, mandere voluiſti. Quid illis, ſi acerbitatem caſus tueare, miſerius? ſi conſtantiam reſpicias, fidelius? qui ne à Romanis deſciſcerent, tali cibi genere uti ſuſtinuerunt; cum pinguiſſima arva ſua, fertiliſſimoſque campos mœnibus ſuis ſubjectos intuerentur. Itaque [3] Campanæ urbis, quæ Punicam feritatem [4] deliciis ſuis cupidè fovit, in propinquo ſitum Caſilinum, modo rara virtute clarum, perſeverantis amicitiæ pignore impios oculos verberavit.

3. [5] In illa obſidione & fide, cum [6] trecenti Præneſtini permane-

turnum amnem, qui locum illum prætерfluebat, doliis vino frumentoque plenis, qua re paulo poſt ab hoſtibus cognita, intercepta ſunt dolia & omnis ſpes erepta, nuces deinde fuſæ à Romanis caſtris, cum medio amni ad Caſilinum defluerent, cratibus excipiebantur. Poſtremo ad id ventum inopiæ eſt, ut lora detractaſque ſcutis pelles, ubi fervida molliſſent aqua, mandere conarentur, nec muribus aliove animali abſtinerent, & omne herbarum radicumque genus muri aggeribus eruerent. Etiam cum hoſtes obaraſſent quicquid herbidi terreni extra murum erat, raparum ſemen injecerunt, ut Annibal, Eone uſque dum ea naſcantur, ad Caſilinum ſeſſurus ſum? exclamaret: & qui nullam antea pactionem auribus admiſerat, tum demum ſecum agi paſſus eſt de redemptione liberorum capitum, ſeptunces auri in ſingulos pretium convenit, fide acceptâ, ſeſe tradiderunt. Strabo in fine quinti libri hujus meminit obſidionis, dicit enim: *Romam verſus Caſilinum ſitum eſt ad flumen Vulturnum, in quo Præneſtini milites quadraginta & quingenti adverſus Annibalem variis inſtructum copiis, tamdiu obſidionem pertulêre, ut invaleſcente fame, mus drachmis ducentis venundaretur, & venditor quidem mortem oppetierit, emptor autem incolumis evaſerit. Cum autem Annibal eos rapas prope murum ſeminâſſe conſpiceret, tantam animorum tolerantiam admiratione proſecutus eſt, quod homines tamdiu obſiſtere poſſe ſperarent, quoad rapæ matureſcerent. Itaque paucis exceptis, mortales illi victores extitere omnes, niſi quos aut fames confecit aut prœlia.* Oliver. Contigit A.U. DXXXVII.

1. *Defectos.*] Deſtitutos & evacuatos.

2. *Reſolutas aqua.*] Mollitas atque decoctas.

3. *Campanæ.*] Ipſius Capuæ.

4. *Deliciis.*] Conſtat Campanorum deliciis Pœnorum exercitum ad id tempus invictum, ſic enervatum eſſe, ut vix militiæ labores ſuſtineret. Ductus enim Capuam in hiberna, ſic ſe omnibus voluptatibus immerſit, ut quos nulla vis mali antea vicerat, poſtmodum nimia bona perdiderint, ſcil. voluptates immodicæ, ut ſomnus, vinum, epulæ, ſcorta, balnea, conſuetudines, otium, quæ omnia ſic enervarunt corpora & animos, ut magis deinde victoriæ, quam præſentes tutarentur vires, *Oliverius.*

5. *In illa, &c.*] Contig. A.U. DXXXVII.

6. *Trecenti Præneſtini.*] Livius, *quingentos ſeptuaginta*; Strabo *quingentos quadraginta* numerant. *Coler.*

manerent, evenit ut ex his quidam murem captum [1] ducentis potius denariis vendere, quam ipſe leniendæ famis gratia conſumere mallet. Sed credo, Deorum providentia & venditori & emptori, quem uterque merebatur exitum, attribuit. Avaro enim fame conſumpto, manubiis [2] ſordium ſuarum frui non licuit: æqui animi vir, ad ſalutarem impenſam faciendam; carè quidem, verum neceſſariè, comparato cibo vixit.

4. [3] C. autem Mario & Cn. Carbone conſulibus, bello civili cum L. Sylla diſſidentibus; quo tempore non reip. victoria quærebatur, ſed præmium victoriæ res erat publica; ſenatus conſulto aurea atque argentea templorum ornamenta, ne militibus ſtipendia deeſſent, [4] conflata ſunt. Digna enim erat cauſſa, hinc, an illi crudelitatem ſuam proſcriptione civium ſatiarent, ut Dii immortales ſpoliarentur. [5] Non ergo patrum conſcriptorum voluntas, ſed tua, teterrima neceſſitas, truculenta manus illi conſulto ſtylum impreſſit.

5. [6] Divi Julii exercitus, idem invicti ducis invicta dextera,

1. *Ducentis denariis.*] Sic & Frontinus. Plinius *ducentis nummis.* Idem.

2. *Sordium ſuarum.*] Id eſt, avaritiæ. recte quidem *ſordes* avaritiam appellat, quia nihil hominem ſordidiorem eſſe facit avaritiâ, quæ malis venenis imbuta, corpus animumque virilem effœminat. *Oliv.*

3. *C. autem, &c.*] Contig. A.U. DCLXXI.

4. *Conflata.*] In numiſmata redacta. Nam æs conflatum dicitur in ſignatam pecuniam redactum, æs grave tantummodo penſatur. *Oliv.*

5. *Non ergò.*] Videtur quibuſdam in ironia perſtare, quia ſi neutris opitulandum erat in tam perverſa voluntate, nulla erat revera neceſſitas talis Senatuſconſulti, quia potius debebant ſalvis ornamentis templorum, in manibus Marianæ factionis dimittere, quam in Syllanam tyrannidem eo modo retrahere. Sed latuit eum animus Syllæ, ſperavitque, oppreſſis Marianis, rempubl. liberam fore. Quocirca neceſſe videbatur, tunc quidem ſic Syllæ ſuppetias ferre: & ita in hac parte nulla eſt ironia, quæ ſi admitteretur, non eſſet hujus loci exemplum. Non enim revera coactus eſſet Senatus neceſſitate. *Bad.*

6. *Divi Iulii, &c.*] Hoc contigit bello, quod in Hiſpania geſſit Julius Cæſar adverſus Cn. & Sextum Pompejos, ubi primum in ipſo Oceani oſtio Varus Didiuſque legati conflixêre, cum ſubito exorta tempeſtas claſſem utramque ſubmerſit. Mox ad obſidiones utrinque diſcurritur, omnium poſtrema circumſedetur Munda, ubi anceps diu & triſte prœlium. Noviſſime illud inuſitatum Cæſaris oculis nefas, poſt quatuordecim annos probata veteranorum manus retulit pedem. Hic Cæſar nihil reliquit

tera, cum armis [1] Mundam clauſiſſet, aggerique extruendo materia deficeret; congerie hoſtilium cadaverum quam deſideraverat, altitudinem inſtruxit. Eamque [2] tragulis & pilis, quia roboreæ [3] ſudes deerant, magiſtra novæ molitionis neceſſitate uſus, vallavit.

6. [4] Atque ut divinam [5] filii mentionem cœleſtis patris recordationi ſubnectam: cum effuſurus ſe in noſtras provincias Parthorum rex Phraates videretur, vicinæque imperio ejus regiones ſubita indicti tumultus denuntiatione quaterentur: tanta [6] in Boſphorano tractu commeatus penuria inceſſit [7] ut à militibus, ſingulis olei frumentique modiis, totidem mancipia permutarentur. Sed amariſſimam tem-

liquit inexpertum. In qua perturbatione dicitur de extremis etiam cogitâſſe, niſi cohortes hoſtium quinque per tranſverſam aciem actæ, quas periclitantibus caſtris præſidio Labienus miſerat, ſpem fugæ præbuiſſent. Hoc aut & ipſe credidit, aut dux callidus arripuit in occaſionem: & quaſi in fugientes invectus, ſimul & ſuorum erexit animos, & hoſtis perculit. Hoc prœlio profugi cum ſe Mundam recepiſſent, & Cæſar ſtatim victos obſideri imperâſſet, ex congeſtis cadaveribus agger factus eſt, quæ pilis jaculiſque confixa inter ſe tenebant. *Oliver.* Contigit A.U. DCCVIII.

1. *Mundam.*] Oppidum Hiſpaniæ.

2. *Tragulis.*] Telis Gallicis.

3. *Sudes.*] Pali acuti ex utraque parte, & in ſummitate exuſti. Virgilius:

—— Sudibuſve præuſtis.

Oliverius.

4. *Atque ut divinam.*] Cum Phraates Parthorum rex provincias Romanas bello petiturus eſſe videretur, tunc Boſphoranam regionem ingens rerum penuria & fames inceſſit, quæ Romam quoque pervaſit. Quo tempore Cæſar Auguſtus in ſterilitate magna ac difficili remedio cum venalitiis & laniſtarum familias, peregrinoſque omnes, exceptis medicis & præceptoribus, partemque ſervitiorum urbe expuliſſet, ut tandem annona convaluit, impetum ſe cepiſſe ſcribit frumentationes publicas perpetuum abolendi, quod earum fiducia agrorum cultura ceſſaret: neque tamen perſeveraſſe, quia certum haberet, poſſe per ambitionem quandoque reſtitui. Atque ita poſt hanc rem temperavit, ut non minorem aratorum & negotiantium, quam populi rationem duceret. Hæc Suetonius. *Oliver.* Contigit A.U. DCCXXXCII. circiter.

5. *Filii.*] Auguſti Cæſaris à Julio adoptati.

6. *In Boſphorano tractu.*] In regione Helleſpontica. Sunt autem Boſphori duo, Thracius, juxta Bizantium, hoc eſt, Conſtantinopolim, alter in introitu paludis Mœotidos, qui Cimmerius dicitur. De quo Ovidius lib. III. Triſtium:

Boſphorus & Tanais ſuperant, Scythiæque paludes,
Vixque ſatis novi nomina pauca loci.

Boſphorus à ferenda bove dictus, vel à tranſitu bovis, ſive ab anguſtis meatibus bovi perviis. *Oliv.*

7. *Ut ſex milibus denariis ſingula vaſa olei, frumentique modiis totidem mancipia permutarentur.*] Ita vulgo. Longe alia eſt

tempeſtatem Auguſti cura, tutelæ tunc terrarum vacans, diſpulit.

EXTERNA.

1. [1] Cretenſibus nihil tale præſidii affulſit: qui [2] obſidione Metelli ad ultimam uſque penuriam compulſi, ſua, jumentorumque ſuorum urina ſitim torſerunt, juſtius dixerim, quam ſuſtentarent: Quia dum vinci timent, id paſſi ſunt, quod eos ne victor quidem pati coëgiſſet.

2. [3] Numantini autem à * Scipione vallo & aggere circum-

eſt lectio in Pulmann. Suſian. & Atrebatenſi, meoque judicio verior atque correctior: *Uti à militibus ſingulis olei frumentique modiis totidem mancipia permutarentur.* Librarii perperam ſcripſere, *milibus*, pro *militibus*, ſcioli addidêre gloſſas, locumque pro judicio ſuo depravârunt. *Pigh.*

1. *Cretenſibus.*] Cretenſes faviſſe Mithridati videbantur. Iraque placuit injuriam armis vindicare. Prius invaſit inſulam M. Antonius, cum ingenti quidem victoriæ ſpe atque fiducia, adeo ut plures catenas in navibus, quam arma portaret. Dedit itaque pœnas vecordiæ ſuæ: nam pleraſque naves interceperunt hoſtes, captivaque corpora religata velis ac funibus pependere, ac ſic velitantes triumphantium in modum Cretenſes portubus ſuis remigraverunt: Metellus deinde totam inſulam igni ferroque populatus intra caſtella & urbes redegit. *Oliverius.* Contigit A. U. DCXXXV.

2. *Obſidione Metelli.*] Qui Metelli Macedonici filius à devicta Creta Creticus dictus eſt. *Idem.*

3. *Numantini autem.*] Florus: *Numantia*, inquit, *quantum Carthaginis, Capuæ, Corinthi opibus inferior, ita virtutis nomine & honore par omnibus, ſummumque, ſi viros æſtimes, Hiſpaniæ decus, quippe quæ ſine muro, ſine turribus, modice edito in tumulo apud flumen Durium ſita quatuor millibus Celtiberorum XL. millium exercitum per annos XIV. ſola ſuſtinuit, nec ſuſtinuit modo, ſed ſævius aliquanto percußit, pudendiſque fœderibus affecit. Noviſſime cum invictam eſſe conſtaret, opus quoque eo fuit, qui Carthaginem everterat. Non temere, ſi fateri licet, ullius cauſa belli injuſtior. Segidenſes ſocios & conſanguineos Romanorum manibus elapſos exceperant, habita pro eis deprecatio nihil valuit. Cum ſe ab omni bellorum contagione removerent, in legitimi fœderis pretium juſſi arma deponere. Hoc ſic à Barbaris acceptum, quaſi manus abſcinderentur. Itaque ſtatim Megara fortiſsimo duce, ad arma converſi, Pompejum prælio aggreſſi, fœdus tamen maluerunt, cum debellare potuiſſent Hoſtilium deinde Mancinum. Hunc quoque aſsiduis cædibus ita ſubegerunt, ut ne oculos quidem aut vocem Numantini viri quiſquam ſuſtineret, tamen cum hoc quoque fœdus maluerunt, contenti armorum manubiis, cum ad internecionem ſævire potuiſſent. Sed non minus Numantini, quam Caudini illius fœderis flagrans ignominia, ac pudore populus Romanus dedecus quidem præſentis flagitii deditione Mancini expiavit. Cæterum duce Scipione Carthaginis incendiis ad excidia urbium imbuto, tandem etiam in ultionem exarſit, qui redacto prius in diſciplinam milite, cum hoſtibus commiſit aciem, effecit quodque nemo viſurum ſe unquam ſperaverat, ut fugientes Numantinos quiſque videret. Dedere etiam ſeſe volebant, ſi toleranda viris impe-*

cumdati, cum omnia, quæ famem eorum trahere poterant, conſumpſiſſent; ad ultimum humanorum corporum dapibus uſi ſunt. Quapropter capta jam urbe, complures inventi ſunt, [1] artus & membra trucidatorum corporum ſinu ſuo geſtantes. Nulla eſt in his neceſſitatis excuſatio: nam quibus mori licuit, ſic vivere neceſſe non fuit.

3. [2] Horum trucem pertinaciam in conſimili facinore [3] Calagurritanorum execrabilis impietas ſupergreſſa eſt: Qui quo perſeverantius interempti Sertorii cineribus, obſidionem Cn. Pompeji fruſtrantes, fidem præſtarent: quia nullum jam aliud in urbe eorum ſupererat animal, uxores ſuas natoſque ad uſum nefariæ dapis verterunt. Quoque diutius armata juventus viſcera ſua viſceribus ſuis aleret, infelices cadaverum reliquias ſalire non dubitavit. [4] Eamne unquam aliquis in acie hortaretur, ut pro ſalute conjugum & liberorum fortiter dimicaret? Ex hoc nimi-

imperarentur. Sed cum Scipio veram vellet, & ſine exceptione victoriam, eo neceſſitatum compulſi; primum, ut deſtinata morte in prœlium ruerent, cum ſe prius epulis quaſi inferiis implevіſſent, carnis ſemicrudæ & celiæ, ſic vocant indigenam ex frumento potionem. Intellectum ab Imperatore conſilium. Itaque non eſt permiſſa pugna morituris. Cum foſſa atque lorica, quatuorque caſtris circumdatos fames premeret, ab duce orantes prœlium, ut tanquam viros occideret. Sed ubi non impetrârunt, placuit eruptio: ſic conſerta manu, plurimi occiſi, & cum urgeret fames, aliquantiſper inde, hoc eſt, ex cadaveribus, vixêre: noviſſime conſilium fugæ ſedit, ſed hoc quoque, ruptis equorum cingulis, uxores ademêre ſummo ſcelere per amorem. Itaque exitu deplorato, in ultimam rabiem furoremque converſi, poſtremo mori hoc genere deſtinârunt, duces ſuos, ſe, patriamque ferro & veneno, ſubjectoque undique igne, premerunt. Oliv.

* *Scipione.*] Africano poſteriore, etiam Numantino, à Numantia devicta. *Bad.*

1. *Artus & membra.*] Aut ephexegeſis eſt, ut unum ſit expoſitio alterius; aut *artus* intelligimus membrorum conjunctiones, unde articuli: *membra* vero corporis partes, ut ſunt humeri, brachia. *Olrverius.*

2. *Horum trucem, &c.*] Perperna Sertorium, cui ſe conjunxerat, conjuratione facta, inter epulas, per invidiam interemit, ut in ejus vita diximus. Pompejus deinde, facile ſuperato Perperna, Hiſpaniam totam armis ſubegit. In eo bello Calagurritanos, Sertorii fideliſſimos ſocios, obſidione premebat. *Oliverius.*

3. *Calagurritanorum.*] Populorum in Hiſpania.

4. *En, quem aliquis in acie hortaretur.*] Ita vulgo. Suſianus & Pulmannianus per interrogationem proferunt hoc modo, *Eamne unquam aliquis in acie hortaretur?* Juventutem intelligit. Sequitur locus aſteriſco notandus, quem non intelligo: *Quia plus vindicatus, &c.* Pighius.

1. *Hoſte.*]

nimirum [1] hoſte, tanto [2] duci pœna magis quam victoria petenda fuit; quia plus vindicatus libertatiſ, quam victus gloriæ afferre potuit: cum omne ſerpentum ac ferarum genus comparatione ſui, titulo feritatis ſuperarit: Nam quæ illis dulcia vitæ pignora proprio ſpiritu chariora ſunt, ea Calagurritanis prandia atque cœnæ extiterunt.

CAP. VII.

DE TESTAMENTIS RESCISSIS.

1. *Patris qui filium exhæredaverat.*
2. *M. Anneji Carſeolani.*
3. *C. Tettii.*
4. *Septitiæ Trachalorum matris.*
5. *Terentii cujuſdam.*
6. *Neviani cujuſdam.*
7. *Iuventii cujuſdam.*

VAcemus nunc negotio, quod actorum hominis & præcipuæ curæ, & ultimi eſt temporis: conſideremuſque quæ teſtamenta aut reſciſſa ſunt legitime facta; aut cum merito reſcindi poſſent, rata manſerunt: quæve ad alios quam qui exſpectabant, honorem hæreditatis tranſtulerunt.

1. Atque iſta, ut ordine, quo propoſui, exequar: militantis cujuſdam pater, cum de morte filii falſum è caſtris nuntium accepiſſet, aliis hæredibus ſcriptis deceſſit. [3] Peractis deinde ſtipendiis, adoleſcens reverſus, domum errore patris impudentiaque amicorum ſibi clauſam reperit. Quid enim illis inverecundius? florem juventæ pro rep. abſumpſerat, maximos labores & plurima pericula toleraverat, [4] adverſo corpore exceptas oſtendebat cicatrices: & po-

1. *Hoſte.*] Calagurritano.
2. *Duci.*] Cn. Pompeio, qui ex hoſte non victoriam, ſed magis pœnam quærere debuit: nam ſi hoſtem illum ultus fuiſſet, plus libertatis exultione, quam gloriæ ex victoria conſecutus eſſet. Neque enim tale quicquam in obſidione facere quiſquam auſus fuiſſet, ſi de Calagurritanis ſupplicium ſumptum fuiſſet. *Oliverius.*

3. P*eractis deinde ſtipendiis.*] Expleto tempore militiæ.

4. *Adverſo corpore.*] Hoſtibus objecto, non in tergo.

& poſtulabat, ne avitos ejus lares otioſa ipſi urbi onera poſſiderent. Itaque depoſitis armis, coactus eſt in foro [1] togatam ingredi militiam. Acerbè. cum improbiſſimis enim hæredibus de paternis bonis [2] apud centumviros contendit: omnibuſque, non ſolum conſiliis, ſed etiam ſententiis ſuperior diſceſſit.

2. Item [3] M. Annejus M. Carſeolani ſplendidiſſimi equitis Romani filius, à Suſenate avunculo ſuo adoptatus, teſtamentum naturalis patris, quo [4] præteritus erat, apud centumviros reſcidit, cum in eo Tullianus Pompeji Magni familiaris, ipſo quidem Pompejo [5] ſignatore, hæres ſcriptus eſſet. Itaque plus illi in judicio cum excellentiſſimi viri gratia, quam cum parentis cineribus negotii fuit: Cæterum quamvis utraque hæc adverſus eum nitebantur, tamen paterna bona obtinuit. Nam L. quidem Sextilius & P. Popilius, quos M. Annejus ſanguine ſibi conjunctos eadem ex parte, qua Tullianum, hæredes fecerat, [6] ſacramento

1. *Togatam militiam.*] Diſceptationem & controverſiam, ut in foro apud judices de paternis bonis & hæreditate diſceptaretur. *Oliv.*

2. *Apud centumviros.*] Erat centumvirale judicium: nam ex triginta quinque tribubus, quot ſcil. erant in urbe Romana, terni deligebantur ex unaquaque judices, & quamvis plures eſſent, *centum* tamen *virorum* nomen retinuerunt. Horum unus haſtam tenebat, præcipuum judiciorum ſignum. Unde *centumviralis haſta* legitur in Suetonio. Dicit enim: *Auguſtus actor & aliarum rerum fuit, in quîs ne acta Senatus publicarentur; ne magiſtratus diſpoſito honore ſtatim in provincias mitterentur; ut proconſulibus ad mulos & tabernacula, quæ publicè locari ſolebant, certa præmia conſtituerentur; ut cura ærarii à quæſtoribus urbanis ad prætorios prætoreſve tranſiret; ut*, centumviralem haſtam, *quam quæſtura functi ſolebant cogere, decemviri cogerent.* Haſta enim, ut ait Feſtus Pompeius, ſignum præcipuum eſt. Unde & haſtæ ſubjiciebant, quæ publice venundabant. *Centumviralia judicia* idem dicit appellata eſſe à centumviris, qui ex tribubus triginta quinque ut diximus, deligebantur ad judicandum, qui centumviri ſunt appellati. *Oliver.*

3. *M. Annejus.*] Malim: *M. Annius.* Forte is fuerit, de quo Cicero ad Atticum lib. v. epiſt. 4.

4. *Præteritus.*] Pater eum teſtamento præterierat, quia in aliam familiam tranſierat. *Idem.*

5. *Signatore.*] Teſtamenta ſeptem teſtibus præſentibus condebantur, & eorum quiſque ſuum teſtamento ſignum imprimebat. *Idem.*

6. *Sacramento, &c.*] Quod injuria exheredatus eſſet; ſic enim aſſerebat adoleſcens. Petebat ergo, ut vel illi jurarent verum, vel ſe juraturum falſum, idque probaturum, hoc eſt, teſtamentum non bene fuiſſe inſtitutum. *Badius.*

1. *Adju-*

mento cum adoleſcentulo contendere auſi non ſunt: tametſi præcipuis eo tempore Magni viribus ad defendendas tabulas teſtamenti invitari poterant. Et aliquantulum [1] adjuvabat hæredes, quod M. Annejus in Suſenatis familiam ac [2] ſacra tranſierat: ſed arctiſſimum inter homines procreationis vinculum, patris ſimul voluntatem, & principis viri auctoritatem ſuperavit.

3. C. autem Tettium infantem à patre exhæredatum, Petronia matre, quam Tettius quoad vixit, in matrimonio habuerat, natum, Divus Auguſtus in bona paterna ire decreto ſuo juſſit: patris patriæ animo uſus: Quoniam Tettius in proprio jure procreato filio ſumma cum iniquitate paternum nomen [3] abrogaverat.

4. Septicia quoque mater Trachalorum Ariminenſium filiis irata, in contumeliam eorum, cum jam parere non poſſet, Publicio ſeni admodum nupſit, teſtamento etiam utrumque præteriit. A quibus aditus Divus Auguſtus, & nuptias mulieris, & ſuprema judicia improbavit. Nam hæreditatem maternam filios habere juſſit: dotem, quia non creandorum liberorum cauſſa conjugium interceſſerat, virum retinere vetuit. Si ipſa æquitas hac de re cognoſceret, poſſetne juſtius aut gravius pronuntiare? Spernis quos genuiſti: nubis effœta, teſtamenti ordinem violento animo confundis: neque erubeſcis ei totum patrimonium addicere, cujus [4] pollincto jam corpori marcidam ſenectutem tuam ſubſtraviſti. Ergo dum ſic te geris, ad inferos uſque [5] cœleſti fulmine afflata es.

5. Egre-

1. *Adjuvabat.*] Quod filius Marci Anneii rranſierat in familiam & ſacra, ſcilicet familiaria Suffenatis, & ita per adoptionem videbatur à patre alienatus, & ab eo merito præteritus. *Bad.*

2. *Sacra.*] Quia ſacris ejus, in quam familiam tranſibat, iniriabatur.

3. *Abrogaverat.*] Lipſius, *ejuraverat.*

4. *Pollincto.*] Ita legit Pigh. Sed vulgatum *Polluto* tolerari poteſt, ut ſignificet corporis maculam vel imbecillitatem.

5. *Cœleſti fulmine.*] Severo Auguſti judicio, quod *fulmen* appellavit. Quia in terris, ut ſæpe diximus, pro Deo habitus & cultus eſt. *Oliv.* *Cœleſti fulmine.*] Aut Auguſti, aut potius, quia Auguſti, verba ſunt, *Iovis uſque ad inferos.* Badius.

 1. C. Cal-

5. Egregia eſt quoque [1] C. Calpurnii Piſonis prætoris Urb. conſtitutio. Cum enim ad eum [2] Terentius ex octo filiis, quos in adoleſcentiam perduxerat, ab uno [3] in adoptionem dato exhæredatum ſe querelam detuliſſet: bonorum adoleſcentis poſſeſſionem ei dedit, hæredeſque lege agere paſſus non eſt. Movit profecto Piſonem patria majeſtas, donum vitæ, beneficium educationis: ſeu aliquid etiam flexit circumſtantium liberorum numerus, quod cum patre ſeptem fratres impiè exhæredatos videbat.

6. Quid Mamerci Æmilii Lepidi conſulis, quam grave decretum! Genucius quidam, [4] Matris Magnæ [5] Gallus, à Cn. Oreſte prætore Urbis impetraverat, ut reſtitui ſe in bona Næviani juberet, quorum poſſeſſionem ſecundum tabulas teſtamenti ab ipſo acceperat. Appellatus Mamercus à Surdino, cujus libertus Genucium hæredem fecerat, prætoriam juriſdictionem abrogavit: quod diceret, Genucium amputatis ſui ipſius ſponte genitalibus corporis partibus, [6] neque virorum, neque mulierum numero haberi debere. Conveniens Mamerco, conveniens principi ſenatus decretum; quo proviſum eſt, ne obſcœna Genucii præ-

1. *C. Calpurnii Piſonis Prætoris urbis conſtitutio.*] Libri plerique omnes, *Præfecti urbis.* Referte ad Piſonem præfectum ſub Tiberio conabar, cui dare ſe Valerius voluerit arceſſito hoc exemplo: ſed illi Lucium prænomen fuit. *Lipſius.*

2. *Terentius ex octo filiis.*] Mentis meæ oculus hic, niſi legas, *Terentius cum octo*, cæcutit. *Idem.*

3. *Dato in adoptionem.*] Scilicet in alienam familiam: quæ forte illi erat rario, quod patrem exhæredaverat. Nam notum eſt, ſi filii ſine liberis decedant: bona eorum ad parentes pervenire, & ſi parentes non habeant, ad fratres, aut alios hæredes proximos, idque etiam ab inteſtato. *Oliv.*

4. *Matris magnæ.*] Cybeles quæ magna mater, hoc eſt, Deorum omnium mater dicebatur, cujus ſacerdotes Galli ſunt appellati, qui ſeipſos evirabant. Ovidius Faſt. lib. IV.

Cur igitur Gallos, qui ſe excidêre, vocamus.

Huic etiam ludi conſtituti, quæ Megaleſia vocabantur. Ovidius in eodem libro:

Inſtiteram quare primi Megaleſia ludi
Urbe forent noſtra, tum Dea ſenſit cum.

Oliverius.

5. *Gallus.*] Sacerdos magnæ matris eviratus.

6. *Neque virorum, neque mulierum.*] Galli, abſciſſis genitalibus, nec inter viros, nec inter mulieres connumerati poſſunt: non igitur hominum hæredes eſſe poſſunt, vel certe debent, cum inter homines cenſeri non poſſe videantur. *Oliverius.*

1. *Tan-*

præſentia, inquinataque voce, tribunalia magiſtratuum ſub ſpecie petiti juris polluerentur.

7. Multo Q. Metellus prætorem urbanum ſeveriorem egit, quam Oreſtes geſſerat: Qui Vecilio lenoni bonorum Juventii poſſeſſionem ſecundum tabulas teſtamenti non dedit; quia vir nobiliſſimus & graviſſimus, fori ac lupanaris ſeparandam conditionem exiſtimavit: Nec aut factum illius comprobare voluit; qui fortunas ſuas in ſtabulum contaminatum projecerat: aut huic [1] tanquam integro civi jura reddere, qui ſe ab omni honeſto vitæ genere abruperat.

CAP. VIII.

DE RATIS TESTAMENTIS.

ROMANORUM.

1. *Sempronii Tuditani.*
2. *Æbutia.*
3. *Q. Metelli.*
4. *Fratris Pompeji Rhegini.*
5. *Q. Cæcilii.*
6. *T. Marii.*
7. *L. Valerii Heptachordi.*
8. *T. Barruli.*
9. *M. Popillii.*

HIs reſciſſorum teſtamentorum exemplis continenti, attingamus ea quæ rata manſerunt, cum cauſſas haberent propter quas reſcindi poſſent.

1. [2] Quam certæ, quam etiam [3] notæ inſaniæ Tuditanus; utpote qui populo nummos ſparſerit, togamque velut [4] tragicam veſtem in foro trahens, maximo cum hominum riſu conſpectus fuerit, ac multa his conſentanea fecerit.

[1] Te-

1. *Tanquam integro civi.*] Tanquam eſſet civis incorruptus, cui hæreditas haud dubie reddenda fuiſſet. *Badius.*

2. Q*Uam certæ.*] Ex lege conſtat, furioſo & inſano teſtari non licere. Cicero lib. 1. ad Herennium: *Lex eſt*, inquit, *ſi quis furioſus, & inſanus extiterit, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus poteſtas eſto.* Olivarius.

3. *Notæ inſaniæ.*] Cic. III. Academ. *Quid loquar de inſanis? qualis tandem fuit affinis tuus, Catule, Tuditanus? quiſquam ſaniſſimus tam certa putabat, quæ videbantur?* De eodem III. Philipp. *Colerus.*

4. *Tragicam veſtem.*] Quæ tragœdo conveniret. Nam longum ſyrma trahebat ab humeris demiſſum. *Oliv.*

 1. *Teſta-*

[1] Teſtamento is filium inſtituit hæredem: quod Ti. Longus ſanguine proximus, [2] haſtæ judicio [3] ſubvertere fruſtra conatus eſt. Magis enim centumviri, quid ſcriptum eſſet in tabulis, quam quis eas ſcripſiſſet, conſiderandum exiſtimaverunt.

2. Vita Tuditani demens, Æbuciæ autem, quæ L. Menenii Agrippæ uxor fuerat, tabulæ teſtamenti plenæ furoris. Nam cum haberet duas ſimillimæ probitatis filias, Plætoriam & Afraniam: animi ſui potius inclinatione provecta, quam ullis alterius injuriis aut officiis commota, Plætoriam tantummodo hæredem inſtituit: Filiis autem Afraniæ ex ſuo admodum amplo patrimonio viginti millia nummûm legavit. Afrania tamen cum ſorore ſua [4] ſacramento contendere noluit; teſtamentumque matris patientia honorare, quam judicio convellere ſatius eſſe duxit: Eo ſe ipſa indigniorem injuria oſtendens, quo eam æquiore animo ſuſtinebat.

3. Minus mirandum errorem muliebrem Q. Metellus fecit. Is namque plurimis & celeberrimis ejuſdem nominis viris in urbe noſtra vigentibus, [5] Claudiorum etiam familia, quam arctiſſimo ſanguinis vinculo contingebat, florente; [6] Carrinatem ſolum hæredem reliquit, nec hocce ejus teſtamentum quiſquam attentavit.

4. Item

1. *Teſtamento is filium inſtituit heredem.*] Si filium inſtituit, quomodo Ti. Longus id ſubvertit? & quomodo is ſanguine ei proximus? clara perverſio. Emendavimus nuper, *Teſtamento Oſilium*, & probat nunc vetus, cui vocula, *is*, nulla eſt. *Lipſ.*

2. *Haſtæ judicio.*] Centumvirali judicio. Cic. in Oratione de lege Agraria contra Rullum dicit: *Primum cauſa populi Romani hereditatem decemviri judicent, cum vos volueritis de privatis hæreditatibus centumviros judicare.* Ergo *haſtæ judicio, centumvirali judicio.* Oliv.

3. *Subvertere.*] Quod exhæredationem metuiſſet.

4. *Sacramento contendere.*] Nam potuit Afrania apud centumviros jurare ſe injuſte exhæredatam à matre. *Oliver.* *Aphronia tamen cum ſorore ſacramento contendere noluit.*] Legendum, *Afrania tamen cum ſorore ſua, &c.* Quid ſit ſacramento contendere, & quo ritu hoc fiebat, pulchre M. Varro de Lingua Latina lib. IV. *Pigh.*

5. *Claudiorum.*] Nam genus maternum ducebat à gente Claudia, Metellus enim ſuperior Claudiam duxit uxorem, ex qua natus eſt Quintus Metellus. *Oliv.*

6. *Carrinatem.*] An ille eſt, de quo Appianus lib. IV. & V. Dio lib. XV. *Prætor Iberiæ fuit ſub Cæſare.* Coler.

1. *Pom-*

4. Item [1] Pompejus Rheginus, vir tranſalpinæ regionis, cum teſtamento fratris præteritus eſſet; & ad coarguendam iniquitatem ejus, binas tabulas teſtamentorum ſuorum in comitio inciſas, habita [2] utriuſque ordinis maxima frequentia, recitaſſet; in quibus magna ex parte hæres frater erat ſcriptus, prælegebaturque ei centies & quinquagies ſeſtertiûm: multum àc diu inter aſſentientes indignationi ſuæ amicos queſtus, quod [3] ad haſtæ judicium attinuit, [4] cineres fratris quietos eſſe paſſus eſt. Et erant ab eo inſtituti hæredes, neque ſanguine patrio pares, neque proximi: ſed & alieni & humiles: ut non ſolum flagitioſum ſilentium, ſed etiam prælatio contumelioſa videri poſſet.

5. Æque felicis impunitatis, ſed neſcio an tetrioris hæc delicti teſtamenta. Q. Cæcilius L. Luculli promptiſſimo ſtudio, maximaque liberalitate, & honeſtum dignitatis gradum, & ampliſſimum patrimonium conſecutus: cum præ ſe ſemper tuliſſet, unum illum ſibi eſſe hæredem, moriens etiam annulos ei ſuos tradidiſſet; Pomponium Atticum teſtamento adoptavit, omniumque bonorum reliquit hæredem. Sed fallacis & inſidioſi cadaver [5] pop. Rom. cervicibus reſte circumdatum, per viam traxit: Itaque nefarius homo filium quidem, & hæredem habuit quem voluit; funus autem & exequias quales meruit.

6. Neque aliis dignus fuit [6] T. Marius Urbinas, qui ab infimo militiæ loco, beneficiis Divi Auguſti imperatoris ad

1. *Pompejus Rheginus.*] Non dubito eum eſſe, de quo Varro lib. III. de Re Ruſt. *In Gallia vero Tranſalpina T. Pompejus tantum ſeptum venationis.* Arelatenſis etiam Pompei meminit. Plinius libro XXXIII. cap. II. *Coler.*

2. *Utriuſque ordinis.*] Patricii & Plebeii.

3. *Ad haſtæ judicium.*] Ad centumvirale judicium, ſicut ſupra diximus.

4. *Cineres fratris quietos eſſe.*] Noluit oppugnare voluntatem ſupremam jam defuncti. *Bad.*

5. *Populus Romanus.*] Illum populus Romanus qua potuit pœna ingratitudinis afflixit: nam ejus cadaver, unco gutturi infixo, ad Gemonias ſcalas per ora vulgi protrahi juſſit, ut, quales meruerat, exequias haberet. *Oliv.*

6. *T. Marius.*] Quis iſte Titus Marius? Conjectura lego & doctis æſtimandum præbeo: *T. Tatius.* Neſcio an etiam

ad ſummos caſtrenſes honores perductus, eorumque uberrimis quæſtubus locuples factus; non ſolum cæteris vitæ temporibus ei ſe fortunas ſuas relinquere, à quo acceperat, prædicavit; ſed etiam pridie quam expiraret, idem iſtud ipſi Auguſto dixit: cum interim ne nomen quidem ejus tabulis teſtamenti adjecerit.

7. L. autem Valerius, cui cognomen Heptachordo fuit, [1] togatum hoſtem Cornelium Balbum expertus, utpote opera ejus & conſilio compluribus privatis vexatus litibus, ad ultimumque ſubjecto accuſatore capitali crimine accuſatus: præteritis advocatis & patronis ſuis, ſolum hæredem reliquit, nimia conſternatione, quæ animum ejus tranſverſum egit, depravatus. Amavit enim [2] ſordes ſuas, & dilexit pericula, & [3] damnationem votis expetivit: auctorem harum rerum benevolentia, propulſatores odio inſecutus.

8. T. Barrulus Lentulo Spintheri, cujus amantiſſimum animum, liberaliſſimamque amicitiam ſenſerat, decedens ſuos annulos perinde atque unico hæredi tradidit, quem nulla ex parte hæredem relinquebat. Quantum illo momento temporis conſcientia, (ſi modo vires, quas habere creditur, poſſidet) à teterrimo homine ſupplicium exegit! Inter ipſam enim fallacis & ingratæ culpæ cogitationem, ſpiritum poſuit, quaſi tortore aliquo mentem ejus intus cruciante: Quod animadvertebat è vita ad mortem tranſitum ſuum, & ſuperis Diis inviſum eſſe, & inferis deteſtabilem futurum.

9. M. vero

etiam Plinius corrigendus l. xviii. c. 6. *L. Tarius Rufus infima natalium humilitate conſulatum militari induſtria meritus, antiquæ alias parſimoniæ circiter millies H. S. liberalitate divi Auguſti, &c.* Nam reor Plinium de hoc ipſo loqui. *Coler.*

1. *Togatum.*] Ac ſi diceret forenſem.

2. *Sordes ſuas.*] Infamiam, ignominiam, & crimina ſua.

3. *Damnationem.*] Viſus eſt optâſſe damnationem, quam ope amicorum ſubterfugerat. *Oliver. Damnationem.*] Hæc autem ad increpationem dicit author, non quod ita eſſe ſignificare velit. Nam ſi ita fuiſſet, fruſtra advocatos & patronos ſibi quæſiviſſet: ſed quod veriſimile ſit ex effectu ejus eum expetiviſſe condemnationem. *Badius.*

1. Ne

9. M. vero Popillius ſenatorii ordinis Oppium Gallum ab ineunte ætate familiariſſimum ſibi, moriens, pro vetuſto jure amicitiæ, & vultu benigno reſpexit, & verbis magnum præ ſe amorem ferentibus proſecutus eſt. Unum etiam de multis, qui aſſidebant, ultimo complexu & oſculo dignum judicavit; inſuperque annulos ſuos ei tradidit: videlicet [1] ne quid ex ea hæreditate, quam non erat aditurus, amitteret. Quos ocyus vir diligens, ſed morientis amici plenum contumeliæ ludibrium, in locellum repoſitos, & à præſentibus aſſignatos diligentiſſime hæredibus illius, exhæres ipſe reddidit. [2] Quid hoc loco inhoneſtius? aut quid intempeſtivius? [3] Senatorem populi Rom. Curia egreſſum homo vitæ fructibus continuo cariturus, ſanctiſſimæ jura familiaritatis, morte preſſis oculis, & ſpiritu ſupremos anhelitus reddente, ſcurrili luſu ſugillanda ſibi deſumpſit.

VA-

1. *Ne quid ex ea hæreditate.*] Jocatus Valetius, cum dicit, ut omnia conſequeretur ex ea hæreditate, quam non erat habiturus. *Oliv.*

2. *Quid hoc loco inhoneſtius?*] Scribe, *joco*; non, *loco*. Lipſ.

3. *Senator pop. Rom. Curia egreſſus, homo vitæ fructibus continuo cariturus ſanctiſſima jura familiaritatis.*] Ita vulgo. Magis placet unius U.C. lectio, quæ totam periodum reddit dilucidam. Nam ſic habet in quarto caſu, *Senatorem populi Romani Curia egreſſum homo vitæ f. c. cariturus, ſanctiſſimaque jura familiaritatis, &c.* Ait enim Valetius, nil inhoneſtius fuiſſe, quam ſenatorem è curia venientem & ſanctiſſima familiaritaris jura ſugillanda ſibi deſumere, & nil intempeſtivius, quam hominem mox moriturum fallere & illudere, ut tum fecit Popillius ille. *Pighius.*

1. Marcus

VALERII MAXIMI
LIBER OCTAVUS.

CAP. I.
DE JUDICIIS PUBLICIS INSIGNIBUS.

QUIBUS ABSOLUTI.

1. *M. Horatius Tergeminus.*
2. *Ser. Sulpitius Galba.*
3. *A. Gabinius.*
4. *P. Claudius Pulcher.*
5. *Tuccia virgo Veſtalis.*
6. *L. Calpurnius Piſo.*
7. *Q. Flavius augur.*
8. *C. Coſconius Callidianus.*
9. *A. Atilius Calatinus.*
10. *M. Æmilius Scaurus.*
11. *L. Aurelius Cotta.*
12. *Callidius Bononienſis.*
13. *Clœlii duo T. F. Tarracinenſes.*

DAMNATI.

1. *L. Scipio Aſiaticus.*
2. *C. Decianus.*
3. *Sex. Titius.*
4. *Claudia Ap. Cæci F.*
5. *M. Mulvius, Cn. Lollius, L. Sextilius, triumviri.*
6. *P. Villius triumvir.*
7. *M. Æmilius Porcina.*
8. *Paterfamilias quidam.*

AMBUSTAE DUAE.

1. *Mulier matricida.*
2. *Materfamilias quædam.*

ABSOLUTI.

NUnc quoque ut æquiore animo ancipites judiciorum motus tolerentur, recordemur invidia laborantes, quibus de cauſſis aut abſoluti ſunt, aut damnati.

1. [1]M. Horatius interfectæ ſororis crimine à Tullo rege damna-

1. M*Arcus Horatius.*] Hæc hiſtoria in cap. de Severitate dicta eſt. Conſtat autem Horatium à duûmviris lege perduellionis damnatum, & auctore Tullo benigno legis interprete, facta provocatione ad populum ab eo fuiſſe abſolutum. Sed eſt hiſtoria tota repetenda ex Livio. *Oliverius.* Contigit A. U. XXCVII.

1. *Pro-*

damnatus, ad populum [1] provocato judicio abſolutus eſt. Quorum alterum atrocitas necis movit, alterum cauſſa flexit: quia immaturum virginis amorem ſevere magis, quam impie punitum exiſtimabat. Itaque [2] forti punitione liberata fratris dextera, tantum conſanguineo, quantum hoſtili cruore gloriæ haurire potuit.

2. Acrem ſe tunc pudicitiæ cuſtodem populus Rom. poſtea plus juſto placidum judicem præſtitit. [3] Cum à Libone trib. pleb. Ser. Galba pro roſtris vehementer increparetur, quod Luſitanorum magnam manum interpoſita fide

1. *Provocato judicio.*] Quia lex erat horrendi criminis: DUUMVIRI PERDUELLIONEM JUDICENT: SI A DUUMVIRIS PROVOCARIT, PROVOCATIONE CERTATO: SI VINCENT, CAPUT OBNUBITO, INFELICI ARBORI RESTE SUSPENDITO, VERBERATO, VEL INTRA POMOERIUM, VEL EXTRA POMOERIUM. Hac igitur lege damnatus Horatius, provocavit ad populum. Moti homines in eo judicio, maxime Publio Horatio patre proclamante ſe filiam jure cæſam judicare, atque ipſo filio parem animum in omni periculo gerente, abſolverunt, & immiſericordia patris commori, ſed magis admiratione virtutis, quam jure cauſæ. *Oliv.*

2. *Forti punitione liberata fratris dextera.*] Verum eſt, *librata.* Lipſ.

3. *Cum à Libone, &c.*] Sergius Galba prætor in Hiſpania ſumma perfidia uſus eſt in Luſitanos. Nam trium civitatum, quas oppugnabat, convocato populo, tanquam de commodis ejus acturus, octo millia, in quibus flos juventutis conſiſtebat, electa, & armis exuta partim trucidavit, partim vendidit, quum illis publicam fidem dediſſet, quafreti, venerant in ejus poteſtatem. Nam Luſitani Sertorianas partes ſecuti fuerant, adverſus quos miſſus fuit hic Sergius Galba, qui violata publica fide, maximam barbarorum cladem magnitudine criminis ſuperavit. Reus igitur factus à Libone tribuno plebis, die dicta venit in judicium, ubi quum à tribuno perfidia damnaretur, ejuſque damnationem Cato, quum nonagenarius eſſet, vehementi oratione juvaret, reum ſe manifeſte confeſſus eſt: nihil enim pro ſe recuſans, quippe ſupplicio ſe dignum judicans, omiſſa ſui cauſa, parvulos ejus filios, & nepotem multis cum lachrymis populo commendabat. Quæ res adeo commovit omnes, ut præter opinionem abſolveretur, qui omnium conſenſu periturus eſſe videbatur. De hoc Galba Quintilianus de Inſtitutione Oratoria libro ſecundo: *Sergium,* inquit, *Galbam miſeratione ſola, qua non ſuos modo liberos parvulos in concionem perduxerat, ſed Galli etiam Sulpitii filium ſuis ipſe manibus circumtulerat, elapſum eſſe cum aliorum monumentis, tum Catonis oratione teſtatum. Idem Q. Sergium Galbam, quem hominem probe meminiſſe ſe ajebat, pergraviter reprehendere ſolebat, quod is L. Scribonio quæſtionem in eum ferente populi miſericordiam concitaſſet, cum M. Cato Galbæ graviſſimus atque acerbus inimicus aſpere apud populum Romanum & vehementer eſſet locutus, quam orationem in originibus ſuis expoſuit. Reprehendebat igitur Galbam Rutilius, quod is C. Sulpitii Galli propinqui ſui pupillum filium ipſe pene in humeros ſuos extuliſſet, qui patris clariſſimi & recordatione & memoria fletum populo move-*

fide prætor in Hiſpania intereṁiſſet; actionique tribunitiæ [1] M. Cato ultimæ ſenectutis, oratione ſua, quam [2] in Origines retulit, ſubſcriberet: reus pro ſe jam nihil recuſans, parvulos liberos ſuos, [3] & Galli ſanguine ſibi conjunctum filium, flens commendare cœpit: Eoque facto mitigata concione, qui omnium conſenſu periturus erat, pene nullum triſte ſuffragium habuit. Miſericordia ergo illam quæſtionem, non æquitas rexit: quoniam quæ innocentiæ tribui nequierat [4] abſolutio, reſpectui puerorum data eſt.

3. Conſentaneum eſt quod ſequitur. [5] A. Gabinius in maximo infamiæ ſuæ ardore ſuffragiis populi C. Memmio accuſatore ſubjectus, abruptæ eſſe ſpei videbatur: quoniam

moveret, & duos filios ſuos parvos tutelæ pupilli commendaſſe, ac ſe, tanquam in promptu teſtamentum faceret, ſine libra atque tabulis populum Romanum tutorem inſtituere dixiſſet illorum orbitati. Itaque cum invidia & odio populi tum Galba premeretur, his eum tragœdiis liberatum ferebat. Quod item apud Catonem ſcriptum eſſe video, niſi pueris & lachrymis uſus eſſet, pœnas eum daturum fuiſſe. Hæc Rutilius valde vituperabat, & huic humilitati dicebat, vel exilium fuiſſe, vel mortem anteponendam. Oliv.

1. *M. Cato.*] Præter alia ſcripſit ſeptem Originum libros. In quibus complexus eſt tum res geſtas populi Romani, tum etiam urbium origines, & quæ alicubi admiranda, ut teſtatur Corn. Nepos in fragmento, quod ſupereſt è poſteriori libro de Vitis Excellentium Imperatorum.

2. *In origine retulit.*] Ita vulgo. Aliter: *Quam in Originibus retulit.* Melius, *in Origines*, quemadmodum Cauchianus, Gemblacenſis ac Atrebatenſis habent. Et Cicero eodem modo dixit in Bruto, velut Livius, in Annales non ſecus ac referre in tabulas dicimus. *Pigh.*

3. *Et Galli ſanguine conjunctum filium.*] Veteres libri, *Et Galli ſanguine ſibi conjunctum filium.* Tullius de Oratore primo, C. Sulpicii Galli propinqui ſui filium pupillum in humeros extuliſſe ſcribit. *Pigh. Galli.*] Galli Sulpitii. De quo præter Ciceronem Quintilianus. *Coler.*

4. *Abſolutio.*] Inique tamen data videtur. Nam miſericorditer agendo cum pueris, impie actum eſt cum Luſitanis tam impie trucidatis, præſertim cum liberos ejus alia via juvare potetant. *Badius.*

5. *Aulus Gabinius.*] In maximo ardore infamiæ hic fuit, corrupto videlicet exercitu, vel verius vendito Ariobarzani, qui Ptolemæum reduxerat in regnum, ut ſupra dictum eſt, ſed potius fuit pecuniarum repetundarum reus hoc loco. De majeſtate, cujus eum Lentulus Flaminii filius poſtulaverat, abſolutus eſt, ut Cicero ad Att. Et paulo poſt: *Eſt omnino gravi fama hoc judicium, ut videatur* reliquis judiciis *periturus. Reliquis judiciis* dixit, videl. de ambitu, cujus eum Publius Sylla reum fecit in petitione conſulatus, & repetundarum, de quibus nondum poſtulatus erat. Hoc autem in prætura Syriæ factum intelligam. De Gabinio idem Cicero ita ſenſit in Senatu, quum de provinciis conſulatibus diceret: *Syriam ipſe conſul, ut Piſo Macedoniam occuparat,*

niam & accuſatio partes ſuas plene exhibebat, & defenſionis præſidia invalida fide nitebantur: & qui judicabant, ira præcipiti pœnam hominis cupide expetebant. Lictor igitur & carcer ante oculos obverſabantur: cum interim omnia iſta propitiæ fortunæ interventu diſpulſa ſunt. Filius namque Gabinii Siſenna conſternationis impulſu ad pedes ſe Memmii ſupplex proſtravit: inde aliquod fomentum procellæ petens, unde totus impetus tempeſtatis eruperat: Quem truci vultu à ſe victor inſolens repulſum, [1] excuſſo è manu annulo humi jacere aliquamdiu paſſus eſt. Quod ſpectaculum fecit, ut Lælius trib. pleb. approbantibus cunctis Gabinium dimitti juberet; ac documentum daretur, neque ſecundarum rerum proventu inſolenter abuti, neque adverſis propere quemquam debilitari oportere.

4. Idque proximo exemplo æque patet. [2] P. Claudius, neſcio religionis major, an patriæ injuria (ſiquidem illius [3] vetuſtiſſimum morem neglexit, hujus pulcherrimam claſſem amiſit) infeſto populo objectus, cum effugere debitam

cuparet, in qua ita ſe geſſit, ut Rex Ariobarzanes ipſum ad cædem faciendam conduceret, adveniens in Syriam equitatum amitteret: cohortibus poſtea conciſis, Publicanos prope in ſervitutem Judæis & Syris traderet: nam jus Publicanis non dixit, pactiones ſine injuria factas reſcidit, cuſtodias ſuſtulit, vectigales multos ac ſtipendiarios liberavit, quo in oppido ipſe eſſet, aut quo veniret, Publicanum, aut Publicani ſervum eſſe vetuit. Oliver.

1. *Excuſſo.*] Quia indigne ferebat illum tanquam reum annulum non depoſuiſſe. *Excuſſo è manibus.*] Rei & ſupplices annulos ponebant, more lugentium aut ærumnoſorum. Sic P. R. ad Caudinæ pacis nuncium annulos poſuit, teſte Livio. De qua re plura, cum Deo, in peculiari libello de Jure annulorum, quem prope adfectum habeo. *Coler.*

2. *Publius Claudius.*] Livius: *Claudius Pulcher conſul,* inquit, *qui contra auſpicia profectus, juſſit immergi pullos, qui cibari nolebant, infeliciter adverſus Carthaginienſes claſſe pugnavit, & revocatus à Senatu, juſſuſque dictatorem dicere, C. Glauciam dixit, ſortis ultimæ hominem, qui coactus ſe abdicare magiſtratu, poſtea ludos prætextatus ſpectavit.* Suetonius in vita Tib. Claudii: *Claudius,* inquit, *Pulcher, apud Siciliam non paſcentibus inauſpicando pullis, ac per contemptum religionis mari demerſis, quaſi ut biberent, quando eſſe nollent, prœlium navale iniit, ſuperatuſque, cum dictatorem dicere à Senatu juberetur, velut iterum illudens diſcrimini publico, Glauciam viatorem ſuum dixit.* Oliv.

3. *Vetuſtiſſimum morem.*] Majores enim (ut ſupra dictum eſt) nihil gerebant, niſi prius captis auſpiciis. *Idem.*

1. *Tuccia*

tam pœnam nullo modo poſſe crederetur, ſubito coorti imbris beneficio tutus fuit à damnatione. diſcuſſa enim quæſtione, aliam velut Diis interpellantibus, de integro inſtaurari non placuit. Ita cui maritima tempeſtas cauſæ dictionem contraxerat, cœleſtis ſalutem attulit.

5. Eodem auxilii genere [1] Tucciæ virginis Veſtalis inceſti criminis reæ caſtitas infamiæ nube obſcurata emerſit: quæ conſcientia certæ ſinceritatis ſuæ, ſpem ſalutis ancipiti argumento auſa petere eſt. Arrepto enim cribro, Veſta, inquit, [2] ſi ſacris tuis caſtas ſemper admovi manus, effice, ut hoc hauriam è Tiberi aquam, & in ædem tuam perferam. Audaciter & temere jactis votis ſacerdotis, rerum ipſa natura ceſſit.

6. [3] Item L. Piſo à P. Claudio Pulchro accuſatus, quod graves & intolerabiles injurias ſociis intuliſſet: haud dubiæ ruinæ metum fortuito auxilio vitavit. Namque per id tempus, quo triſtes de eo ſententiæ ferebantur; repentina vis nimbi incidit. Cumque proſtratus humi pedes judicum oſcularetur; os ſuum cœno replevit. Quod conſpectum, totam quæſtionem à ſeveritate ad clementiam & manſuetudinem tranſtulit: quia ſatis jam graves eum pœnas ſociis

1. *Tucciæ virginis.*] Nam, ut inquit alibi Poëta:

Tutia caſta fuit, ſed non eſt credita, &c.
Hoc ſimul ac ſenſit, palmas ad ſydera tollens,
Dixit: Diva, audi, jam tibi caſta negor.
Si rea ſum, populo me nunc ſpectante miniſtra
Signa, quibus noſcar, ſi tibi caſta fui.
Dixit; & arrepto Tyberino in littore cribro,
Ipſa manu puram fluminis hauſit aquam:
Quam ſimul immotam, nullove foramine lapſam,
Pertulit ad ſanctos virginitate focos,

&c. quæ ſequuntur.

2. *Si ſacris tuis.*] Deprecationis inceſti verba ſolemnia Tucciæ exſtitiſſe etiam ſua ætate ſcribit Plinius. *Coler.*

3. *Item Lucius Piſo.*] Lucius Piſo accuſatus injuriarum contra ſocios. Macedoniam Piſo conſul occupaverat, in qua ita ſe geſſit, ut exercitum amitteret, barbari infeſta omnia redderent, ac eos ſibi ingentem pecuniam pendere cogeret: vectigal ac portorium Dyrrhachinorum in quæſtum ſuum verteret, Bizantinorum urbem hoſtilem in modum vexaret, nobiliſſimas etiam virgines fama erat ſe in puteos abjeciſſe, & morte voluntaria neceſſariam turpitudinem depuliſſe. *Oliv.*

1. *Quin-*

ciis dediſſe arbitrati ſunt huc deductum neceſſitatis, ut abjicere ſe tam ſuppliciter, aut attollere tam deformiter cogeretur.

7. Subnectam duos accuſatorum ſuorum culpa abſolutos. [1] Q. Flavius Augur à C. Valerio ædile ad populum reus actus, cum quatuordecim tribuum ſuffragiis damnatus eſſet; proclamavit ſe innocentem opprimi. Cui Valerius æque clara voce reſpondit, nihil ſua intereſſe, nocenſne an innoxius periret, dummodo periret. Qua violentia dicti, reliquas tribus adverſario donavit. Abjecerat inimicum: eundem, dum pro certo peſſundatum credidit, erexit: victoriamque in ipſa victoria perdidit.

8. C. etiam Coſconium [2] Servilia lege reum, propter plurima & evidentiſſima facinora, ſine ulla dubitatione nocentem, [3] Valerii Valentini accuſatoris ejus recitatum in judicio carmen, quo [4] puerum prætextatum, & ingenuam virginem à ſe corruptam poëtico joco ſignificaverat, erexit.

1. *Quintus Flavius.*] Quintus Flavius reus actus: hunc Fimbriam fuiſſe conjicimus, quem ſæviſſimum legimus, quippe Cinnæ ſatellitem, qui poſtea Valerio Flacco conſule, legatus in Aſiam profectus, per ſimulationem dimiſſus, corrupto exercitu, ducem interficiendum curavit. Ipſe, correptis faſcibus, provinciam ingreſſus, Mithridatem Pergamo expulit. Ilion, ubi tardius portæ aperiebantur, incendi juſſit. Et populo viſceratio à Marco Flavio data in funere matris. Erant qui per ſpeciem honorandæ parentis meritam mercedem populo ſolutam interpretarentur, quod eum die dicta ab ædilibus crimine ſtupratæ matrisfamilias abſolviſſet. *Oliv.* *Q. Flavius Augur.*] Livius vocat M. Flavium, nec addit cognomen Auguris. *Coler.*

2. *Servilia lege.*] Lege Servilia repetundarum, (Aſcon. Pædianus ad hæc verba Ciceronis: *Reus eſt factus à Q. Servilio Cæpione lege Servilia, cum judicia penes equeſtrem ordinem eſſent, & P. Rutilio damnato nemo tam innocens videretur, ut non timeret illa.* Q. Servilius Cæpio Scaurum, ob legationis Aſiaticæ invidiam & adverſus leges pecuniarum captarum, reum fecit repetundarum lege, quam tulit Servilius Glaucia.) Ne quis ſcilicet legatus pecuniam acciperet, ſicut Scaurus acceperat. Et hunc Coſconium accepiſſe intelligimus. *Oliv.*

3. *Valerii Valentini.*] Ignotus prope hodie ſcriptor, abſque Feſto Pompeio eſſet: Tappullam, legem convivalem, ficto nomine conſcripſit jocoſo carmine Valerius Valentinus. *Coler.*

4. *Puerum prætextatum.*] Puerum nobilem: nam prætexta nobiles utebantur. Quam, teſte Macrob. primus T. Hoſtilius rex Romanorum tertius, debellatis Hetruſcis, ut Romæ haberetur, inſtituit; ſed prætextam illo ſæculo puerilis non uſurpabat ætas. At poſtea Tarquinii Demarati exulis filius

xit. Siquidem judices iniquum rati ſunt, eum victorem dimittere; qui palmam non ex alio ferre, ſed de ſe dare merebatur. Magis ergo Valerius in Coſconii abſolutione damnatus, quam Coſconius in cauſſa ſua liberatus eſt.

9. [1] Attingam eos quoque, quorum ſalus propriis obruta criminibus, proximorum claritati donata eſt. A. Atilium Calatinum [2] Soranorum oppidi proditione reum admodum infamem, imminentis damnationis periculo, Q. Maximi ſoceri pauca verba ſubtraxerunt: quibus affirmavit, ſi in eo crimine ſontem illum ipſe comperiſſet, diremptūrum ſe fuiſſe affinitatem. Continuo enim populus pene jam exploratam ſententiam ſuam unius judicio conceſſit: indignum ratus ejus teſtimonio non credere, cui difficillimis reipublicæ temporibus bene ſe exercitus [3] crediſſe meminerat.

10. [4] M. quoque Æmilius Scaurus repetundarum reus, adeo perditam & comploratam defenſionem in judicium attu-

Priſcus, rex quintus à Romulo, de Sabinis triumphans, filium ſuum annos quatuordecim natum, quod in bello hoſtem manu percuſſerat, pro concione laudavit, & prætexta donavit. Hinc deductus mos, ut prætexta in uſum puerorum nobilium uſurparetur. Eſt autem prætexta toga cui purpura prætexitur. *Oliv.*

1. *Attingam, &c.*] Dicturus Valerius de his, qui cum nocentes eſſent, abſoluti ſunt gratia majorum ſuorum, ab Aulo Atilio Calatino ſumpſit exordium, qui cum Soræ oppido præeſſet bello Punico, quo tempore Annibal Italiam vaſtavit, & illius oppidi cives ad Annibalem defeciſſent, ſuſpicio fuit, id Calatini conſilio factum. In judicium itaque Calatinus rapitur, nec dubium erat, quin à populo damnaretur, niſi pauca Q. Fabii Maximi verba judicialem illum impetum genero propulſaſſent. De hoc autem Atilio ſuperius diximus in c. de Jure triumphandi. *Oliv.*

2. *Soranorum.*] Sora oppidum Campaniæ, cujus meminit Plinius lib. III. cap. 5.

3. *Credidiſſe.*] Hic enim Fabius eſt, de quo Ennius:

Unus homo nobis cunctando reſtituit rem.

Qui trahendo bellum, & exercitum Rom. ſervavit, & vires Annibalis debilitavit. *Oliv.*

4. *Marcus quoque, &c.*] Marcus Scaurus, Marci Scauri filius, qui princeps Senatus fuit, vitricum habuit Syllam, quo victore & munifico in ſocios victoriæ, ita abſtinens fuit, ut nihil donari ſibi voluerit, neque ſub haſta emerit. Ædilitatem ſumma magnificentia geſſit, adeo ut ejus impenſa opes ſuas abſumpſerit, magnumque æs alienum contraxerit. Ex prætura provinciam Sardiniam obtinuit, in qua nec ſatis continenter ſe geſſiſſe exiſtimatus eſt, & valde arroganter, quod genus morum in eo paternum videbatur; cum cætera

attulit; ut accuſator diceret, lege ſibi centum atque viginti hominibus denuntiare teſtimonium licere, ſeque non recuſare quo minus abſolveretur, ſi totidem nominaſſet, quibus in provincia nihil abſtuliſſet. Licet tam bona conditione uti non potuerit; tamen propter vetuſtiſſimam nobilitatem, & recentem memoriam patris, abſolutus eſt.

11. Sed quemadmodum ſplendor ampliſſimorum virorum in protegendis reis plurimum valuit; ita in opprimendis non ſane multum potuit. Quinetiam evidenter noxiis, dum eos acrius impugnat, profuit. [1] P. Scipio Æmilianus L. Cot-

cætera induſtria nequaquam eſſet patri æqualis. Hic cum ad conſulatum ad III. Kal. Quint. Romam veniſſet, querentibus de eo Sardis, à Publio Valerio Triario adoleſcente parato ad dicendum, accuſatus, & pene condemnatus, licet eum ſex patroni defenderent. *Oliv.*

1. *Publius Scipio, &c.*] Hunc Cottam Gracchanæ ſeditionis fautorem intelligimus. Cui Scipio acertime reſtirit, ut apud Plutarchum in T. & C. Graechorum vita manifeſtiſſime patet. Nam Aurelius Gotta aliquot poſt annos prætor judicia ad equites Romanos tranſtulit. Hunc igitur Cottam cum Scipio infamatum in judicium pertraxiſſet, & multis graviſſimis criminibus afflictum eo perduxiſſet, ut damnaretur octavo judicio, illum populus liberavit. *Oliver. L. Scipio Æmilianus Cottam apud populum accuſavit.*] Perperam hoc loco Scipioni Æmiliano prænomen *Cottæ* eſt attributum. Vel conſoribus enim notum eſt *P. Scipionem* appellari debere, quemadmodum etiam vocatur in Campenſi libro, atque in Wincheliano, non male: *P. Scipio Africanus.* Sed quid? Cotta ad populum accuſatus? Minimè. Non enim niſi magiſtratus (quod & vir doctiſſimus Carolus Sigonius obſervavit) accuſare ad populum ſolent. Itaque ſcribendum, velut in Atrebatenſi codice legitur, *L. Cottam ad prætorem accuſavit*, non, *Apud populum*, ut vulgo. P. Scipio autem privatus accuſavit Coltam, cum jam bis conſul & cenſor fuiſſet, ut teſtatur Cicero de Divinatione, atque item in Muræniana, *Bis conſul fuerat* (inquit) *P. Africanus, & duos terrores hujus imperii, Carthaginem Numantiamque deleverat, cum accuſavit L. Cottam.* Poſt ſecundum vero conſulatum P. Africanus nullum magiſtratum geſſit; debuit itaque privatus accuſaſſe, atque non ad populum, ſed ad prætorem de repetundis. Jam enim multo antea quæſtiones perpetuæ erant conſtitutæ, ſicut ex noſtris annalibus manifeſtum eſt. Error autem provenit in Valerii exemplaribus ex literis ſingularibus quæ adhuc remanent in Pulmanni libro, in quo ſcriptum, *apud pr.* indoctus librarius legit, ſcripſitque, *Apud populum Romanum*; quæ lectio adhuc reſtat in Campenſi exemplari. Reſtituendus igitur hoc pacto locus, *P. Scipio Æmilianus L. Cottam ad prætorem accuſavit.* Oſtendit inſuper ita legendum eſſe Valerius ipſe in fine exempli, ubi & judicum mentionem facit, quemadmodum & Cicero in Muræniana: *Nolebant* (inquit) *ſapientiſſimi homines, qui tum rem illam judicabant, ita quenquam cadere in judicio, ut nimis adverſarii viribus abjectus videretur.* Quod imitatur Valerius cum dicit, *Quia homines verebantur.* Sed malim ut in Campenſi, *Quia homines ſapientiſſimi verebantur.* Pighius.

L. Cottam ad prætorem accuſavit. Cujus cauſſa, quanquam graviſſimis criminibus erat [1] confoſſa: ſepties [2] ampliata, & ad ultimum octavo judicio abſoluta eſt. Quia homines ſapientiſſimi verebantur, ne præcipuæ accuſatoris amplitudini damnatio ejus donata exiſtimaretur. Quos hæc ſecum locutos crediderim: Nolumus caput alterius petentem, in judicium triumphos & trophæa, ſpoliaque, ac devictarum navium roſtra deferre: Terribilis ſit is adverſus hoſtem: civis verò ſalutem, tanto fulgore gloriæ ſubnixus, ne inſequatur.

12. Tam vehementes hi judices adverſus excellentiſſimum accuſatorem, quam illi mites in longe inferioris fortunæ reo. Callidius Bononienſis in cubiculo mariti noctu deprehenſus, cum ob id cauſſam adulterii diceret; inter maximos, & graviſſimos infamiæ fluctus emerſit, tanquam fragmentum naufragii, leve admodum genus defenſionis amplexus. Affirmavit enim, ſe ob amorem [3] pueri ſervi eò eſſe perductum. Suſpectus erat locus, ſuſpectum tempus, ſuſpecta matris familiæ perſona, ſuſpecta etiam adoleſcentia ipſius: ſed crimen adulterii, libidinis intemperantis confeſſio liberavit.

13. Remiſſioris hoc, illud aliquanto gravioris materiæ exemplum. [4] Cum parricidii cauſſam duo fratres Clœlii dice-

1. *Confoſſa.*] Afflicta, convicta. Tranſlatio à gladiatoribus ſumpta, qui ſibi invicem vulnera inferunt. *Oliv.*

2. *Ampliata.*] Inter comperendinationem & ampliatam cauſam hoc intereſt. Comperendinatio eſt, cum altera tantum partium petit, ut in alterum diem judicium differatur, eo quod dicat judices cauſam non probe tenere. Ampliata vero cauſa à judicibus protrahitur, intellecta enim ſi juſta eſt, reus confeſtim abſolvitur; ſi mala eſt, ſtatim damnatur; ſi non liqueat, in aliud tempus differtur: & in tabulis, ſi ſcriptum erat *A*, abſolutionem factam eſſe ſignificabatur; ſi vero, *D*, damnatum reum eſſe intelligebant; ſed ſi differebatur, in tabulis imprimebantur *N* & *L*. Id autem ſignificat non liquere. *Oliv.*

3. *Pueri.*] Id eſt, puſionis, qui in cubiculo illius dormitabat. Sunt qui habeant *pueri ſui*, quod ſi eſt, dicemus puerum adulteri in idem cubiculum callide immiſſum, ut ſi deprehenſus forte eſſet, eo excuſationis confugeret. *Bad.*

4. *Cum parricidii cauſam.*] Hic fuerit Cælius ille Rufus, ad quem M. Cicero ex Cilicia ſcripſit, non affirmaverim. *Oliverius.*

1. Tam

cerent, ſplendido [1] Tarracinæ loco nati, quorum pater T. Clœlius in cubiculo quieſcens, filiis altero lecto cubantibus, erat interemptus: neque aut ſervus quiſquam aut liber inveniretur, ad quem ſuſpicio cædis pertineret: hoc uno nomine abſoluti ſunt, quia judicibus planum factum eſt, illos aperto oſtio inventos eſſe dormientes. Somnus innoxiæ ſecuritatis certiſſimus index miſeris opem tulit. Judicatum eſt enim, rerum naturam non recipere, ut occiſo patre, ſupra vulnera & cruorem ejus, quietem capere potuerint.

DAMNATI.

1. Percurremus nunc eos, quibus in cauſſæ dictione, magis quæ extra quæſtionem erant, nocuerunt, quam ſua innocentia opem tulit: [2] L. Scipio poſt ſpecioſiſſimum triumphum de rege Antiocho ductum, perinde ac pecuniam ab eo accepiſſet, damnatus eſt. Non puto quod pretio corruptus fuerat, ut illum totius Aſiæ dominum & jam Europæ victrices manus injicientem, ultra Taurum montem ſummoveret: ſed alioqui vir ſinceriſſimæ vitæ, & ab hac ſuſpicione procul remotus, invidiæ, quæ tunc in duorum fratrum [3] inclytis cognominibus habitabat, reſiſtere non potuit.

2. [4] At Scipioni quidem maximus fortunæ fulgor, [5] C. autem Deciano ſpectatæ integritatis viro, vox ſua exitium attulit. [6] Nam cum P. Furium inquinatiſſimæ vitæ pro Roſtris

1. *Tarracinæ.*] Oppidum eſt in Volſcis, quod olim Trachina dicebatur, poſtea Anxur dictum, quod ibi Jupiter imberbis coleretur. *Oliv.*

2. *Lucius Scipio.*] Is frater Africani fuit, qui ad Sipilum montem, legato fratre, Antiochum regem Syriæ vicit, & regni parte privavit; unde Aſiaticus dictus eſt, poſt reus pecuniæ interceptæ, ne in carcerem duceretur, Gracchus pater trib. pleb. interceſſit. Auctor eſt Plinius orator. *Oliv.*

3. *Inclytis cognominibus.*] Nam alter Africanus, alter Aſiaticus dictus eſt.

4. *At Scipioni, &c.*] Contigit A.U. DCLIV.

5. *C. vero Deciano.*] Hic nulla invidia, ſed errore linguæ factus eſt noxius.

6. *Nam cum P. Furium.*] Hic ſine dubio eſt, quem legimus furoris Catilinæ ſocium. Nam Cicero, convocato Senatu, de his primum, qui in cuſtodiis traditi

 eſſent,

ſtris accuſaret, quia quadam in parte actionis de [1] morte L. Saturnini queri auſus fuerat: nec reum damnavit, & inſuper ei pœnas addictas pependit.

3. [2] Sex. quoque Titium ſimilis caſus proſtravit: Erat innocens, Agraria lege lata gratioſus apud populum. Tamen quia Saturnini imaginem domi habuerat, [3] ſuffragiis eum tota cognitio oppreſſit.

4. [4] Adjiciatur his Claudia, [5] quam inſontem crimine, votum

eſſent, item de L. Caſſio, P. Umbreno, P. Furio, Q. Anneio, quos legati nominaverant, retulit quid de his, ſi deprehenſi forent, fieri placeret. *Oliv.*

1. *Morte Lucii Saturnini.*] Seditioſiſſimi viri, qui Gracchanas leges aſſerere non deſtitit, favente Mario, qui poſtmodum, mutata ſententia, illum ex auctoritate Senatus, quia conſpiraverat in eum, tandem oppreſſit. *Idem.*

2. *Sex quoque, &c.*] Contigit A.U. DCLV.

3. *Suffragiis eum tota concio oppreſſit.*] Ita vulgo. In Pulmann. & Suſian. *tota cognatio*; ſed rectius in Arrebatenſi, *tota cognitio*, legitur. *Cognationem* vero pro judicum collegio ponit. Damnatus enim fuit, ut ex Cicer. Rabiriana intelligimus, non à concione populi, ſed ab equitibus Romanis, penes quos tunc temporis erant judicia. *Pigh.*

4. *Adjiciatur his Claudia.*] Annibale Italiam vaſtante ex reſponſo librorum Sibyllinorum mater Deûm à Peſſinunte accerſita, cum adverſo Tyberi veheretur, repente navis in alto ſtetit, & cum moveri nullis viribus poſſet, ex libris cognitum, caſtiſſimæ demum fœminæ manu moveri poſſe. Tum Claudia virgo Veſtalis falſo crimine inceſti ſuſpecta, Deam oravit, ut ſi ſe pudicam ſciret, ſequeretur, zonaque impoſita, navem movit, ſimulachrum matris Deûm advexit. Suetonius in vita Tiberii: *Extant & fœminarum exempla diverſa æque, ſi quidem ejuſdem gentis utraque Claudia fuit, & quæ navem cum ſacris matris Deûm Idææ obhærentem, Tiberino vado extraxit, precata propalam, ut ita domum ſequeretur, ſi ſibi pudicitia conſtaret, & quæ novo more judicium majeſtatis apud populum mulier ſubiit, quod in conferta multitudine, ægre procedente carpento, palam optaverat, ut frater ſuus Pulcher reviviſceret, atque iterum claſſem amitteret, quo minor turba Romæ foret.* Sunt & alii auctores hujus hiſtoriæ. Livius: *Matronæ primores civitatis, inter quas unius Claudiæ inſigne nomen eſt, Deam accepere. Cui dubia, ut traditur, antea fama clariorem ad poſteros, tam religioſo miniſterio, pudicitiam fecit.* Et Ovidius lib. Faſt. IV.

Supplicis alma tuæ, genitrix fœcunda Deorum,
Accipe ſub certa conditione preces.
Caſta negor: ſi tu damnas, meruiſſe fatebor;
Morte luam pœnas, judice victa Deâ.
Sed ſi crimen abeſt, noſtræ tu pignora vitæ
Redabis, & caſtas caſta ſequere manus.
Dixit: & exiguo funem conamine traxit;
(Mira, ſed in ſcena teſtificata loquor.)
Mota Dea eſt, ſequiturque ducem, laudatque ſequendo:
Index lætitiæ fertur ad aſtra ſonus.

Item paulo inferius dicit:

Claudia præcedit læto celeberrima vultu,
Credita vix tandem teſte pudica Deâ.

Oliv. Contigit A.U. DVII.

5. *Quam inſontem crimine, quo accuſabatur votum impium ſubvertit.*] Ita vulgo.

tum impium ſubvertit: Quia cum à ludis domum rediens turba elideretur, optaverat, [1] ut frater ſuus maritimarum virium noſtrarum præcipua jactura reviviſceret: ſæpiuſque conſul factus, infelici ductu nimis magnam urbis frequentiam minueret.

5. [2] Poſſumus & ad illos brevi diverticulo tranſgredi, quos leves ob cauſſas damnationis incurſus abripuit. [3] M. Mulvius, Cn. Lollius, L. Sextilius triumviri, quod ad incendium in [4] Sacra via ortum extinguendum tardius venerant; à trib. pleb. die dicta ad populum damnati ſunt.

6. [5] Item P. Villius [6] triumvir nocturnus à P. Aquilio trib. pleb. accuſatus, populi judicio concidit: quia vigilias negligentius circumierat.

7. Admodum ſeveræ notæ & illud populi judicium, cum M. Æmilium Porcinam à L. Caſſio accuſatum crimine ne nimis ſublime extructæ villæ in [7] Alſienſi agro, gravi multa affecit.

8. Non ſupprimenda illius quoque damnatio, qui pueruli ſui nimio amore corruptus, rogatus ab eo ruri ut [8] omaſum in cœnam ferri juberet, cum bubulæ carnis in propinquo

go. Eradenda puto verba, *quo accuſabatur*, quæ haud dubio ex gloſſemate ſunt aliquo inſerta. Ob nullum enim crimen accuſata fuit Claudia, ſed ob petulantem linguam atque improbum dictum multata, ut in noſtris annalibus latius. *Pigh.*

1. *Ut frater ſuus.*] Vir ſummæ dignitatis & eruditionis Lævinus Torrentius, non fratrem hunc, ſed nepotem facit ex Plinio lib. xv. cap. I. Vide Ciceronem lib. I. de Divinat. *Coler.*

2. *Poſſumus, &c.*] Contigit anno urbis DLXXXV.

3. *M. Militius.*] Ita vulgo. In Atreb. aliiſque vett. libris, *M. Mulvius.* Recte. Inde nomen ponti Mulvio, ut apud Ciceronem ad Atticum XXIII. Unde & *Mulviana pira* dicta, ut apud Plinium. *Pigh.*

4. *Sacra via.*] Inter Urbanas hæc celeberrima, incipit ab Amphitheatro & per vicinos hortos juxta templum Pacis & forum Cæſaris recta tendit in Capitolium.

5. *Item, &c.*] Contig. A.U. DCXCVIII.

6. *Triumvir.*] Apud Romanos triumviri nocturni inſtituti ſunt, qui coërcendis incendiis præeſſent. *Oliv.*

7. *Alſienſi agro.*] Alſium maritimum Tuſciæ oppidum eſt apud Ptolemæum, Plinium, Strabonem, & Ciceronem.

8. *Omaſum.*] Ferculum ex inteſtinis bubulis. *Omaſum.*] Gallicam hanc vocem eſſe doceo ex veteri Gloſſario, in quo ſcriptum: Omaſum, *Βόειον κόπτον λιπαρὸν, τῇ τῶν Γάλλων γλώσσῃ.* *Colerus.*

quo emendæ nulla facultas eſſet; [1] domito bove occiſo, deſiderium ejus explevit. Eoque nomine publica quæſtione afflictus eſt: [2] innocens, niſi tam priſco ſeculo natus eſſet.

A M B U S T Æ.

1. Atque ut eos quoque referamus qui in diſcrimen capitis adducti, neque damnati, neque abſoluti ſunt. [3] Apud M. Popillium Lænatem prætorem quædam, quod matrem fuſtim interemerat, cauſſam dixit: de qua neutram in partem latæ ſententiæ ſunt. Quia abunde conſtabat, eandem veneno necatorum liberorum dolore commotam, (quos avia filiæ infenſa ſuſtulerat) parricidium ultam eſſe parricidio. [4] Quorum alterum ultione dignum, alterum abſolutione non dignum judicatum eſt.

2. [5] Eadem hæſitatione P. Dolabellæ proconſulari imperio Aſiam obtinentis, animus fluctuatus eſt. Mater familias Smyrnæa virum & filium interemit, cum ab his optimæ indolis juvenem, quem ex priore viro enixa fuerat, occiſum comperiſſet. Quam rem Dolabella ad ſe delatam, Athenas ad [6] Areopagi cognitionem relegavit: quia ipſe neque liberare cædibus duabus contaminatam, neque punire eam juſto dolore impulſam, ſuſtinebat. Conſideranter, & manſuete populi Rom. magiſtratus; ſed Areopagitæ quoque non minus ſapienter. Qui inſpecta cauſſa, & ac-

1. *Domito bove.*] Ad agriculturam.

2. *Innocens, &c.*] Inſons judicatus fuiſſet ob id factum, niſi priſcis temporibus natus eſſet, quibus parcimoniæ & frugalitati honos habebatur. *Oliv.*

3. *Apud, &c.*] Contigit A.U. DCX.

4. *Quorum alterum ultione, alterum abſolutione non dignum judicatum eſt.*] Ita vulgo. Multo rectius hæc in Pulmann. & Suſiano; *Quorum alterum ultione dignum, alterum abſolutione non dignum judicatum eſt.* Ait enim ex duobus parricidiis veneficium ultione dignum quidem fuiſſe; cædem vero non dignam abſolutione. Quam ſententiam ex vulgata lectione non colliges, cum dicat alterum parricidium, nempe veneficium, ultione non dignum fuiſſe. *Pigh.*

5. *Eadem, &c.*] Coutig. A.U. DCXXCV.

6. *Areopagi.*] Areopagus vicus erat Athenis, à templo Martis ſic cognominatus, vel quod ibi habitum eſſet judicium Martis parricidio accuſati. Nam ibi primum judicium capitis actum fuiſſe dixit Plinius. Et inde Areopagitæ dicebantur, qui Athenis in templo Martis judicabant. Quod judicium exquiſitiſſimum habebatur. *Oliv.*

& accuſatorem & ream poſt centum annos adeſſe juſſerunt: eodem affectu moti, quo Dolabella. Sed ille transferendo quæſtionem, hi differendo damnandi atque abſolvendi [1] inexplicabilem cunctationem [2] invitabant.

CAP. II.

DE PRIVATIS JUDICIIS INSIGNIBUS.

QVIBVS DAMNATI.
1. *T. Claudius Centumalus.*
2. *Otacilia Laterenſis.*
3. *C. Titinius Minturnenſis.*
4. *Quidam ob equi vecturam longiorem.*

PUblicis judiciis adjiciam privata, quorum magis æquitas quærentium delectare, quam immoderata turba lectorem offendere poterit.

1. [3] Claudius Centumalus ab auguribus juſſus altitudinem domus ſuæ, quam in [4] Cœlio monte habebat, ſubmittere, quia his ex arce augurium capientibus officiebat, vendidit eam [5] Calpurnio Lanario: nec indicavit quod imperatum à collegio [6] Augurum erat. A quibus Calpurnius demoliri domum coactus, M. Porcium Catonem inclyti Catonis patrem, abitrum Claudio adduxit, & formulam [7] QUIDQUID. SIBI. DARE. FACERE. OPORTERET. EX. BONA. FIDE. Cato ut

1. *Inexplicabilem.*] Hoc eſt, cujus nullus viventium viſurus eſſet finem. Nemo enim explicare poteſt quicquam, quod ſecum deſierit eſſe. *Bad.*

2. *Invitabant.*] In omnibus exemplaribus legi, *mutabant.* Idem.

3. C*laudius, &c.*] Contigit A.U. DLIX.

4. *Cœlio monte.*] Unus erat è ſeptem collibus Romanis.

5. *Calpurnio Lanario.*] Hunc ſæpius nominaverat Salluſtius in Hiſtoria. Hinc *Calpurnius Salluſtianus* appellatur à S. Hieronymo, Apolog. adverſus Rufin. ab eodem dicti *Calpurniani diſcipuli.* Coler.

6. *Augurum erat.*] Augur cum capturus erat auſpicia, in ſaxo Tarpejo ſedebat, &, ut ſupra diximus, quatuor in aëre ſpatia deſignabat, in oriente, quod anticam appellabat, in occidente poſticam, in meridie dextram, in ſeptentrione vero ſiniſtram. Et cum hæc deſignaſſet, concipiebat animo, quæ ſigna mitti vellet, vel vultures, vel aquilas, vel columbas: inde expectabat nunquid appareret, quod ſi apparuiſſet, exiſtimabat placere Diis, ſi minus, non placere. *Olverius.*

7. *Quidquid ſibi dare facere oporteret ex bona fide.*] Videlicet ex fide bona judicaret,

ut eſt edoctus, de induſtria Claudium edictum ſacerdotum ſuppreſſiſſe; continuo illum Calpurnio damnavit. Summa quidem cum æquitate, quia bonæ fidei venditorem nec commodorum ſpem augere, nec incommodorum cognitionem obſcurare oportet.

2. [1] Notum ſuis temporibus judicium commemoravi: ſed nec quod relaturus quidem ſum, obliteratum eſt ſilentio. C. Viſellius Varro gravi morbo correptus, trecenta millia nummûm ab Otacilia Laterenſi, cum qua commercium libidinis habuerat, [2] expenſa ferri ſibi paſſus eſt: Eo conſilio, ut ſi deceſſiſſet, ab hæredibus eam ſummam peteret, quam legati genus eſſe voluit, libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorando. Evaſit deinde Viſellius ex illa tempeſtate adverſus vota Otaciliæ. Quæ offenſa quod ſpem prædæ ſuæ morte non maturaſſet; ex amica obſequenti, ſubito [3] diſtrictam fœneratricem agere cœpit, nummos petendo; quos ut fronte inverecunda, ita [4] inani ſtipulatione captaverat. De qua re C. Aquillius, vir magnæ auctoritatis, & ſcientia juris civilis excellens, judex adductus, adhibitis in conſilium principibus civitatis, prudentia & religione ſua mulierem reppulit. Quod ſi eadem formula & Varro damnari, & adverſaria abſolvi potuiſſet; ejus quoque non dubito quin turpem & inconceſ-

ſum

caret, quicquid oporteret ipſum Claudium facere atque præſtare ipſi Calpurnio. His verbis utebantur Juriſconſulti. *Bona* autem *fides* dicitur, cum id, quod dictum ac promiſſum eſt, bene ac recte fit. Atque inter contractus bonæ fidei etiam Emptio & Venditio locum habet, ſicuti ex Juriſconſultorum libris apparet.

1. *Notum, &c.*] Contig. A. U. DCLXXV. circiter.

2. *Expenſa ferri.*] Afferri & computari tanquam expenſa à ſe, hoc eſt, ſe mutuo accepiſſe ab Otacilia Laterenſi. *Badius.*

3. *Diſtrictam fœneratricem.*] Apertam, non diſſimulatam. Vel, acrem & immitem.

4. *Inani ſtipulatione.*] Vana promiſſione. Neque enim conſecuta eſt, quod optabat. Nam *ſtipulari* eſt interrogare. *Stipulatio* autem, teſte Pomponio, eſt verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum facturumve id quod interrogatum eſt reſpondit, & Ulpianus Aquilianæ ſtipulationis meminit. Nam Aquilius JCtus peritiſſimus fuit, qui primus de dolo malo legem tulit, ut Cicero refert Officiorum libro. Hic igitur ſententiam contra hanc Otaciliam tulit. *Oliv.*

1. *Multo,*

ſum errorem libenter caſtigaturus fuerit. Nunc privatæ actionis calumniam ipſe compeſcuit, adulterii crimen publicæ quæſtioni vindicandum reliquit.

3. [1] Multo animoſius, & ut militari ſpiritu dignum erat, ſe in conſimili genere judicii C. Marius geſſit: Nam cum C. Titinius Minturnenſis Fanniam uxorem, quam impudicam de induſtria duxerat, eo crimine repudiatam, dote ſpoliare conaretur: ſumptus inter eos judex, in conſpectu habita quæſtione, ſubductum Titinium monuit, ut incepto deſiſteret, ac mulieri dotem redderet. Quod cum ſæpius fruſtra feciſſet, coactus ab eo ſententiam pronunciare: mulierem impudicitiæ ream ſeſtertio nummo, Titinium [2] ſumma totius dotis damnavit: Præfatus, idcirco ſe hunc judicandi modum ſecutum, quod liqueret ſibi, Titinium patrimonio Fanniæ inſidias ſtruentem, impudicæ conjugium expetiſſe. Fannia autem hæc eſt, quæ poſtea Marium hoſtem à ſenatu judicatum, cœnoque paludis, qua extractus erat, oblitum, etiam in domum ſuam cuſtodiendum [3] Minturnis deductum, ope quantacunque potuit, adjuvit: Memor quod impudica judicata eſſet, ſuis moribus; quod dotem ſervaſſet, illius religioni acceptum fieri debere.

4. Multus ſermo eo etiam judicio manavit, in quo quidam [4] furti damnatus eſt; quod equo, cujus uſus illi uſque [5] Ariciam commodatus fuerat, ulteriore ejus municipii clivo vectus eſſet. Quid aliud hoc loci quam verecundiam illius ſeculi laudemus, in quo tam minuti à pudore exceſſus puniebantur?

CAP. III.

1. *Multo, &c.*] Contigit A.U. DCLIII.

2. *Summa totius dotis.*] Ut totam dotem reſtitueret.

3. *Minturnis, &c.*] Contigit A.U. DCLXV.

4. *Furti damnatus.*] Cæterum priſci quoque noſtri JCti hoc idem de his ſentiunt, qui ultra quam dictum eſt, equis commodatis vehuntur. *Oliv.*

5. *Ariciam.*] Urbs diſtabat ab urbe decem millibus paſſuum, dicta ab Aricia puella. *Idem.*

1. *Vere*

CAP. III.

DE MULIERIBUS QUÆ CAUSSAS apud Magiſtratus egerunt.

1. *Amaſia Sentia.* 2. *Afrania Licinii Buccionis.* 3. *Hortenſia Q.F.*

NE de his quidem fœminis tacendum eſt; quas conditio naturæ, & [1] verecundiæ ſtola, ut [2] in foro & judiciis tacerent, cohibere non potuit.

1. [3] Amæſia Sentia rea, cauſſam ſuam, L. Titio prætore judicium cogente, maximo populi concurſu egit: parteſque omnes ac numeros defenſionis non ſolum diligenter, ſed etiam fortiter executa, prima actione, cunctis pene ſententiis liberata eſt: Quam, quia ſub ſpecie fœminæ virilem animum gerebat, *Androgynem* appellabant.

2. [4] Afrania vero Licinii Buccionis ſenatoris uxor prompta ad lites contrahendas, pro ſe ſemper apud Prætorem verba fecit: non quod advocatis deficiebatur, ſed quod impudentia abundabat. Itaque inuſitatis foro latratibus aſſiduè tribunalia exercendo, muliebris calumniæ notiſſimum evaſit exemplum: adeo ut pro crimine improbis fœminarum moribus, Afraniæ nomen objiciatur. Prorogavit autem ſpiritum ſuum ad [5] C. Cæſarem iterum atque P.Ser-

1. V*Erecundiæ ſtola.*] Neque in Senatum venire fœminas, fas erat. Itaque poſt Semiamiram Heliogabali matrem, ſevere cautum eſt, ne unquam mulier in Senatum ingrederetur, utque inferis ejus caput dicaretur devoveretur que, per quem id eſſet factum. auctor Lampridius. *Colerus.*

2. *In foro & judiciis.*] Sicut Laronia à Juvenale introducta Sat. II.

Nunquid nos agimus cauſas, civilia jura
Novimus, aut ullo ſtrepitu fora veſtra movemus, Oliv.

3. *Amæſia, &c.*] Contigit A. U. DCLXXVI.

4. *Afrania, &c.*] Contig. A. U. DCCV. *Caja Afrania Licinii Bructionis uxor.*] Ita vulgo. Colon. & Winchel. muliebre prænomen omittentes correctius hæc produnt; *Afrania Licinii Buccionis ſenatoris uxor.* Atque eodem modo Cauchianus aliique fere omnes manuſcripti. *Bucciones* à bucca dicti, quemadmodum Labeones à labiis. *Pigh.*

5. *Ad C. Cæſarem tertium itemque M. Servilium Conſulem.*] Ita vulgo. Mendosè citantur hi conſules, ſicut ex Annall. noſtris conſtabit. Hoc autem loco ſunt ita reſtituendi, *Ad C. Cæſarem iterum, atque P. Servilium conſules.* Quod etiam ex manuſcriptis ferè colligere eſt. *Pigh.* *Ad C. Cæſarem.*] Locus manifeſtus mendi.

P. Servilium Coss. Tale enim monſtrum magis quo tempore extinctum, quam quo ſit ortum, memoriæ tradendum eſt.

3. Hortenſia vero Q. Hortenſii filia, cum ordo matronarum gravi tributo [1] à Triumviris eſſet oneratus, nec quiſquam virorum patrocinium eis accommodare auderet; cauſſam fœminarum apud triumviros & conſtanter & feliciter egit. Repræſentata enim patris facundia, impetravit ut major pars imperatæ pecuniæ his remitteretur. Revixit tum muliebri ſtirpe Q. Hortenſius, verbiſque filiæ aſpiravit: cujus ſi virilis ſexus poſteri vim ſequi voluiſſent, Hortenſianæ eloquentiæ tanta hæreditas una fœminæ actione abſciſſa non eſſet.

CAP. IV.

DE QUÆSTIONIBUS.

HABITIS A'
1. *M. Agrii ſervo.*
2. *Alexandro C. Fannii.*
3. *Philippo Fulvii Flacci.*

ATque ut omnes judiciorum numeros exequamur, quæſtiones quibus aut creditum non eſt, aut temere habita fides eſt, referamus.

1. M. Agrii argentarii ſervus Alexandrum C. Fannii ſervum occidiſſe inſimulatus eſt; eoque nomine tortus à domino, admiſiſſe ſe id facinus conſtantiſſimè aſſeveravit: Itaque [2] Fannio deditus, ſupplicio affectus eſt. Parvulo deinde

mendi, & omiſſus numerus conſulatus alterius P. Servilii. Itaque lectionem libri Danielis abſque mora amplector: *Ad C. Cæſarem* III. *iterum ad P. Servilium* Coss. Licet enim Cæſar continuos conſulatus geſſerit, ut ſcribit Tranquillus, tamen & ejus conſulatus titulis diſtinguebantur. Suetonius: *Tertium & quartum conſulatum titulo tenus geſſit.* Coler. *C. Cæſarem.*] Julium Cæſarem iterum & Servilium Coſſ. Ita libri nonnulli habent, & Quintilianus libro I. Appianus libro VI. *Corradus.*

1. *A triumviris.*] Lepido, M. Antonio, & Auguſto.

2. F*Annio deditus.*] Lege enim cautum erat, ut ſervi noxæ dederentur. Erat autem hæc pœna ſervorum, quos domini malebant ad pœnam tradere, quam præſtare maleficium, quod illi admiſiſſent. *Olir.*

1. Contrà

inde tempore interjecto, ille, cujus de nece creditum erat, domum rediit.

2. [1] Contra Fannii ſervus Alexander, cum in ſuſpicionem C. Fl. equitis Romani occiſi veniſſet, ſexies tortus pernegavit ei ſe culpæ affinem fuiſſe. Sed perinde atque confeſſus, & à judicibus damnatus, & à L. Calpurnio triumviro [2] in crucem actus eſt.

3. [3] Item Fulvio Flacco cauſſam dicente, Philippus ſervus ejus, in quo tota quæſtio nitebatur, octies tortus, nullum omnino verbum quo dominus perſtringeretur, emiſit: Et tamen reus damnatus eſt: cum certius argumentum innocentiæ unus octies tortus exhiberet, quam octo ſemel torti præbuiſſent.

CAP. V.
DE TESTIMONIIS IRRITIS VEL RATIS.

1. *Cæpionum ac Metellorum in Q. Pompejum.*
2. *M. Æmilii Scauri in diverſos.*
3. *L. Craſſi in M. Marcellum.*
4. *Q. Metelli, Lucullorum, Hortenſii & Lepidi in C. Cornelium.*
5. *M. Ciceronis in P. Clodium.*
6. *P. Servilii Iſaurici in quendam reum.*

1. SEquitur ut ad teſtes pertinentia exempla commemorem. [4] Cn. & Q. Serviliis Cæpionibus iiſdem parentibus natis, & per omnes honorum gradus ad ſummam amplitudinem provectis: [5] item fratribus Q. & L. Metellis con-

1. *Contra Fannii.*] Longe aliud nomen eſt in lib. Dan. *Contra Piccinii.* Coler.

2. *In crucem.*] Vide ſuprà.

3. *Item Fulvio Flacco.*] Lælius accuſavit Lucium Flaccum, Cicero defendit. Capita accuſationis hæc fuerunt: Primo, quod claſſis nomine pecuniam civitatibus imperâſſet. Secundo, quod drachmas CCVI. Æmonenſes dediſſent, id quod Aſclepiades legatus dixerat. Tertio, quod drachmarum XVI. M. accepiſſet, quas Philippus & Hermobius ſe dediſſe dicebant. Quarto, quod Heracliensibus, pecuniam, quæ apud ſe Flacci patris ſui nomine erat, abſtuliſſet. Quinto, quod aurum, Judæorum nomine quotannis ex Italia, & ex omnibus provinciis Hieroſolymam exportati ſolitum, ipſe edicto ſanxiſſet, ne ex Aſia exportari liceret. Sexto, quod Falcidius talenta quinquaginta ſe Flacco dediſſe dicebat. *Oliver.*

4. C*N. & Q. Servilius, &c.*] Contig. A.U. DCXV.

5. *Item fratribus Metellis.*] Plin. lib. VII. cap. 43. Nat. Hiſt. pulcherrima ſcribit de

conſularibus & cenſoriis, altero etiam triumphali: in Q. Pompejum A. F. repetundarum reum acerrimè dicentibus teſtimonium, non abrogata fides, abſoluto Pompejo; ſed ne potentia inimicum oppreſſiſſe videretur, occurſum eſt.

2. [1]M. etiam Æmilius Scaurus princeps ſenatus C. Memmium repetundarum reum [2] diſtricto teſtimonio inſecutus eſt. Item [3]C. Flavium [4] eadem lege accuſatum teſtis proſcidit. [5] Jam C. Norbanum majeſtatis crimine publicæ quæſtioni ſubjectum, ex profeſſo opprimere conatus eſt: nec tamen aut auctoritate, qua plurimum pollebat, aut religione, de qua nemo dubitabat, quemquam illorum affligere potuit.

3. [6]L. quoque Craſſus tantus apud judices, quantus apud P. C. Æmilius Scaurus: namque eorum ſuffragia robuſtiſſimis & feliciſſimis eloquentiæ ſtipendiis regebat, eratque ſic fori, ut ille curiæ princeps. Cum vehementiſſimum teſtimonii fulmen [7] in M. Marcellum reum injeciſſet; impetu gravis, exitu vanus apparuit.

4. Age Q. Metellus Pius, L. M. Luculli, Q. Hortenſius, M. Lepidus, [8] C. Cornelii majeſtatis rei, quam non one-

de Metellis, ubi de felicitate loquitur. *Oliverius.*

1. *M. etiam Æmilius.*] Memmium & Flavium repetundarum reos, ex Aſia, ut conjicitur, diverſis temporibus poſtulavit Scaurus: fuit autem, ut Plinius orator tradit, nobilis pauper, patricius quidem, ſed qui patrem habuerit carbonariam exercentem, poſtea tamen ad ſummum dignitatis faſtigium evaſit. *Oliverius.* Contig. A. U. DCI. & DXLVII. & DCLX.

2. *Diſtricto.*] Id eſt, vehementi & armato. Tranſlatio eſt, & ſumpta à gladiatore, qui adverſarium nudato gladio invadit. *Oliver.*

3. *C. Flavium.*] Is eſt C. Flavius Puſio, adverſarius M. Druſo Tr. Pl. Meminit ejus Cicero pro A. Cluentio. Et Valerius capite ſequenti. *Coler.*

4. *Eadem lege.*] Repetundarum.

5. *Nam C. Norbanum.*] Hic miſſos à Sylla legatos, qui de pace agerent conſul violaverat, idem poſtea proſcriptus. in urbe Rhodo cum comprehenderetur, ſeipſum occidit. *Oliv.*

6. *L. quoque, &c.*] Contig. A. U. DCLX.

7. *In M. Marcellum.*] Repetundarum reum, ex Græcia videlicet & Achaia, ut conjicitur. *Oliv.*

8. *C. Cornelii majeſtatis rei.*] Hic homo non improbus vita habitus eſt. Fuerat quæſtor Cn. Pompeii, deinde Tribunus plebis, C. Piſone Conſule. In eo magiſtratu ita ſe geſſit, ut juſto pertinacior videretur. Alienatus autem à Senatu multis

onerarunt tantummodo teſtes ſalutem; ſed etiam negantes illo incolumi ſtare rempubl. poſſe, depopoſcerunt? Quæ decora civitatis (pudet referre) [1] umbone judiciali repulſa ſunt.

5. [2] Quid, M. Cicero forenſi militia [3] ſummos honores ampliſſimumque dignitatis locum adeptus, nonne in ipſis eloquentiæ ſuæ caſtris teſtis abjectus eſt, dum P. Clodium Romæ

multis ex cauſis, quas nunc teferre non atrinet, ſed inter cætera promulgaverat legem, qua autoritatem Senatus minuebat, ne quis niſi per populum legibus ſolveretur, quod antiquo quoque jure erar cautum. Itaque in omnibus Senatuſconſultis, quibus aliquem ſolvi placebat, adjici erat ſolitum, ut ea ad populum ferretur, ſed paulatim ferri erar deſitum. Indigne ergo eam Cornelii togationem tulerant potentiſſimi quique ex Senatoribus. Itaque P. Servilius Globulus trib. pl. inventus erat, qui L. Cornelio obſiſteret. Is, ubi legis ferendæ dies venit, & præco ſubjiciente ſcriba legis verba recitare populo cœpit, & ſcribam ſubjicere, & præconem pronuntiare paſſus non eſt. Tunc Cornelius ipſe codicem recitavit, quod cum improbe fieri C. Piſo vehementer quereretur contra tribunitiam interceſſionem, gravi convitio à populo exceptus eſt. Et cum ille eos, qui ſibi intentabant manus, prehendi à lictore juſſiſſet, fracti ejus faſces cuncti, lapideſque etiam ex ultima concione in conſulem jacti, quo tumultu Cornelius perturbatus, conſilium dimiſit. Hanc deinde legem tametſi temperaverit, tamen, invitus optimatibus, eam tulit. Tulit autem alias leges, quas commemorare neceſſe non eſt. Sequenti deinde anno, Marco Lepido, & Lucio Voleatio Coſſ. reum Cornelium duo fratres Cominii lege Cornelia de majeſtate fecerunt apud Publium Caſſium prætorem, qui cum decimo die, ut mos eſt, non aſſuiſſet, accuſatores ante tribunal pene confecti ſunt. Renovata deinde actio eſt, dicentibus in eum teſtimonia infeſtis principibus civitatis, qui ſe vidiſſe dicerent, cum Cornelius codicem in tribunatu pro roſtris recitaret, quod nemo ante Cornelium feciſſe æſtimaretur. Volebant videri ſe judicare eam rem magnopere ad crimen imminutæ majeſtatis tribunitiæ pertinere, quum prope tolleretur interceſſio, ſi id tribunis permitteretur. Judicium id exercuit Q. Gallus Prætor. Cicero quatriduum defendit, ut ipſe ſignificat. Vide Aſcon. in Cornel. *Oliv.* Contigit A. U. DCXXCVII. *Cn. Cornelii.*] Aſconius in Oratione pro Corn. Q. Catulum ponit, & L. Lucullum omittit. *Corrad.*

1. *Umbone judiciali.*] Clypeo & protectione judicum. *Bad.*

2. *Quid Marcus Cicero.*] Hic cum in domo Cæſaris eo anno pontificis maximi, bonæ Deæ ſacra celebrarentur, quibus nulli viro intereſſe licebat, P. Clodius Appii filius Pompeiæ Cæſaris uxoris amore correptus, ſub habitu muliebri ædes introivit, & ſacra violavit, qui cognitus per manus ſervulæ ſervatus & eductus eſt. Cic. ad Att. l. 1. ep. 9. cujus principium eſt, *Et mea ſponte: P.*, inquit, *Clodium Appii filium te credo audiſſe cum veſte mulierum deprehenſum domi Cn. Cæſaris, quum ſacrificium pro populo fieret, eumque per manus ſervulæ ſervatum & eductum: rem eſſe inſigni infamia: quod te moleſte ferre ſcio.* Oliv.

3. *Summos honores.*] Præturam, conſulatum, auguratum. *Idem.*

Romæ apud ſe fuiſſe juravit, illo [1] ſacrilegum [2] flagitium uno abſentiæ argumento tuente? Siquidem judices Clodium [3] inceſti crimine, quam Ciceronem infamia perjurii liberare maluerunt.

6. Tot elevatis teſtibus, unum, cujus nova ratione judicium ingreſſa auctoritas confirmata eſt, referam. [4] P. Servilius conſularis, cenſorius, triumphalis, qui majorum ſuorum titulis *Iſaurici* cognomen adjecit; cum forum præteriens teſtes in reum dari vidiſſet, loco teſtis conſtitit; ac inter ſummam patronorum pariter & accuſatorum admirationem ſic orſus eſt. Hunc ego, judices, qui cauſſam dicit, cujas ſit, aut quam vitam egerit, quamque merito vel injuriæ accuſetur, ignoro: illud tantum ſcio, cum occurriſſet mihi Laurentina via iter facienti, admodum [5] anguſto loco equo diſcendere noluiſſe. Quod an aliquid ad [6] religionem veſtram pertineat, ipſi æſtimabitis: ego id ſupprimendum non putavi. Judices reum, vix auditis cæteris teſtibus,

1. *Sacrilegium.*] Quia ſacra bonæ Deæ adire non dubitavit, quibus adeſſe nefas erat viro. *Idem.*

2. *Flagitium.*] Inceſtum. Nam, ut dixi, propter Pompejam Cæſaris uxorem adierat ſacra. Quamobrem & à Cæſare Pompeja repudiata fuit, cujus rei meminit Suetonius in vita Cæſaris. Dicit enim: *In Corneliæ locum Pompejam duxit, Quinti Pompeji filiam, Lucii Syllæ neptem, cum qua deinde divortium fecit, adulteram opinatus. P. Clodium inter publicas ceremonias penetraviſſe ad eam muliebri veſte, tam conſtans fama erat, ut Senatus quæſtionem de pollutis ſacris decreverit.* Oliver.

3. *Inceſti.*] Recte, quia loco ſacro. Vel *inceſti* etiam de ſororibus poſſumus intelligere. Nam duas violaſſe ſuſpicio erat. *Idem.*

4. *P. Servilius.*] Hic P. Servilius Iſauricus miſſus adverſus piratas, qui proximum mare, Cretam inter atque Cyrenas, Epirum & Achaiam, ſinumque Maleum latrocinabantur, non incruenta victoria ſuperavit, nec mari ſubmoviſſe contentus, validiſſimas urbes eorum, & diutina præda abundantes, Phaſelim & Olympon, evertit, Iſaurumque ipſam arcem Ciliciæ, unde conſcius ſibi magni laboris, Iſaurici cognomen adamavit. Dictus igitur Iſauricus, quod Iſauros in Cilicia domuerit. *Oliverius.*

5. *Anguſto loco.*] Arcto loco, qui duos equos non admitteret. Ergo hic nec de via ceſſit, nec equo deſilivit. Nam principibus civitatis, qui hoc honore digni cenſebantur, honoris gratia ab inferioribus equo deſcendebatur, caput aperiebatur, & de ſemita cedebatur, quod honoris genus ſenectuti imprimis dabatur. Seneca epiſt. LXX. *Si conſulem video aut prætorem, omnia quibus honor haberi ſolet, faciam, equo deſiliam, caput adaperiam, ſemita cedam.* Idem.

6. *Religionem.*] Juſtitiam. Eſt enim religio pars juſtitiæ.

 1. *Cujus*

ſtibus, damnaverunt. Valuit enim apud eos, cum amplitudo viri, tum gravis neglectæ dignitatis ejus indignatio: eumque qui venerari principes neſciret, in quodlibet facinus procurſurum crediderunt.

CAP. VI.

QUI QUÆ IN ALIIS VINDICARANT, IPSI COMMISERUNT.

1. *C. Licinius Hoplomachus.*
2. *C. Marius Coſ.* VI.
3. *C. Licinius Calvus Stolo.*
4. *Q. Varius Ibrida.*

NE illos quidem latere patiamur, qui quæ in aliis vindicarant, ipſi commiſerunt.

1. C. Licinius cognomine Hoplomachus, à prætore poſtulavit, ut patri ſuo bonis, tanquam ea diſſipanti interdiceretur. Et quidem quod petierat, impetravit: ſed ipſe parvo poſt tempore, mortuo ſene, amplam ab eo relictam pecuniam latifundiaque feſtinanter conſumpſit. Dignus hac viciſſitudine pœnæ fuit: quoniam hæreditatem abſumere, quàm hæredem maluit tollere.

2. [1] C. autem Marius, cum magnum & ſalutarem reipu-

1. C*Ajus autem Marius.*] Dictum eſt in cap. de Fortitud. quo pacto Marius, qui primo nobilitati vehementer infenſus, Apuleium Saturninum Gracchanas leges ſuſcitantem, ſuis opibus juvit, mutata ſententia, autore Scauro, illum è foro ejecit, & in Capitolium fugere coëgit; quem perſecutus, cum ille propoſito pileo, ſervos ad arma ſpe libertatis convocaret, Capitolium invaſit, & abruptis fiſtulis, illum in deditionem venire coëgit, qui quum pœnitentiæ per legatos fidem feciſſet, inde digreſſus cum ducibus factionis receptus eſt in curiam, ubi factâ in eum eruptione, populus eum fuſtibus ſaxiſque coopertum in ipſa quoque morte laceravit. Marius igitur Saturninum oppreſſit, quia ſervos ad arma vocabat; ipſe vero paulo poſt, ad ſui opem ſublato pileo, ſpe libertatis ſervos invitavit, quum Syllam urbem irrumpentem cum exercitu ſenſit. Ergo quod in aliis correxit, ipſe peccavit, & alium ſui quoque peccati vindicatorem invenit. Advertendum eſt, quod Eutropius de Mario dicit: *Sylla Marium de caprili caſa extractum vinciri juſſit, ductumque trans Tyberim, effoſſis oculis, membriſque minutim cæſis, trucidari.* Ibi de Marco Mario loquitur, non de Cajo Mario. Nam Cajus Marius, ut Plinius, Cicero, & Plutarchus, & multi alii teſtantur, voluntaria morte deceſſit. Nam Cicero de Natura Deorum: *Cur*, inquit, *Marius tam infeliciter ſepties conſul domi ſuæ mortuus eſt.* Oliverius. Contigit A. U. DCLIII.

1. *Pileo.*]

publicæ civem in L. Saturnino opprimendo egiſſet, à quo in modum vexilli pileum ſervituti ad arma capienda oſtentatum erat: L. Sylla cum exercitu in Urbem irrumpente, ad auxilium ſervorum [1] pileo ſublato confugit. Itaque dum facinus, quod punierat, imitatur; alterum Marium, à quo affligeretur, invenit.

3. [2] C. vero Licinius Stolo, cujus beneficio plebei petendi conſulatum poteſtas facta eſt, cum lege ſanxiſſet ne quis amplius quàm quingenta agri jugera poſſideret, ipſe mille comparavit: diſſimulandique criminis gratia, dimidiam partem filio emancipavit. Quam ob cauſſam à M. Popillio Lænate accuſatus, primus ſua lege cecidit: ac docuit, nihil aliud præcipi debere, niſi quod prius quiſque ſibi imperaverit.

4. [3] Q. autem Varius, [4] propter obſcurum jus civitatis

[1] *Ibrida*

1. *Pileo.*] Signo libertatis.

2. *Cajus vero Licinius Stolo.*] Autor de Viris Illuſtribus: *Fabius Ambuſtus è duabus filiabus alteram Licinio Stoloni, alteram A. Sulpitio patricio conjugem dedit, quarum plebeia cum ſororem ſalutaret, cujus vir Tribunus militum conſulari poteſtate erat, faſces lictorios foribus appoſitos indecenter expavit; à ſorore irriſa, marito queſta eſt, qui adjuvante ſocero, ut primum tribunatum plebis aggreſſus eſt, legem tulit, ut alter conſul ex plebe crearetur. Lex, reſiſtente Appio Claudio, tamen lata eſt, & primus Licinius Stolo conſul factus. Idem legem ſanxit, ne cui viro plebeio plus quam centum jugera agri habere liceret; & ipſe cum jugera centum quinquaginta haberet, & altera emancipati filii nomine poſſideret, in judicium vocatus, primus omnium ſua lege punitus eſt.* Oliverius. Contigit A. U. CCCXXCVI.

3. *Quintus autem Varius, &c.*] Hic eſt, qui legem tulit, ut quæreretur de his, quorum ope & conſilio ſocii contra populum Romanum arma ſumpſiſſent. Qua lege Q. Cæpioni gratificans, M. Scaurum concitati belli crimine apud ſe adeſſe juſſit, Hybrida quaſi ex contumelia vocatus, ſua ipſius lege damnatus. Dum enim ſeverius agit, in eos qui authores fuerant concitandi belli, bellum ipſe non modo ſociale, ſed etiam civile ſuſcitavit, & hoc modo, dum ſeditionem concitat, lege opprimitur. *Oliv.* Contigit A. U. DCLXII.

4. *Propter obſcurum jus.*] Cur autem ab hac ratione Hybrida dictus, ſi derivant hanc vocem ἀπὸ τῆς ὕβρεως. Scio quid Grammatici, & non infimi cenſus Jureconſulti de hac vocula. Sed ab eorum opinione longiſſimè abſum. Nam omnibus modis adfirmare non dubitem Varium illum Sucronenſem Ibridam, non Hybridam, fuiſſe appellatum, id eſt, Semicivem. Iber in veteri gloſſario exponitur ἡμίονος. Hinc Ibridæ, promiſcui generis quæcunque animalia dicta. Hoc ante me & Joſepho Scaligero ſummo viro probatum. Ab animalibus ea appellatio ad homines quoque tranſlata eſt. Plinius lib. VIII. cap. 53. *In nullo genere æque facilis eſt miſtura cum fero, qualiter natos antiqui* Hybridas *vocabant, ſeu ſemiferos, ad homines quo-*

[1] *Ibrida* cognominatus, tribunus plebis legem [2] adverſus interceſſionem collegarum perrogavit: qua jubebat quæri, quorum dolo malo ſocii ad arma ire coacti eſſent, [3] magna cum clade reipublicæ: [4] ſociale enim prius, deinde civile bellum excitavit. Sed dum ante peſtiferum tribunum pleb. quam [5] certum civem agit, ſua lex eum domeſticis laqueis conſtrictum abſumpſit.

Cap. VII.

que, ut in C. Antonium Ciceronis in conſulatu collegam, appellatione tranſlata. Cedo hominem qui ajat Plinium ſcripſiſſe *Hybridas*. Reſcribo itaque audacter: *Ibridas*. Nam qua ratione dici poſſit animal brutum *Hybrida*, non video. Homines porro variis modis Ibridæ dici potuêre, ut ſi quis ex ingenuo & ſervo, ex ſervo & libertino natus eſſet *Ibrida* dicebatur. Item ſi quis patrem & matrem diverſæ nationis haberet. Suetonius Auguſto: *Item Aſinii Epicadi ex gente Parthina, Hybrida.* Poſtremo *Ibrida* dicebatur, ſi quis mixto ſermonis genere uteretur. Inde exponunt illud Horat. lib. 1. Satyra VII.

Ibrida quo pacto ſit Perſius ultus.

Colerus.

1. *Ibrida.*] Mixto ſanguine contumelioſe natus, propter obſcurum jus civitatis, ideoque dubium erat, an deberet cenſeri civis Romanus. *Bad.*

2. *Adverſus interceſſionem collegarum.*] Interceſſerunt collegæ, hoc eſt, alii tribuni, ne reipubl. pernicioſa lex ferretur, eam tamen tulit adverſus collegarum interceſſionem, & ita ſeditionem & bellum excitavit. *Oliv.*

3. *Magna cum clade reip.*] Quia ſocii rurſus arma ſumpſerunt, & inter ſe cives peſtifera ſeditione laborârunt. *Id.*

4. *Sociale.*] Bellum ſociorum, quod periculoſiſſimum fuit, tandem Pompejus Strabo ſedavit. *Idem.*

5. *Certum civem.*] Quia Veronenſis iſte fuit, ideo dicit prius eum tribunum peſtiferum, quam certum civem egiſſe. *Idem.*

1. Cato,

CAP. VII.

DE STUDIO ET INDUSTRIA.

ROMANORVM.

1. *M. Catonis Majoris.*
2. *M. Catonis Vticenſis.*
3. *M. Terentii Varronis.*
4. *C. Livii Druſi.*
5. *Paulli ſenatoris & Pontii Lupi.*
6. *Craſſi Muciani.*
7. *Q. Roſcii comœdi.*

EXTERNORVM.

1. *Demoſthenis Athenienſis.*
2. *Pythagoræ Samii.*
3. *Platonis Athenienſis.*
4. *Democriti Abderitæ.*
5. *Carneadis Cyrenæi.*
6. *Anaxagoræ Clazomenii.*
7. *Archimedis Syracuſii.*
8. *Socratis Athenienſis.*
9. *Iſocratis Athenienſis.*
10. *Chryſippi Tarſenſis.*
11. *Cleanthis Aſſii.*
12. *Sophoclis Athenienſis.*
13. *Simonidis Ceji.*
14. *Solonis Athenienſis.*
15. *Themiſtoclis Athenienſis.*

QUid ceſſo vires induſtriæ commemorare? cujus alacri ſpiritu militiæ ſtipendia roborantur; forenſis gloria accenditur; fido ſinu cuncta ſtudia recepta nutriuntur: quicquid animo, quicquid manu, quicquid lingua admirabile eſt, ad cumulum laudis perducitur. Quæ cum perfectiſſima ſit virtus, eam tamen duramento ſui confirmat.

1. [1] Cato ſextum & octogeſimum annum agens, dum in republ.

1. CAto, &c.] M. Porcius Cato capitali crimine accuſatus. Hic conſul Celtiberos domuit, & ne rebellare poſſent, literas ad ſingulas civitates miſit, ut muros diruerent, cum unaquæque ſibi ſoli imperari putaret, fecerunt, ipſe cum laudem mereretur, ab invidis capite poſtulatus eſt. Conſtat quadragies quater fuiſſe accuſatum, & ſemperললglorioſe abſolutum. Hanc autem ultimam cauſam fuiſſe conjicimus, quam octogenarius dixit, cum ſumma laude & quaſi admiratione, quod in ea ætate memoria tanta laterumque firmitate & pronunciatione valeret, ut in nulla parte deficeret. Cujus oratio tantam vim habuit, ut non ſolum ſe tutaretur, ſed accuſatorem quoque Galbam reum cum ſummo periculo redderet. Eam poſtmodum orationem in Annalibus ſuis inſeruit. Plinius Nat. Hiſt. l. VII. cap. 27. de Catone: *Cæteris*, inquit, *virtutum generibus varii & multi fuêre præſtantes, Cato primus Porciæ gentis tres ſummas in homine res præſtitiſſe exiſtimatus eſt, optimus Orator, optimus Imperator, optimus Senator. Quæ mihi omnia etiamſi non prius, attamen clarius fuiſſe in Scipione Æmiliano videntur, dempto præterea plurimorum odio, quo Cato laboravit. Itaque ſit proprium Catonis, quater & quadragies cauſſam dixiſſe, nec quemquam ſæpius poſtulatum, & ſemper abſolutum.* Oliv.

republ. tuenda juvenili animo perſtat, ab inimicis capitali crimine accuſatus, ſuam cauſſam egit. Neque aut memoriam ejus quiſquam tardiorem, aut firmitatem lateris ulla ex parte quaſſatam, aut os hæſitatione impeditum animadvertit. Quia omnia iſta in ſtatu ſuo æquali ac perpetua induſtria continebat. [1] Quinetiam in ipſo diutiſſimè actæ vitæ fine diſertiſſimi oratoris Galbæ accuſationi defenſionem ſuam pro Hiſpania oppoſuit.

Idem Græcis literis erudiri concupivit: quam ſero, inde æſtimemus, quod etiam Latinas pene jam ſenex didicit. Cumque eloquentia magnam jam gloriam partam haberet; id egit, [2] ut juris civilis quoque eſſet peritiſſimus.

2. Cujus mirifica [3] proles, propior ætati noſtræ Cato, ita doctrinæ cupiditate flagravit: ut ne in Curia quidem, dum ſenatus cogitur, temperaret ſibi, quo minus libros Græcos lectitaret: Qua quidem induſtria oſtendit, aliis tempora deeſſe, alios [4] temporibus ſupereſſe.

3. Terentius autem Varro [5] humanæ vitæ exemplum, ætatiſque ſpatium nominandus: non annis, quibus ſeculi tem-

1. *Quinetiam, &c.*] Cum L. Scribonius tribunus plebis rogationem tuliſſet, ut Luſitani qui in fidem populi Romani dediti à Servilio Galba in Gallia veniſſent, in libertatem reſtituerentur: M. Cato acerrime ſuaſit, extat oratio in Annalibus ejus incluſa. Q. Fulvius Nobilior & ſæpe ab eo in Senatu laceratus reſpondit pro Galba. Ipſe quoque Galba cum ſe condemnari videret, complexus duos filios prætextatos, & Sulpicii filium, cujus tutor erat, ita miſerabiliter locutus eſt pro ſe, ut rogatio antiquaretur. *Oliv.*

2. *Ut juris civilis.*] Pomponius quoque Juriſconſultis accenſet, cujus & libros exſtare ſcribit. Cicero fatetur omnium Juriſperitiſſimum ſuæ ætatis fuiſſe. *Colerus.*

3. *Proles.*] Progenies & propago, non tamen filius, ſed pronepos.

4. *Temporibus ſupereſſe.*] Sic Cicero apud Agellium lib. 1, cap. 22. Nec vero ſcientia juris majoribus ſuis Q. Ælius Tubero defuit, doctrina etiam ſuperfuit. *Colerus.*

5. *Humanæ vitæ exemplo, & ſpacio nominandus.*] Ita vulgo. In Camp. *Humanæ vitæ exemplum, ætatiſque ſpatium.* Vox *nominandus* non habetur: quam tamen facile fero. Tradit autem Plinius libro XXIX. cap. 4. M. Varronem ætatis anno LXXXVIII. adhuc ſcripſiſſe de aſpidibus. Idem Varro ait de hebdomadibus ſcribens ſe quoque jam duodecimam annorum hebdomadam ingreſſum eſſe, & ad eum diem ſeptuaginta hebdomadas librorum conſcripſiſſe. Ex quibus aliquandiu cum proſcriptus eſſet, direptis bibliothecis ſuis non comparuiſſe, ut apud Gellium libro III. cap. 10. Proſcriptus quidem fuit

tempus æquavit, [1] quam ſtylo vivacior fuit. In eodem enim lectulo & ſpiritus ejus, & egregiorum operum curſus extinctus eſt.

4. Conſimilis perſeverantiæ [2] Livius Druſus, qui ætatis viribus, & acie oculorum [3] defectus, [4] jus civile populo, benigniſſime interpretatus eſt: utiliſſimaque diſcere id cupientibus monimenta compoſuit. Nam ut ſenem illum natura, cæcum fortuna facere potuit: ita neutra interpellare valuit; ne non animo & videret & vigeret.

5. [5] Paullus vero ſenator, & Pontius Lupus eques Romanus, ſuis temporibus celebres cauſſarum actores, luminibus capti, eadem induſtria [6] forenſia ſtipendia executi ſunt. Itaque frequentius etiam audiebantur, concurrentibus aliis quia ingenio eorum delectabantur, aliis quia conſtantiam admirabantur. Namque tali incommodo perculſi

fuit à triumviris, tanquam iniquus dominatui, verum ſervatus amicorum opera, ut Appianus auctor eſt Civilium quarto. Mortuus autem poſt bellum Actiacum fere nonagenarius, ut Euſebius in Chron. *Pigh.*

1. *Quam ſtylo.*] De hoc Varrone Agellius lib. III. cap. 10. Tum ibi addit, ſe quoque jam duodecimam annorum hebdomadam ingreſſum eſſe: & ad eum diem ſeptuaginta hebdomadas librorum conſcripſiſſe. Cicero paſſim ejus doctrinam & induſtriam deprædicat. Auguſtinus cum alibi, tum libro VI. cap. 2. de Civitate Dei. Unici hujus etiam viventis imago poſita eſt in bibliotheca, quæ prima in orbe ab Aſinio Pollione ex manubiis publicata Romæ. Auctor Plin. lib. VII. cap. 30. *Colerus.*

2. *Livius Druſus.*] Hic pater ejus Druſi fuit, qui trib. plebis Latinis civitatem, plebi agros, equitibus curiam, Senatui judicia permiſit, & tantum in urbe conflavit incendium, ut ne prima illius flamma potuiſſet ſuſtineri, ni eſſet ſubita morte correptus. Pater igitur vir eximiæ induſtriæ, quanquam luminibus captus, & ſenio ac viribus confectus, tamen pop. Rom. quoad vixit, leges expoſuit, de jure civili monumenta compoſuit, ut eſſent, illud diſcere volentibus, accommodata. *Oliver.*

3. *Defectus.*] Id eſt, deſtitutus.

4. *Jus civile.*] Mirum, hunc Livium inter Juriconſultos non fuiſſe relatum à Pomponio. *Coler.*

5. *Publius vero Senator, & L. Pontius eques Romanus.*] Ita vulgo. Propria nomina, ut paſſim, ita & hic ſunt corruptiſſima. In MSStis quatuor exemplar. *P. verò ſenator, & Lupus Pontius.* Sed quî ſolo prænomine cognoſci ſenator ille poterit, cujus ne ſemel quidem antea meminerit? Sed ita temerè detruncarunt auctorem hunc Librarii de teipſa parum ſoliciti. In Pulmanniano, *Paullus* appellatur, ex quo ad minus colligimus, ex Æmilia ipſum fuiſſe gente. *Pigh.*

6. *Forenſia ſtipendia.*] Appellat actiones cauſarum.

culſi ſeceſſum petunt, duplicantque tenebras, fortuitis voluntarias adjicientes.

6. [1] Jam P. Craſſus, cum in Aſiam [2] ad Ariſtonicum regem debellandum conſul veniſſet, tanta cura Græcæ linguæ notitiam animo comprehendit, ut eam [3] in quinque diviſam genera per omnes partes ac numeros penitus cognoſceret. Quæ res maximum ei ſociorum amorem conciliavit, qua quis eorum lingua apud tribunal illius poſtulaverat, eadem decreta reddenti.

7. Ne [4] Roſcius quidem ſubtrahatur ſcenicæ induſtriæ notiſſimum exemplum, qui nullum unquam ſpectanti populo geſtum, niſi quem domi meditatus fuerat, ponere auſus eſt. Quapropter non ludicra ars Roſcium, ſed Roſcius ludricam artem commendavit: nec vulgi tantum favorem, verum etiam principum familiaritates amplexus eſt. Hæc ſunt attenti & anxii, & nunquam ceſſantis ſtudii præmia: propter quæ tantorum virorum laudibus non impudenter ſe perſona hiſtrionis inſeruit.

EX-

1. *Jam Publius Craſſus.*] Hic P. Craſſus, ut in cap. de Fortitudine diximus, adverſus Ariſtonicum miſſus cum exercitu & Imperator & Pontifex, quod nunquam antea factum fuerat, ut dux ſimul exercitus & Pontifex mitteretur: ex quo etiam creditum eſt, rem male ceſſiſſe: attamen ea fuit induſtria, ut quinque Græcorum linguas brevi comprehenderit. Quæ res ipſi plurimum contulit ad conciliandos ſociorum animos: nam gratiſſimum erat illis cum jus dicendum eſſet, ſi non aliena per interpretem, ſed ſua quiſque lingua ſuum jus audiret. *Oliv.* Contigit A. U. DCXXII.

2. *Ad Ariſtonicum, &c.*] Attalus rex Pergamenorum, regis Eumenis filius, ſocii quondam commilitoniſque Romani, ejuſmodi teſtamentum reliquit: POPVLVS ROMANVS BONORVM MEORVM HAERES ESTO. Adita igitur hæreditate, provinciam populus Romanus non quidem bello, nec armis, ſed quod eſt æquius, teſtamenti jure retinebat. Sed hanc difficile dictu eſt, utrum facilius amiſerit populus Romanus, an recuperaverit: nam Ariſtonicus regii ſanguinis ferox juvenis, armis provinciam invaſit, adverſus quem primo quidem miſſus fuit hic Publius Craſſus, qui victus & captus, dum duceretur, virgam qua equum regebat, in oculum barbari unius direxit, qui vi doloris accenſus, Craſſi latus ſica confodit. *Oliv.*

3. *In quinque diviſam genera.*] Satis conſtat quinque Græcorum linguas eſſe, Ionicam, Doricam, Atticam, Æolicam, & communem. *Oliverius.*

4. *Roſcius.*] Eam gloriam conſecutus, ut quicunque in hiſtrionica excelleret, is Roſcius diceretur, teſte Cicerone lib. 1. de Oratore, ubi hunc Roſcium mirifice laudat. *Oliv.*

1. *Dema-*

EXTERNA.

1. Græca quoque induſtria, quoniam noſtræ multum profuit, quem meretur fructum Latinæ linguæ recipiat. [1] Demoſthenes, cujus commemorato nomine, maximæ eloquentiæ conſummatio audientis animo oboritur, cum inter initia juventæ, artis, quam affectabat, primam literam dicere non poſſet, oris ſui vitium tanto ſtudio expugnavit, ut ea à nullo expreſſius efferretur. Deinde propter nimiam exilitatem acerbam auditu vocem ſuam exercitatione continua ad maturum & gratum auribus ſonum perduxit. Lateris etiam firmitate defectus, quas corporis habitus vires negaverat, à labore mutuatus eſt: Multos enim verſus uno impetu ſpiritus complectebatur, eoſque adverſa loca celeri gradu ſcandens, pronuntiabat. Ac vadoſis littoribus inſiſtens declamationes fluctuum fragoribus obluctantibus edebat, ut ad fremitus concitatarum concionum [2] patientia duratis auribus uteretur. Fertur quo-

1. *Demoſthenes.*] Juvenalis in Sat. x. ita refert de Demoſthene:

Quem pater ardentis maſſæ fuligine lippus
A carbone & forcipibus gladioſque parante
Incude, & luteo Vulcano ad rhetora miſit.

De hoc Demoſthene à Cicerone, à Quintiliano, à Gellio, multiſque aliis multa referuntur de nativitate, de induſtria, de arte, de tota vita. Fuit enim Oratorum omnium Græcorum facile princeps, qui in pronunciatione ſummum artificium reponebat. Hic multa ſibi à natura denegata ſtudio & induſtria comparavit. Primam Rhetorices literam pronuntiare non valebat. Hanc lapillis ori inſerendis facillimam expreſſione reddidit. Exilitate vocis laborabat, brevi effecit, ut auditorum auribus vehementer inſonaret, fieretque grata omnibus, atque ſuavis, multaque alia naturæ vitia correxit tanto ſtudio, & induſtria, ut cum ipſa natura pugnaſſe quodammodo videri poſſit. Habuiſſe domi ſpeculum ingens dicitur, ad quod ſeipſum videns, geſtum formaret. Quid, quod ſibi domi locum ſubterraneum conſtruxiſſe ferunt, in quem per ſingulos dies ille deſcendens, geſtum ac motum corporis fingebat, vocemque exercitabat. Sæpe etiam duos vel tres menſes, ut refert Plutarchus, continuo domi incluſus non ceſſabat, abraſa parte capillitii, ut exeundi facultatem ſibi ipſi præriperet; ſermones inſuper, & negotia foris agitata ad ſtudium referebat, multaque alia faciebat. Ex quo facile cognoſcebat, ſe non multum natura, & ingenio, ſed ſtudio & exercitatione valere. *O.iv.*

2. *Patientia duratis auribus in actionibus uteretur.*] Ita vulgo. Verba *in actionibus* Winchel. cod. non habet. Itaque duplex eſt ejus loci lectio, hæc ſcilicet

quoque ore inſertis calculis multum ac diu loqui ſolitus, quo vacuum promptius eſſet & reſolutius. Prœliatus eſt contra rerum naturam, & quidem victor abiit, malignitatem ejus pertinaciſſimo animi robore ſuperando. Itaque alterum Demoſthenem mater, alterum induſtria enixa eſt.

2. [1]Atque ut ad vetuſtiorem induſtriæ actum transgrediar, Pythagoras perfectiſſimum opus ſapientiæ à juventa, pari-

Wincheliana, *Patientia duratis auribus uteretur*, non quidem contemnenda; verum altera non minus elegans, quæ in codicibus omnibus, dempto Wincheliano, reperitur, *Patientia duratis actionibus uteretur*. Eſt autem *actio* oratorius geſtus tam in pronunciatione, quam motu corporis conſiſtens; atque, ut ipſe Cicero de Oratore definit, quaſi corporis totius quædam eloquentia, cum conſtet è voce atque motu, quam in dicendo unam dominari affirmat libro III. de Oratore. Tales igitur actiones Demoſthenes patientia ac labore durare ac ſtabilire voluit, ut contra clamores ac fremitus obſtrepentis populi conſtantes ac firmas haberet. *Pigh.*

1. *Atque, &c.*] Ionica Philoſophia à Thalete initium accepit, quæ vero cognominata eſt Italica, ejus princeps fuit Pythagoras Mneſarchi annulorum ſculptoris filius, ut Hermippus ait, ſive, ut Ariſtoxenus ait, Tyrrhenus, ex una inſularum, quam, ejectis Tyrthenis, Athenienſes poſſiderunt. Sunt qui Marmacum illius patrem vocatum, avum Hippaſum, atavum Euthyphronem, abavum Cleonium, qui ex Phliunte profugerit, dicant habitaſſeque Marmacum Sami, atque ideo Pythagoram Samium dici, inde migrâſſe Leſbum, ibique à Zoilo patruo Pherecydi Syro commendatum, tres ſubinde argenteos calices fabricaſſe, eos ſingulis in Ægypto ſacerdotibus dono dediſſe. Juſtinus tamen lib. XX. Demaratum negotiatorem divitem illius patrem vocavit, Apulejus Veſcarem nominavit, adeo incerta eſt tanti Philoſophi origo. Habuiſſe dicitur fratres, maximum quidem natu Eurynomum, atque Tyrrhenum, ſervumque Zamolxim, cui Getæ ſacrificant, Saturnum, ut Herodotus ait, exiſtimantes. Hic, ut prædiximus, principio quidem Pherecydem audivit Syrum, poſt ejus vero obitum profectus Samum Hermodamanti jam ſeni Chreophili nepoti ſe in diſciplinam dedit. Cum autem juvenis eſſet, ac dicendi ſtudioſiſſimus, patriam linquens, cunctis ferme barbaris Græciſque myſteriis initiatus eſt. Denique Ægyptum petiit, quo tempore Polycrates Amaſidi per epiſtolam illum commendavit, illorumque linguam didicit, ut Antipho tradit in eo lib. quem de his, qui in virtute principes fuere, ſcripſit, atque apud Chaldæos congreſſus eſt cum Magis; deinde apud Cretam una cum Epimenide deſcendit in Idæum antrum. In Ægypto quoque adyta ingreſſus, ibique de Diis in arcano edoctus eſt. Deinde rediit Samum, offendenſque patriam à tyranno incubari Polycrate, Crotonem in Italiam perrexit, ibique leges Italis dedit, atque cum diſcipulis clarus habitus eſt. Qui ferme trecenti rempubl. adminiſtrabant, adeo ut merito Ariſtocratia, optimorum ſcilicet dominatus, nominaretur. Refert Heraclides Ponticus hunc de ſe dicere ſolitum, quod fuiſſet aliquando Æthalides, Mercuriique filius putatus eſſet, Mercuriumque monuiſſe

pariter omnis honeſtatis percipiendæ cupiditatem ingreſſus (nihil enim quod ad ultimum ſui finem perventurum eſt, non & maturè & celeriter incipit) Ægyptum petiit, ubi literis gentis ejus aſſuefactus, præteriti ævi ſacerdotum commentarios ſcrutatus, [1] innumerabilium ſeculorum obſervationes cognovit. Inde ad Perſas profectus, magorum exactiſſimæ prudentiæ ſe formandum tradidit; à quibus ſiderum motus, curſuſque ſtellarum, [2] & uniuſcujuſque vim, proprietatem & effectum benigniſſime demonſtratum docili animo hauſit. Cretam deinde, & Lacedæmona na-

nuiſſe illum, peteret, præter immortalitatem, quid vellet. Petiiſſe igitur ut & vivens & vita functus, omnium, quæ contingerent, memoriam haberet. Itaque in vita meminiſſe omnium, eamque memotiam poſt mortem reſervaſſe, longoque poſt tempore in Euphorbum migraſſe, atque à Menelao fuiſſe vulneratum. Euphorbus autem dixit, ſe aliquando Æthaliden fuiſſe, atque à Mercurio hoc pro munere accepiſſe, ut anima illius perpetuo errore vagaretur, & in quas vellet arbores vel animantes commigraret, & quæ in inferno perpeſſa eſſet animo, & cæteræ animæ quænam patiantur, meminiſſe; poſtea veto, quum Euphorbus diem obiit, migraſſe in Hetmotimum ejus animam, quod & ipſe, cum fidem vellet facere, Branchidas petiit, ingreſſuſque Apollinis templum, oſtendit clypeum, quem illic Menelaus affixerat. Ait enim illum, cum ex Troia remeaſſet, Apollini conſecraſſe ſcutum jam putrefactum, ſolamque perdurare eburneam faciem. Ubi autem & Hetmotimus vita functus eſt, rurſus in Pyrrhum Delium piſcatorem migraſſe, illumque omnia memotaſſe, ut ſcilicet primum Æthalides fuerit, poſtea Euphorbus, deinde Hermorimus, ac poſtmodum Pyrrhus effectus ſit, ac deinceps poſt Pyrrhum Pythagoram factum eſſe, omniumque meminiſſe, quæ prædiximus. Plerique Pythagotam nihil ſcripſiſſe tradunt, ſed ſtolide putant. Nam teſtatut de eo Heraclitus Phyſicus, Pythagoram ſe in hiſtoria rerum exercuiſſe, & cum de natura adorſus eſſet ſcribere, ita in principio dixiſſe: *Non per aërem quem ſpiro, non per aquam quam bibo, non admittam hujus ſermonis vituperationem.* Scripſit & alia complura. Moritur autem Pythagoras, ut fertur, octogeſimo ſuæ ætatis anno, de cujus motte variæ ſunt ſententiæ, ſicut apud Laërtium videre poſſumus. Quod vero ad ejus induſtriam pertinet, de qua hic agitur, magnam orbis partem circumivit, ſcientiæ & cognitionis cupiditate ductus. Vide & Jamblichum de vita Pythagotæ, præter ea quæ ſupta ex Diogene Laërtio attulimus. *Oliv.*

1. *Innumerabilium ſæculorum*] Recte dixit *innumerabilium*, quia, ſi ſequimur Herodotum, à creatione ſæculi ad ſuum tempus decem Myriadas annorum confectas fuiſſe conſtat. Cicero quoque libro 1. de Divinat. *Condemnemus*, inquit, *hos aut ſtultitiæ, aut vanitatis, aut impudentiæ, qui quadringenta ſeptuaginta millia annorum, ut ipſi dicunt, monumentis comprehenſa contineant, & mentiri judicemus, nec ſæculorum reliquorum judicium, quid de ipſis futurum ſit, pertimeſcere.* Oliv.

2. *Et uniuſcujuſque rei proprietatem & effectum.*] Ita vulgo. Legendum ex libris

navigavit: quarum legibus ac moribus inſpectis, ad Olympicum certamen deſcendit. Cumque multiplicis ſcientiæ maxima totius Græciæ admiratione ſpecimen exhibuiſſet: quo cognomine cenſeretur interrogatus, non ſe σοφὸν (jam enim illud [1] ſeptem excellentes viri occupaverant) ſed φιλόσοφον eſſe reſpondit. [2] In Italiæ etiam partem, quæ tunc [3] major Græcia appellabatur, perrexit; in qua plurimis & opulentiſſimis urbibus effectus ſuorum ſtudiorum approbavit. Cujus [4] ardentem rogum plenis venerationis oculis [5] Me-

bris MSStis, *Et uniuſcujuſque vim, proprietatem, & effectum.* Non enim uniuſcujuſque rei, ſed ſyderis vel ſtellæ vim, proprietatem & effectum à Magis didiciſſe Pythagoram ſcribit. *Pigh.*

1. *Septem ſapientes.*] Fuerunt autem hi, Thales Mileſius, Solon Athenienſis, Chilon Lacedæmonius, Pittacus Mitylenæus, Bias Prienenſis, Cleobulus Lydius, Periander Corinthius, ut ſupra monſtravi in capite de Modeſtia. *Oliverius.*

2. *In Italiæ etiam partem.*] Juſtin. lib. xx. cap. 4. dicit hunc ex Ægypto in Babyloniam profectum ad perdiſcendos ſyderum motus, originemque mundi ſpectandam, ſummam ſcientiam conſecutum: inde regreſſum Cretam, & Lacedæmona ad cognoſcendas Minoïs & Lycurgi inclytas ea tempeſtate leges contendiſſe, quibus omnibus inſtructum Crotonam veniſſe, populumque in luxuriam lapſum, auctoritate ſua ad uſum frugalitatis revocaſſe: nam Pythagoras laudabat quotidie virtutem, & vitia luxuriæ, caſuſque civitatum hac peſte perditarum enumerabat, tantumque ſtudium ad frugalitatem multitudinis provocavit, ut aliquos ex iis luxuriatos in optimam frugem converſos fuiſſe incredibile videretur. Matronarum quoque ſeparatim à viris doctrinam, & puerorum à parentibus, frequenter habuit. Docebat nunc has pudicitiam, & obſequia in viros, nunc illos modeſtiam & literarum ſtudium: inter hæc velut genetricem virtutum frugalitatem omnibus ingerebat, conſecutuſque aſſiduitate diſputationum erat, ut matronæ auratas veſtes cæteraque dignitatis ſuæ ornamenta velut inſtrumenta luxuriæ deponerent, eaque omnia delata in Junonis ædem ipſi Deæ conſecrârent, præ ſe ferentes, vera ornamenta matronarum pudicitiam, non veſtes eſſe. In juventute quoque quantum profligatum ſit, victi fœminarum contumaces animi manifeſtant. Sed trecenti ex juvenibus cum ſodalitii jure ſacramento quodam nexi, ſeparatam à civibus cæteris vitam exercerent, quaſique cœtum clandeſtinæ conjurationis haberent, civitatem in ſe converterunt, quæ eos, cum in unam domum conveniſſent, cremare voluit, in quo tumultu ſeptuaginta ferme homines periêre, cæteri in exilium profecti. Pythagoras autem, quum annos viginti Crotonæ egiſſet, Metapontum migravit, ibique deceſſit, cujus tanta admiratio fuit, ut ex domo ejus templum facerent, eumque pro Deo colerent. *Oliverius.*

3. *Major Græcia.*] Totus ille Calabriæ tractus Magna Græcia quondam dicta fuit. *Idem.*

4. *Ardentem rogum.*] De morte, ut diximus, variæ ſunt ſententiæ. Alii enim dicunt, quum in domo Milonis fuiſſet, eam ex his unum, quos admittere noluerat, per invidiam incendiſſe: ſunt qui Crotoniatas ipſos tyrannidis ſuſpi-

[1] Metapontus aſpexit: oppidum Pythagoræ quam ſuorum cinerum nobilius clariuſve monumento.

3. Plato autem patriam Athenas, [2] præceptorem Socratem ſortitus, & locum & hominem doctrinæ fertiliſſimum; ingenii quoque divina inſtructus abundantia: cum omnium jam mortalium [3] ſapientiſſimus haberetur, eo quidem uſque, ut ſi ipſe Jupiter cœlo deſcendiſſet, nec elegantiore, nec beatiore facundia uſurus videretur: Ægyptum peragravit, dum à ſacerdotibus ejus gentis [4] Geometriæ multiplices numeros, atque cœleſtium obſervationum rationem percipit. Quoque tempore à Studioſis juvenibus certatim Athenæ Platonem doctorem quærentibus petebantur; ipſe [5] Nili fluminis inexplicabiles ripas, vaſtiſſi-

ſuſpicione ac metu hoc perpetraſſe dicant. Pythagoram igitur incendii incommoda vitantem, cum egrederetur, comprehenſum eſſe, & agrum quendam fabis plenum intrantem ibi conſtitiſſe, ac dixiſſe, capi præſtat, quam has dare peſſum, cædique ſatius eſt, quam quiequam loqui. Atque ita jugulum perſecutoribus nudâſſe, compluresque ex diſcipulis (nam cum eo ad XL. fuiſſe conſtat) interemptos, ex quibus Archytas Tarentinus & Lyſis. Dicæarchus vero Pythagoram dicit in delubrum Muſarum, quod Metaponti eſt, confugiſſe, ibique, cum XL. dies abſque cibo perſtitiſſet, defeciſſe; Heraclides vero in Epitome vitarum Satyri, illum, poſtquam in Delo Pherecydi juſta perſolverat, rediiſſe in Italiam, & cum in domo Milonis Crotoniatæ celebritatem offendiſſet, ſubinde Metapontum perrexiſſe, ibique, cum vivere ulterius nollet, inedia vitam finiiſſe. Hermippus bello inter Agrigentinos & Syracuſanos orto, Pythagoram exiiſſe cum ſociis Agrigentinis opem laturum, verſis autem in fugam, illum fabarum campum circuiſſe, ibique à Syracuſanis fuiſſe interemptum, reliquos vero ad XXXV. Tarenti fuiſſe crematos. Valerius autem Heraclidis opinionem ſequitur. *Oliverius.*

1. *Metapontus.*] Oppidum Italiæ in ſinu Tarentino.

2. *Præceptorem.*] Hic annum vigeſimum ætatis agens, audivit Socratem. Illo mortuo, audivit Cratylum & Hermogenem. Annorum XXVIII. teſte Hermodoro, Megaram ſe ad Euclidem contulit. Hinc Cyrenem profectus, Theodorum Mathematicum, atque inde in Italiam ad Pythagoreos, Philolaüm & Eurytum, poſtea in Ægyptum profectus, Prophetas Sacerdoteſque audivit, ubi comitem habuit Euripidem tragicum. Regreſſus Athenas, in Academia morabatur. *Oliv.*

3. *Sapientiſſimus.*] Sic Apollinis oraculo conſtat fuiſſe judicatum.

4. *Geometriæ.*] Quæ propterea quod Ægyptus ſingulis annis à Nilo mergeretur, ad dignoſcendos agrorum fines hic potiſſimum floruit.

5. *Nili fluminis inexplicabiles ripas.*] Bene inexplicabiles. Quia, ſi Herodoto credimus, Nili originem nemo invenire potuit, quanquam id multi reges fruſtra tentaverint. Lucanus lib. IX.

Arcanum natura caput non prodidit ulli.

Plin. lib. V. cap. 9. *Nilus*, inquit, *incertis*

ſtiſſimoſque campos, effuſam barbariem, & [1] flexuoſos foſſarum ambitus Ægyptiorum ſenum diſcipulus luſtrabat. Quo minus miror eum [2] in Italiam tranſgreſſum, ut ab Archita Tarenti, [3] à Timæo, & Arione, & Cæto Locris Pythagoræ præcepta & inſtituta acciperet. Tanta enim vis, tanta copia literarum undique colligenda erat, ut invicem per totum terrarum orbem diſpergi & dilatari poſſet. Altero etiam & [4] octogeſimo anno decedens [5] ſub capite Sophronis mimos habuiſſe fertur: ſic ne extrema quidem ejus hora agitatione ſtudii vacua fuit.

4. At

certis ortus fontibus it per deſerta & arentia, & immenſo longitudinis ſpatio ambulans, famaque tantum inermi quæſitu cognitus ſine bellis, quæ cæteras omnes terras invenêre, originem (ut Juba rex potuit exquirere) in monte inferioris Mauritaniæ, non procul Oceano habet lacu protinus ſtagnante, quem vocant Nilidem. Eſt præterea ſatis ignota Nili natura, quare ſcilicet ſingulis annis, Sole exiſtente in Cancro, totam inundet Ægyptum. Quid, quod Plinius eodem loco dicat varias ejus incrementi cauſas eſſe, modo flatum Eteſiarum, modo alias affert cauſas, quas longum eſſet referre, ſed evenire ut plurimum ejus incrementum à canis ortu per introitum Solis in leonem, & ut ait Virgil. in IV. Georg.

Per diverſa ruens ſeptem diſcurrit in ora
Uſque coloratis amnis devexus ab Indis,

Id eſt, Æthiopibus. *Oliver.* *Nili fluminis.*] Hinc multa de Nilo inſperſit ſuis operibus apis illa Attica, & apud Strabonem dicit Nilum τελγῶνε κορυφὴν ἀποτελεῖν. De hujus fluminis miraculis & Cicero poëma fecerat, quod Nilum inſcripſerat, teſte Capitolino in Gordianis. *Coler.*

1. *Flexuoſos foſſarum ambitus.*] Conſtat Ægyptum foſſarum plenam Nili ſuperfluas aquarum inundationes recipientium. Juſtinus: *Ægyptum*, inquit, *quæ tot regum, tot ſæculorum cura impenſaque munita ſit, & adverſus vim incurrentium aquarum tantis inſtructa molibus, tot foßis conciſa, ut, cum his arceantur, illis recipiantur aquæ, nihilominus coli, niſi excluſo Nilo, non potuerit, &c.* Oliverius.

2. *In Italiam tranſgreſſum.*] Laërtius: Cic. de Seneƈt. Idem de Republ. Sed audiſſe te credo, tum vero Platonem, Socrate mortuo, primum in Ægyptum diſcendi cauſa, poſt in Italiam contendiſſe. *Coler.*

3. *A Timæo, & Arione, & Cato Locris Pythagoræ præcepta acciperet.*] Theodorus Canterus per epiſtolam me monuit, repperiſſe ſe in veteri libro, *Arione & Ethecrate.* Ex quo appoſite facit, *Echecrate.* Nam *Cæti* Pythagoræi mentio nuſquam, nec in Jamblichi quidem Catalogo. At *Echecratis* etiam Cicero meminit v. de Finibus, ubi pæne hæc ipſa Valeriana: *Cur ad reliquos Pythagoræos, Echecratem, Timæum, Arionem Locros, &c.* Lipſius.

4. *Octogeſimo anno.*] Ἤζησεν ἔτη πθ', inquit Suidas. *Corrad.*

5. *Sub capite Sophronis numeros habuiſſe fertur.*] Ita vulgo. Lege, *Sophronis mimos*, quemadmodum eſt in Atrebat. Winchel. aliiſque. Fuit enim mimographus Sophron, velut teſtantur Diogenes Laërtius in vita Platonis, & Suidas. *Pigh.*

1. De-

4. At [1] Democritus, cum divitiis cenſeri poſſet, quæ tantæ fuerunt, ut [2] pater ejus Xerxis exercitui epulum dare ex facili potuerit, quo magis vacuo animo ſtudiis literarum eſſet operatus, parva admodum ſumma retenta, patrimonium ſuum [3] patriæ donavit. Athenis autem compluribus annis moratus, omnia temporum momenta ad percipiendam & exercendam doctrinam conferens, ignotus illi urbi vixit; quod ipſe in quodam volumine teſtatur. Stupet mens admiratione tantæ induſtriæ, & jam tranſit alio.

5. [4] Carneades laborioſus & diuturnus ſapientiæ miles; ſiquidem [5] nonaginta expletis annis, idem illi vivendi ac philoſophandi finis fuit: Ita ſe mirificum doctrinæ operibus

1. *Democritus.*] Vide Diogenem Laërtium in Vita Democriti.

2. *Pater ejus.*] Videlicet Hegeſiſtratus, aut Athenocritus, aut Damaſippus.

3. *Patriæ.*] Partitus eſt fratribus ſuis ſubſtantiam, juxta alios, vel, ut tradit Valerius, patriæ donavit, exigua pro ſe parte retenta, qua illi peregre proficiſcenti opus erat. Adeo ſtudioſum fuiſſe tradit Laërtius, ut ex vicino hortulo ſibi cellulam ſeligeret, ibique ſeipſum includeret: & eum aliquando ipſius pater bovem ad immolandum adduxiſſet, ibique alligaſſet, tamdiu hoc ab illo non fuiſſe cognitum, quoad hunc ille ſacrificii obtentu excitavit, & bovi admovit. Conſtat eum aliquando Athenas veniſſe, & ob contemptum gloriæ agnoſci noluiſſe, & quum cognoviſſet ipſe Socratem, ab eo ignoratum fuiſſe. Laboravit hic plurimum in ſolâ rerum naturâ contemplandâ (ut quidam ferunt) & quocunque fortunæ caſu mutabiliumque rerum audito, in riſum ſolvebatur. Unde Juvenalis Sat.

Perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat
Democritus. ———

Hunc aliquando inſaniſſe crediderunt ejus cives; unde ad ejus curationem adhibuêre Hippocratem, qui, cognitâ viri ſapientiâ, cives magis quam Democritum inſanire judicavit, à quo multa ſe didiciſſe profitebatur. Nam, ut refert Laërtius in vita Democriti, quum ad eum veniſſet Hippocrates, maximum diligentiæ ſuæ & calliditatis teſtimonium dedit Hippocrati, qui puellam Hippocratis comitem, & integram, & vitiatam cognovit. Nam primo die ſic illam ſalutavit: *Salve virgo.* Poſtridie vero: *Salve mulier.* Fuerat enim puella nocte ipſa vitiata. Sunt etiam qui dicant ſeipſum occæcaſſe, ad naturæ ſecreta cautius rimanda. Cujus rei auctores ſunt Cicero lib. v. Tuſculan. Quæſt. & Aulus Gellius libro x. Noct. Att. De cujus morte variæ ſunt ſententiæ, ut Laërtius tradit. Periit autem centeſimo & nono ſuæ ætatis anno. Hic omnia atomis conſtare dicebat, & plures eſſe mundos, & corruptibiles. Multa volumina reliquit, ut auctor eſt Laërtius in ejus vita. *Oliv.*

4. *Carneades laborioſus.*] Hic Philoſophus Cyrenæus fuit, Epicomi, ut quidam ferunt, ſive ut alii dicunt, Philocomi filius, Stoïcorum & Chryſippi diſcipulus. *Oliv.*

5. *Nonaginta.*] Mortuus eſt nonageſimo ſuæ ætatis anno, ut Valer. refert, Laërtius vero octogeſimo quinto, Olympiade centeſima ſexageſima ſecunda. *Oliv.*

1. *Addi-*

bus [1] addixerat, ut cum cibi capiendi cauſſa recubuiſſet, cogitationibus inhærens, manum ad menſam porrigere oblivîſceretur. Sed eum Meliſſa, quam uxoris loco habebat, temperato inter ſtudia non interpellandi, ſed inediæ ſuccurrendi officio, dexteram ſuam neceſſariis uſibus aptabat. Ergo animo tantummodo vita fruebatur, corpore vero quaſi alieno & ſupervacuo circumdatus erat. Idem cum Chryſippo diſputaturus, [2] helleboro ſe ante purgabat, [3] ad exprimendum ingenium ſuum attentius, & illius refellendum acrius: quas potiones induſtria ſolidæ laudis cupidis effecit appetendas.

6. Quali porro ſtudio [4] Anaxagoram flagraſſe credimus? qui cum è diutina peregrinatione patriam repetiſſet, poſſeſſioneſque deſertas vidiſſet, Non eſſem, inquit, ego ſalvus, niſi iſtæ periiſſent. Vocem petitæ ſapientiæ compotem.

1. *Addixerat.*] Aſtrinxerat, deſtinaverat. Nam *addicere* apud JCtos ſignificat per licitationem aliquid vendere, hoc eſt, in venditione publica. Unde *addicti* apud veteres dicebantur, qui prætoris juſſu cum ſolvendo non eſſent, creditoribus vendebantur. *Oliverius.*

2. *Helleboro ſe.*] Hoc factitaſſe eum, cum Zenone diſputaturum ſcribit Agellius. Idem ſentit Plinius. Lapſus Valerii memorialis: Vel vitæ tempora quam diverſa. lege utriuſque vitam apud Diogenem. Varro Seſquiulyſſe: *Alteram viam deformaſſe Carneadem virtutis ſe cupis acris aceti.* lego: è *cupis acris aceti.* Varro, non elleborum, ſed acetum facit purgamen Carneadis, quod alii Pythagoræ adſcribunt, alii Chryſippo. Fulgentius in Continentia Virgiliana Elleborum Chryſippo tribuit: *Ego vero Chryſippi Ellebori rancidulo acore poſtpoſito.* Coler. *Helleboro.*] Hellebori duæ ſunt ſpecies coloris inſignis, candidi & nigri, qui non cognoſcuntur, niſi ex radice, teſte Plin. lib. xxv. c. 13. Nat. Hiſt. ubi multa de ejus proprietate: ſed inprimis candidum probat, quod cauſas morborum extraheret, & primo fuiſſe terribile, deinde adeo promiſcuum, ut plerique ſtudiorum gratia ad providenda acrius, quæ commentabantur, ſæpius ſumptitaverint. Quo & uſum Carneadem reſponſurum Zenonis libris fuiſſe dicit. Aulus quoque Gellius lib. XVII. Noct. Att. duas ſpecies Hellebori dicit. *Oliv. Helleboro.*] Candido, quod in Anticyra optimum naſcitur. *Badius.*

3. *Ad exprimendum ingenium.*] Ad explicandam vim ingenii.

4. *Anaxagoram.*] Hic cuidam dicenti, quod patria ſibi curæ non eſſet, immo cura patriæ mihi maxima eſt, & digitum extendebat in cœlum, oſtendens illam ſibi veram patriam eſſe. Impietatis ſemel à Cleomene accuſatus, quod Solem, quem Athenienſes colebant, candentem laminam diceret, & penitus ignitam, defenſus à Pericle diſcipulo, quinque talentis mulctatus & exilio fuit. De cujus morte varias dicit Laërtius ſententias eſſe ſcriptorum. *Oliverius.*

1. *Archi-*

potem. Nam ſi præſidiorum potius, quam ingenii culturæ vacaſſet; dominus rei familiaris intra penates manſiſſet, nec tantus Anaxagoras ad eos rediiſſet.

7.[1] Archimedis quoque fructuoſam induſtriam fuiſſe dicerem, niſi eadem illi & dediſſet vitam, & abſtuliſſet. Captis enim Syracuſis, Marcellus [2] machinationibus ejus multum ac diu victoriam ſuam inhibitam ſenſerat: eximia tamen hominis prudentia delectatus, ut capiti illius parceretur, edixit; pœnè tantum gloriæ in Archimede ſervato, quantum in oppreſſis Syracuſis reponens. At is dum animo & oculis in terram defixis formas deſcribit, militi qui prædandi gratia domum irruperat, ſtrictoque ſuper caput gladio, quiſnam eſſet, interrogabat: propter nimiam cupiditatem inveſtigandi quod requirebat, nomen ſuum indicare non potuit. Sed [3] protracto manibus pulvere, [4] Noli, inquit, obſecro, iſtum diſturbare: Ac perinde quaſi negligens imperii victoris, obtruncatus, ſanguine ſuo artis ſuæ lineamenta confudit. Quo accidit, ut propter idem ſtudium modo donaretur vita, modo ſpoliaretur.

8. [5] Socratem etiam conſtat ætate provectum * fidibus [illegible] tra-

1. *Archimedis, &c.*] Archimedes, vel ut Quintilianus libro I. de Inſt. Orat. Archimenides Syracuſanus in omni Geometria ante alios mira ſubtilitate laudatus. Erat enim, teſte Livio libro XXV. unicus ſpectator cœli ſyderumque; mirabilior tamen inventor bellicorum tormentorum, qui ea quæ hoſtes agerent, ipſe perlevi momento ludificaretur. *Oliv.*

2. *Machinationibus ejus.*] Præter cæteros vide Plin. lib. VII. Silium lib. XIV. *Colerus.*

3. *Protracto manibus pulvere.*] Secto, vel ſciſſo pulvere, in quo diametros & formas ſuas deſignabat. *Oliv.*

4. *Noli, inquit, obſecro iſtum circulum diſturbare.*] Ita vulgo. Dictio *circulum* ex gloſſemate item irrepſit in contextum, ut ſcripti libri demonſtrant. Formas metricas traxiſſe eum in pulvere ſcribunt Livius, & Plutarchus; non determinate circulos. *Pigh.*

5. *Socratem etiam, &c.*] Socrates fuit adeo ſtudioſus, adeoque ſcientiæ cupidus, ut nec à mulieribus quidem turpe exiſtimaret diſcere, quod utile fore videretur. Præterea cum jam omnium pene rerum ſcientiam complexus eſſet, Muſicæ quoque operam dare non erubuit in provectiori jam ætate, ut ad reliquas virtutes ſuas, quæ mirabiles fuiſſe creduntur, hoc etiam quantulumcunque foret, accederet, nequid illi unquam defuiſſe videretur. Ita effecit induſtria ſua, ut dum ſemper aliquid ſibi deeſſe exiſtimaret, ad eum ſcientiæ cumulum pervenerit, ut alios locupletiſſime docere poſſet. Fuit, teſte Gellio, tanta temperantia, ut omne ſuæ vitæ

 tem-

tractandis operam dare cœpiſſe: ſatius judicantem, ejus artis uſum ſero, quam nunquam percipere. Et quantula Socrati acceſſio iſta futuræ ſcientiæ erat? ſed pertinax hominis induſtria, tantis doctrinæ ſuæ divitiis etiam Muſicæ rationis utiliſſimum elementum accedere voluit. Ergo dum ad diſcendum ſemper ſe pauperem credidit, ad docendum fecit ſe locupletiſſimum.

9. Atque ut longæ & felicis induſtriæ quaſi in unum acervum exempla redigamus, [1] Iſocrates nobiliſſimum librum, qui inſcribitur Παναθηναϊκὸς, quartum & nonageſimum annum agens, ut ipſe ſignificat, compoſuit, opus ardentis ſpiritus plenum. Ex quo apparet, ſeneſcentibus membris eruditorum, intus animos induſtriæ beneficio florem juventæ retinere. Neque hoc ſtylo terminos vitæ ſuæ clauſit: namque admirationis ejus fructum quinquennio percepit.

10. [1] Ci-

tempus valetudine inoffenſa transegerit. De cujus morte dictum eſt in cap. de Sapienter dictis. *Oliv.*

* *Fidibus tractandis.*] Muſicæ arti, ut ſciret fidibus canere. Cur autem huic arti jam ſenex operam dare voluerit, hanc cauſam fuiſſe ferunt, quod in convivio invitatus à quodam ut caneret, ſe fidibus neſcire reſpondit: quod à nonnullis riſu exceptum, ad Muſicam perdiſcendam illum incitavit, ut ſero potius, quam nunquam, artis illius rationem teneret. *Fides* chorda in cithara vel lyra, aliove inſtrumento extenſa. *Oliv.*

1. *Iſocrates, &c.*] Ut omnem induſtriæ rationem in uno homine fuiſſe comprehendamus, Iſocratis exemplum lectoribus ſubjiciamus. Fuit autem Iſocrates Græcus Orator clariſſimus, Gorgiæ auditor, multorum Philoſophorum præceptor eximius, ut Macroblus teſtatur. Et, teſte Quintiliano, fuit diverſo dicendi genere nitidus & comptus, palæſtræ magis quam pugnæ accommodatus, omnes dicendi veneres ſectatus, in inventione facilis, honeſti ſtudioſus, in compoſitione adeo diligens, ut cura ejus reprenhendatur in ætate jam confecta, videlicet decrepita. Quartum & nonageſimum agens annum, teſte Cicerone in Catone Majore, librum compoſuit qui Παναθηναϊκὸς inſcribitur, totius Græciæ & inprimis Athenarum geſta laudeſque continens, & ſtudia urbis, quem tanta ſcientia conſtat fuiſſe refertum, ut admirarentur omnes, in ea ætate ingenii vires tantum valuiſſe. Ex quo facile comprehendi poteſt, in hominibus corpora quidem ſeneſcere, animos vero nunquam, ſi quis bene diligenterque coluerit eos. Cicero de Iſocrate: *Eſt etiam quiete, & pure, atque eleganter actæ ætatis placida ac lenis ſenectus, qualem accepimus Platonis, qui & octogeſimo anno ſcribens eſt mortuus, qualemque Iſocratis, qui eum librum, qui Παναθηναϊκὸς inſcribitur, quarto & nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur, vixitque quinquennium poſtea.* Oliv.

1. *Cite-*

10. [1] Citeriores ætatis metas,ſed non parvi tamen ſpatii [2] Chryſippi vivacitas flexit: nam [3] octogeſimo anno [4] cœptum,unde quadrageſimum λογικῶν exactiſſimæ ſubtilitatis volumen reliquit. Cujus ſtudium in tradendis ingenii ſui monimentis tantum operæ laboriſque ſuſtinuit; ut ad ea quæ ſcripſit penitus cognoſcenda, longa vita ſit opus.

11. Te quoque [5] Cleanthe tam laborioſe haurientem, & tam pertinaciter tradentem ſapientiam, [6] numen ipſius induſtriæ ſuſpexit: cum adoleſcentem quæſtu extrahendæ aquæ nocturno tempore inopiam tuam ſuſtentantem, diurno

1. *Citerioris ætatis metas.*] Quia non ad Iſocratis ætatem pervenit, hoc eſt, non tanto tempore vixit: nam Iſocrates, ut diximus, novem & nonaginta confecit annos. Hic vero ad octogeſimum tantummodo pervenit annum: ergo citerioris, id eſt, brevioris ætatis terminos. *Oliv.*

2. *Chryſippi.*] Hic Chryſippus Apollonii Solenſis filius, ſive Tarſenſis, Philoſophus acutiſſimus, adeo ut teſtentur ferme omnes, Jovem ipſum ejus acutioribus argumentis vix reſiſtere potuiſſe, ſi in terras deſcendiſſet. Fuit ergo ingenioſus & acutus in omni genere orationis. In pleriſque à Zenone diſſentit & Cleanthe. Quoties adverſus Cleanthem diſſerendo egiſſet, tanta ducebatur pœnitentia, ut crebro diceret: *Equidem alias fortunatus ſum præterquam in Cleanthem, in hoc ſum infelix.* Et, ut dixit Cicero de Nat. Deor. natus eſt homo Chryſippus ad mundum contemplandum atque mirandum. Nam, teſte Laërtio, ſeptingenta volumina edidit, & quicquid incidebat, mandabat literis, & ſæpe emendabat, & magna teſtimoniorum nube utebatur. Quod adeo in conſuetudine habuit, ut in quibuſdam ſuis opuſculis totam Euripidis Medeam inſereret; petentique cuidam ab altero legente quidnam id eſſet, quod legeret illi, Chryſippi Medea eſt. Quare de illo ait Apollodorus Athenienſis, *Si quis tollat de Chryſippi libris, quæ aliena ſunt, charta illi vacua relinquitur: ejus tamen libri clariſſimi, & in Dialectica præcipue, in qua fuit adeo inſignis, ut dicerent, ſi apud Deos in uſu eſſet Dialectica, non futuram aliam quam Chryſippeam.* Erat præterea, teſte Laërtio, imbecilli tenuique corpuſculo, quod ex ejus imagine dicit apparere, potationibuſque deditum fuiſſe refert. Unde, teſte Hermippo, à diſcipulis ad ſacrificium ductus, dulce merum adeo bibit, ut fatigatus anguſtiis ſpiritus eum quinta die poſt reliquerit, cum eſſet octoginta trium annorum. Sunt qui dicant eum nimio riſu comprehenſum interiiſſe, ita ut cum aſinus manducaſſet ficus, aniculæ dixiſſet, ut vinum aſino daret, nimioque dehinc riſu expiraſſe. *Oliv.*

3. *Octogeſimo anno cœptum.*] Atqui ſeptuaginta tres vixiſſe tantum ſcribunt Laërtius & Suidas. *Corradus.*

4. *Cœptum ante quadrageſimum λογικῶν.*] Ita vulgo. Melius in vett. libris: *Cœptum unde quadrageſimum.* De Chryſippi libris; vide quæ Diogenes Laërtius. *Pigh.*

5. *Cleanthe.*] Hunc Valerius dicit Chryſippi auditorem, cum è contrario Laërtius dicat Zenoni operam dediſſe. *Oliverius.*

6. *Numen.*] Divina virtus ipſius induſtriæ.

no Chryſippi præceptis percipiendis vacantem, eundemque ad undecenteſimum annum attenta cura erudientem auditores tuos videret: Duplici enim labore unius ſeculi ſpatium occupaſti, incertum reddendo, diſcipulusne an præceptor eſſes laudabilior.

12. [1] Sophocles quoque [2] glorioſum cum rerum natura certamen habuit; tam benignè mirifica opera illa ſua exhibendo, quam illa operibus ejus tempora liberaliter ſubminiſtrando: Propè enim centeſimum annum attigit, ſub ipſum tranſitum ad mortem Oedipode Coloneo ſcripto; qua ſola fabula omnium ejuſdem ſtudii poëtarum [3] præripere gloriam potuit: [4] Idque ignotum eſſe poſteris filius Sophoclis Iophon noluit, ſepulchro patris, quæ retuli, inſculpendo.

13. [5] Simonides vero poëta octogeſimo anno & docuiſſe ſe

1. *Sophocles.*] Hic tragœdiarum ſcriptor clariſſimus Athenieoſis, de quo diximus in cap. de Continentia lib. IV. cujus tanta fuit induſtria, ut cum ipſa rerum natura certaſſe videatur. Nam cum eſſet annorum ferme centum, Oedipodem tragœdiam compoſuit, de qua Cicero io Catone Majore: *Sophocles,* inquit, *ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit, qui propter ſtudium & induſtriam, cum rem negligere familiarem videretur, à filiis in judicium vocatus, ut quemadmodum noſtro more rem male gerentibus patribus bona interdici ſolent, ſic illum quaſi deſipientem à re familiari removerent judices; tunc ſenex dicitur eam fabulam, quam habebat in manibus, & proxime ſcripſerat, Oedipodem Coloneum, recitaſſe judicibus, quæſiſſeque, num illud carmen deſipientis videretur. Quo recitato, ſententiis judicum eſt liberatus.* Oliverius.

2. *Glorioſum, &c.*] Hoc habuit cum natura certamen, ut diu videndo laborioſus ſemper eſſet. Natura longum illi vitæ ſpatium conceſſit, quo poſſet ſcribendo gloriam comparare. Sophocles illud non minori ſtudio & induſtria ſpatium confecit. Glorioſum igitur certamen, ut quanto majus ſpatium datetur, tanto majori ille ſtudio conficeret ſub ipſum tranſitum ad mortem, de qua morte dicemus lib. ultim. cap. 12. *Oliverius.*

3. *Præripere gloriam.*] Antigonam & Electram præ cæteris laudat Dioſcorides Poëta Epigrammatarius. Laërtius: Συνεπλήρωσεν τὴν τραγῳδίαν. *Colerus.*

4. *Idque ignotum eſſe poſteris filius Sophoclis noluit Sophon.*] Ita vulgo. Legendum *Filius Sophòclis Iophon noluit.* Ita eum appellat Suidas, Ἰοφῶν (inquit) Ἀθηναῖος τραγικός, υἱὸς Σοφοκλέους τοῦ τραγῳδοποιοῦ γνήσιος ἀπὸ Νικοστράτης. Aſtipulatur Suidæ Laërtius. *Pighius.*

5. *Simonides.*] Hic Lyricus Poëta fuit, ut diximus lib. I. cap. de Somniis, item cap. de Miracul. Unde & carmina quædam Simonidea dicta ſunt. Primus etiam artem memoriæ inveniſſe dicitur, teſte Cicerone. *Oliv.*

1. *In*

ſe carmina, & [1] in eorum certamen deſcendiſſe ipſe gloriatur: nec fuit iniquum, illum voluptatem ex ingenio ſuo diu percipere, cum eam omni ævo fruendam traditurus eſſet.

14. [2] Jam Solon quanta induſtria flagraverit, & verſibus complexus eſt, quibus ſignificat ſe quotidie aliquid addiſcentem ſeneſcere, & ſupremo vitæ die confirmavit. Quum aſſidentibus amicis, & quadam de re ſermonem inter ſe conferentibus, [3] fatis jam preſſum caput erigeret: interrogatus, quapropter id feciſſet, reſpondit; Ut cum iſtud, quicquid eſt, de quo jam diſputatis, percepero, [4] moriar. Migraſſet profecto ex hominibus inertia, ſi eo animo vitam ingrederemur, quo eam Solon egreſſus eſt.

15. Quam porro induſtrius Themiſtocles, qui maximarum rerum cura diſtrictus, omnia tamen civium ſuorum nomina memoria comprehendit: [5] Per ſummamque

ini-

1. *In eorum, &c.*] In theatrum deſcendit, ut carmina ſua quæ recitaret, cæterorum Poëtarum verſibus potiora eſſe probaret, & ita propoſitum præmium caperet. *Idem.*

2. *Nam Solon.*] De hoc Solone diximus lib. v cap. de Ingratis. Fuit autem unus è ſeptem Sapientibus, Athenienſis, ut quidam dicunt, ut alii, Salaminins, de qua inſula diximus ſupra lib. & cap. præſcriptis. Utcunque ſit, Athenis vixit, & urbem illam, quaſi novam civitatem, moribus & legibus condidit. Qua in re tanto temperamento ſe inter plebem & Senatum egit, ut ab utriſque parem gratiam contraxerit. Legitur apud Platonem Solonem judicio Critiæ cujuſdam viri doctiſſimi videri non ſolum prudentia præ cæteris laude dignum, ſed etiam carminibus præſtitiſſe, & ſi ſermonem, quem ab Ægypto reverſus inſtituerat, impleſſet, non minorem Heſiodo vel Homero futurum. Continebantur autem in eo Athenienſium geſta. Hic, quanquam omnium hominum judicio haberetur continens, tamen indulſiſſe ſcribitur vino: cujus induſtria quanta fuerit, ex ejus verbis comprehendi poteſt. Nam dictitare ſolebat:

Γηράσκω δ' ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος,

Seneſco ſemper multa addiſcens.

Præterea eum extremum fati diem ſuſtineret, & qui aſſidebant amici ac familiares de re quadam diſputarent, caput erexit, auditurus quid illi tunc inter ſe differerent, interrrogatus ſi quid eſſet quod veller, ut percepto, inquit, quicquid eſt, de quo diſputatis, eruditior hinc abeam, moriarque ſapientior. Vox profecto Philoſopho tanto digniſſima. *Oliv.*

3. *Fatis preſſum.*] Inſtanti & propinqua morte gravatum.

4. *Moriar.*] Aliter narrat hæc Ælian. apud Stob. *Coler.*

5. *Per ſummam, &c.*] Invidia civium, vel tyrannidis ſuſpicione, vel quia, ut diximus, mos erat Athenis, ut qui virtute maximas opes comparaſſet, ne libertati periculoſus eſſet, per decem an-

nos

iniquitatem patria pulſus, & ad Xerxem, quem paulo ante devicerat, confugere coactus, prius quam in conſpectum ejus veniret,[1] Perſico ſermoni ſe aſſuefecit: ut labore parta commendatione, regiis auribus familiarem & aſſuetum ſonum vocis adhiberet.

16. Cujus utriuſque induſtriæ laudem duo reges partiti ſunt; Cyrus omnium militum ſuorum nomina; Mithridates duarum & viginti gentium, quæ ſub regno ejus erant, linguas ediſcendo. Ille, ut [2] ſine monitore exercitum ſalutaret: hic, ut eos quibus imperabat, ſine interprete alloqui poſſet.

CAP. VIII.

DE OTIO LAUDATO.

IN ROMANIS.	IN EXTERNIS.
1. *P. Æmiliano & C. Lælio.*	1. *Socrate Athenienſi.*
2. *Q. Mutio Scævola Augure.*	2. *Achille Homerico.*

OTium, quod induſtriæ, & maxime ſtudio, contrarium videtur, ſubnecti breviter debet; non quo evaneſcit virtus, ſed quo recreatur. Alterum enim etiam inertibus vitandum; alterum ſtrenuis quoque interdum appetendum eſt: Illis, ne vitam enervem exigant: his ut tempeſtiva laboris intermiſſione ad laborandum fiant vegetiores.

1. Par veræ amicitiæ clariſſimum Scipio & Lælius, cum amoris vinculo, tum etiam omnium virtutum inter ſe juncti ſocietate, ut actuoſæ vitæ iter æquali gradu exequeban-

nos exularet. Ergo per ſummam iniquitatem expulſus, quia iniquiſſimum erat, patriæ liberatorem, imperii amplificatorem & conſervatorem, exilio mulctare, quem ingentibus præmiis afficere debuerant. *Oliverius.*

1. *Perſico ſermoni.*] Cuique genti ſua lingua in precio. Hinc nota: animos exterorum haud facile devinciri, niſi vinculo illo humanæ ſocietatis, lingua dico conciliatrice. *Coler.*

2. *Sine monitore, &c.*] Imperatores nominum ſuggeſtores habere conſuetant, qui nomina militum eorum auribus insererent, quo blande nominatim milites appellando, eorum animos ſibi maxime conciliarent. Hos monitores Romani nomenclatores appellabant. *Oliverius.*

1. *Vagas*

bantur, ita animi quoque remiſſioni communiter acquieſcebant. Conſtat namque eos Cajetæ & Laurenti [1] vagas littoribus [2] conchulas & umbilicos lectitaſſe: Idque ſe [3] L. Craſſus ex ſocero ſuo Q. Scævola, qui gener Lælii fuit, audiſſe ſæpenumero prædicavit.

2. [4] Scævola autem quietæ remiſſionis eorum certiſſimus teſtis, optimè pila luſiſſe traditur: quia videlicet ad hoc diverticulum animum ſuum forenſibus miniſteriis fatigatum, transferre ſolebat. [5] Alveo quoque & * calculis vacaſſe

1. V*Agas littoribus conchulas & calculos lectitâſſe.*] Ita vulgo. In Winch. *conchulas & umbilicos.* Nec malè meo judicio, nam altera vox hujus eſt gloſſema perperam inſertum contextui Valeriano. Librarii non intelligentes vocabulum, ejus loco interpretationem ſcribere maluerunt. Deſumptum enim ex Cicerone hoc exemplum, qui de Orat. lib. II. ait, *Ita ſolet narrare Scævula conchas eos & umbilicos ad Cajetam & Lucrinum legere conſueviſſe.* Umbilicos à forma vocat parvos ac rotundos calculos in littore ſparſos. Si credendum collegii Atrebatenſis exemplari, Valerius non *umbilicos*, ſed *obeliſcos* dixit; atque ab obelorum ſimilitudine ſic appellaſſe videtur teretes & oblongos lapillos, non ſecus ac *rotundos* Cicerò *umbilicos.* Quæ lectio non minus arridet, quam Wincheliana. Diſcrepant in nominandis locis hi auctores, niſi in alterutro ſit error, Cajetam & Laurentum prodit Valerius; pro Laurento Lucinum Cicero. Qui locus Cajetæ vicinior eſt. *Pigh.*

2. *Calculos.*] Lege, *Umbilicos.* Liber Danielis, *obilicos.* Editio Veneta, *calculos.* Sed vera omnino lectio vulgata. *Umbilici* ſunt calculi quidam nitidiores. Unde & libros olim iis decorabantur. Martialis lib. I.

Nec umbilicis cultus atque membrana.

& alibi paſſim. Plinius ubi de margaritis: *Et aliis convenit non oportere perforare, quorum ſit abſoluta bonitas, umbilicis ſtatim ex auro càpita capientibus* Colerus.

3. *Lucius Craſſus.*] Orator, de quo Cicero lib. de Oratore mentionem facit, & de eloquentia diſputantem inducit. Fuit autem Scævolæ gener, ut lib. IV. oſtendimus cap. de Verecundia. Ergo L. Craſſus Scævolæ, Scævola vero Lælii gener fuiſſe dicitur, de quo Lælio Cicero lib. qui inſcribitur Lælius, hoc eſt, de Amicitia. Q. Mutius augur Scævola multa narrare de C. Lælio ſocero ſuo memoriter & jucunde ſolebat. *Oliverius.*

4. *Scævola, &c.*] Ut teſtis fuerat Scævola Scipionem & Lælium animi relaxandi gratia conchulas & umbilicos in littore lectitâſſe: ipſe vero non minus poſt animi labores à forenſibus officiis ad pilæ ludum ſe interdum conferebat, nonnunquam ad aleas & teſſeras, ut eo laxamenti genere fatigatum animum relaxaret. Hic, teſte Cicerone lib. Off. I. fuit P. Scævolæ Juriſperiti filius, à quo Cicero juris civilis ſcientiam, quantacunque foret, accepiſſe dicitur. Nam libro I. Offic. inquit, *Quorum vero parentes aut majores aliqua gloria præſtiterunt, eorum plerique in hoc genere laudis ſtudent excellere, at Q. Mutius P. filius in jure civili.* Fuit autem hic Scævola, teſte eodem Cic. in Lælio, Juriſperitus & augur, quem in lib. de Oratore Cicero inducit cum Craſſo de eloquentia diſputantem. *Oliv.*

5. *Alea quoque & calculis vacaſſe interdum*

caſſe interdum dicitur; cum bene ac diu jura civium, & [1] cæremonias Deorum ordinaſſet: [2] ut enim in rebus ſeriis Scævolam, ita & in [3] ſcurrilibus luſibus hominem agebat, quem rerum natura continui laboris patientem eſſe non ſinit.

EXTERNA.

1. Idque vidit, cui nulla pars ſapientiæ obſcura fuit, Socrates: ideoque non erubuit tunc, cum interpoſita arundine cruribus ſuis, cum parvulis filiolis ludens ab Alcibiade riſus eſt.

2. Homerus quoque ingenii cœleſtis vates non aliud ſenſit, vehementiſſimis Achillis manibus [4] canoras fides aptando, ut earum militare robur leni pacis ſtudio relaxaret.

CAP. IX.

DE VI ELOQUENTIÆ.

IN ROMANIS.	IN EXTERNIS.
1. *MV. Valer. Max dict.*	1. *Piſiſtrato Athenienſi.*
2. *M. Antonio oratore.*	2. *Pericle Athenienſi.*
3. *C. Aurelio Cotta.*	3. *Hegeſia Cyrenaïco.*

[5] POtentiam verò eloquentiæ etſi plurimum valere animadvertimus; tamen ſub propriis exemplis, quo ſcilicet vires ejus teſtatiores fiant, recognoſci convenit.

1. [1] Re-

dum dicitur.] Ita vulgo. In Campenſi, Gemblacenſi, Wincheliano, & Atrebatenſi melius; *Alveo quoque & calculis.* Nam alea inhoneſta. *Pigh.*

* *Calculis.*] Teſſeris vel taxillis, ut calculos poſuerit pro taxillis.

1. *Cæremonias Deorum.*] Ut qui augur, nam alter pontifex fuit.

2. *Ut enim in rebus ſeriis Scævolam; ita & in ſcurrilibus luſibus hominem agebat.*] Quomodo? ſcurrilibus ne luſibus delectabatur Scævola vir graviſſimus? Sanè ſuſpectus eſt locus. Scripti libri quinque *in ſcenicis luſibus* produnt. Pulmannianus, *inſenis.* Conjice lector quid eſſe velit. Forte legendum, *inſeriis luſibus*, id eſt, *non ſeriis.* Pigh.

3. *Scurrilibus.*] Jocularis.

4. *Canoras fides.*] Reſonantes chordas.

5. P*otentia, &c.*] Quanta ſit eloquentiæ vis atque potentia, cum cæteri omnes, qui de illa ſcripſerunt, tam Græci quam Latini, tum inprimis ipſe pater eloquentiæ Cicero compluribus in locis & voluminibus oſtendit, quorum

unum

1. [1] Regibus exactis, plebs diffidens à patribus, juxta ripam [2] fluminis Anienis in colle, qui Sacer appellatur, armata conſedit. Eratque non ſolum deformis, ſed etiam miſerrimus reipubl. ſtatus: à capite ejus cætera parte corporis peſtifera ſeditione diviſa. Ac ni Valerii ſubveniſſet eloquentia, ſpes tanti imperii in ipſo pene ortu ſuo corruiſſet. Is namque populum nova & inſolita libertate temerè gaudentem, oratione ad meliora & ſaniora conſilia revocatum, ſenatui ſubjecit, id eſt, [3] urbem urbi junxit. Verbis ego facundis ira, conſternatio, & arma ceſſerunt.

2. [4] Quæ etiam Marianos Cinnanoſque mucrones civilis perfundendi ſanguinis cupiditate furentes, inhibuerunt. Miſſi

unum nobis hoc loco referre ſatis eſſe duxi, ubi rerum omnium dominam illam appellat. Ait enim lib. II. de Natura Deorum: *Jam vera domina rerum, ut vos ſoletis dicere, vis eloquendi, quam præclara, quamque divina? quæ primum efficit, ut ea, quæ ignoramus, diſcere, & ea, quæ ſcimus, alios docere poßimus. Deinde hac cohortamur, hac perſuademus, hac conſolamur afflictos, hac deducimus à timore perterritos, hac geſtientes comprimimus, hac cupiditates iracundiaſque conſtringimus, hac nos juris, legum, urbium ſocietate conjunxit.* Oliv.

1. *Regibus exactis, &c.*] Contig. A. U. CCLIX. Livius Agrippam Menenium appellat. Quem vide.

2. *Fluminis Anienis.*] Tribus paſſuum millibus diſtat ab urbe, & teſte Priſciano lib. VI. declinatur Anio, Anienis, quod antiqui ſecundum Analogiam protulerunt Anien. Ovidius XIV. Metamorph.

Quas Anienis aquæ. Oliv.

3. *Urbem urbi junxit.*] Nam plebe à Senatu ſuperata, gemina quædam civitatis facies apparet. Hinc Varro ſane quam eleganter ejuſmodi civitatem *bicipitem* appellat l. IV. de Vita pop. Rom. *In ſpem adducebat, non plus ſoluturos, quam vellent, iniquus equeſtri ordini judicia tradidit, ac bicipitem civitatem fecit, diſcordiarum civilium fontem.* Colet.

4. *Quæ etiam Marianos, &c.*] Marius, ut ſæpe dictum eſt, vi patria pulſus, collecto exercitu, Cinnæque conjunctus, vi patriam repopoſcit, Diis & hominibus infeſtus, & ſtatim primo impetu Hoſtiam urbis alumnam capit, & miſeranda ſtrage diripit, mox urbem ipſam per ſocordiam civium à Janiculo pulſo præſidio, quadrato agmine ingreſſus, ad principum cædem ſigno dato aliquanto ſævius, quam aut in Punica, aut in Cimbrica urbe ſævit. Octavii conſulis caput pro roſtris exponitur, Antonius orator vir conſularis ad hoſpitem profugit, ubi tectus, tantam urbis tempeſtatem declinaret, quod illi fortuna non conceſſit. Hoſpes enim, quo lautius illum exciperet, vinum à caupone per ſervum depoſcit. Caupo latere apud hoſpitem Marcum Antonium ex ſervo cognoſcit, remque ſtatim ad Marium Cinnamque defert, quo cognito, delectos milites cum P. Antronio, vel, ut Plutarchus dicit, Q. Annio ad facundiſſimum oratorem cædendum mittunt. P. Antronius, ubi ad hoſpitem venit, cædis miniſtros introire, & M. Antonium interficere jubet, ipſe foras in veſtibulo remoratur.

 Hi

Miſſi enim à ſæviſſimis ducibus milites ad M. Antonium obtruncandum, ſermone ejus obſtupefacti, deſtrictos jam & vibrantes gladios cruore vacuos vaginis reddiderunt. Quibus digreſſis, P. Antronius ([1] is enim ſolus in ambitu expers Antonianæ vocis ſteterat) crudele imperium truculento miniſterio peregit. Quam diſertum igitur eum fuiſſe putemus, quem ne hoſtium quidem quiſquam occidere ſuſtinuit, qui modo vocem ejus ad aures ſuas voluit admittere!

3. [2] Divus quoque Julius, quam cœleſtis numinis, tam etiam humani ingenii perfectiſſimum [3] columen, vim facundiæ propriæ expreſſit: dicendo in accuſatione Cn. Dolabellæ, quem reum egit, extorqueri ſibi cauſſam optimam C. Cottæ patrocinio. Siquidem maxima tunc vis eloquentiæ queſta eſt: cujus facta mentione, quoniam domeſticum nullum majus adjecerim exemplum, [4] peregrinandum eſt.

EX-

Hi vero, poſtquam introgreſſi ſunt, coram data copia cædis, maximus orator M. Antonius ſic eos orationis ſuavitate demulſit, ſic eloquentia ſua à cædis cupiditate omnique impetu repreſſit, ut ad Antonium, re infectâ ſtupentes redierint, plane fatentes, ſe oratione victos, illum occidere, non potuiſſe, quos P. Antronius increpitans, ſtricto gladio tectum irruit, & Antonium obtruncat, caput ad Marium defert, quod ille menſæ impoſuit, ut non tam cibo, quam ejus ſpectaculo ſatiaretur. Conſtat hunc M. Antonium, teſte Cicerone lib. v. Tuſcul. Quæſt. omnium ſuæ ætatis fuiſſe eloquentiſſimum. *Oliverius.*

1. *Is enim ſolus in ambitu expers Antonianæ vocis ſteterat.*] In ambitu, ſive circulo, non audiverat vocem viri Eloquentiſſimi M. Antonii. Legunt quidam *P. Antonium*, pro *Antronium.*

2. *Divus quoque Julius.*] Dolabellam ex Sicilia, cui prætor præfuerat, repetundarum Cæſar poſtulaverat. L. Cotta Dolabellæ patrocinium ſuſcepit, cujus authoritati, quia veluti parentem illum Cæſar coleret & obſervaret, reſiſtere non ſuſtinuit, tantum pro concione dixit, extorqueri ſibi cauſam optimam, oſtendens ſe illum vi eloquentiæ facile fuiſſe convicturum. Ubi maximam ſibi eloquentiæ laudem comparavit. *Oliverius.* Corrigit anno urbis DCLXXVI.

3. *Columen.*] Suſtentaculum. Conſtat quidem Cæſarem plurimum ingenio valuiſſe, ut, teſte Cicerone, cum duo ſint, quibus excelluêre Romani, ſi in útrovis tantum ſe Cæſar exercuiſſet, omnes facile ſuperaſſet, ut ſi tantum eloquentiæ, quantum rei militari, ſtudii & laboris impoſuiſſet, facile dicendi palmam obtinuiſſet. *Oliv.*

4. *Peregrinandum.*] Ad externa exempla tranſeundem.

1. *Piſi-*

EXTERNA.

1. [1] Piſiſtratus dicendo tantum valuiſſe traditur, ut ei Athenienſes regium imperium oratione capti permitterent: cum præſertim ex contraria parte amantiſſimus Patriæ Solon niteretur. Sed alterius ſalubriores erant conciones, alterius diſertiores: quo evenit, ut alioqui prudentiſſima civitas libertati ſervitutem præferret.

2. [2] Pericles autem feliciſſimis naturæ incrementis, ſub Anaxagora præceptore ſummo ſtudio perpolitus & inſtru-

1. *Piſiſtratus.*] Calliditate hic plurimum valuit, teſte Mactobio, qua tyrannidem magis quam eloquentia occupaſſe dicitur. Devictis ſe duce Megarenſibus, cum gratiæ plurimum & auctoritatis apud omnes cepiſſet, animum ad regnum adjecit, verberibuſque voluntariis domi affectus, laceratoque corpore, die quadam in publicum prodiit, & advocata concione, vulnera populo oſtendit, de crudelitate principum, à quibus hoc ſe paſſum ſimulabat, queritur, adduntur vocibus lachrymæ, & invidioſa oratione multitudo credula incenditur; amore plebis inviſum ſe Senatui affirmat, obtinet ad cuſtodiam corporis ſui ſatellitum auxilium, per quos tandem tyrannidem occupavit. Fuit autem, ut diximus in capite de Humanitate, doctrina, ingenio, & eloquentia tanta, ut ab Athenienſibus imperium, ſumma vi reſiſtente Solone, tandem obtinuerit: vi namque orationis effecit, ut Athenienſes illi ſe libertatemque ſubjicerent: nec quicquam valuit, quod Solon juſtiſſimus & graviſſimus orator, advocata concione, in publicum proceſſerit, ut diximus in capite de Ingratitudine, & impium illius conatum aperuit. Tantum igitur Piſiſtrati valuit eloquentia, ut nulla Solonis ſapientia, nulla vis, nulla eloquentia reſiſtere potuerit. Cicero de Piſiſtrato lib. III. de Oratore: *Quis doctior iiſdem temporibus, aut cujus eloquentia literis inſtructior fuiſſe traditur, quam Piſiſtrati, qui primus Homeri libros confuſos antea ſic diſpoſuiſſe dicitur, ut nunc habemus? non fuit quidem civibus ſuis utilis, ſed ita eloquentia floruit, ut literis doctrinaque præſtaret.* Oliverius.

2. *Pericles, &c.*] De Pericle ſatis dictum eſt in cap. de Obitu filiorum, & de Continentia. Quod vero ad ejus eloquentiam ſpectat, tantum valuit dicendi ratione & eloquentia, ut Athenienſem populum pro ſua voluntate verſaret, & eorum animos, quocunque vellet, facile impelleret, de quo Cicero libro de Oratore III. *Quid Pericles,* inquit, *de cujus poteſtate dicendi ſic accepimus, ut cum contra voluntatem Athenienſium loqueretur pro ſalute patriæ ſeverius, tamen id ipſum, quod ille contra homines populares diceret, populare omnibus & jocundum videretur. Cujus in labris veteres comici cum illi maledicerent, quod tum Athenis fieri licebat, leporem habitaſſe dixerunt, tantamque in eo vim fuiſſe, ut in eorum mentibus, quæ audiſſent, quaſi aculeos quoſdam relinqueret. At hunc non declamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat, ſed, ut accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras, vir ſummus in maximarum rerum ſcientia. Itaque hic doctrina, conſilio, eloquentia excellens, XL. annis præfuit Athenis, & urbanis eodem tempore, & bellicis rebus.* Oliverius.

1. *Vete-*

ſtructus, liberis Athenarum cervicibus jugum ſervitutis impoſuit: egit enim ille urbem, & verſavit arbitrio ſuo. Cumque adverſus voluntatem populi loqueretur, jucunda nihilominus & popularis ejus vox erat. Itaque [1] veteris comœdiæ maledica lingua, quamvis potentiam viri perſtringere cupiebat, tamen in labris ejus hominis melle dulciorem leporem fatebatur habitare: inque animis eorum, qui illum audierant, quaſi [2] aculeos quoſdam relinqui prædicabat. Fertur quidam, cum admodum ſenex, primæ concioni Periclis adoleſcentuli intereſſet, idemque juvenis Piſiſtratum jam decrepitum concionantem audiſſet; non temperaſſe ſibi quo minus exclamaret, Caveri illum civem oportere, quod Piſiſtrati orationi ſimillima ejus eſſet oratio. Nec hominem aut æſtimatio eloquii, aut morum [3] augurium fefellit. Quid enim inter Piſiſtratum & Periclem interfuit? niſi quod ille armatus, hic ſine armis tyrannidem geſſit?

3. Quantum eloquentia valuiſſe Hegeſiam [4] Cyrenaïcum philoſophum arbitramur? qui ſic mala vitæ repræſentabat; ut eorum miſeranda imagine audientium pectoribus inſerta, multis voluntariæ mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret? Ideoque à rege Ptolemæo ulterius hac de re diſſerere prohibitus eſt.

CAP. X.

1. *Veteris comœdiæ.*] Vitia acerbe traducebantur in vetere comœdia, quia ea ſub propriis peccantium nominibus notabantur. Unde Horat. primo Sermonum:

Eupolis atque Cratinus Ariſtophaneſque Poëtæ,
Atque alii, quorum comœdia priſca virorum eſt:
Si quis erat dignus deſcribi, qui malus, aut fur,
Aut mœchus foret, aut ſicarius, aut alioqui
Famoſus, multa cum libertate notabant.

Oliver. *Veteris comœdiæ.*] Auguſtinus lib. II. cap. 9. De Civit. Dei: *Periclem cum jam ſuæ civitati maxima auctoritate plurimos annos domi & belli præfuiſſet, violari verſibus & eos in ſcena agi non plus decuit, quam ſi Plautus noſter voluiſſet, aut Nævius P. & Cn. Scipioni, aut Cæcilius M. Catoni maledicere.* Coler.

2. *Aculeos quoſdam.*] Stimulos relinqui in animis illorum, qui illum audierant. Pulchra alluſio ad apes, nam quia mellis meminit, recte in metaphora perſiſtens, aculeos addit. *Oliv.*

3. *Augurium fefellit.*] Omen & divinatio.

4. *Cyrenaïcum philoſophum.*] Cyrenaïci ab Ariſtippo deſcenderunt, qui primus genere Cyrenaïcus finem in voluptate ponebat. *Oliv.*

1. Elo-

CAP. X.

DE PRONUNTIATIONE ET APTO MOTU CORPORIS.

IN ROMANIS.	3. *M. Tullio.*
1. *C. Graccho.*	EXTERNO VNO.
2. *Q. Hortenſio.*	1. *Demoſthene Athenienſi.*

[1] Eloquentiæ autem ornamenta in pronuntiatione apta, &[2] convenienti motu corporis conſiſtunt: quibus cum ſe inſtruxit, [3] tribus modis homines aggreditur, animos eorum ipſa invadendo, horum [4] alteri aures, [5] alteri oculos permulcendos tradendo.

1. Sed ut propoſiti fides in perſonis illuſtribus exhibeatur, [6] C. Gracchus eloquentiæ quam propoſiti felicioris adoleſcens, quoniam flagrantiſſimo ingenio cum optimè

remp.

1. *Eloquentiæ autem, &c.*] In pronunciatione cuncta totius eloquentiæ ornamenta eſſe repoſita, teſtantur omnes, qui de hac arte ſcripſerunt, tam Græci quam Latini. Quid enim acutæ & commodæ inventiones, quid concinnæ verborum elocutiones, quid partium cautæ & artificioſæ diſpoſitiones, quid denique diligens memoria ſine pronunciatione valerent? Non plus, quam ſine his pronuntiatio ſola. Nam hæc omnia, quæ ſupra dixi, perinde ſunt, ut aguntur. Actio autem in dicendo una dominatur, ſine qua ſummus orator in oratorum numero eſſe nullo modo poteſt; mediocris vero hac una inſtructus ſummos ſæpe ſuperare poteſt. Quod multis exemplis tam Græcorum, quam Latinorum ita eſſe Valerius probat. *Oliv.*

2. *Convenienti motu corporis.*] Pronunciatio eſt vocis, vultus, & geſtus moderatio cum venuſtate. Cum ergo dicat in pronunciatione, intentionem & remiſſionem vocis oſtendit, in motu corporis vultus geſtuſque moderationem innuit. *Oliv.*

3. *Tribus modis.*] Elocutione, ſono vocis, & motu corporis.

4. *Alteri aures.*] Quoad pronunciationem.

5. *Alteri oculos.*] Quoad geſtum corporis.

6. *Cajus Gracchus, &c.*] Ad temperandos pronuntiationis modos Gracchus peritum muſicæ artis ſervum concionaturus adhibuit, ut vel intentiorem remitteret, vel remiſſiorem vocem intenderet. Gellius Noct. Att. lib. 1 c. 11. *Ecce autem pro tibicina Laconica, tibiæ quoque illius concionatoriæ in mentem venit, quam, C. Graccho cum populo agente, præiſſe ac præmonſtraſſe modulos ferunt. Sed nequaquam ſic eſt, ut à vulgo dicitur, canere tibia ſolitum, qui pone illum loquentem ſtaret, variiſque modis tum demulcere animum actionemque ejus, tum incendere. Quid enim foret ea re ineptius? ſi ut planipedi ſaltanti, ita Graccho concionanti numeros & modos, & frequenta-*

menta

remp. tueri poſſet, perturbare impiè maluit: quoties apud populum concionatus eſt, ſervum poſt ſe muſicæ artis peritum habuit, qui occultè eburnea fiſtula pronuntiationis ejus [1] modos formabat, aut nimis remiſſos excitando, aut plus juſto concitatos revocando: [2] Quia ipſum calor atque impetus actionis, attentum hujuſce temperamenti æſtimatorem eſſe non patiebatur.

2. [3] Q. autem Hortenſius plurimum in corporis decoro motu repoſitum credens, penè plus ſtudii in eodem elaborando, quam in ipſa eloquentia affectanda impendit. Itaque neſcires, utrum cupidius ad audiendum eum, an ad ſpectandum concurreretur: ſic verbis oratoriis aſpectus, & rurſus aſpectui verba ſerviebant. Itaque conſtat, [4] Æſopum & Roſcium ludricæ artis peritiſſimos viros, illo cauſas

menta quædam varia tibicen incineret? Sed qui hoc compertius memoriæ tradiderunt, ſtetiſſe in circumſtantibus dicunt occultius, qui fiſtula brevi ſenſim graviuſculum ſonum inſpiraret, ad deprimendum ſedandumque impetum vocis ejus. Refervescente namque impulſu & inſtinctu extraneo naturalis illa Gracchi vehementia indiguiſſe, non, ut opinor, exiſtimanda. M. tamen Cicero, fiſtulatorem iſtum utrique rei adhibitum eſſe Graccho putat, ut ſonis tum placidis, tum citatis, aut demiſſam jacentemque ejus orationem erigeret, aut ferocientem ſævientemque cohiberet. Verba ipſus Ciceronis appoſui ex lib. 3. de Orat. *Itaque idem Gracchus, quod potes audire, Catule, ex Licinio cliente tuo, literato homine, quem ſervum ſibi habuit ille ad manum, cum eburneola ſolitus eſt habere fiſtula, ſtareque poſt ipſum occulte, cum concionaretur, peritum hominem, qui inſtaret celeriter illum ſonum, quo illum aut remiſſum excitaret, aut à contentione revocaret.* Quintilianus vero lib. 1. de Inſt. Orator. *Quid tam muſices*, inquit, *proprium, ſed ne hæc quidem præſumenda pars, ut uno interim contenti ſimus exemplo Caji Gracchi præcipui ſuorum temporum oratoris, cui concionanti conſiſtens poſt eum muſicus fiſtula, quam tonarion vocat, modos, quibus deberet intendi, miniſtrabat. Hæc etiam ei cura inter turbidiſſimas actiones vel terrenti optimates, vel jam timenti fuit.* Oliv.

1. *Modos.*] Menſuras & notulas pronunciationis ejus. *Bad.*

2. *Quia ipſum calor atque impetus.*] Reddit rationem cur monitore tibicine uteretur, quia interdum vel accuſando, vel deteſtando, ita vel alio animi impetu commotus ſervare modum non reminiſcebatur. *Oliv.*

3. *Quintus autem Hortenſius.*] Tantum tamen eloquentia valuir, ut apud multos dubium fuerit ejus attis palma, Ciceroni ne magis an Hortenſio deberetur. *Oliv.*

4. *Æſopum Roſciumque.*] Hi tempore Ciceronis & Hortenſii mimi præſtantiſſimi fuerunt, quorum alter Comœdiarum, alter, ſcilicet Æſopus, Tragœdiarum actor fuir, qui Hortenſio ſic delectabantur orante, ut ad eum audiendum, cum oraret, ſemper accurrerent, eique frequenter aſſiſterent, ut geſtus aliquos

ſas agente, in corona frequenter aſtitiſſe; ut foro petitos geſtus, in ſcenam referrent.

3. [1] Jam M. Cicero, quantum [2] in utraque re, de qua loquimur, momenti ſit, oratione quam pro Gallio habuit, ſignificavit, M. Calidio accuſatori exprobrando, quod præparatum ſibi à reo venenum, teſtibus, chirographis, quæſtionibus ſe probaturum affirmans, remiſſo vultu, & languida voce, & [3] ſoluto genere orationis uſus eſſet: pariterque & [4] oratoris vitium detexit, & cauſſæ periclitantis argumentum adjecit, totum hunc locum ita claudendo: Tu iſtud M. Calidi niſi fingeres, ſic ageres?

EXTERNA.

1. Conſentaneum huic Demoſthenis judicium, qui cum interrogaretur, quidnam eſſet in dicendo efficaciſſimum,

aliquos in foro petitos, in ſcenam referrent. De Roſcio Cicero in Oratione pro Archia Poëta: *Quis noſtrûm tam animo agreſti ac duro fuit, ut Roſcii morte nuper non commoveretur, qui cum eſſet ſenex mortuus, tamen propter excellentem artem ac venuſtatem videbatur omnino mori non debuiſſe. Ergo ille corporis motu tantum amorem ſibi conciliarat à nobis omnibus.* Oliv.

1. *Jam M. Cicero.*] Plutarchus in Vita Ciceronis dicit, non minus Ciceronem in actione elaboraſſe, quam Demoſthenem, donec per Roſcium Comœdiarum, & Æſopum Tragœdiarum actores optimos, & ſuo tempore clariſſimos, præbita illis diligenter opera, vocem & corporis geſtum emendavit. His igitur, tanquam præceptoribus uſus, ad moderandos corporis geſtus, omnium in eo pronunciationis genere eruditiſſimus evaſit, & eloquentiæ princeps facile judicatus. Roſcium Cicero ſuas delicias appellare conſueverat. Quanta fuerit Ciceronis laus ex ſola eloquentia parta, Plin. lib. VII. c. 30. Nat. Hiſt. plane oſtendit, cum dicit: *Quo te, M. Tulli, piaculo taceam, quove maxime excellentem inſigni prædicem? quo potius, quam univerſi populi & illius gentis ampliſſimo teſtimonio, & tota vita tua conſulatus tantum operibus electi? Te dicente, legem Agrariam, hoc eſt, alimenta ſua abdicarunt tribus. Te ſuadente Roſcio theatralis ſeditionis auIhori leges ignoverunt, notataſque diſcrimine ſedis æquo animo tulerunt. Te orante, proſcriptorum liberos honores petere puduit. Tuum Catilina fugit ingenium. Tu Marcum Antonium proſcripſiſti. Salve primus omnium parens patriæ appellate, primus in toga triumphum, linguæque lauream merite, & facundiæ literarum Latinarum parens: atque, ut Dictator Cæſar, hoſtis quondam tuus de te ſcripſit, omnium triumphorum lauream adepte, majorem, quanto plus eſt ingenii Romani terminos in tantum promoviſſe, quam imperii.* Oliv.

2. *In utraque re.*] In ſono vocis & motu corporis.

3. *Soluto genere.*] Non intenſa oratione, quemadmodum rei atrocitas exigebat.

4. *Oratoris vitium.*] Quo quilibet orator in falſis cauſis uti poteſt ad perſuaſionem, compoſito ſcilicet motu, & apta pronunciatione, & ſimul debilitavit

mum, reſpondit, [1] ἡ ὑπόκρισις. Iterum deinde, & tertio interpellatus idem dixit, pene totum ſe illi debere confitendo. Rectè itaque [2] Æſchines, cum propter judicialem ignominiam, relictis Athenis, Rhodum petiſſet, atque ibi rogatu civitatis ſuam prius in Cteſiphontem, deinde Demoſthenis pro eodem orationem clariſſima & ſuaviſſima voce recitaſſet; admirantibus cunctis utriuſque columinis eloquentiam, ſed aliquanto magis Demoſthenis, Quid ſi, inquit, ipſum audiſſetis! tantus orator, & modo tam infeſtus adverſarius, ſic inimici vim ardoremque dicendi [3] ſuſpexit; ut ſe ſcriptorum ejus [4] parum idoneum lectorem eſſe diceret: expertus acerrimum oculorum vigorem, terribile vultus pondus, accommodatum ſingulis verbis ſonum vocis, efficaciſſimos corporis motus. Ergo etſi operi illius adjici nihil poteſt, tamen in Demoſthene magna pars Demoſthenis abeſt: quod legitur potius, quam auditur.

CAP. XI.

vit ejus approbationem oſtendendo, ipſum, niſi de cauſa diffideret, non ſic acturum fuiſſe, Nam multi, ut optimam ſe habere cauſam demonſtrent, neque patrono uti, neque artificioſa oratione volunt. *Bad.*

1. Ἡ ὑπόκρισις.] Simulatio vocis & geſtus, id eſt, apta pronuntiatio, & decens motus. *Idem.*

2. *Æſchines.*] De hoc Æſchine Gellius Noct. Att. lib. VII. Quintilianus Inſt. Orat. cap. de Pronunciatione, aliique authores multa dixerunt. Sunt qui dicant, Æſchinem, mirantibus Rhodiis orationem Demoſthenis, reſpondiſſe, quid ſi audiſſetis belluam ipſam ſua lyra reſonantem? *Oliverius.*

3. *Suſpexit.*] Sicut *deſpicere* transſumitur ad ſignificandum contemnere, ita *ſuſpicere* ad venerari & laudare; quia *deſpicere* eſt deorſum inſpicere: quæ vero infra nos ſunt, contemnimus: *ſuſpicere* autem ſurſum aſpicere: at quæ ſupra nos, veneramur ferme. *Bad.*

4. *Parum idoneum lectorem.*] Quia adverſarius præterea vim illam Demoſthenis referre nullo modo poſſet. Legitur in vita Demoſthenis, quod Philippus Macedoniæ rex Demoſthenem cæteris Athenienſium legatis in dicendo prætulerit, in cæteris vero rebus Æſchinem. *Oliv.*

1. Sulpi-

CAP. XI.

DE EFFECTIBUS ARTIUM RARIS.

APVD ROMANOS, VT IN
1. *Aſtrologia C. Sulpicii Galli.*
2. *Aruſpicina Spurinæ.*

APVD EXTEROS, VT IN
1. *Aſtrologia Periclis.*
2. *Pictura Apellis & Plaſtice Lyſippi.*
3. *Vulcano Alcamenis.*
4. *Venere Praxitelis.*
5. *Neptuno Euphranoris.*
6. *Agamemnone Timantis.*
7. *Equo Nealcis.*

EFfectus etiam artium recogniti poſſunt aliquid afferre voluptatis, protinuſque & quam utiliter excogitatæ ſint, patebit: & memoratu dignæ res lucido in loco reponentur, & labor in iis edendis ſuo fructu non carebit.

1. [1] Sulpicii Galli maximum in omni genere literarum recipiendo ſtudium plurimum reipubl. profuit. Nam cum [2] L. Paulli bellum adverſum regem Perſen gerentis, legatus eſſet, ac ſerena nocte ſubito luna defeciſſet; eoque veluti diro quodam monſtro perterritus exercitus noſter, manus cum hoſte conferendi fiduciam amiſiſſet; de cœli ratio-

1. S*Ulpicii Galli.*] Hoc contigit ſecundo Macedonico bello, quod adverſus Perſen geſſit Paulus Æmilius, cujus legatus fuit hic Sulpicius Gallus, qui artium liberalium homo ſtudioſiſſimus, Aſtrologiæ ſcientiam tenuit non mediocrem, qua Paullo victoriæ dedit initium: cum enim ſerena nocte, cujus proximo die manus erant cum hoſte conſerturi, Luna ſubito defeciſſet, milites omnes, veluti prodigio, vehementer ſunt à futura dimicatione deterriti. Quod ubi ſenſit Gallus, qua ratione id factum eſſet, habita concione, diſſeruit, & milites à terrore ad ſuſcipiendæ pugnæ deſiderium audaciamque revocavit. Frontinus tamen nonnihil à Valerio diſſentire videtur. Dicit enim libro 1. cap. ult. *L. Sulpicius Gallus imminentem Lunæ defectum ne pro oſtento exciperent milites prædixit futurum, additis rebus cauſiſque defectionis, ut non poſt Lunæ defectum territos milites hortatus fuerit, ſed ne terrerentur, futuram eclipſim prædixerit.* Quintilianus quoque lib. 1. ubi Aſtrologiam oratori neceſſariam eſſe probat: *An vero cum Pericles*, inquit, *Athenienſes milites Solis obſcuratione territos, redditis cauſis ejus rei metu liberavit? Aut cum Sulpicius ille Gallus in exercitu L. Paulli de Lunæ defectione diſſeruit, ne, velut prodigio divinitus facto, militum animi terrerentur, non videtur uſus oratoris officio?* Olivetius. *Sulpicii Galli.*] Qui primus rationem defectus lunaris docuit, poſtea edito volumine teſte Plinio. Apud Græcos primus eclipſin prædixit Thales Mileſius. *Coler.*

2. *L. Paulli.*] Plutarchus in Paullo Æmilio multo aliter. *Corrad.*

ratione, & [1] ſiderum natura peritiſſimè diſputando, alacrem eum in aciem miſit. Itaque illi inclytæ Paullianæ victoriæ liberales artes Galli aditum dederunt: quia niſi ille metum noſtrorum militum viciſſet, imperator Romanus vincere hoſtes non potuiſſet.

2. Spurinæ quoque in conſectandis Deorum monitis efficacior ſcientia apparuit, quam urbs Romana voluiſſet. Prædixerat enim C. Cæſari, ut proximos XXX. dies quaſi fatales caveret, quorum ultimus erat [2] Idus Martiæ. [3] Eo cum fortè manè uterque in domum Calvini Domitii ad officium conveniſſet, Cæſar Spurinæ, Ecquid ſcis inquit Idus Martias jam veniſſe? & is; Ecquid ſcis illas nondum præteriiſſe? Abjecerat alter timorem, tanquam exacto tempore ſuſpecto, alter ne extremam quidem ejus partem periculo vacuam eſſe arbitratus eſt. Utinam aruſpicem potius augurium, quam patriæ parentem ſecuritas fefelliſſet!

EXTERNA.

1. Sed ut alienigena ſcrutemur, cum [4] obſcurato repentè ſole inuſitatis perfuſæ tenebris Athenæ [5] ſolicitudine agerentur, interitum ſibi cœleſti denuntiatione portendi credentes; Pericles proceſſit in medium, & quæ à præceptore ſuo Anaxagora pertinentia [6] ad ſolis & lunæ curſum acceperat,

1. *Siderum natura.*] Quomodo per interpoſitionem terræ inter Solem & Lunam, Luna, quæ à Sole lumen mutuatur, deficeret. *Bad.*

2. *Idus Martias.*] Conſtat Idibus Martiis cæſum fuiſſe Cæſarem in Senatu, teſte Ovidio Faſt. lib. III. circa finem. *Oliver.*

3. *Et cum forte mane uterque.*] Ita vulgo. In veteribus libris, *Eo cum forte mane*; Melius, ut referatur ad diem Iduum Martiarum. *Pigh.*

4. *Obſcurato Sole.*] Frontinus tamen libro I. cap. ult. aliter ſentire videtur. Dicit enim: *Pericles, cum in caſtra ejus fulmen decidiſſet, terruiſſetque milites, advocata concione, lapidibus in conſpectum omnium colliſis, ignem excuſſit, ſedavitque conturbationem, cum docuiſſet ſimiliter nubium attritu excuti fulmen.* Oliv.

5. *Sollicitudine agerentur.*] Concuterentur ſollicitudine. *Bad.*

6. *Ad Solis & Lunæ curſum.*] Quia, ut ſupra diximus, cum hemiſphærium Lunæ ſolari ſit inferius, Lunaque ſemper tendat obliquum, forte cum ad perpendiculum Soli fuerit oppoſita, ejus excipit radios, ut ad nos pervenire non poſſint, & inde ſæpe tenebræ ſuperinducuntur. *Oliv.*

1. *Quan-*

perat, diſſeruit: nec ulterius trepidare cives ſuos vano metu paſſus eſt.

2. [1] Quantum porro dignitatis à rege Alexandro tributum arti exiſtimamus; qui ſe & pingi ab uno Apelle, & fingi à Lyſippo tantummodo voluit.

3. [2] Tenet viſentes Athenas Vulcanus [3] Alcamenis manibus fabricatus. Præter cætera enim perfectiſſimæ artis in eo præcurrentia indicia, etiam illud mirantur; quod ſtat diſſimulatæ claudicationis ſub veſte leviter veſtigium repræſentans, ut non tanquam exprobratum vitium, ita tamen

1. *Quantum, &c.*] Plurimum attribuit arti Alexander, qui à nullo pingi, nec fingi voluerit, niſi ab his, qui omnium præſtantiſſimi ſuo tempore forent, Apelle ſcilicet atque Lyſippo. De quibus Horatius Epiſtolar. lib. ult.

——— Rex ille poëma
Qui tam ridiculum tam care prodigus emit,
Edicto vetuit, ne quis ſe præter Apellem
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum ſimulantia.

Cicero quoque epiſt. ad L. Lucceium: *Neque enim Alexander*, inquit, *ille gratiæ cauſa ab Apelle potiſſimum pingi, & à Lyſippo fingi volebat; ſed quod illorum artem cum ipſis, tum etiam ſibi gloriæ fore putabat, atque illi artifices corporis ſimulacra ignotis nota faciebant.* Fuit enim Apelles pictor eximius, patria Coüs, ingenio & gratia, ut inquit Quintilianus, præſtantiſſimus: qui teſte Plinio, omnes prius genitos futuroſque poſtea, ſuperavit, & arti ſuæ, hoc eſt, picturæ, plura ſolus prope, quam cæteri omnes, contulit. Summe laudavit Plinius Venerem ab eo pictam exeuntem è mari, quam poſtea Romam adductam Divus Auguſtus dicavit in templo Cæſaris, cujus inferiorem partem corruptam qui reficeret non potuit reperiri. Inchoavit & aliam, teſte Plinio, cui etiam illam ſuam priorem invidit mors peracta parte. Nec qui ſuccederet operi ad præſcripta lineamenta inventus eſt. Unde Cicero libro I. Epiſt. ad Lentulum: *Nunc ut Apelles Veneris caput, & ſumma pectoris politiſſima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit.* Item lib. Off. III. *Nemo pictor repertus eſt, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquiſſet, abſolveret. Oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi ſpem auferebat.* Pinxit & Alexandrum Magnum fulmen tenentem in templo Epheſiæ Dianæ, & fulmen extra tabulam videri, ſcribentes meminerunt. Refert item Plinius, quod pinxit ea, quæ pingi non poſſunt, tonitrua, fulgura, & ſimilia. Quare nonnulli ferunt, quod Alexander Magnus à nullo alio ſe poſſe pingi edicto poſito capitali edixit. Lyſippus fuit in arte ſculptoria artifex clariſſimus, de quo Martialis:

Nobile Lyſippi munus opuſque vides.

Nam ſpirantes vultus, atque ora ſimillima vivis, & denique animoſa ſigna fingere videbatur. Et, teſte Quintiliano, ad veritatem optime acceſſit, & ad ſexcenta decem ſignorum opera effeciſſe dicitur. *Oliv.*

2. *Tenet.*] Remoratur & delectat.

3. *Alcamenis.*] Inter æmulos Phidiæ refertur à Plinio lib. XXXIV. Ejuſdem aliquoties meminit idem libro XXXVI. cap. 5. *Coler.*

 1. *Cujus*

tamen certam propriamque Dei notam decore ſignificans.

4. [1] Cujus conjugem Praxiteles in marmore quaſi [2] ſpirantem [3] in templo Gnidiorum collocavit, propter pulchritudinem operis à [4] libidinoſo cujuſdam complexu [5] parum tutam. Quo excuſabilior eſt error equi, qui viſa pictura equæ, hinnitum edere coactus eſt: & canum latratus aſpectu picti canis incitatus: tauruſque ad amorem & concubitum æneæ vaccæ Syracuſis nimiæ ſimilitudinis irritamento compulſus. Quid enim vacua rationis animalia arte decepta miremur, cum hominis [6] ſacrilegam cupiditatem muti lapidis lineamentis excitatam videamus?

5. Cæterum natura quemadmodum ſæpenumero æmulam virium ſuarum artem eſſe patitur: ita aliquando irritam feſſo labore dimittit: quod ſummi artificis [7] Euphranoris manus ſenſerunt. Nam cum Athenis XII. Deos pingeret,

1. *Cujus conjugem, &c.*] Praxiteles inter ſtatuarios gloria primus, vel certe ſummus, de quo multa Plinius libro XXXVI. Nat. Hiſt. Sed inter cætera dicit, duas ſculpſiſſe Veneres, alteram Cnidiam, hoc eſt, quæ Cnidi colebatur, quæ non ſolum ibi, ſed in toto terrarum orbe præcipua fuit; quam ut viderent, multi Cnidum navigarunt: alteram velata ſpecie, quam quidam prætulerunt, optime ſeverum id atque pudicum arbitrantes: nam quæ Cnidi fuit, à Cnidiis coëmpta effigies Deæ, favente ipſa Dea, ut creditur facta artificio tanto, ut non eſſet à libidinoſo complexu tuta. Ferunt enim quendam ejus amore correptum, cum noctu delituiſſet in templo, ſimulachro cohæſiſſe, ejuſque cupiditatis etiam indicem maculam reliquiſſe. Multa hujus ſimulachra Romam deportata fuerunt, quæ omnia Plinius commemorat. De quo quoque mentionem facit Quintilianus lib. II. de Inſtitutione Orat. ubi dicit: *Si Praxiteles ſignum aliquod ex molari lapide conatus eſſet exſculpere, Parium marmor mallem rude; at ſi id artifex expoliſſet, plus in manibus fuiſſet, quam in marmore.* Oliv.

2. *Spirantem*] Viventem. Virgilius:

Excudent alii ſpirantia mollius æra:
Credo equidem vivos ducent de marmore vultus.

3. *In templo Gnidiorum.*] Gnidos una ex quinque civitatibus Doricæ Græciæ, ubi templum fuit Veneris, & hoc ſimulachrum, quod Praxiteles ſculpſit, tanta, ut diximus, arte, ut à libidinoſo complexu non fuerit ſatis tutum, adeo veram ipſa Deam referebat. *Oliv.*

4. *Libidinoſo cujuſdam.*] Macarei Perinthii, teſte Luciano. Id vero non in Gnido, ſed Samo accidiſſe vult Athenæus. *Colerus.*

5. *Parum tutam.*] Quia vitium illi inferre voluit adoleſcens, tanquam vivum eſſet corpus. *Oliv.*

6. *Sacrilegam cupiditatem.*] Qua Deam ipſam, & non ſimulachrum, violare concupivit. *Idem.*

7. *Euphranoris manus.*] Plin. lib. XXXV. cap. II. Pauſanias in Atticis Praxiteli tri-

geret, Neptuni imaginem quam poterat excellentiſſimis [1] majeſtatis coloribus complexus eſt, perinde ac Jovis aliquanto auguſtiorem repræſentaturus. Sed omni impetu cogitationis in ſuperiori opere abſumpto, poſteriores ejus conatus aſſurgere, quo tendebant, nequiverunt.

6. [2] Quid ille alter æque nobilis pictor, luctuoſum [3] immolatæ Iphigeniæ ſacrificium referens, cum Calchanta tri-

tribuit. *Corradus.* *Euphranoris.*] Euphranor, teſte Quintiliano de Inſtitutione Oratoria libro XII. pictor fictorque fuit ætate ſua laudatiſſimus. Dicit enim: *Euphranorem admirandum facit, quod & cæteris optimis ſtudiis inter præcipuos pingendi fingendique idem mirus artifex fuit.* Vir docilis fuit & laborioſus & in omni genere excellens, qui, cum XII. Deos conſeſſum Jovis honeſtantes, ſex ſcilicet à dextris & totidem à ſiniſtris pingeret Athenis, Neptuni imaginem tanta eſt arte complexus, ut Jovis deinde auguſtiorem ac venerabiliorem, cum vellet repræſentare non poſſet; quod artis vim omnem in ſuperiori pictura conſumpſiſſet, & hoc modo ats ſuo labore irrita eſt à natura deſtituta. *Oliv.*

1. *Majeſtatis coloribus.*] In pingendo Neptuno colores adhibuit, qui ad exprimendam majeſtatem eſſent idonei. *Idem.*

2. *Quid ille.*] Timanthem intelligit. Is Ajacem armorumque judicium pinxerat. Iphigeniam ejus Oratorum laudibus olim celebratam commemorat Plinius. quo alludit, niſi vehementer fruſtra ſum Ciceronis locus in oratore. Eum illuſttandi Valerii cauſa haud pigrabor ſubjicere: *Si denique pictor ille vidit, cum immolanda Iphigenia, triſtis Colchas eſſet, mæſtior Ulyſſes, mæreret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis eſſe, quoniam ſummum illum luctum penicillo non poſſet imitari.* Sed quid illa Ciceronianæ elegantiæ habent: *mæſtior Ulyſſes, mæreret Menelaus?* Dicat oportet Cicero mœſtiorem Ulyſſe fuiſſe Menelaum. Sine omni cunctatione incongruam puriſſimo ſcriptori maculam tollo: *Mæſtior Ulyſſe mæreret Menelaus.* Nonne & Valerius dicit Ulyſſem mœſtum, Menelaum lamentantem? Addo & calculum Plinianum: *cum mæſtos*, inquit, *pinxiſſet omnes, præcipue patruum.* Coler.

3. *Immolatæ Iphigeniæ*] Nota eſt fabula. Cum Græci ad Aulidem veniſſent, Agamemnon Dianæ cervam ignarus occidit. Unde irata Dea, flatus ventorum ſuſtulit. Quare, cum navigare non poſſent, & peſtilentiam ſuſtinerent, conſulta oracula dixerunt, Agamemnonio ſanguine placandam eſſe Dianam. Ego cum ab Ulyſſe per nuptiarum ſimulationem, adducta Iphigenia, & in eo eſſet, ut immolaretur, numinis miſeratione ſublata eſt, & cervâ ſuppoſitâ tranſlata ad Tauricam regionem regi Thoanti tradita eſt, ſacerdoſque facta Dianæ, cui cum humano ſanguine ſacrificaret, & ex veteri conſuetudine numen placaret, agnovit fratrem Oreſtem, qui poſt occiſam matrem & Ægiſthum, in ultionem patris factus exul, regno pulſus, raptaque ſibi Hermione conjuge, à Pyrrho furioſus factus, accepto oraculo, deponendi furoris cauſa, cum amico Pylade Colchos petierat, & cum his, occiſo Thoante, ſimulachrum ſuſtulit abſconditum in faſce lignorum, & cum fratre Oreſte aufugit. *Oliverius.*

 1. *Mæ-*

triſtem, [1] mœſtum Ulyſſem, [2] clamantem Ajacem, [3] lamentantem Menelaum circa aram ſtatuiſſet; [4] caput Agamemnonis involvendo, nonne ſummi mœroris acerbitatem, arte exprimi non poſſe confeſſus eſt? [5] Itaque pictura ejus, [6] aruſpicis, amicorum, & [7] fratris lachrymis madet, patris fletum ſpectantis, affectui æſtimandum reliquit.

7. [8] Atque ut ejuſdem ſtudii adjiciam exemplum: Præcipuæ artis pictor equum ab exercitatione venientem, modo non vivum, labore induſtriæ ſuæ comprehenderat: cujus naribus ſpumas adjicere cupiens, tantus artifex in tam parvula materia multum ac diu fruſtra tenebatur. Indignatione deinde accenſus, ſpongiam omnibus imbutam coloribus forte juxta ſe poſitam apprehendit, & veluti corrupturus opus ſuum, tabulæ illiſit: Quam fortuna ad ipſas equi nares directam, deſiderium pictoris coëgit explere. Itaque quod adumbrare non valuit, caſus imitatus eſt.

CAP. XII.

1. *Mæſtum Ulyſſem.*] Qui per falſas Achillis nuptias, impetraram à matre Iphigeniam, ad tam crudele ſacrificium duxit. *Idem.*

2. *Clamantem Ajacem.*] Quod humano ſanguine numina placarentur. *Idem.*

3. *Lamentantem Menelaum.*] Quod ſuum videret genus immolari. *Idem.*

4. *Caput Agamemnonis involvendo.*] Quia patris dolorem ſatis digne exprimere non poſſet, veſte ejus caput obduxit, ut animis hominum patris dolorem exiſtimandum relinqueret. *Idem.*

5. *Itaque pictura ejus aruſpicis, & amici, & fratris lachrymis madet.*] Ita vulgo. In Cauchiano melius, *& amicorum.* Ulyſſem namque & Ajacem intelligit. *Pighius.*

6. *Aruſpicis.*] Calchantis.

7. *Fratris.*] Menelai, qui frater erat Agamemnonis.

8. *Atque, &c.*] Sunt qui putant hunc fuiſſe Apellem, de quo ſaris dictum eſt. Sed, reſte Plin. l. 35. c. 10. fuit Nealces, & in cane pingendo Protogenes, de quo ſic ait: *Protogenes tum floruit patria ei Cannus, gentis Rhodiis ſubjectæ.* Paulo infra, ubi loquirur de ejus pictura: *Eſt in ea canis mire factus, ut quem pariter caſus & ars finxerit. Non judicabat ſe exprimere in eo ſpumam anhelantis poſſe, cum in reliqua omni parte, quod difficillimum erat, ſibi ipſe ſatisfeciſſet. Diſplicebat autem ars ipſa, nec minui poterat, ut videbatur nimia ac longius à veritate diſcedere, ſpumaque illa pingi, non naſci ex ore, anxio animi cruciatu, cum in pictura verum eſſe non veriſimile vellet, abſterſerat ſæpius, mutaveratque penicillum, nullo modo ſibi approbans; poſtremo iratus arti, quod intelligeretur, ſpongiam impegit inviſo loco tabulæ, ex illaque repoſuit ablatos colores, qualiter cura optaverat, fecitque in pictura fortuna naturam. Hoc exemplo ſimilis & Nealcem ſucceſſus in ſpuma equi, ſimiliter ſpongia impacta, ſecutus dicitur, cum pingeret Popyzonta retinentem equum. Ergo conſtat in pictura plus caſum valuiſſe, quam artem, eo quod equi artificioſe depicti, cum naribus ſpumas ars reddere non poſſit, caſus attulerit.* Oliverius.

1. Q. Sca-

Cap. XII.

OPTIMIS ARTIUM MAGISTRIS CONCEDENDUM ESSE.

Ut factum apud Romanos.

1. *Furio Caſellio in jure Prædiatorio.*

Apud Exteros.

1. *Euclidi in Geometria.*
2. *Philoni in Architectura.*
3. *Apelli in Pictura.*

SUæ autem artis unumquemque & actorem, & diſputatorem optimum eſſe ne dubitemus, paucis exemplis admoneamus.

1. [1] Q. Scævola legum clariſſimus & certiſſimus vates, quotieſcunque de jure prædiatorio conſulebatur, ad Furium, & [2] Cæſellium, quia huic ſcientiæ dediti erant, conſultores rejiciebat. Quo quidem facto moderationem magis ſuam commendabat, quam auctoritatem minuebat: ab his id negotium aptius explicari poſſe confitendo, qui quotidiano ejus uſu callebant. Sapientiſſimi igitur artis ſuæ profeſſores ſunt, à quibus & propria ſtudia verecunde, & aliena callide æſtimantur.

EXTERNA.

1. [3] Platonis quoque eruditiſſimum pectus hæc cogitatio attigit: qui [4] conductores ſacræ arcis de modo & forma ejus

1. Q. *Scævola clariſſimus legum vates, & certiſſimus, quotieſcunque de jure prætorio conſulebatur.* Ita vulgo. Hæc meliore ordine & correctius in manuſcriptis: *Q. Scævula legum certiſſimus, & clariſſimus vates, quotieſcunque de jure prædiatorio conſulebatur.* Sic etiam Cicero in Balbiana, *Cum de jure prædiatorio conſulebatur.* Pigh.

2. *Cæſellium.*] Vel Caſſellium. De quo Flaccus:

—— *Neſcit quantum Caſſellius Aulus.*

3. *Platonis, &c.*] Plato conſultus de conſtituenda in arce Palladis ara, qui modus, quæve illi forma melior eſſe poſſet, quamvis Geometriæ peritiſſimus eſſet, tamen ne alterius profeſſionem ſibi uſurpare velle videretur, ad Euclidem, Geometram ſuo tempore clarum, conſultores rejecit. *Oliv.*

4. *Conductores.*] Qui publice conſtituendam aram conduxerant, hoc eſt, certo pretio faciendam ſuſceperant. *Oliv. Qui conductores ſacræ aræ modum ac formam ejus ſecum ſermone conferre conatos.*] Ita vulgo. In Atrebatenſi, Wincheliano

ejus ſecum ſermonem conferre conatos, [1] ad Euclidem Geometram ire juſſit, ſcientiæ ejus cedens, [2] imo profeſſioni.

2. Gloriantur Athenæ armamentario ſuo, nec ſine cauſa: eſt enim illud opus & impenſa & elegantia [3] viſendum: Cujus architectum Philonem ita facunde rationem inſtitutionis ſuæ in theatro reddidiſſe conſtat, ut diſertiſſimus populus non minorem laudem eloquentiæ ejus, quam arti tribuerit.

3. [4] Mirifice & ille artifex, qui in opere ſuo moneri ſe à ſutore de crepida & [5] anſulis paſſus: de crure etiam diſputare incipientem, ſupra [6] plantam aſcendere vetuit.

CAP. XIII.

cheliano & Pulmanniano, *De modo ac forma ejus ſecum ſermonem conferre conatos*. Sed quænam hæc ara tanti molitminis ac operis, ut de ejus ſtructura concipienda tot conſiliis fuerit opus? Locus mihi valde ſuſpectus eſt. In Wincheliano *conductores viæ ſanctæ* legitur, atque etiam mendoſe, ni fallor; nam puto legendum eſſe, *conductores ſacræ arcis*, ut intelligamus auctorem loqui de arce Minervæ, celeberrimo atque magnificentiſſimo Athenarum ædificio, cujus ſæpe meminit Pauſanias in Attica, in ea omnium ſanctiſſimum Minervæ ſignum de cœlo delapſum dedicatum fuiſſe ſcribens. Meminit ejus item noſter Valerius lib. v. cap. 3. & lib. III. cap. 1. *Pigh. Sacræ arcis.*] Eraſa vera lectio in lib. Dan. & adſcriptum oræ, *viæ ſacræ*. Vulgata lectio à Pighio eſt. Sed quis dubitet ſacram arcem, nobiliſſimum ædificium, jam ante Platonem fuiſſe exſtructum? Manuſcripti mei cæteri, *ſacræ aræ*. Doctiſſimus Mitalletius aram Apollinis in Delo intelligit. quem vide. *Coler.*

1. *Ad Euclidem*] Fuit Euclides, teſte Laërtio, Geometra inſignis Megarenſis, vel, ut alii dicunt, Geloüs. *Oliv.*

2. *Immo profeſſioni.*] Utitur correctione, quia dixerat; *ſcientiæ cedens*; nam ejus artis ſcientia Plato non inferior erat Euclide, ſed non eam ſolam profitebatur. Ergo ceſſit profeſſioni, quia Plato Philoſophiam, Euclides vero Geometriam profitebatur. *Oliv.*

3. *Viſendum.*] Dignum quod ab omnibus videretur. Et ſine dubio tempore Valerii extabat opus illud ut videri poſſet; nunc ne minimum quidem ejus veſtigium apparet. *Idem.*

4. *Mirificè, &c.*] Hic fuit Apelles, qui de operibus ſuis vulgi quoque judicium dum quæreret, teſte Plinio lib. XXXV. perfecta opera ſua proponebat in pergula tranſeuntibus, atque poſt ipſam tabulam latens, vitia, quæ notarentur, auſcultabat, vulgum diligentiorem judicem, quam ſe, præferens. Feruntque à ſutore reprehenſum, quod in crepidis una intus pauciores feciſſet anſas, eodem poſtero die ſuperbe emendationem priſtinæ admonitionis cavillante, circa crus indignatum proſpexiſſe, denuntiantem, ne ſupra crepidam ſutor judicaret. Quod ipſum in proverbium venit. *Oliv.*

5. *Anſulis.*] Diminutivum ab anſa. Sunt autem anſulæ, quibus calceamenta & veſtimenta nectuntur. Sunt enim qui anſulis magis, quam fibulis delectentur. *Oliv.*

6. *Plantam.*] Ad res, quarum cognitionem non haberet. *Bad.*

CAP. XIII.

DE SENECTUTE MEMORABILI.

IN ROMANIS.
1. *M. Valerio Corvo ſexies Coſ.*
2. *L. Metello pont. max.*
3. *Q. Fabio Max. Verrucoſſo.*
4. *M. Perperna cenſorio.*
5. *App Claudio Cæco.*
6. *Mulieribus, Livia, Terentia, & Clodia.*
IN EXTERNIS.
1. *Hierone Siciliæ, & Maſſaniſa Numidiæ regibus.*
2. *Gorgia Leontino.*
3. *Xenophilo Chalcidenſi.*
4. *Argantonio Gaditanorum rege.*
5. *Æthiopibus, Indis, & Epimenide Cnoſio.*
6. *Gente Epiorum Ætola.*
7. *Danthone quodam, & Lachmiorum regibus duobus.*

SEnectus quoque ad ultimum ſui finem provecta, in hoc eodem opere, inter exempla induſtriæ, in aliquot claris viris conſpecta eſt, ſeparatum tamen & proprium titulum habeat: ne, cui Deorum immortalium præcipua indulgentia adfuit, ei noſtra ornata mentio defuiſſe exiſtimetur. Et ſimul ſpe diuturnioris vitæ, quaſi adminicula quædam dentur: quibus inſiſtens, alacriorem ſe reſpectu vetuſtæ felicitatis facere quis poſſit: tranquillitatemque ſeculi noſtri, qua nulla unquam beatior fuit, ſubinde fiducia confirmet, [1] ſalutaris principis incolumitatem, [2] ad longiſſimos humanæ conditionis terminos prorogando.

1. [3]M. Valerius Corvus centeſimum annum complevit: [1] cujus

1. S*Alutaris principis.*] Tiberii.

2. *Ad longiſſimos humanæ.*] Adulatur Tiberio, more illorum temporum, longævam ei vitam precando. Quin & particulam vitæ propriam, demptam ſibi, Cæſaribus ſuis donabant. De qua re multa multi. Sed ô vanas largitiones! Sapiens mihi Varro, Modio: Non eos optime vixiſſe, qui diutiſſime vixerint, ſed qui modeſtiſſime. *Coler.*

3. *M. Valerius Corvus.*] Sive Corvinus. Cicero in Catone Majore, qui dicitur à nonnullis de Seneƈt. *M. quidem Valer. Corvinum*, inquit, *accepimus ad centeſimum annum vitam ſuam produxiſſe, cum eſſet exacta jam ætate in agris, eoſque excoleret, cujus inter primum & ſextum conſulatum, ſex & quadraginta anni interfuerunt.* Plinius lib. 7. cap. 48. *M. Valerius Corvinus*, inquit, *centum implevit annos, cujus inter primum & ſextum conſulatum XLVI. anni fuere. Idem ſella curuli ſemel ac vicies ſedit, quoties nemo alius. Adæquavit ejus vitæ ſpatium Metellus Pontifex. Ita quantum ſpatium ætatis majores noſtri eſſe voluerunt ad ſe-*

[1] cujus inter primum & ſextum conſulatum quadraginta ſeptem anni interceſſerunt: ſuffecitque integris viribus corporis non ſolum ſpecioſiſſimis reipublicæ miniſteriis, ſed etiam exactiſſimæ agrorum ſuorum culturæ, & civis & patrisfamilias optabile exemplum.

2. Cujus vitæ ſpatium æquavit [2] Metellus, quartoque anno poſt conſularia imperia, ſenex admodum pont. max. creatus, tutelam cæremoniarum per duos & viginti annos, neque ore [3] in votis nuncupandis hæſitante, neque in ſacrificiis faciendis [4] tremula manu, geſſit.

3. [5] Q. autem Fabius Max. * duobus & ſexaginta annis augu-

nectutis initium, tantus illi curſus honorum fuit. Hic *Corvinus* dictus eſt, teſte Livio quod Gallum, à quo provocatus fuerat, ad ſingulare certamen, inſidente galea Corvo, & unguibus roſtroque infeſtante hoſtem interemit. *Oliv.*

1. *Cujus inter primum & ſextum conſulatum quadraginta ſex anni interceſſerunt.*] Ita vulgo. In Campenſi & Cauchiano, *Quadraginta & ſeptem.* Bene ac numerate, tot enim annos ponunt inter primum & ultimum M. Corvi conſulatum Faſti Capitolini. *Pigh.*

2. *Metellus.*] Hic eſt Metellus ille, qui Pius cognominatus, ejus Metelli pater, qui à debellata inſula Creta Cretici nomen eſt aſſecutus. De quo Cicero in Catone Majore: *Ego*, inquit, *L. Metellum memini puer, qui cum quadriennio poſt alterum conſulatum Pontifex Maximus eſſet factus*, XXII. *annos ei ſacerdotio præfuit, ita bonis viribus eſſe extremo tempore ætatis ut adoleſcentiam non requireret.* Hic ergo in ætate jam provectiori Pontifex factus, in eo magiſtratu per duos & XX. annos ita ſe geſſit, ut non ſenex, ſed juvenis eſſe videretur; neque enim lingua in pronuntiando, non manus in adminiſtrando illi defuerunt, ut lingua balbutiret, aut manus tremeret, quod ſenectutis vitium eſſe ſolet. *Oliver.*

3. *In votis nuncupandis.*] Quia, ut ſupra diximus, duplex eſt votum ſecundum quoſdam, conceptum & nuncupativum. *Idem.*

4. *Tremula manu.*] Quod in ſenibus eſſe ſoleat tremor quidam membrorum, & præſertim manuum ac pedum, exhauſtis jam viribus. Hic vero conſtanti manu, dum ſacra tractaret, ſemper fuit, ſive cultrum à capite victimæ ad caudam deduceret, ſive mola victimam cultrumque aſpergeret, ſeu victimæ jugulum aperiret. *Oliv.*

5. *Q. autem Fabius Maximus.*] Ad centeſimum annum perveniſſe Fabium, hoc uno probat argumento Valerius, quod duobus & ſexaginta annis Augur fuerit. Plinius vero dicit tribus & LX. lib. VII. Nat. Hiſtor. quem honorem non niſi ætate provectiori conſequi potuit, cum ejuſmodi dignitas adoleſcentibus nunquam, nec juvenibus dari conſueverit. Ergo ſi tempus, quo creatus eſt Augur, & quo Auguratum geſſit, in unum collegerimus, ſæculi ſpatium inveniemus. Quod idem ſentire videtur Livius lib. XXX. qui dicit: *Q. Fabius Maximus moritur exacta ætatis, ſiquidem verum eſt, Augurem duos & LX. annos fuiſſe, quod quidam autores ſunt. Vir certe dignus fuit tanto cognomine, vel ſi novum ab eo inciperet, ſuperavit paternos honores, avitos æquavit. Pluribus victoriis & majoribus prœliis avus inſignis Rullus,*

auguratus ſacerdotium ſuſtinuit, robuſta jam ætate id adeptus: quæ utraque tempora ſi in unum conferantur, facile [1] ſeculi modum expleverint.

4. [2] Jam de M. Perperna quid loquar? qui omnibus, quos in ſenatu conſul [3] rogaverat, ſuperſtes fuit: ſeptem quoque tantummodo, quos cenſor collega L. Philippi legerat, è patribus conſcriptis reliquos vidit; toto ordine ampliſſimo [4] diuturnior.

5. [5] Appii vero ævum clade metirer, quia infinitum numerum

Rullus, ſed omnia æquare unus hoſtis Annibal poteſt. Cautior tamen quam promptior hic habitus eſt. Oliv.

* *Duobus & ſexaginta.*] XLII. Livius lib. XXX. Plinius vero lib. VII. cap. 48. aliter ſcribit. *Corrad.*

1. *Sæculi.*] Hoc eſt, centum annorum. Sic enim voluêre majores *ſæculum* eſſe ſpatium centum annorum, quod hinc facile comprehendi poteſt. *Oliv.*

2. *Jam de M. Perperna.*] Hic arguit diu vixiſſe M. Perpernam, qui omnibus Senatoribus, quos ipſe conſul, die initi conſulatus, vocavit in curiam, ſuperſtes vixerit, omnibus inſuper illis, quos cenſor legerat in Senatum, exceptis ſeptem. Plinius lib. VII. Nat. Hiſt. *M. Perperna, & nuper Lucius Voluſius Saturninus, omnium, quos in conſulatu ſententiam rogaverant, ſuperſtites fuêre. Perperna ſeptem reliquit ex his quos cenſor legerat, vixit annos nonaginta octo.* Fuit ergo ordine Senatorio, qui ſuo tempore fuit, diuturnior. Et hinc colligere poſſumus, ſenem admodum fuiſſe, quo tempore fuit à Pompeio ſuperatus & cæſus, quanquam Strabo dicat, in Aſia morbo conſumptum fuiſſe, ut diximus in cap. de Humili loco natis. *Oliv.*

3. *Rogaverat.*] Alii tamen legunt, *vocaverat:* quod ſi ita legendum, legatur *in Senatum*, ut ſit, quos vocaverat, quum eſſet conſul, in Senatum, id eſt, ut convenirent in curiam. *Bad.*

4. *Diuturnior.*] Vixiſſe annos XCVIII. Plinius ait. *Coler.*

5. *Appii vero.*] Tullius in Catone: *Ad Appii Claudii ſenectutem accedebat, quod cæcus eſſet, tamen is, quum Senatus ſententia inclinaret, ad pacem cum Pyrrho fœduſque faciendum, non dubitavit dicere illa, quæ verſibus perſecutus eſt Ennius:*

Quo vobis mentes rectæ, quæ ſtare ſolebant

Ante hac, dementi ſeſe flexêre ruina?

Cæteraque graviſſime: notum vobis eſt carmen, & tamen ipſius Appii exſtat oratio. Atque ille egit hæc decimo ſeptimo anno poſt alterum conſulatum, quum inter duos conſulatus anni decem interfuiſſent, cenſorque ante conſulatum ſuperiorem fuiſſet, ex quo intelligitur Pyrrhi bello grandem ſane fuiſſe, & tamen ſic à patribus accepimus. Item paulo infra: *Quatuor robuſtos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat, & cæcus & ſenex. Intentum enim animum, tanquam arcum habebat, nec langueſcens ſuccumbebat ſenectuti. Tenebat enim non modo auctoritatem, ſed etiam imperium in ſuos. Metuebant ſervi, verebantur liberi, charum omnes habebant, vigebat in illa domo & mos patrius, & diſciplina.* Ex his igitur Ciceronis verbis Appium diu vixiſſe facile comprehendimus. Cujus cæcitatis cauſam diximus lib. I. cap. de Neglecta Religione, quod Herculis ſacra ad humile ſervorum miniſterium transtuliſſet. De Pyrrhi bello quoque ſæpius dictum eſt, quare non eſt toties repetendum. *Oliv.*

1. Lecti-

merum annorum orbatus luminibus exegit; niſi quatuor filios, & quinque filias, plurimas clientelas, rem denique publicam hoc caſu gravatus fortiſſimè rexiſſet. Quinetiam feſſus jam vivendo, [1] lectica ſe in Curiam deferri juſſit, [2] ut cum Pyrrho deformem pacem fieri prohiberet. Hunc cæcum aliquis nominet, à quo patria, quod honeſtum erat, per ſe parum cernens, coacta eſt pervidere?

6. [3] Muliebris etiam vitæ ſpatium non minus longum in compluribus apparuit, quarum aliquas ſtrictim retuliſſe me, ſatis erit. Nam & Livia Rutilii ſeptimum & nonageſimum, & Terentia Ciceronis [4] tertium & centeſimum, [5] & Clodia Auſilii [6] quindecim filiis ante amiſſis, quintumdecimum & centeſimum explevit annum.

EX-

1. *Lectica.*] In qua ægrotantes, & ingredi nequeuntes, deferri ſolent. *Bad.*

2. *Ut cum Pyrrho.*] Huc pertinent illa priſci Poëtæ:

Orator ſine pace redit, regique refert rem.

Citat Varro. Intelligit autem Cineam, quem Pyrrhus miſerat de Pace. Vetus inſcriptio:

APPIVS. CLAVDIVS. C. F. CAECVS.
CENSOR. CONSVL. BIS. DICTATOR.
INTERREX. III. PR. II. ÆD. CVR. II.
Q. TR. MIL. III. COMPLVRA. OPIDA.
DE. SAMNITIBVS. CEPIT. SABINORVM. ET. TVSCORVM. EXERCITVM.
FVDIT. PACEM. FIERI. CVM. PYRRHO.
REGE. PROHIBVIT. IN. CENSVRA.
APPIAM. STRAVIT. ET. AQVAM. IN.
VRBEM. ADDVXIT.

Ejuſmodi breviaria ſolebant veteres de illuſtribus viris conficere, qualia in Italia, & alibi de Catone, Fabio Maximo, Sicinio Dentato, C. Mario, Cn. Pompeio, & aliis reperta. *Coler.*

3. *Muliebris etiam.*] De quibus Plinius lib. VII. cap. 48. mentionem facit. Dicit enim: *Ex fœminis Livia Rutilii nonaginta ſeptem annos exceſſit. Statilia Claudio principe ex nobili domo nonaginta novem. Terentia Ciceronis* CXVII. *Clodia Oſilii* CXV. *Hæc quidem etiam enixa quindecies.* Alias quoque commemorat longiſſimæ ætatis fœminas, quas hic referre non eſt opus, quoniam à Valerio non ponuntur. *Oliv.*

4. *Tertium & centeſimum.*] CXVII. ſcribit Plinius. *Corrad.*

5. *Et Clodia Auli filia*] Ita vulgo. In Atrebatenſi, Suſiano, & Pulmanniano: *Clodia Aulifi.* mendoſe. ſed puto legendum, *Auſilii.* Nam Plinius *Clodiam Oſilii* vocat, quod idem eſt. Formula loquendi antiqua eſt, qua mulieres adjunctis maritorum nominibus notabantur. Sic *Livia Rutilii*, ſupple *uxor*, Terentia Ciceronis, Julia Pompeii, Cæſilia Craſſi, Calpurnia Cæſaris. *Pigh.*

6. *Quindecim filiis enixis.*] Paſſive poſitum eſt *enixis*, in lucem productis. Alii habent, *amiſſis*, ut ſignificet illam quindecim filiis extinctis fuiſſe ſuperſtitem. *Oliverius. Quindecim filiis ante enixis.*] Ita vulgo. Plinius quoque enixam quindecies ſcribit, verum Campenſis, Gemblacenſis, aliique veteres libri, *Quindecim filiis ante amiſſis* legunt. Quam lectionem probare malim, non enim hic fœcunditatis exempla quærimus. *Pigh.*

1. *Hiero.*]

EXTERNA.

3. Jungam his duos reges: quorum diuturnitas populo Rom. fuit utiliſſima. Siciliæ rector [1] Hiero ad nonageſimum annum pervenit. [2] Maſſaniſa Numidiæ rex [3] hunc modum exceſſit, regni ſpacium ſexaginta annis emenſus, vel ante omnes homines robore ſenectæ admirabilis. Conſtat eum, quemadmodum Cicero refert libro quem de Senectute ſcripſit, nullo unquam imbre, nullo frigore, ut caput ſuum veſte tegeret, adduci potuiſſe. Eundem ferunt aliquot horis in eodem veſtigio perſtare ſolitum, non ante moto pede, quam conſimili labore juvenes fatigaſſet: Ac ſi quid agere aſſidentem oporteret, toto die ſæpenumero nul-

1. *Hiero.*] Hic rex Syracuſarum fuit, cujus infantia ſuæ futuræ majeſtatis dicitur fuiſſe prænuntia, quippe qui genitus à patre nobili, ſed ex ancilla natus, ne dehoneſtaret paternum genus, expoſitus fuit: ſed parvulum, & humanæ opis indigentem, apes, congeſto circa jacentem melle, multis diebus aluêre; ob quam rem reſponſo aruſpicum admonitus pater, qui regnum infanti portendi canebant, parvulum recollegit, omnique ſtudio ad ſpem majeſtatis, quæ promittebatur, inſtituit. Eidem adoleſcenti prima belli ſtipendia ineunti aquila in clypeo, & noctua in haſta conſedit; quod oſtentum, & in conſilio cautum, & manu promptum regemque futurum ſignificabat. Denique adverſus provocatores ſæpe pugnavit, ſemperque victoriam reportavit, à Pyrrho rege multis militaribus donis donatus eſt, pulchritudo ei corporis inſignis, vires quoque in homine admirabiles fuêre, in alloquio blandus, in negotio juſtus, in imperio moderatus erat: prorſus ut nihil ei deeſſe videretur præter regnum. Itaque à Syracuſanis primo Imperator, deinde rex creatus eſt, ſocius fuit populi Romani, qui primo Punico bello, inita ſocietate, & amicitia, per quinquaginta annos uſque ad ultimum ſuæ vitæ diem in fide & officio permanſit. De cujus liberalitate, qua in populum Romanum ſecundo Punico bello uſus fuit, diximus in capite de Liberalitate. Vixit autem, teſte Livio, nonaginta annos, cum inquit: *Non facile erat, nonageſimum jam agenti annum, circumſeſſo, dies noctesque muliebribus blanditiis liberare animum, & convertere ad publicam privatamque curam.* Olivorius.

2. *Maſſaniſa.*] Hic, ut dictum eſt lib. v. cap. de Ingratitudine, ætatem ſuam ad centeſimum extendit annum, robore tanto in ea ætate, ut adoleſcentiæ vires, licet diminutas, non deſiderare videretur. De quo Cicero in Catone Majore: *Audire te arbitror, Scipio, hoſpes tuus avitus Maſſaniſa quid faciat hodie, nonaginta natus annos: quum ingreſſus iter pedibus ſit, in equum omnino non aſcendere velle, cum autem ſit in equo, ex equo non deſcendere; nullo imbre, nullo frigore adduci, ut capite operto ſit, ſummamque in eo eſſe ſiccitatem corporis. Itaque omnia probatur exequi regis officia & munera.* Oliv.

3. *Hunc modum exceſſit.*] Superavit hunc vitæ terminum, quippe qui centum implevit annos. *Oliv.*

1. *In*

nullam in partem converſo corpore [1] in ſolio duraſſe. Ille vero etiam exercitus equo inſidens, noctem diei plerunque jungendo duxit: nihilque omnino ex iis operibus, quæ adoleſcens ſuſtinere aſſueverat, quum illam ſenectutem ageret, omiſit. Veneris etiam uſu ita ſemper viguit, ut poſt ſextum & octogeſimum annum filium generarit, cui [2] Methymnato nomen fuit. Terram quoque, quam vaſtam & deſertam acceperat, perpetuo culturæ ſtudio frugiferam reliquit.

2. [3] Gorgias etiam Leontinus Iſocratis, & complurium magni ingenii virorum præceptor, ſua ſententia feliciſſimus. Nam cum [4] centeſimum & ſeptimum ageret annum, interrogatus quapropter tamdiu vellet in vita remanere. Quia nihil, inquit, habeo, quod Senectutem meam accuſem. Quid iſto tractu ætatis aut longius, aut beatius? Jam alterum ſeculum ingreſſus, neque in hoc querelam ullam invenit, neque in illo reliquit.

3. Biennio minor Xenophilus Chalcidenſis Pythagoricus,

1. *In ſolio.*] In regia ſede. Eſt autem *ſolium*, ut vult Servius, proprie armarium uno ligno factum, in quo reges ſedebant propter tutelam corporis ſui, dictum quaſi *ſolidum.* Idem.

2. *Methymnato.*] Quidam tamen ſcripſerunt, *Mechino.* Bad. *Cui Methymnato nomen.*] Ὄνομα Σθεμβάν, inquit Suidas. *Corrad.*

3. *Gorgias Leontinus.*] Longiſſimæ & feliciſſimæ ætatis Gorgias Leontinus, in ſenectute ſua nulla imbecillitatis incommoda ſenſit, ſed ad extremum uſque ſui fati diem robuſtus permanſit: de quo Cicero lib. de Senectute: *Qualem,* inquit, *Iſocrates, qui eum librum, qui* Παναθηναϊκὸς *inſcribitur, quarto & nonageſimo anno ſcripſiſſe dicitur, vixitque quinquennium poſtea, cujus magiſter Leontinus Gorgias centum & ſeptem complevit annos, neque unquam in ſuo ſtudio atque opere ceſſavit, qui, cum ex eo quæreretur, cur tam diu vellet eſſe in vita, Nihil habeo, inquit, quod accuſem ſenectutem. Præclarum reſponſum, & docto homine dignum.* Quintilianus vero lib. III. de Inſtitut. Orator. *Artium,* inquit, *Scriptores antiquiſſimi Corax & Tiſias, Siculi, quos inſecutus vir ejuſdem. inſulæ Gorgias Leontinus, Empedoclis, ut traditur, diſcipulus. Is beneficio longiſſimæ vitæ, nam centum & novem vixit annos, cum multis ſimul floruit, ideo & illorum, de quibus ſupra dixi, fuit æmulus, & ultra Socratem uſque duravit.* Et paulo infra oſtendit illum Iſocratis, & aliorum plurimorum Philoſophorum & Oratorum fuiſſe præceptorem. Hic primus fuit, qui profiteri auſus fuerit, ſe de quacunque re propoſita diſputaturum. *Oliv.*

4. *Centeſimum & ſeptimum.*] Quintilianus dicit, *centum & novem vixit annos.* Plinius centum & octo vult eum vixiſſe annos, lib. VII. *Idem.*

1. *Ari-*

cus, ſed felicitate non inferior. Siquidem (ut ait [1] Ariſtoxenus muſicus) omnis humani incommodi expers, in ſummo perfectiſſimæ ſplendore doctrinæ extinctus eſt.

4. [2] Arganthonius autem Gaditanus tamdiu regnavit, quamdiu etiam ad ſatietatem vixiſſe abunde foret. Octoginta enim annis patriam ſuam rexit, [3] cum ad imperium quadraginta annos natus acceſſiſſet: cujus rei certi ſunt auctores.[4] Aſinius etiam Pollio [5] non minima pars Rom. ſtyli, in tertio hiſtoriarum ſuarum libro [6] centum illum & viginti annos

1. *Ariſtoxenus muſicus.*] Fuit is Ariſtotelis diſcipulus, vir literarum veterum diligentiſſimus, ut teſtatur Gellius lib. IV. cap. II. Præter Muſica etiam Hiſtorica & Philoſophica conſcripſit, teſte Suida; quin & in omni diſciplinarum genere. Nihil celebratius opere de vitis Illuſtrium Virorum. B. Hieronymus Ariſtoxenum longe omnium doctiſſimum vocat. Ejus libros tres περὶ Ἁρμονίας στοιχείων primus edidit Meurſius. *Voßius* de Hiſt. Græc.

2 *Arganthonius.*] Hic, teſte Herodoto lib. Hiſt. I. fuit Tarteſſiorum tyrannus, cujus Cicero lib. de Senectute hanc breviter mentionem facit. *Expectemus*, inquit, *Tarteſſiorum regis ætatem, fuit enim, ut ſcriptum video, Argantonius quidam Gadibus, qui octoginta regnavit annos, centum viginti vixit.* Quod idem affirmat Plinius lib. VII. Hic ergo cunctos ſupra memoratos ætatis longitudine ſuperavit, quippe qui tanto tempore regnavit, quanto quidem alii complures vivere poſſe lætarentur. *Oliv.*

3. *Cum ad imperium ſexaginta annos natus acceſſiſſet.*] Ita vulgo. MSS. codices, *Quadraginta annos*, produnt; quemadmodum & Plinius, & Cicero in Catone. Lucianus ex Anacreonte, ni fallor, Poëta centum quinquaginta annos vixiſſe Arganthonium tradit, ſed puto Valerium ſequi in his Ciceronem, & Plinium utroſque. *Pigh.*

4. *Aſinius Pollio.*] Princeps orator & civis vocatur à Plinio lib. VII. cap. 30. De Dalmatis triumphavit, ut conſtat ex Hieronymo in Chronico Euſebiano. Plurimi ejus meminêre veteres autores. Præter Orationes & Tragœdiam, reliquit quoque Hiſtoriar. libros XVII. teſte Suida: qui & dicit primum Latinorum fuiſſe, qui geſta Græcorum Latine ſcriberet. Bellum quoque civile conſignavit, à quo eum deterret Horatius lib. 2. Ode I. In bello civili à partibus ſtetit Cæſaris, ut teſtatur Plutarchus in Pompejo. *Voßius.*

5. *Non minima pars Romani ſtyli.*] Significat hunc diligentiſſimum fuiſſe rerum geſtarum Scriptorem, non inter inferiores connumerandum. *Oliv.*

6. *Centum illum & triginta annos explevisſe commemorat.*] Ita vulgo. Lege, ut in Suſiano & Pulmanniano, *Centum illum & viginti annos expleſſe.* Aſtipulantur enim huic numero Herodotus, & alii jam dicti auctores, Cicero & Plinius. *Pigh. Centum illum & viginti.*] Codex Danielis, CXXX. contra mutationem Pighii; quod magis placet. Supra Valerius expreſſerat numerum CXX. annorum; jam ex Aſinio aliquanto ampliorem adjungit. Quin & Plinius autor eſt Anacreontem huic Arganthonio CL. annos vitales tribuiſſe. Idem Lucianus ſcribit. Verſus Anacreontis exſtant apud Strabonem l. III. Silius Italicus:

Argantoniacos armat Carteia nepotes,
Rex proavus fuit humani ditiſſimus ævi,
Ter denos decies emenſus belliger annos.

Coler.

1. Et

annos expleſſe commemorat: [1] & ipſe nervoſæ vivacitatis haud parvum exemplum.

5. Hujus Regis conſummationem annorum minus admirabilem faciunt [2] Æthiopes: [3] quos Herodotus ſcribit [4] centeſimum & vigeſimum annum tranſgredi. [5] Et Indi, de quibus [6] Cteſias idem tradit. Et [7] Epimenides [8] Cnoſius: quem Theopompus dicit ſeptem & quinquaginta & centum annos vixiſſe.

6. [1] Hel-

1. *Et ipſe numeroſa vivacitatis haud parvum exemplum.*] Ita vulgo. Inepte dictum, *numeroſa vivacitas*, cum proprie ſignificet naturale vivendi vigorem numeri non capacem, cum in ſingulis rebus una morte finiatur. Rectius itaque in Campenſi, Cauchiano, Gemblacenſi, & Attebatenſi, *Et ipſe nervoſæ vivacitatis haud parvum exemplum.* Pigh.

2. *Æthiopes.*] Solinus de Æthiopibus: *Ultra Meroëm*, inquit, *ſuper exortum Solis, Macrobii Æthiopes vocantur. Dimidio enim eorum potentior, quam noſtra eſt vita, hi Macrobii Juſtitiam colunt, amant æquitatem, plurimum valent robore præcipuo, &c.* Oliv.

3. *Quos Herodotus.*] Scribit Herodotus Scytharum regem legatis Cyri regis Perſatum ſenes complures oſtendiſſe, qui centum & viginti annos peregerant. *Oliv.*

4. *Centeſimum & trigeſimum annum tranſgredi.*] Ita vulgo. Lege, *Centeſimum & vigeſimum*, ut in quinque vel ſex manuſcriptis exemplaribus, atque etiam Herodoto, qui ἔτεα ρκ' εἴκοσι καὶ ἑκατὸν prodit. *Pigh.*

5. *Et Indi.*] De Indis multo aliter Arrianus lib. VIII. Plin. lib. VII. c. 8. *Corrad.*

6. *Cteſias.*] Antiquiſſimus Hiſtoriarum ſcriptor. *Cteſias quidem.*] Ita vulgo. Editio Veneta, *Cteſias idem.* Scil. Cteſiam idem de Indis tradidiſſe, quod Herodot. de Æthiopibus. Scio alias multa de Æthiopibus ſcribi, quæ eadem quoque de Indis. Et Cteſias ille Syriaca etiam & Perſica ſcripſerat, teſte Strabone libro XIV. *Coler.* *Cteſias.*] Præter Perſica, quæ libris viginti tribus continebantur, ſcripſit & Indica. Floruit, ut teſtatur Photius, temporibus Cyri, Dario & Paryſatide geniti: qui frater fuit Artaxerxis, ad quem regnum Perſicum devenit.

7. *Epimenides.*] Hic Philoſophus Cretenſis fuit, Pythagoræ coætaneus, teſte Apuleio, de quo Laërtius libro de Vita Philoſophorum fabuloſa quædam narrare videtur. Nam dicit, quod à patre juſſus ad paſcua ducere oves, circa meridiem divertit in proximam ſpeluncam, ubi quinquaginta & ſeptem annis perpetuo ſopore requievit, excitus quæſivit oves; putabat enim ſe parum obdormiviſſe: quas cum non inveniret, in agrum reverſus; cum vero agrum in alterius poteſtatem veniſſe videret, & cuncta mutata eſſe perpenderet, rediit in oppidum, ubi à juniore fratre jam vetulo cognitus, omnem ex illo didicit rei veritatem, deinde philoſophatus eſt ſcripſitque multa, quæ hoc loco referre non eſt opus. Mortuus eſt autem anno ætatis ſuæ centeſimo quinquageſimo ſeptimo, teſte Phaſgone lib. de Longævis. Plinius dicit centeſimo quinquageſimo tertio, ut autem Cretenſes tradunt, teſte Laërtio, vixit ducentis nonaginta annis. *Oliv.*

8. *Cnoſius.*] Cretenſis, & Cnoſio vico oriundus.

1. *Hella-*

6. [1] Hellanicus vero ait, [2] quoſdam ex gente Epiorum, quæ pars eſt Ætoliæ, [3] ducentos explere annos, eique ſubſcribit [4] Damaſthes, hoc amplius adfirmans, Litorium quendam ex his maximarum virium, ſtaturæque præcipuæ, trecenteſimum annum cumulâſſe.

7. [5] Alexander vero in eo volumine, quod de Illyrico tractu compoſuit, affirmat Danthona quendam ad quingenteſimum uſque annum [6] nulla ex parte ſeneſcentem proceſſiſſe. Sed multo liberalius [7] Xenophon, cujus περὶ πλοῦς legitur; Inſulæ enim [8] Lachmiorum regem octingentis vitæ annis donavit. Ac ne pater ejus parum benigne acceptus videretur, ei quoque ſexcentos aſſignavit.

CAP. XIV.

1. *Hellanicus.*] Diverſa cirat Athenæus. Quæ an ſint Hellanici Mitylenæi, an Mileſii, dubium eſt. Hic autem Mileſius intelligitur.

2. *Quoſdam ex gente Epiorum.*] Winchelianus, *Ex gente Eliorum.* Item recte. Nam Stephanus de Urb. ait Elios vel Eleos olim à rege Epeo appellatos Epios fuiſſe eoſdem patronymica voce dictos Endymioniadas, quod Epeus Endymionis filius à quibuſdam diceretur. *Pigh.* *Epiorum.*] Lib. Dan. & quædam editiones, *Epipiorum.* Epii ſane ſive Epei Achaiæ pars ſunt, non Ætoliæ, teſte Plinio, Strabone, aliis. An forte legendum *Epiriorum?* Epirii iidem dici potuêre, qui & Acarnanes. Adi Strabonem lib. x. *Coler.*

3. *Ducentos.*] Plinius hæc omnia fabuloſa eſſe, & ex errore annorum proveniſſe, quos alii ſex menſium, alii trium conſtituiſſent, dixit. *Oliv.*

4. *Damaſthes.*] Hellanico Mileſio æqualis. Cujus meminit Dionyſius libro I. Antiq. Rom. Strabo lib. IX. alii. *Eique ſubſcribit Damaſthes.*] Ita in veteribus libris vocatur, item à Plinio. Fuit Helleſponticus hiſtoriarum ſcriptor, patria Siſienſis. *Pigh.* *Damaſthes.*] Scriptor is minus probatus & pene nullius claſſis Straboni lib. I. Meminit ejuſdem Steph. in Ὑπερβόρεοι. *Col.*

5. *Alexander vero.*] Alexandrum Cornelium vocat Plinius. Exiſtimo eum eſſe, de quo hæc ſcribit Strabo lib XIII. Τῶν δὲ νεωτέρων, Ἀλέξανδρος ῥήτωρ ὁ λύχνος προσαγορευθεὶς, ὃς καὶ ἐπολιτεύσατο καὶ συνέγραψεν ἱστορίαν, καὶ ἔπη κατέλιπεν, ἐν οἷς τά τε οὐράνια διατίθεται, καὶ τὰς ἠπείρους γεωγραφεῖ, καθ' ἑκάστην ἐκδοὺς ποίημα. *Coler.*

6. *Nulla ex parte, &c.*] Neque animi, neque corporis viribus deficientem, non ſapientia, non memoria carentem, quæ ſenectutis vitia eſſe ſolent. *Oliverius.*

7. *Xenophon cujus περὶ γήρως legitur.*] Ita vulgo. Corrige, ut in Campenſi & Wincheliano περὶ πλοῦς. Citatur item à Plinio Xenophon in Periplo. *Pigh.*

8. *Latinorum regem.*] Ita vulgo. *Lamorum* alii libri. Sed in Plinio, *maritimorum. Corrad.* Lege, *Lachmiorum*, ut veteres libri.

CAP. XIV.

DE CUPIDITATE GLORIÆ.

IN ROMANIS.

1. *P. Africano majore.*
2. *D. Bruto Gallaico.*
3. *Cn. Pompejo Magno.*
4. *Sulla Felice.*
5. *Equite quodam.*
6. *C. Fabio Pictore.*

IN EXTERNIS.

1. *Themiſtocle Athenienſi.*
2. *Alexandro Magno.*
3. *Ariſtotele Stagirite.*
4. *Pauſania Macedone.*
5. *Heroſtrato.*

GLoria autem unde oriatur, aut cujus ſit habitus, aut qua ratione debeat comparari, & [1] an melius à virtute ac veluti non neceſſaria, negligatur; viderint ii, [2] quorum in contemplandis hujuſmodi rebus cura teritur: quibuſque illa quæ prudenter animadverterunt, facunde contigit eloqui. Ego in hoc opere factis auctores, & auctoribus facta ſua reddere contentus, quanta cupiditas ejus eſſe ſoleat, propriis exemplis demonſtrare conabor.

1. [3] Superior Africanus Ennii poëtæ effigiem in monumentis Corneliæ gentis collocari voluit, quod ingenio ejus

1. AN *Melius, &c.*] Sicut nonnulli Philoſophi præcepta de contemnenda gloria tradiderunt, cum ipſi tamen appetiſſe gloriam maxime viſi ſint, quia, teſte Cicerone, trahimur omnes ſtudio laudis, & optimus quiſque maxime gloria ducitur. Et illi ipſi Philoſophi libellis illis, quos de contemnenda gloria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt: in eo ipſo, in quo prædicationem nobilitatemque deſpiciunt, prædicari ſe & nominari volunt. Sed eſt fortis & magnanimi viri gloriam non appetere, & ſola ſuorum recte factorum conſcientia contentum eſſe:

Sæpe viris major gloria ſpreta redit.

Oliver.

2. *Quorum in contemplandis.*] Pighius Ciceronis libros de Gloria innui hariolatur, quos cum alii, tum Agellius citat lib. xv. cap. 6. Varronis etiam titulus eſt apud Nonium, Herculis Columna περὶ δόξης. *Coler.*

3. *Superior Africanus.*] Quam inſita ſit hominibus gloriæ naturalis quædam appetitio, ex his exemplis facile cognoſci poteſt. Cum Scipio Africanus ſuperior, qui Annibalem ex Italia retraxit, qui Carthaginem pop. Rom. tributariam reddidit, ſciret tantam eſſe magnitudinem rerum ſuarum, ut dum Romanum ſtaret imperium, earum memoria nulla vetuſtate poſſet aboleri, voluit tamen inter Corneliæ gentis monumenta locari poëtam Ennium, quod ſua geſta fuiſſent illius carminibus comprehenſa, & quaſi literarum immortalitati commendata. De quo Cicero in Oratione pro Archia Poëta: *Charus*, inquit, *fuit Africano ſuperiori noſter*

ejus opera ſua illuſtrata judicaret. Non quidem ignarus quamdiu Romanum imperium floreret, & Africa Italiæ pedibus eſſet ſubjecta, totiuſque terrarum orbis ſummum columen arx Capitolina poſſideret, eorum extingui memoriam non poſſe: Si tamen literarum quoque lumen illis acceſſiſſet, magni æſtimans. Vir Homerico, quam [1] rudi atque impolito præconio dignior.

2. [2] Similiter honoratus animus erga poëtam Accium D. Bruti ſuis temporibus clari ducis extitit: cujus familiari cultu, & prompta laudatione delectatus, ejus verſibus templorum aditus, quæ ex [3] manubiis conſecraverat, adornavit.

3. Ne Pompejus quidem Magnus ab hoc affectu gloriæ averſus: qui [4] Theophanem Mitylenæum ſcriptorem rerum ſuarum in concione militum civitate donavit, beneficium per ſe amplum, accurrata etiam & teſtata oratione proſecutus: Quo effectum eſt: ut ne quis dubitaret quin referret potius gratiam, quam inchoaret.

5. [5] L. autem Sulla, etſi ad neminem ſcriptorem animum

noſter Ennius; itaque etiam in ſepulchro Scipionum putatur is eſſe conſtitutus ex marmore. Plinius libro ſeptimo: *Prior,* inquit, *Africanus Q. Ennii ſtatuam ſepulchro imponi ſuo juſſit, clarumque illud nomen, immo vero ſpolium ex tertia orbis parte raptum in cinere ſupremo cum Poëtæ titulo legi.* Oliv.

1. *Rudi atque impolito.*] Quale erat Ennii, qui ſententias bonas incultis verbis involviſſe dicitur. Unde & Maro dixiſſe fertur, ſe aurum, aut lapillos ex ſtercore Enniano colligere, dum ſententias inde erueret. *Badius.*

2. *Similiter, &c.*] Paris gloriæ Decius Brutus fuiſſe videtur, qui Accium Poëtam magno honore voluit decorare. Nam illius verſus, quibus ſua facta continebantur, in veſtibulis templorum, quæ ex hoſtili præda facienda curaverat, juſſit impingi, ut illud opus Decii cura conditum fuiſſe cognoſceretur. Cicero in eadem oratione: *Decius,* inquit, *Brutus ſummus vir, & imperator, Accii amiciſſimi ſui carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit ſuorum.* Illud etiam ad hujus hominis gloriæ cupiditatem ſpectare videtur, quod gladiatorum munus in honorem patris ſui defuncti primus edidit Romæ, ut diximus in cap. de Inſtitutis. *Oliv.*

3. *Manubiis.*] *Manubiæ* dicuntur hoſtium ſpolia, ſed proprie ſunt pecuniæ ex venditione prædæ recuperatæ. *Idem.*

4. *Theophanem.*] Male legitur apud Ciceronem *Theophaneus.* Hujus aliquoties Plutarchus meminit. Tacitus etiam & Paterculus, aliique, qui res à Pompeio geſtas adringunt. *Coler.*

5. *L. autem Sylla.*] Nota eſt hiſtoria apud Salluſtium de bello Jugurthino.

 Diffi-

mum direxit; tamen Jugurthæ à Boccho rege ad Marium perducti totam ſibi laudem tam cupidè aſſeruit, ut annulo, quo ſignatorio utebatur, [1] inſculptam illam traditionem haberet. Et quantus poſtea! ne minimum quidem gloriæ veſtigium contempſit.

5. Atque ut imperatoribus glorioſum militis ſpiritum ſubnectam; Scipionem [2] dona militaria iis qui ſtrenuam operam ediderant, dividentem, T. Labienus, ut forti equiti [3] aureas armillas tribueret, admonuit: Eoque negante ſe id facturum, ne caſtrenſis honos in eo, qui paulo ante ſerviſſet, violaretur, ipſe ex præda Gallica aurum equiti largitus eſt. Nec tacitè id Scipio tulit: nam equiti, Habebis, inquit, donum viri divitis. Quod ubi ille accepit, projecto ante pedes Labieni auro, [4] vultum demiſit. Idem ut audiit Scipionem dicentem, Imperator te argenteis armillis donat: alacer gaudio abiit. Nulla eſt ergo tanta humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tangatur.

6. Illa verò etiam à claris viris interdum ex humillimis rebus petita eſt. Nam quid ſibi voluit C. Fabius nobiliſſimus civis? qui cum [5] in æde Salutis, quam C. Junius Bubul-

Diffiſus enim viribus ſuis Jugurtha, ad Bocchi, Getulorum regis, generi ſui, fidem opeſque confugit, à quo, violatâ fide, per proditionem Romanis, auctore Sylla, traditus fuit. *Oliv.*

1. *Inſculptam illam traditionem.*] De qua Plutarchus & Plinius. Similis gloriæ ſtudioſus, qui in ſigillo ſculptum habuit equum illum δι' ὃν χρεμετίσαντα ἐβασίλευσεν, ut notat Thucydidis Scholiaſtes. *Coler.*

2. *Dona militaria.*] Quibus imperatores, partâ victoriâ, milites ſuos pro cujuſque meritis, & virtute donabant. Ad excitandam enim in animis hominum virtutem, Sapientiſſimi Imperatores Romani, apud quos armorum & imperii gloria fuit, variis donis ſuos milites, qui pro republica fortiter pugnaſſent, donare conſuerant, armillis, haſtis, equis, coronis militaribus, aliiſque muneribus, quibus cæteri ad laudis ſtudium, & gloriæ cupiditatem incendebantur. *Oliv.*

3. *Aureas armillas.*] Ornamenta ſiniſtrarum, quibus Sabini Gallique præcipue utebantur. *Idem.*

4. *Vultum demiſit.*] In ſignum indignationis.

5. *In æde Salutis.*] In Quirinali. Ovidius. 1. Faſtor.

Janus adorandus, cumque hac Concordia mitis,
Et Romana Salus, araque Pacis erit.

1. Nomen

bulcus dedicaverat, parietes pinxiſſet, [1]nomen his ſuum inſcripſit. Id enim demum ornamenti familiæ conſulatibus, & ſacerdotiis, & triumphis celeberrimæ deerat. Cæterum [2]ſordido ſtudio deditum ingenium, qualemcunque illum laborem ſuum ſilentio obliterari noluit: Videlicet [3]Phidiæ ſecutus exemplum, qui clypeo Minervæ effigiem ſuam incluſit: qua convulſa, tota operis colligatio ſolveretur.

EXTERNA.

1. Sed melius aliquanto, ſi imitatione aliena capiebatur, [4]Themiſtoclis ardorem eſſet æmulatus: quem ferunt ſtimulis virtutum agitatum, & ob id noctes inquietas exigentem, quærentibus, quid ita eo tempore in publico verſaretur, reſpondiſſe: Quia me trophæa Miltiadis, de ſomno

mno

1. *Nomen his ſuum.*] Quin & Pictor inde appellatus eſt. Unde poſtea Fabii Pictores. Pinxit ædem Salutis anno urbis cccci. *Coler.*

2. *Sordido ſtudio.*] Ideo ſuum nomen inſcripſit picturæ, ne illius artis, quanrulacunque foret, gloria ex hominum memoria laberetur. *Sordido* autem dixit, quia ſtudium omne, quod quæſtus gratia ſuſcipitur, ut pictura, ſordidum dicitur & illiberale. *Oliv. Sordido ſtudio.*] Contra veterum plerorumque ſententiam, vocat ſordidum ſtudium artem pingendi. Sic etiam Clearchus Parrhaſium reprehendit, quaſi manu ſordidum opus facientem, & penicillum, ceſtrum & viriculum tractantem, ut ex eo refert Athæneus lib. xv. *Coler.*

3. *Phidiæ.*] Cicero Tuſc. Quæſt. lib. I. Quid enim Phidas? ſui ſimilem ſpeciem incluſit in clypeo Minervæ, cum inſcribere non liceret. De hoc Phidia diximus in cap. de Fiducia lib. III. quanquam multo plura adjici poſſent, quæ apud Plinium alioſque auctores leguntur, ea tantum nobis referuntur, quæ propoſito noſtro conveniunt. *Oliv.*

4. *Themiſtoclis.*] Cicero Tuſculanarum Quæſtionum libro IV. *Noctu*, inquit, *ambulabat in publico Themiſtocles, quod ſomnum capere non poſſet, quærentibuſque reſpondebat, Miltiadis trophæis ſe à ſomno ſuſcitari: cogitabat enim quomodo Miltiadis gloriam poſſet adæquare, vel etiam ſuperare.* Qui, ut diximus ſupra in cap. de Ingratis, & de Pietate, Artafernem & Dathim, Darii, Perſarum regis, præfectos, qui cum centum millibus peditum, & decem millibus equitum in Græciam venerant adverſus Athenienſes, ipſe cum decem millibus armaris, conſilio & virtute ſua ſuperavit in campis Marathoniis. Qua victoria excitatus Themiſtocles, paulo poſt Artemiſium & Salamina, glorioſiſſima victoria nobilitavit, ut ſupra diximus in cap. de Ingratis. Nam cum cæteri exiſtimarent, à barbaris in Marathone re male geſta, bellum ſe in poſterum ſuſtuliſſe, Themiſtocles eam rem majorum certaminum initium ducebat eſſe, ad eaque obeunda pro Græcia univerſa, ſe tanquam in palæſtram unxit, aſſidueque civitatem exercuit, quam longiſſime futura proſpiciens. *Oliverius.*

 1. *Artic.*

mno excitant. Marathon nimirum animum ejus, & [1] Artemiſium, & Salamis navalis gloriæ fertilia nomina illuſtranda tacitis facibus incitabant. Idem theatrum petens, cum interrogaretur, cujus vox auditu illi futura eſſet gratiſſima, dixit: Ejus à quo artes meæ canentur optimè. [2] Dulcedinem gloriæ pene adjecit glorioſam.

2. Jam Alexandri pectus inſatiabile laudis, qui Anaxarcho comiti ſuo ex auctoritate Democriti præceptoris innumerabiles mundos eſſe referenti, Heu me, inquit, miſerum; quod ne uno quidem adhuc potitus ſum! Anguſta homini poſſeſſio gloriæ fuit, quæ Deorum omnium domicilio ſufficit.

3. Regis & juvenis flagrantiſſimæ cupiditatis ſimilem Ariſtotelis in capeſſenda laude ſitim ſubnectam. Is namque Theodecti diſcipulo oratoriæ artis libros, quos ederet, donaverat: moleſteque poſtea ferens titulum eorum ſic alii ceſſiſſe; proprio volumine quibuſdam rebus inſiſtens, planius ſibi de his in Theodectis libris dictum eſſe adjecit. Niſi me tantæ & tam latè patentis ſcientiæ verecundia teneret, dicerem dignum philoſophum, cujus ſtabiliendi mores, altioris animi philoſopho traderentur. Cæterum gloria ne ab his quidem, qui contemptum ejus introducere conantur, negligitur: quoniam quidem ipſis voluminibus nomina ſua diligenter adjiciunt; ut quod profeſſione elevant, uſurpatione memoriæ conſequantur. Sed qualiſcunque horum diſſimulatio, propoſito illorum longè

1. *Artemiſium & Salamis.*] Duo Græciæ loca à Themiſtocle nobilitata, illa glorioſa & prope incredibili pugna navali, quâ Xerxem, qui totam ferme Aſiam in Græciam deportaverat, eo conſilio ſuperavit, & in patriam turpiter refugere coëgit, ut non ſe victum, ſed à Themiſtocle conſervatum fuiſſe exiſtimaret. De Salamine diximus alio loco: Artemiſium autem, ut Demoſthenes pro Cteſiphonte refert, eſt promontorium Eubœæ. *Oliv.*

2. *Dulcedinem gloriæ pæne adjecit glorioſam.*] Ita tu Pighi, ex omnibus manuſcriptis. Nam antea legebatur, *Dulcedini gloriæ pæne adjecit gloriam.* At ego lectionem tuam ipſam jacentem erigo, *Dulcedinem gloriæ, pæne adjeci, glorioſam!* Velut exclamat, & ô dulcedinem, inquit, gloriæ, tantum non dixerim, glorioſam! Acumina & ſententiolas Valerii noſtri. *Lipſ.*

1. Tele-

longè [1]tolerabilior eſt, qui dummodo æternam memoriam aſſequantur, etiam ſceleribus innoteſcere non dubitarunt.

4. Quorum è numero neſcio an in primis [2] Pauſanias de-

1. *Tolerabilior eſt.*] Qui peſſimo facinore illam ſibi uſurpare voluerunt; qualis Pauſanias adoleſcens, qui Philippum Macedoniæ regem occidit; qualis ille, qui Epheſiæ Dianæ templum incendit, cujus nomen non ponitur. His enim etiam ſceleribus innoteſcere voluerunt. *Oliverius.*

2. *Pauſanias.*] Valerius à Juſtino & Plutarcho diſſentit. Non enim gloriæ, ſed ultionis cupiditate ad Philippi cædem Pauſaniam impulſum eſſe dicunt, adhortante, ut vult Plutarchus, Alexandro, & Olympiade multo magis incitante, quoniam periniquo animo ferret, ſe ſpretam à Philippo, & aliam ſibi ſuperinduci Attali regis filiam Cleopatram. Cum igitur dies nuptiarum eſſet, ut tradit Juſtinus, pro magnitudine duorum regum, & collocantis filiam, & uxorem ducentis apparatibus inſignis, nec ludorum magnificentia deeſſet, & ad eorum ſpectaculum Philippus ſine cuſtodibus medius, inter duos Alexandros, filium generumque conſiſteret: Pauſanias nobilis adoleſcens, nemini ſuſpectus, occupatum anguſtiis Philippum in tranſitu obtruncat, diemque lætitiæ diſtinatum fœdum luctu funeris facit. Hic Pauſanias primis pubertatis annis ſtuprum per injuriam paſſus ab Attalo fuerat, cujus indignitati hæc etiam fœditas acceſſerat, quod productum in convivio, ſolutumque mero, Attalus non ſuæ, verum etiam convivarum libidini, velut ſcortum vile, ſubjecerat, ludibriumque omnium inter æquales reddiderat. Hanc rem ægre ferens Pauſanias, querelam Philippo ſæpe detulerat. Cum variis fruſtrationibus, non ſine riſu, differretur, & honoratum inſuper ducatu adverſarium cerneret, iram in ipſum Philippum vertit, ultionemque, quam ab adverſario non poterat, ab iniquo judice exegit. Creditum eſt etiam immiſſum ab Olympiade matre Alexandri fuiſſe, nec ipſum Alexandrum ignarum paternæ cædis extitiſſe; quippe non minus Olympiadem repudium, & prælatam ſibi Cleopatram, quam ſtuprum Pauſaniam doluiſſe. Alexandrum quoque regni æmulum, fratrem ex noverca ſuſceptum tenuiſſe, eoque actum, ut in convivio antea primum cum Attalo, mox cum ipſo patre jurgaret, adeo ut etiam ſtricto gladio eum Philippus conſectatus ſit, ægreque à filii cæde amicorum precibus exoratus. Quamobrem Alexander ad avunculum ſe in Epirum cum matre, inde ad regem Illyriorum contulerat, vixque revocanti mitigatus patri, precibuſque cognatorum ægre redire compulſus. Olympias quoque fratrem ſuum Alexandrum, Epiri regem, in bellum ſubornabat, perviciſſetque, ni filiæ nuptiis pater generum occupâſſet. His ſtimulis irarum utrique Pauſaniam de impunitate ſtupri ſui querentem ad tantum facinus impuliſſe creduntur. Nam legitur apud Herodotum: Querenti Pauſaniæ apud Alexandrum, nihil aliud reſpondiſſe, niſi Medeæ jambicum metrum pronuntiaſſe: *Eum qui dedit, eum qui accepit*, ſcillcet interfice, & ſocerum & generum. Olympias etiam dicitur fugienti percuſſori equos præparatos habuiſſe. Ipſa deinde, audita regis nece, cum titulo officii ad exequias eadem nocte cucurriſſet, in cruce pendentis Pauſaniæ capiti coronam impoſuit, quod nemo alius audere, niſi hæc, ſuperſtite Philippi filio, potuiſſet; paucos deinde poſt dies refixum corpus interfectoris ſuper reliquias cremavit, & tumulum ei eodem fecit in loco, parentarique eidem quotannis, incuſſa populo ſuperſtitione curavit. Hæc Juſtinus. Apparet igitur Pauſaniam

debeat referri: Nam [1] cum Hermocratem percontatus eſſet, quonam modo ſubitò clarus poſſet evadere: atque is reſpondiſſet, ſi illuſtrem virum aliquem occidiſſet, futurum ut gloria ejus ad ipſum redundaret: continuò Philippum interemit. Et quidem quod petierat, aſſecutus eſt: tam enim ſe parricidio, quam Philippus virtute notum poſteris reddidit.

5. Illa verò gloriæ cupiditas ſacrilega: inventus eſt enim qui [2] Dianæ Epheſiæ templum incendere vellet, ut opere pulcherrimo conſumpto, [3] nomen ejus per totum terrarum orbem disjiceretur. Quem quidem mentis furorem eculeo impoſitus detexit. At bene conſuluerant Epheſii, decreto memoriam teterrimi hominis abolendo; niſi [4] Theopompi magnæ facundiæ ingenium in hiſtoriis eum ſuis comprehendiſſet.

CAP. XV.

ſaniam ad regis cædem impulſum, non conſequendæ gloriæ, ut Valerius tradit, ſed ultionis ſumendæ gratia. *Pauſanias.*] Macedonicus nobilis adoleſcens, Cereſtis filius, & ab Oreſte inclytum genus trahens. Fuit & alter Pauſanias Lacedæmonius, vir magnus, qui cum patriam ab impetu Perſarum liberaſſet, eo poſtmodum inſaniæ pervenit, ut ipſam patriam cum tota Græcia hoſtibus proderevoluerit.

1. *Cum Hermoclem*] Ita vulgo. Reſtituit dudum ex Diodoro, erudiriſſimus Gallorum Brodæus, *Cum Hermocratem.* Brodæus, inquam, cujus ſcripta quæ vidi, dixerim nata eſſe ad objurgandam temeritatem plerorumque hodie ſcriptitantium. Ita accurate & ſignata eruditione ſunt facti. *Coler.*

3. *Dianæ Epheſiæ*] Conſtat ea nocte natum Alexandrum. Unde Cicero Timæum quendam refert, qui, eum in hiſtoria dixiſſet, qua nocte natus Alexander eſſet, eadem Epheſiæ Dianæ templum deflagraviſſe: adjunxit id minimè eſſe mirandum, quod Diana, cum in partu Olympiadis adeſſe voluiſſet, abfuiſſet domo. Strabo lib. XIV. dicit Heroſtratum fuiſſe dictum. *Nam Dianæ,* inquit, *templum, primus Cherſiphron minore fabricatus eſt, poſtea alius fecit majus illo, ſed cum Heroſtratus quidam id incendio conſumpſiſſet, aliud præſtantius conſtruxerunt mulierum ornamentis & multis opibus ad id collatis, refectiſque prioribus columnis, &c.* Nam de reſtituto templo multa commemorat, quod longum nimis eſſet hic referre. *Oliv.*

3. *Nomen ejus per totum terrarum orbem diffunderetur.*] Ita vulgo. In Cauchiano legimus, *differetur.* In aliis autem exemplaribus, *disiiceretur*; antiqua voce, pro, diſpergeretur. *Pigh.*

4. *Theopompi.*] Hic fuit Iſocratis diſcipulus, Tragicus Poëta & Orator eximius, teſte Gellio. Fuit & alter Theopompus, Lacedæmoniorum rex, de quo diximus in cap. de Moderatione. *Oliv.* *Theopompi.*] Citatur à Strabone, Plinio, Suida, Stephano, Ejus orationis vis à Cicerone laudatur in Oratore. Fidem aliquoties pulſat Strabo. *Coler.*

1. *Hono-*

CAP. XV.

QUÆ CUIQUE MAGNIFICA CONTIGERUNT.

ROMANIS.

1. *P. Africano majori.*
2. *M. Catoni cenſorio.*
3. *Scipioni Naſicæ.*
4. *P. Scipioni Æmiliano.*
5. *M. Valerio Corvo.*
6. *Q. Mucio Scævulæ.*
7. *C. Mario.*
8. *Cn. Pompejo Magno.*
9. *Q. Lutatio Catulo.*
10. *M Catoni Vticenſi.*
11. *L. Marco eq. Rom.*
12. *Sulpiciæ Ser. F. Q. Flacci.*

EXTERIS.

1. *Pythagoræ Samio.*
2. *Gorgiæ Leontino.*
3. *Amphiarao vati.*
4. *Pherenicæ mulieri Græcæ.*

CAndidis autem animis voluptatem præbuerint in conſpicuo poſita, quæ cuique magnifica meritò contigerunt: Quia æquè præmiorum virtus, atque honorum contemplatio judicanda eſt; ipſa natura nobis alacritatem subminiſtrante, cum honorem induſtriè appeti, & exolvi gratè videmus. Verum etſi mens hoc loco protinus ad Auguſtam domum beneficentiſſimum & [1] honoratiſſimum templum omni impetu fertur, melius cohibebitur: quoniam

1. H*Onoratiſſimum templum*] Nihil magnificentius contingere potuiſſet, quam ut præſenti ipſi templum & ara conſtitueretur, illique redderentur honores divini, quod factum eſſe, omnes teſtantur auctores. Horatius:

Præſenti tibi divinos largimur honores,
Iurandaſque tuum per nomen ponimus aras. Oliv.

Superiori Africano conſulatus citerior legitimo tempore datus eſt. Quod fieri oportere, exercitus ſenatum literis admonuit. Ita neſcias utrum illi plus decoris patrum conſcriptorum autoritas, an militum conſilium adjecerit. Toga enim Scipionem ducem adverſus Pœnos creavit, arma popoſcerunt.] Ita vulgo. In Campenſi, *Arma popoſcerunt eundem.* Ex qua unica dictione hic adjecta colligo totam hanc hiſtoriam de literis ab exercitu ad Senatum miſſis perperam à librariis hic inſertam eſſe ab exemplo inferioris Æmiliani tranſlatum, cum & ibi illa dictio reperiatur apte poſita, hic ſuperflua ſit. Cui meæ ſententiæ ſuffragatur hiſtoriæ veritas, atque Appiani Alexandrini auctoritas, qui tale quid de Æmiliano refert, crebris quippe militum literis ex Africa ſcriptis ipſum Romæ commendatum fuiſſe, quibus petebatur, ut in Africam conſul mitteretur. De ſuperiore Africano Livius quidem ſcribit (cujus iſtic hiſtoriam integram habemus) eum ante tempus ingenti omnium favore conſulem factum, ſed de literis militum

 prot-

niam cui aſcenſus in cœlum patet, quamvis maxima, debito tamen minora ſunt, quæ in terris tribuuntur.

1. Superiori Africano conſulatus [1] citerior legitimo tempore datus eſt. Cui quæ in vita præcipua aſſignata ſunt, & longum eſt referre, quia multa: & non neceſſarium, quia majore ex parte jam [2] relata ſunt. Itaque quod hodieque eximium, capiti adjiciam. [3] Imaginem in cella Jovis opt. max.

proſſus nihil. Quapropter omnia verba jam annotata ab exemplo hoc excludenda puto, atque poſtea ſuo loco, ubi de Æmiliani conſulatu verba facit, inſerenda eſſe, ut tunc dicemus. De ſuperiore autem Africano hic ita legendum arbitror: *Superiori Africano conſulatus citerior legitimo tempore datus eſt; cui quæ in vita præcipua aſſignata ſunt, &c.* Pigh. *Superiori Africano.*] Scipioni Africano ſuperiori magnifica mulra contigerunt, quorum alia contempſit, alia ſuſcepit. Natus annos quatuor & viginti, patri patruoque cæſis in Hiſpania, cum imperio ſucceſſit, ut in cap. de Fiducia diximus. Conſul deinde citra legitimum tempus declaratus eſt, ſuadente exercitu, & ſenatum admonente per literas, (*Pighius hoc negat*) ita reip. tempus exigere, ſic fieri oportere, quia nemo eſſet, cui tantum exercitus fiderer, & in quo ſpes tantæ victoriæ foret. Magnificum quidem hoc fuit, ut non facile diſcerni poſſit, pluſne illi gloriæ Senatus auctoritas, an militum conſilium attulerit. Glorioſum ſine dubio fuit illi ante legitimum tempus contra leges Conſulem Senatus auctoritate creari, bello difficili & periculoſo, & quod juvenili curæ demandata ſit reſpublica Romana. Non minus vero illi magnificum fuiſſe videtur, quod ab exercitu fuerit ſummo omnium conſenſu imperator exoptatus. Poſt vero rempublicam bene feliciterque geſtam, multo plura ei magnifica & glorioſa contigerunt, quia Senatus illi præmia ingentia non ſolum humana, ſed prope divina propoſuit, quæ in cap. de Moderatione diximus, ubi etiam cuncta illum reſpuiſſe mônſtravimus. *Oliv.* Contigit A.U. DXLVIII. & DLII.

1. *Citerior legitimo tempore.*] Ante tempus, quod per legem erat conſtitutum.

2. *Relata ſunt.*] Dicta in cap. de Moderatione, ubi ea videmus & videre poſſumus. Sunt autem hæc: *Voluerunt illi ſtatuas in comitio, in roſtris, in curia, in ipſa denique Iovis Optimi Maximi cella ponere; voluerunt imaginem triumphali indutam ornatu Capitolinis pulvinaribus applicare; voluerunt illi continuum per omnes vitæ annos conſulatum, perpetuamque dictaturam tribuere, quorum ille nihil ſuſcipere voluit.* Oliv.

3. *Imaginem.*] Hoc illi præcipuum obrigit, quod ejus imago in templo Jovis Optimi Maximi, tanquam divini cujuſdam hominis ſimulachrum repoſita fuerat, quæ, quoties à Cornelia gente funus aliquod duceretur, inde ſemper petebatur, quaſi vellent ſuis exequiis honoris cauſa ipſum intereſſe Scipionem. Ideo autem in cella Jovis collocatam ejus imaginem arbitror, quia Jovis filius fuiſſe credebatur, quamvis falſo, teſte Livio, qui dicit: *Adhæc jam inde ab initio præparans animos, ex quo togam virilem ſumpſit, nullo die prius ullam publicam privatamque rem egit, quam in Capitolium iret, ingreſſuſque ædem conſideret, & plerumque tempus ſolus in ſecretum ibi tereret. Hic mos, qui per omnem vitam ſervabatur, ſeu conſulto, ſeu temere vulgatæ opinioni, fidem apud quoſdam fecit, ſtirpis cum divinæ virum eſſe, retulitque famam in Alexandro Magno prius vulgatam, & vanitate, & fabula*

max. poſitam habet; [1] quæ quotieſcunque funus aliquod Corneliæ genti celebrandum eſt, inde petitur; unique illi [2] inſtar atrii Capitolium eſt.

2. [3] Tam hercle, quam Curia ſuperiori Catoni. Unde effigies illius ad [4] ejuſdem generis officia expromitur. Gratum ordinem, qui utiliſſimum reipublicæ ſenatorem tantum

bula parem. Anguis immanis concubitu conceptum, & in cubiculo matris ejus perſæpe viſam prodigii ejus ſpeciem, interventuque, hominum evolutam repente atque ex oculis elapſam. His miraculis nunquam ab ipſo illuſa fides eſt, quin potius aucta arte quadam, nec abnuendi tale quicquam, nec palam affirmandi. Gellius addit illud, admiratos vehementer eſſe æditυos templi, quod ante diluculum in Capitolium ingredientem Scipionem, canes ſemper in alios ſævientes, neque allatrarent eum, neque incurrerent. Unde Livius multa alia ejuſdem generis ſubjungit, quæ admirationis humanæ in eo juvene exceſſerant modum quibus freta civitas, ætati haud quaquam maturæ tantam molem rerum, tantumque imperium promiſit. Non illud prætermittendum cenſeo, quod Scipioni magnificum obtigiſſe videtur, cum legatus eſſet miſſus ad Antiochum, Epheſi cum Annibale, qui ſe Antiocho junxerat, collocutus eſt, ut ſi fieri poſſet, metum vitæ, quem ex populo Romano conceperat, eximeret. Inter alia cum quæreret ab Annibale, quem fuiſſe maximum imperatorem Annibal crederet, reſpondit Alexandrum Macedonum regem, quod parva manu innumerabiles exercitus fudiſſet, quodque ultimas oras, quas viſere ſupra fidem humanam eſſet, peragraſſet. Quærenti deinde, quem ſecundum poneret, inquit Pyrrhum, eo quia caſtra metari docuiſſet; adhæc neminem elegantius loca cepiſſe, præſidia diſpoſuiſſe. Exequenti quem tertium diceret, ſemet dixit. Ridens Scipio, quidnam tu diceres, ſi me, inquit, viciſſes? Tum vero, inquit, me & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante alios poſuiſſem. Ex quo relinquitur, Scipionem omnium maximum Imperatorem ab Annibale fuiſſe judicatum. *Oliver.*

1. *Quæ quotieſcunque munus aliquod Corneliæ genti celebrandum eſt.*] Ita vulgo. Lege, *funus aliquod.* Paulo poſt enim dicit Catonis quoque effigiem è Curia ad ejuſdem generis officia expromi ſolere. Atque auctor de Viris Illuſtribus cap. 47. ſcribit M. Catonis imaginem funeris cauſa produci ſolere. Sed unde non dicit: quare locus ille imperfectus videtur, omnium enim illuſtrium producebantur funebri pompa imagines; ſed hoc rarum, quod Catonis imago è Curia, non ex atrio domus privatæ. Legendum itaque, *Imago ejus funeris cauſa produci è Curia ſolet.* Magnificum profecto atque eximium utrique genti funus aliquod celebraturæ, cum ex more pompam imaginum familiæ totius producere deberent, Cornelios P. Africani majoris imaginem è Capitolio; Porcios M. Catonis majoris è Curia, non ex atriis ſuis petere poſſe. *Pigh.*

2. *Inſtar atrii.*] Cum principum imagines in atriis collocari conſueverint, Scipionis in Capitolio pro atrio poſita fuit. Capitolium igitur inſtar atrii fuit Scipionis imagini. Quod locarentur in atriis, Juvenalis teſtis eſt:

Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria, nobilitas ſola eſt atque unica virtus. Oliv.

3. *Tam, &c.*] Contigit A.U. DCIV.

4. *Ejus generis officia.*] Quoties opus ſit tota familia, ut in pompa funebri. *Bad.*

1. *Cujus*

tum non ſemper ſecum habitare voluit, omnibus numeris virtutum divitem, magiſque ſuo merito, quam fortunæ beneficio magnum: [1] cujus prius conſilio, quam minoris Scipionis imperio eſt deleta Carthago.

3. [2] Rarum ſpecimen honoris à Scipione quoque Naſica oboritur: [3] Ejus namque manibus,& penatibus [4] nondum quæſtorii, ſenatus Pythii Apollinis monitu, Peſſinunte accerſitam Deam excipi voluit: quia eodem oraculo præceptum erat,ut hæc miniſteria Matri Deûm [5] à ſanctiſſimo viro præſtarentur. Explica totos faſtos, conſtitue omnes currus triumphales, [6] nihil tamen morum principatu ſpecioſius reperies.

4. Tradunt ſubinde nobis ornamenta ſua Scipiones commemoranda. [7] Æmilianum enim populus ex candidato ædi-

1. *Cujus prius conſilio.*] Quia,ut ſupra diximus, duo præſtantiſſimi Senatores inter ſe magnopere diſſentiebant de evertenda Carthagine, Cato & Scipio Naſica. Cato ſuadebat evertendam eſſe Carthaginem, quæ fœdera ſæpius frangeret, ſæpiuſque rebellaret; at Scipio contra relinquendam eſſe cenſebat, ut eſſet exercitatio quædam juventuti Romanæ, quæ bellis aſſuera, otioſa eſſe non poſſet. Verebatur Scipio id futurum,quod evenit, ne, ſubacta Carthagine, debellariſque exteris genribus,cum hoſtes deeſſent, in ſeipſos arma converterent: tamen ſecundum Marci Catonis ſententiam factum eſt Senatuſconſultum, ut bellum Carthaginienſibus inferretur, & ſubacta Carthago everteretur. *Oliv.*

2. *Verum ſpecimen honoris à Scipione Naſica oboritur.*] Ita vulgo. Tranſit denuo à Porciis ad Scipiones. Cæterum Arrebatenſis ac Pulmanni codicum lectio non minus placet, *Rarum ſpecimen honoris.* Rariſſimum enim atque unicum hoc decus, publico judicio vir optimus cenſeri. *Pigh.* Contigit anno urbis CDIV. & CDV.

3. *Ejus namque manibus.*] Nam cum omnibus matronis Hoſtiam ire juſſus obviam Deæ, Deamque ipſam de nave accipere, & in terram elatam tradere ferendam cum mattonis. Ovidius in Faſtis:

Naſica excepit, templi non perſtitit autor,
Auguſtus nunc eſt, ante Metellus erat.

Oliverius.

4. *Nondum quæſtoris.*] Adoleſcentem fuiſſe oſtendit, qui nondum quæſtor factus fuit. Sic & Livius dixit adoleſcentem nondum quæſtorium. *Oliv.*

5. *A ſanctiſſimo viro.*] Ab aliis optimus vir dicitur. Vide & Auguſtinum lib. 11. cap. 5. de Civitate Dei. *Coler.*

6. *Nihil tamen in eorum principatu ſpecioſius reperies.*] Ita vulgo. Nec apte dicitur hic faſtorum curruumve triumphalium principatus. Sed optime in Manuſcriptis libris, *Nihil tamen morum principatu ſpecioſius reperies.* Præfert enim vitæ ſanctitatem rebus geſtis quibuſcunque Valerius. *Pigh.*

7. *Æmilianum enim populus ex candidato ædilitatis conſulem fecit. Eundemque cum quæſtoriis comitiis, &c.*] Ita vulgo. Hoc

ædilitatis, conſulem fecit. Quod fieri oportere, exercitus ſenatum literis admonuit. Ita neſcias utrum illi plus decoris patrum conſcriptorum auctoritas, an militum conſilium adjecerit. Toga enim Scipionem ducem adverſus Pœnos creavit, arma popoſcerunt. Eundemque, cum quæſtoriis comitiis [1] ſuffragator [2] Q. Fabii, Maximi fratris filii, in campum deſcendiſſet, conſulem iterum reduxit. [3] eidem ſenatus bis [4] ſine ſorte provinciam, prius [5] Africam, deinde [6] Hiſpaniam dedit. Atque hæc neque civi, neque ſenatorii ambitioſo: quemadmodum non ſolum vitæ ejus ſeveriſſimus curſus, ſed etiam mors [7] clandeſtinis illata inſidiis declaravit.

5. M. quo-

Hoc loco ſunt reponenda verba, quæ diximus librarios perperam tranſtuliſſe ad exemplum Africani ſuperioris. Quam culpam ignavis ludimagiſtris attribuo, qui aliquando exempla duo ſimilia in compendium contrahere conati ſunt, quæ quidem alii poſtea diſpararunt. Locum autem hunc ita rurſus iiſdem verbis interpoſitis ſupplendum, atque reſtaurandum eſſe exiſtimo: *Æmilianum enim populus ex candidato ædilitatis conſulem fecit. Quod fieri oportere exercitus ſenatum literis admonuit. Ita neſcias, utrum illi plus decoris patrum conſcriptorum auctoritas, an militum conſilium adjecerit. Toga enim Scipionem ducem adverſus Pœnos creavit, arma popoſcerunt. Eundemque cum quæſtoriis comitiis, &c.* Hæc omnia vere de Æmiliano dici, vel leviter in hiſtoria verſato manifeſtum eſt. *Pighius.* Contigit anno urbis DCVI.

1. *Suffragator.*] Non candidatus deſcenderat, ut magiſtratum peteret, ſed ut nepoti ſuffragaretur, vel, ut alii dicunt, fratri, ut favore & auctoritate ſua Q. Fabius quæſturam aſſequeretur. *Oli.*

2. *Q. Fabii.*] Sæpius dictum eſt Paullum Æmilium ex quatuor liberis duos duabus familiis in adoptionem dediſſe, alterum genti Fabiæ, qui Fabius Maximus dictus eſt, alterum Scipionum, qui Africanus inferior eſt appellatus. *Oliverius. Q. Fabii, Marci fratris.*] Ita vulgo. *Q. Fab. Maximi fratris*, recte. Nam frater Q. dicitur, in Lælio. Livius libro LI. Hic libro V. cap. 3. *Corradus.*

3. *Eidem ſenatus bis ſine ſorte prius Africam, deinde Hiſpaniam dedit.*] Ita vulgo. Abrupta locutio, atque male ſecuta. Poſſet enim intelligi bis Africam, & bis Hiſpaniam ſine ſorte datam fuiſſe. Multo igitur apertius, atque etiam elegantius in vetr. libris, *Eidem ſenatus bis ſine ſorte provinciam, prius Africam, deinde Hiſpaniam dedit.* Pighius. Contigit A.U. DCXIX. & DCXXIV.

4. *Sine ſorte.*] Extra ordinem, nulla collegæ, cum quo ſortiretur, habita ratione. *Oliv. Sine ſorte.*] Nam conſules legitime provincias ſortiebantur, privati autem extra ſortem ex ſpeciali privilegio aut dono eaſdem obtinebant. *Badius.*

5. *Africam.*] Cum delevit Carthaginem.

6. *Hiſpaniam.*] Cum ſuſtulit Numantiam.

7. *Clandeſtinis.*] Occultis. *Clandeſtinis.*] Quia in cubiculo ſuo noctu interemptus eſt.

1. Mar-

5. [1] M. quoque Valerium duabus rebus inſignibus Dii pariter atque cives ſpecioſum reddiderunt: Illi cum quodam Gallo cominus pugnanti corvum propugnatorem ſubjicientes; hi tertium & vigeſimum annum ingreſſo, conſulatum largiti: quorum alterum decus [2] vetuſtæ originis ac optimi ominis, [3] gens Corvini amplexa cognomen uſurpat: alterum ſummo ſubjungitur ornamento, tam celeritate, [4] quam principio conſulatus gloriando.

6. At ne Q. quidem [5] Scævolæ, quem L. Craſſus in conſulatu collegam habuit, gloria parum illuſtris: Qui Aſiam tam ſanctè, & tam fortiter obtinuit; ut ſenatus deinceps in eam provinciam ituris magiſtratibus, exemplum atque formam officii Scævolam decreto ſuo proponeret.

7. Inhærent illi voci poſterioris Africani ſeptem C. Marii conſulatus, ac [6] duo ampliſſimi triumphi. [7] Ad rogum enim uſque gaudio exultavit: Qui, cum apud Numantiam ſub eo duce ſtipendia [8] equeſtria mereret, & forte inter

cœ-

1. *Marcum, &c.*] Contigit A.U. CDIV. & CDV.

2. *Vetuſtæ originis.*] Valeriorum familia vetuſta fuit in urbe Roma, quæ ab hoc Valerio Corvini nomen accepit. *Oli.*

3. *Gens Corvina amplexa cognomen uſurpat.*] Ita vulgo. Inepte ac improprie dictum, *gens Corvina*, cum *gens Valeria* dici debeat. Valde mihi ſuſpectus eſt locus, quem ſane more ſuo ſcioli contaminarunt. In Atrebat. atque Campenſi legitur, *Gent Corvinia amplexa cognomen.* Corrigendum puto, *Gens Corvini amplexa cognomen.* Et ſubintelligitur *Valeria*; quæ profecto conſulatus principio gloriatur, propter Poplicolam, atque etiam celeritate, propter hunc M. Valerium. In Campenſi codice iiſdem verbis ſupernotatum, *noſtra.* Quæ dictio ſi inſeratur, minus hiulca atque obſcura erit oratio: atque inſuper demonſtrabit auctorem Valerium à Meſſalla Corvino Oratore originem ducere. *Pighius.*

4. *Et principio.*] Quia primus è familia ſua conſul factus fuerit.

5. *Scævolæ.*] Hic eſt ille Scævola, quem Carbo in ea provincia diligentiſſime obſervaverat, accuſaturus, ſi quid peccaſſet, ulciſcendi patentis gratia, qui ab hoc Scævola fuerat aliquando damnatus. Sed tanta fuit Scævolæ integritas, ut nullum illi criminandi locum reliquerit. *Oliver.* Contigit A. U. CDIV. & CDV.

6. *Duo ampliſſimi triumphi.*] Alter de Jugurtha rege Numidiæ, alter de Cimbris, Senonibus, & Teuthonis. *Oliver.*

7. *Ad rogum.*] Id eſt, ad mortem uſque gaudio exultavit, præterquam cum in paludibus delituit, & ad eum occidendum Minturnas miſſus eſt Cimber, ô Valeri; ſed illud comparatione felicitatis tum adeo breve fuit, ut merito dici poſſit, ad mortem uſque exultaſſe, nam ſeptimo conſulatu periit. *Oliv.*

8. *Equeſtria.*] Tunc Decurio fuit Marius.

1. Si

cœnam quidam Scipionem interrogaſſet, [1] ſi quid illi accidiſſet, quemnam reſp. æquè magnum habitura eſſet. Imperator ipſum reſpiciens infra ſe cubantem, vel hunc, dixit: Quo augurio perfectiſſima virtus, maximam orientem virtutem, videritne certius, [2] an efficacius accenderit, perpendi vix poteſt. Illa nimirum [3] cœna militaris, ſpecioſiſſimas tota in urbe Mario futuras cœnas ominata eſt. Poſtquam enim Cimbros ab eo deletos initio noctis nuntius pervenit, nemo fuit, qui non illi tanquam Diis immortalibus, apud ſacra menſæ ſuæ [4] libaverit.

8. [5] Jam quæ in Cn. Pompejum & ampla & nova congeſta ſunt, hinc aſſenſione favoris, illinc fremitu invidiæ lite-

1. *Si quid, &c.*] Scilicet adverſi. Intellexit autem necem, ſed ad evitandum malum omen, non audebat dicere, ſi mortem obiveris. *Bad.*

2. *An efficacius acciderit.*] Ita vulgo. In Cauchiano, *accenderit*. Recte, inflammavit enim virtutem Marii hac ſua voce Scipio, ut etiam teſtatur Plutarchus: Τὸν δ' οὖν Μάριον (inquit) ὑπὸ ταύτης λέγεται μάλιστα τῆς φωνῆς, ὥσπερ ὑπὸ θείας κληδόνος ἐπαρθέντα ταῖς ἐλπίσιν ὁρμῆσαι πρὸς τὴν πολιτείαν. *Pigh.*

3. *Cœna militaris.*] Certe, inquir, in cœna militari prævidit Scipio ſumptuoſas illas cœnas, quas populus Romanus ea nocte, qua nuntiatum fuit Cimbros ab eo fuiſſe deletos, in honorem Marii celebravit. *Oliv.*

4. *Libaverit.*] In omnibus ſacris epulis primitias Diis offerebant; ſed ea nocte non Diis, ſed Mario libarunt. *Idem.*

5. *Jam quæ in Cn. Pompejum.*] Quæ ampla & magnifica Pompeio contigerint, licet ex multis auctoribus colligi poſſit, ut è Plin. Nat. Hiſt. lib. VII. c. 26. qui ejus titulos omnes triumphoſque ſummatim percurrens, illum non ſolum Alexandri Magni, ſed Herculis & Liberi Patris fulgorem adæquaſſe dicit; & è Plutarcho, qui ejus vitam deſcribens, eum quaſi de toto orbe triumphaſſe oſtendit. Hæc tamen omnia ex Ciceronis Pompeiana facilius ac brevius. Eum igitur auctorem hoc loco ſequar, quoniam ejus verius erit teſtimonium. Dicit enim: *Non commemorabo nuper ita nobis patribuſque noſtris eſſe viſum, ut in uno C. Mario ſpes imperii poneretur, idem cum Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Thentonis bellum adminiſtraret. In ipſo Cn. Pompeio, in quo novi conſtitui nihil vult Q. Catulus, quam multa ſint nova ſummaque Catuli voluntate conſtituta recordamini. Quid enim tam novum, quam adoleſcentulum privatum, exercitum difficilem reip. Sylla conficere? confecit. huic præeſſe? præfuit. rem optime ductu ſuo gerere? geſſit. quid tam præter conſuetudinem, quam homini peradoleſcenti, cujus à ſenatorio gradu ætas longe abeſſet, imperium atque exercitum dari? Siciliam permitti atque Africam, bellumque in ea adminiſtrandum? Fuit in his provinciis ſingulari innocentia, gravitate, virtute. Bellum in Africa maximum confecit, victorem exercitum deportavit. Quid vero tam inauditum, quam equitem Romanum triumphare? At eam quoque rem pop. Rom. non modo vidit, ſed etiam omni ſtudio viſendam putavit. Quid tam inuſitatum, quam quum duo conſules clariſſimi fortiſſimique eſſent, Eques Romanus ad*

literarum monumentis obſtrepuntur. [1] Eques Romanus pro conſule in Hiſpaniam adverſus Sertorium, pari imperio cum Pio Metello principe civitatis miſſus eſt: nondum ullum honorem auſpicatus [2] bis triumphavit: initia magiſtratuum à ſummo imperio cœpit: [3] tertium conſulatum decreto ſenatus ſolus geſſit: de Mithridate, & Tigrane, [4] de multis præterea regibus, gentibus, [1] plu-

mus ad bellum maximum formidoloſiſſimumque pro Conſule mitteretur? Miſſus eſt. quo quidem tempore cum eſſet nonnemo in Senatu, qui diceret, non oportere mitti hominem privatum pro conſule; L. Philippus dixiſſe dicitur, non ſe illum ſua ſententia pro conſule, ſed pro conſulibus mittere. Tanta in eo reip. bene gerendæ ſpes conſtituebatur, ut duorum conſulum munus unius adoleſcentis virtuti committeretur. Quid tam ſingulare, quam ut ex Senatuſconſulto legibus ſolutus, conſul ante fieret, quam ullum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet? Quid tam incredibile, quam ut iterum eques Romanus ex Senatuſconſulto triumpharet? Quæ in hominibus omnibus nova poſt hominum memoriam conſtituta ſunt, ea tam multa non ſunt, quam hæc, quæ in hoc uno homine vidimus. Hæc Cicero. *Oliv. In Cn. Pompeium.*] Breviarium rerum ab ipſo geſtarum, quod Romæ in templo Minervæ cuſtodiri ajunt, adſcribam:

CN. POMPEIVS. MAGNVS. IMP. BELLO. XXX. ANNORVM. CONFECTO. FVSIS. FVGATIS. OCCISIS. IN. DEDITIONEM. ACCEPTIS. HOMINVM. VICIES. SEMEL. CENTENIS. LXXXIII. M. DEPRESSIS. AVT. CAPTIS. NAVIBVS. D. CCCXLVI. OPIDIS. CASTELLIS. M. D. XXXVIII. IN. FIDEM. RECEPTIS. TERRIS. A. MAEOTI. LACV. AD. RVBRVM. MARE. SVBACTIS. VOTVM. MERITO. MINERVAE. CVM. ORAM. MARITIMAM. A. PRAEDONIBVS. LIBERASSET. ET. IMPERIVM. MARIS. POPVLO. ROMANO. RESTITVISSET. EX. ASIA. PONTO. ARMENIA. PAPHLAGONIA. CAPPADOCIA. CILICIA. SCYTHIS. IVDAEIS. ALBANIS. IBERIA. INSVLA. CRETA. BASTERNIS. ET. SVPER. HAEC. DE. REGIBVS. MITHRIDATE. ATQVE. TIGRANE. TRIVMPHAVIT.

Coler. Contigère hæc A.U. DCLXXXVI. & DCLXXII, & DCXXCII, & DCXXCIII, & DCCI. & DCXCII.

1. *Eques Romanus.*] Hoc idem affirmat Cicero in Philipp. Livius tamen epit. libri XCI. dicit eum fuiſſe quæſtorem, quando adverſus Sertorium cum imperio conſulari miſſus eſt. Equitem vero fuiſſe dicit, cum in Africam miſſus eſt adverſus Cn. Domitium proſcriptum, & Hiarbam, regem Numidarum, bellum molientes. Quos victos interemit, natus annos quatuor & viginti, & de Africa triumphavit, quod ad eam diem nemini unquam contigerat, ut eques Romanus triumpharet. Sed Ciceroni magis credendum eſt, qui hæc omnia vidit & ſenſit. *Oliv.* In hodiernis editionibus Livii non invenio Quæſtorem fuiſſe.

2. *Bis triumphavit.*] Semel de Africa, devictis, ut ſupra, Domitio & Hiarba rege; rurſus de Sicilia, victo Carbone, qui flens, muliebriter mortem tulit; nam victum occidit. *Idem.*

3. *Tertium conſulatum.*] Hoc ex auctoritate M. Bibuli Catonis neceſſarii factum eſt, cujus ſententiam Cato laudavit, ut in ejus vita legitur. *Idem.*

4. *De multis regibus.*] De Ariobarzane, Pharnace, & Ariſtobulo. *Idem.*

1. *Plu-*

[1] plurimiſque civitatibus, & prædonibus, [2] unum duxit triumphum.

9. [3] Q. etiam Catulum pop. Rom. voce ſua tantum non ad ſidera uſque evexit. Nam cum ab eo [4] pro Roſtris interrogaretur, ſi in uno Pompejo Magno omnia reponere perſeveraſſet; abſumpto illo ſubiti caſus incurſu, in quo ſpem eſſet habiturus; ſummo conſenſu acclamavit, In te. Vim honorati judicii admirabilem. Siquidem Magnum Pompejum cum omnibus ornamentis, quæ retuli, duarum ſyllabarum ſpatio incluſum Catulo æquavit.

10. [5] Poteſt & M. Catonis ex Cypro cum regia pecunia revertentis [6] appulſus ad urbem videri memorabilis: cui navi egredienti conſules, & cæteri magiſtratus, & univerſus S. P. Q. R. [7] officii gratia præſto fuit. Non quod magnum pondus auri & argenti; ſed quod M. Catonem claſſis illa incolumem advexerat, lætatus.

11. [8] Sed neſcio an præcipuum ſit L. Marcii inuſitati decoris exemplum, quem equitem Romanum duo exercitus

P. &

1. *Plurimiſque civitatibus.*] Civitates prope noningentas cepit, inter quas & Hieroſolymam, ubi templum Judæorum, ad id tempus inviolatum, ſpoliavit, ex quo creditur, non illi poſt illam ſpoliationem proſpere quicquam ceſſiſſe. *Oliv.*

2. *Unum duxit triumphum.*] De his omnibus ſemel triumphavit, & triumphantis currum proſecuti ſunt reges ſupra memorati. *Idem.*

3. *Q. etiam, &c.*] Contigit anno urbis DCXXCVII.

4. *Pro roſtris.*] In concione ante roſtra.

5. *Poteſt & M. Catonis.*] De profectione M. Catonis in Cyprum, de regia pecunia Romam tranſvecta, de Cypro in provinciæ formam redacta, dictum eſt. *Oliv.* Contigit A. U. DCXCVII.

6. *Appulſus ad ripam Tyberis memorabilis videri.*] Ita vulgo. In manuſcriptis, *ad ripam urbis videri memorabilis.* Rara quidem locutione, ſed tamen vera. Non enim conſules, magiſtratuſque ripam Tyberis Oſtiæ appellenti occurrerunt, ſed cum navigio, ut ait Plutarchus, urbem intraret. Ut tamen ingenue fatear, neutra ſatisfacit lectio, illa enim mihi gloſſema videtur, hæc autem licet non ſyncera, veræ tamen lectionis notam præ ſeferre puto, eamque fuiſſe, *Appulſus ad urbem videri memorabilis.* Qui cum navigio fiat, gloſſographi expoſuêre, Ad ripam urbis, vel, ad ripam Tiberis. *Pigh.*

7. *Officii gratia.*] Præſtandi honoris gratia.

8. *Sed neſcio, &c.*] Notata eſt hiſtoria in cap. de Prodigiis l. I. Fuit hoc illi magnificum & illuſtre, quod duobus in Hiſpania occiſis Scipionibus, reliquiæ totius exercitus in unum collectæ ſummo conſenſu imperium ei detulerunt; qui cum in propinquo bina Pœnorum caſtra paucis milibus paſſuum diſtarent, cohortatus milites, proxima

 caſtra

P. & Cn. Scipionum interitu, victoriaque Aſdrubalis lacerati, [1] ducem legerunt: quo tempore ſalus eorum in ultimas anguſtias deducta, nullum ambitioni locum relinquebat.

12. [2] Merito virorum commemoratoni Sulpitia, Ser. Paterculi filia, Q. Fulvii Flacci uxor, adjicitur. Quæ, cum ſenatus [3] libris Sibyllinis [4] per decemviros inſpectis cenſuiſſet, ut Veneris [5] Verticordiæ ſimulachrum conſecraretur, quo facilius virginum mulierumque mentes à libidine ad pudicitiam converterentur; & ex omnibus matronis centum, ex centum autem decem ſorte ductæ, de ſanctiſſima fœmina judicium facerent, cunctis caſtitate prælata eſt.

EXTERNA.

1. Cæterum quia ſine ulla diminutione Romanæ majeſtatis extera quoque inſignia reſpici poſſunt, ad ea tranſgrediamur. [6] Pythagoræ tanta veneratio ab auditoribus tri-

buta

caſtra intempeſta nocte adortus eſt, & tum hoſtem victoriæ fiducia incompoſitum aggreſſus, ne nuntium quidem cladis reliquit; breviſſimo tempore militi ad requiem dato, eadem nocte raptim famam rei geſtæ prægreſſus, altera eorum caſtra invaſit, ita bis ſimili uſus eventu, deletis utrobique Pœnis, pœne amiſſas populo Rom. Hiſpanias reſtituit. *Oliv.*

1. *Ducem legerunt.*] Elegerunt ducem. Senatus tamen non approbavit, eo quod non ſatis modeſte victoriam ſuam ad eum ſcripſerat. *Bad.*

2. *Merito, &c.*] Contigit anno urbis DCXXXIX.

3. *Libris Sibyllinis.*] Quid de Sibyllis atque earundem libris ſentiendum ſit, vide Notas ad Salluſtium p. 25. & 26.

4. *Per decemviros.*] Qui Decemviri Sibyllini vocabantur.

5. *Verticordiæ.*] Quæ impudicarum mulierum corda ab libidine ad pudicitiam vertere credebatur; nam à vertendo corde Verticordia dicta eſt Venus. *Oliv.* *Veneris Verticordiæ.*] De hac Ovidius IV. Faſt. Lutatius ad illud Statii lib. V.

— *Et Idalias procul ablegaſſe volucres.*

Similis appellationis Venus apud Græcos fuit, ſed non ſimilis poteſtatis: nam Ἀποστροφίαν dixerunt, de qua Pauſanias. *Coler.*

6. *Pythagoræ, &c.*] De hac Pythagoræ veneratione Cicero lib. I. de Natura Deor. *Non ſunt*, inquit, *tam auctores in diſputando, quam rationis momenta quærenda, quinetiam obeſt plerumque his, qui diſcere volunt, auctoritas eorum, qui ſe docere profitentur. Deſinunt enim ſuum adhibere judicium, cum id habent ratum, quod ab eo, quem probant, judicatum vident. Nec vero probare ſoleo id, quod de Pythagoricis accepimus, qui ferunt, ſi quid affirmarent in diſputando, cum ex his quæreretur, quare ita eſſet, reſpondere ſolitos,* Ipſe dixit. *Ipſe autem erat Pythagoras, tantum præjudicata opinio poterat, ut etiam ſine ratione valeret auctoritas.* Oliv.

1. *Hoc*

Digitized by Google

buta eſt; ut quæ ab eo acceperant, in diſputationem deducere nefas exiſtimarent: Quinetiam interpellati ad reddendam cauſam; [1] hoc ſolum reſpondebant, Ipſum dixiſſe: Magnus honos, ſed ſchola tenus. Illa urbium ſuffragiis tributa eſt. [2] Enixo Crotoniatæ ſtudio ab eo petierunt, ut ſenatum ipſorum, qui mille hominum numero conſtabat, conſiliis ſuis uti pateretur. Opulentiſſimaque civitas tam frequenter venerati poſt mortem domum, Cereris ſacrarium fecit: quantumque illa urbs viguit, & Dea in hominis memoria, & homo in Deæ religione cultus eſt.

2. Gorgiæ vero Leontini ſtudiis literarum ætatis ſuæ cunctos præſtantis, adeo ut primus in conventu poſcere, qua de re quiſque audire vellet, auſus ſit, univerſa Græcia in templo [3] Delphici Apollinis ſtatuam ſolido ex auro poſuit; cum cæterorum ad id tempus auratas collocaſſet.

3. [4] Eadem genus ſummo conſenſu ad Amphiaraum decorandum incubuit; locum in quo humatus eſt, in formam con-

1. *Hoc ſolum reſpondebant, αὐτὸς ἔφη.*] Ita vulgo. Manuſcripti libri Græca verba non habent, ſed Latine produnt ita, *Hoc ſolum reſpondebant, Ipſum dixiſſe.* Ea verba Græciſſans ſciolus immutare voluit. *Pigh.*

2. *Enixo, &c.*] Diſcipulorum judicium ſcholam non excedebat, ſed quod ſequitur, in urbe celebratum eſt. Cum enim ſe in Calabriam Pythagoras contuliſſet, quæ tunc magna Græcia dicebatur, Crotonæ ludum aperuit. Crotoniatæ, cognita Pythagoræ ſapientia & integritate, cenſuerunt ſemper ejus conſiliis utendum eſſe in Senatu, quod ab illo ſummo ſtudio contenderunt, ut ſibi fieri liceret. Quamvis enim Senatus eorum numeroſus eſſet, quippe mille hominum, tamen uni tantum Pythagoræ tribuerunt, ut ejus conſiliis eorum Senatum plurimum ſuſtentari poſſe viderent; quia inter tot Senatores nemo inveniretur, qui cum illo in Sapientia & Virtute conferri poſſe videretur. Quare poſt ejus mortem domum Cereri conſecrarunt, ut eſſet in quo Dea ſub hominis illius memoria, & homo ſub Deæ religione coleretur. Hoc autem fecerunt Crotoniatæ, quia Pythagoras prædicare conſueverat, domum Philoſophantis eſſe ſacrarium ſapientiæ & veriſſimum Dei templum. *Oliverius.*

3. *Delphici Apollinis.*] Qua de re alibi actum eſt.

4. *Eadem gens.*] Non minus ſtudioſa fuiſſe videtur Græcia in decorando Amphiarao, quam fuerat in Gorgia Leontino. Nam ex univerſæ Græciæ decreto templum ibi conſtitutum eſt, ubi Amphiaraüs bello Thebano ſubito terræ hiatu fuerat abſorptus cum armis & equo; & ibidem non aliter, quam ex Delphici Apollinis & Jovis Hammonis templis, oracula petebantur. Magnificum profecto quod obtigit

conditionemque templi redigendo, atque inde oracula capi inſtituendo. Cujus cineres idem honoris poſſident, quod [1] Pythicæ Cortinæ, quod [2] aheno [3] Dodonæ, quod [4] Hammonis fonti datur.

4. [5] Pherenices quoque non vulgaris honos, cui ſoli omnium fœminarum [6] gymnico ſpectaculo intereſſe permiſſum eſt, cum ad Olympia filium Euclea certamen ingreſſurum adduxiſſet, [7] Olympionice patre genita, fratribus eandem palmam aſſecutis latera ejus cingentibus.

VA-

Amphiarao, ut in dandis reſponſis Apollini par foret & Hammoni. Amphiarai nota eſt hiſtoria apud Statium. Fuit autem vates clariſſimus, & in adoleſcentia ab Argonautis accitus, qui deinde bello Thebano, cum montem aſcendiſſet, viſurus quid ex eo bello eventurum eſſet Argivis; inter cætera prævidit ſe ex eo bello non reverſurum: quare, ut fata vitaret, latebras quæſivit, ubi deliteſcens, cum ab Adraſto cogi non poſſet, ſed ab Eriphyle ejus uxore, quæ capta monili Argiæ Adraſti filiæ, & Polynicis uxoris, quod olim Vulcanus Hermionæ privignæ fabricaverat, cupiditatem auri conjugis ſaluti præpoſuit, indicatus, & ad bellum ductus: quo primum die deſcendit in campum, facto repente maximo terræ motu, telluris voragine abſorptus, obiit. *Oliv.*

1. *Pythicæ cortinæ.*] Id eſt, ſecreto antri Delphici.

2. *Aheno.*] Æreo ſimulacro in formam columbæ, aut lebetis Dodonæ ſylvæ, è cujus tinnitu futura judicabant. Male autem legunt quidam, *Athenæ:* ſed, ut dixi, exemplari deluſi. *Badius.*

3. *Dodonæ.*] Dodona fuit Epiri oppidum, habens propinquum nemus, Jovi conſecratum, quercuum totum, in quo dabant reſponſa columbæ. Sunt qui dicant hoc nemus fuiſſe etiam Palladi conſecratum, quorum ſententiam ſequitur nunc Valerius, dicens, *Athenas Dodoneas*, propter Palladem. *Oliver.* Male. Vide ſupra Bad.

4. *Hammonis fonti.*] Jovis, qui Baccho per Libyen exercitum ducenti, cum ſiti pæne deficerent, apparuit in arena ſub ſpecie arietis, & ad fontem perduxit, ubi, extructo templo, reſponſa dedit, ad quem etiam Alexander Magnus, qui ſe Hammonis filium mentiebatur, pervenit, ab illius ſacerdotibus adulanter exceptus. *Bad. Hammonis,*] Qui à Chamo nomen accepit, cui Libya contigerat.

5. *Pherenices quoque.*] Apud Græcos mulieri non licebat Olympicis ludis & certaminibus intereſſe, & recte quidem, ubi homines nudi plerunque certarent, à mulieribus ob pudicitiam non ſpectandi. Quem morem Statius 1. Thebaïd. per tranſitum tangit, cum dicit:

—— *Excluſæque expectant præmia matres.*

Quod igitur nulli mulieri conceſſum fuerat, datum eſt Pherenici mulieri, ut Olympico certamini cum filio & fratribus poſſit intereſſe, nec immerito, quippe quæ patrem, quæ filium, quæ fratres in eo certamine ſæpe victores, & glorioſam inde palmam referentes haberet. *Oliv.*

6. *Gymnico ſpectaculo.*] Olympico certamini, in quo nudi homines ſe palæſtra exercebant, ubi mulieribus intereſſe non licebat. *Oliv.*

7. *Olympionice.*] Id eſt, quæ nata erat ex patre ſæpe victore Olympici certaminis. *Idem.*

1. *Luxu-*

VALERII MAXIMI
LIBER NONUS.

CAP. I.
DE LUXURIA ET LIBIDINE.

EXEMPLA ROMANA SUNT.

1. *C Sergius Orata.*
2. *Clodius Æſopi Tragœdi F.*
3. *Mulieres legis Oppiæ oppugnatrices.*
4. *Cn. Domitius & L. Craſſus cenſ.*
5. *Q. Metellus Pius.*
6. *C Scribonius Curio filius.*
7. *P. Clodii judicium.*
8. *Gemellus viator tribunicius.*
9. *L. Catilina.*

EXTERNA.

1. *Annibal Pœnus Amilcaris F.*
2. *Vulſinienſes.*
3. *Xerxes Perſarum rex.*
4. *Antiochus Syriæ rex.*
5. *Ptolomæus Ægypti rex.*
6. *Ægyptii.*
7. *Cyprii.*

Blandum etiam malum [1] luxuria, quam accuſare aliquanto facilius eſt, quàm vitare, operi noſtro inferatur: Non quidem ut ullum honorem recipiat; ſed ut ſe ipſam recognoſcens, ad pœnitentiam impelli poſſit. Jungatur illi libido: quoniam ex iiſdem vitiorum principiis oritur: neque aut à reprehenſione, aut ab emendatione ſeparentur [2] gemino mentis errore connexæ.

1. C. Ser-

1. *Luxuria.*] *Luxuria* dicitur omnium rerum ſuperfluitas, ex ſuperfluitate rerum naſcitur libido & intemperantia. Quicquid enim placet, dicitur libido, ſed luxuria in rebus Venereis magis poſita, libido in cupiditate & voluptate aliarum rerum. *Oliv.*

2. *Gemino mentis errore.*] Duplici vitio, libidinis ut cupiat, & luxuriæ ut expleat. Mens primo capitur deſiderio alicujus rei, deinde expletur. *Idem.*

1. C. Sergius Orata [1] penſilia balnea primus facere inſtituit: quæ impenſa levibus initiis cœpta, ad ſuſpenſa calidæ aquæ tantum non æquora penetravit.

Idem videlicet, ne gulam Neptuni arbitrio ſubjectam haberet, [2] peculiaria ſibi maria excogitavit; [3] æſtuariis intercipiendo fluctus, piſciumque diverſos greges [4] ſeparatos molibus includendo, ut nulla tam ſæva tempeſtas incideret, qua non Oratæ menſæ varietate ferculorum abundarent. Ædificiis etiam ſpacioſis & excelſis deſerta ad id tempus ora Lucrini lacus preſſit; quo recentiore uſu conchyliorum frueretur: Ubi dum ſe [5] publicæ aquæ cupidius immer-

1. *Penſilia balnea.*] Seneca Epiſt. xci. *Quædam noſtra demum prodiiſſe memoria ſcimus: ut ſpeculariorum uſum perlucente teſta, clarum tranſmittentia lumen, ut ſuſpenſuras balneorum & impreſſos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor, qui ima ſimul & ſumma foveret æqualiter.* Coler.

2. *Peculiaria ſibi maria.*] Sua propria, tanquam privata, non communia; nam vivaria ſibi ſtruxerat in mari, ubi ſervarentur omnis generis piſces, vel certe variæ piſcium ſpecies. *Oliv.*

3. *Æſtuariis.*] *Æſtuaria* dicuntur, per quæ mare viciſſim commeat, ut ſunt lacunæ, quæ maris æſtu & undatione replentur. *Idem.*

4. *Separatis molibus.*] A reliquo mari murorum mole, & aliorum ædificiorum magnitudine ſeparaverat æſtuaria & piſcium vivaria. *Idem.*

5. *Publicæ aquæ cupidius.*] Lucrinus lacus publicus erat, & ex piſcatione lucri plurimum mercatores facere conſueverant ob piſcium multitudinem. Eſt autem lacus Campaniæ inter Bajas & Cumas, quem Diodotus Sicul. dicit prius Avernum fuiſſe nominatum. Silius vero Cocyton. Verſus exſtat:

Aſt hic Lucrino manſiſſe vocabula quondam
Cocyti memorant, ——

Sed cum proximum ſit mare, & ſæpe in lacum æſtuaret, grandia plerumque damna mercatoribus ipſis & piſcatoribus inferebat; ob quod grande vectigal, quod Romanis perſolvebatur, ſæpius fruſtrabatur, unde à Senatu Julio Cæſari negocium datum eſt, ut Lucrinum à maris impetu tutum redderet & immunem, qui oppoſitis murorum molibus, & parvulo relicto mari, quod ad lacum tranſcenderet, rem ipſam confecit, & voluit aquas Julias vocari, quod Virgilius oſtendit lib. Georg. II.

An memorem portus Lucrinoque addita clauſtra,
Atque indignatum magnis ſtridoribus æquor,
Julia qua ponto longe ſonat unda refuſo.

Strabo tamen dicit ab Agrippa hoc factum eſſe, his ferme verbis: *Eandem melius ſtruxit Agrippa in exteriore parte ad arcendum pelagus, ita ut poſtea ſinus efficeretur Lucrinus, oſtreis capiendis uberrimus.* Verum ea loca ſaxoſa eſſe, & oſtreis referta, oſtendere videtur Juvenalis, cum ait:

—— *Nulli major fuit uſus edendi*
Tempeſtate mea, Circeis nata forent ne
Lucrinum ad ſaxum Ruptipino ve edita fundo
Oſtre, callebat primo deprendere morſu.

Publicam igitur aquam occupaverat iſte Sergius, & Lucrinum ſibi fecerat eſſe

mergit, cum [1] Conſidio Publicano judicium nactus eſt: in quo L. Craſſus adverſus illum cauſſam agens, errare amicum ſuum Conſidium dixit, quod putaret Oratam remotum à lacu, cariturum oſtreis: namque ea, ſi inde petere non licuiſſet, [2] in tegulis reperturum.

2. Huic nimirum magis [3] Æſopus tragicus in adoptionem dare [4] filium ſuum, quam bonorum ſuorum hæredem relinquere debuit: non ſolum perditæ, ſed etiam furioſæ luxuriæ juvenem. Quem conſtat [5] cantu commendabiles aviculas immanibus emptas preciis, in cœna pro ficedulis ponere, [6] acetoque [7] liquatos magnæ ſummæ uniones potionibus aſpergere ſolitum; ampliſſimum patrimonium, tanquam amaram aliquam [8] ſarcinam, quam celerrimè abjicere cupientem: Quorum alterius ſenis, alterius adoleſcen-

eſſe peculiarem, quare piſcatores inde non niſi ex voluntare illius oſtrea expiſcari poterant, ex quo publicani vectigalium ſuorum jacturam patiebantur. *Oliv.*

1. *Conſidii.*] Trahebatur in judicium, quod ſua ſibi vectigalia, quæ ex Lucrino lacu conduxerat, ejus ædificiis & operibus diminuerentur. *Oliv. Conſidii publicani judicium nactus eſt.*] Ita vulgo. Veteres libri omnes, *Cum Conſidio publicano judicium nactus eſt.* Recte. *Judicium* enim cum *aliquo nanciſci*, eſt in controverſiam vel contentionem venire. *Pigh.*

2. *In tegulis.*] Cicero Hortenſio: *Sollertiaque ea, qua poſſet vel in tegulis proſeminare oſtreas.* Seneca 5. Controverſ. *Alunt in ſummis culminibus mentita nemora, & navigabilium piſcinarum freta.* Colerus.

3. *Æſopus tragœdus.*] Ita vulgo. Exemplar Atrebatenſe & Gemblacenſe, *Æſopus tragicus.* Plinio tragicus dicitur hiſtrio. Sic Livius Ariſtonem tragicum actorem vocat lib. XXIV. *Pigh.*

4. *Filium.*] De quo Flaccus in Sermonibus:

Filius Æſopi direptam ex aure Metellæ,
Scilicet ut decies ſolidum ſorberet aceto,
Diluit inſignem baccam. ——

Plinius lib. IX. cap. 33. ſingulis convivis ad ſorbendum uniones dediſſe refert.

5. *Cantu commendabiles.*] De patre Æſopo ita quoque ſcribit Plinius lib. X. cap. 51. *Maxime*, inquit, *inſignis eſt in hac memoria Clodii Æſopi Tragœdi hiſtrionis patina, ſexcentis ſeſtertiis taxata, in qua poſuit aves cantu aliquo aut humano ſermone vocales, nummis ſex ſingulas coëmptas, nulla alia inductus ſuavitate, niſi ut in his imitationem hominis manderet, ne quæſtus quidem ſuos reveritus illos opimos & voce meritos, dignus prorſus filio, à quo diximus devoratas margaritas, &c.* Oliver.

6. *Acetoque liquefactos.*] Quod idem legitur Cleopatra in vita Marci Antonii, & in Plin. Nat. Hiſt. lib. IX. cap. 35. & in Macrob. Saturnal. libro II. cap. 13. feciſſe. Quam hiſtoriam qui deſiderat, apud hos autores inveniet. *Oliverius.*

7. *Liquatos.*] Reſolutos in liquorem, aceto.

8. *Sarcinam amaram.*] Gravem & inique prementem.

ſcentis ſectam ſecuti plurimi, longius manus porrexerunt. Neque enim ullum finitur vitium ibi, ubi oritur. Inde ab Oceani littoribus attracti piſces, inde [1] infuſæ culinis oſtreæ. Arte cenſibuſque edendi atque bibendi voluptas reperta eſt.

3. [2] Urbi autem noſtræ ſecundi belli Punici finis, & Philippus rex Macedoniæ devictus, licentioris vitæ fiduciam dedit. Quo tempore matronæ [3] Brutorum domum auſæ ſunt obſidere, qui abrogatione legis Oppiæ intercedere parati erant, quam fœminæ tolli cupiebant: quia his nec veſte varii coloris uti, nec auri plus ſemuncia habere, nec jun-

1. *Infuſæ culinis arcæ.*] Aliter, *oſtreæ.* Conſumptæ ſunt & exhauſtæ arcæ in parandis luxurioſis cænis. *Oliver. Inde ipfuſæ culinis oſtreæ. Arte cenſibuſque edendi atque bibendi voluptas reperta eſt.*] Abeſt τὸ *oſtreæ*, à pleriſque omnibus libris, & tollo ſane ego, ac reſcribo: *Inde infuſæ culinis artes, cenſibuſque, &c.* Sententiam egregiam elicio: *Et hinc,* inquit, *repertæ culinariæ illæ artes, & patrimoniorum pretiis empti coqui.* Lipſius.

2. *Urbi autem noſtræ, &c.*] Livius lib. XXXIV. inquit: *Inter bellorum magnorum, ac vix dum finitorum aut imminentium curas intercesſit res parva dictu, ſed quæ ſtudiis in magnum certamen exceſſerit. M. Fundanius & L. Valerius tribb. pl. ad plebem tulerunt de Oppia lege abroganda. Tulerat eam C. Oppius tribunus plebis Q. Fabio, T. Sempronio Conſulibus in medio ardore Punici belli, ne qua mulier plus ſemuncia auri haberet, neu veſtimento verſicolori uteretur, neu juncto vehiculo in urbe oppidove, aut propius inde mille paſſus, niſi ſacrorum publicorum cauſa veheretur. M. & P. Junii Bruti tribb. pl. legem Oppiam tuebantur, neque eam ſe abrogari paſſuros ajebant, ad ſuadendum, diſſuadendumque multi nobiles prodibant, Capitolium turba hominum faventium adverſantiumque legi complebatur, matronæ nulla nec auctoritate, nec verecundia, nec imperio virorum contineri limine poterant, omnes vias urbis, aditusque in forum obſidebant, viros deſcendentes ad forum orantes, ut florente republica, creſcente indies privata omnium fortuna, matronis quoque priſtinum ornatum reddi paterentur. Augebatur hæc frequentia mulierum indies, nam etiam ex oppidis conciliabuliſque convenerant, jam & conſules, & prætores, alioſque magiſtratus adire & rogare audebant, cæterum minime exorabilem alterum utique conſulem, M. Porcium Catonem, habebant, qui pro lege, ne abrogaretur, copioſiſſime facundiſſimeque diſſeruit, cujus ſententiam tribuni plebis, qui ſe interceſſuros profesſi erant, multis verbis comprobarunt. Contra vero L. Valerius trib. pleb. cum multa & contra legem, & pro lege dicta eſſent, aliquanto major frequentia mulierum, poſtero die ſeſe in publicum effudit, unoque agmine omnes tribunorum januas obſederunt, qui collegarum rogationi intercedebant, nec ante abſtiterunt, quam remiſſa interceſſio à tribunis eſt. Nulla deinde dubitatio fuit, quin omnes tribus legem abrogarent. Annis viginti poſt abrogata eſt, quam lata.* Oliverius.

3. *Brutorum domum.*] Qui tunc tribuni plebis erant, ſcil. Marcus & P. Junius Brutus. *Oliv.*

1. Præ

junĉto vehiculo [1] propius Urbem mille paſſus, niſi ſacrificii gratia vehi permittebat. Et quidem obtinuerunt, ut jus per continuos viginti annos ſervatum aboleretur. [2] Non enim providerunt ſeculi illius viri, ad quem cultum tenderet inſoliti cœtus pertinax ſtudium; aut quo ſe uſque effuſura eſſet legum victrix audacia. Quod ſi animi muliebris apparatus intueri potuiſſent, quibus quotidie aliquid novitatis ſumptuoſius adjectum eſt; in ipſo introitu ruenti luxuriæ obſtitiſſent.

4. [3] Sed quid ego de fœminis ulterius loquor? quas & imbecillitas mentis, & graviorum operum negata affectatio, omne ſtudium ad curioſiorem ſui cultum hortatur conferre; cum temporum ſuperiorum & nominis & animi excellentes viros, in hoc priſcæ continentiæ ignotum [4] diverticulum prolapſos videam; idque [5] jurgio ipſorum pateat.

Cn. Domitius L. Craſſo collegæ ſuo altercatione orta objecit, quod columnas Hymettias in porticu domus haberet. Quem continuo Craſſus, quanti ipſe [6] domum ſuam æſtimaret, interrogavit. Atque ut reſpondit, ſexagies ſeſtertio:

1. *Propius urbem.*] In loco, qui non diſtaret ab urbe mille paſſibus. *Bad.*

2. *Nec enim providerunt, &c.*] Non ſatis conſidetarunt, inquit, Romani illi, qui legem abrogarunt, quem finem eſſet habitura mulierum cupiditas, quæ licentiam ſemel nacta, ſic effuſe in omnem luxum effertur, ut nulla modeſtia terminari, nulla copia expleri poſſe videatur, donec in perniciem lapſa fuerit. Infinita & inſatiabilis eſt mulieris libido, quæ ſemper novos cultus excogitat, novos apparatus molitur, nullum modum, nullam modeſtiam habet. *Oliver.*

3. *Sed, &c.*] Contig. A. U. DCLXI.

4. *Diverticulum.*] In hunc errorem, & de recta via declinationem. Eſt enim à via ſumpta tranſlatio, nam *diverticula* dicuntur loca ad quæ divertimus de via, quaſi viarum divortia. *Oliv.*

5. *Jurgio.*] Contentione aut convicio ipſorum, ut ſequentium, Domitii & Craſſi. *Bad.*

6. *Domum ſuam.*] Has ædes Plinius in principio XVII. Nat. Hiſt. non emiſſe Craſſum dicit, ſed ipſi ex hæreditate obveniſſe; tanti vero à Domitio fuiſſe æſtimatas pretium promittente. Dicit enim: *Nobiliſſimarum gentium ambo, Craſſus atque Domitius, cenſuram poſt conſulatum ſimul geſſere anno conditæ urbis ſexcenteſimo ſexageſimo ſecundo, frequentem jurgiis, propter diſſimilitudinem morum. Tunc Cn. Domitius, ut erat vehemens natura, præterea accenſus odio, quod ex æmulatione avidiſſimum eſt, graviter increpuit tanti cenſorem habitare, pro domo ejus centum millia nummorum identidem promittens, & Craſſus, ut præ-*

ſtertio: Quanto ergo eam, inquit, minoris fore exiſtimas, ſi [1] decem arbuſculas inde ſuccidero: Ipſo tricies ſeſtertio, ait Domitius. Tunc Craſſus; Uter igitur luxurioſior eſt? Egone, qui decem columnas centum millibus nummûm emi? an tu qui decem arbuſcularum umbram tricies ſeſtertiûm ſumma compenſas? [2] Sermonem oblitum [3] Pyrrhi, immemorem Annibalis, jamque tranſmarinorum ſtipendiorum abundantia oſcitantem: aliquanto tamen inſequentium ſeculorum ædificiis & nemoribus anguſtiorem. Quoniam inchoatam à ſe lautitiam poſteris relinquere, quam à majoribus acceptam continentiam retinere maluerunt.

5. [4] Quid enim ſibi voluit princeps ſuorum temporum Metellus Pius, tunc cum in Hiſpania adventus ſuos ab hoſpitibus aris & thure excipi patiebatur; cum [5] Attalicis aulæis conte&tos parietes læto animo intuebatur? cum [6] immanibus epulis apparatiſſimos interponi ludos ſinebat? cum [7] palmata veſte convivia celebrabat, * demiſſaſque lacunari-

ſens ingenio ſemper & faceto lepore ſolers concedere ſe reſpondit, exceptis ſex arboribus, ac ne uno quidem denario, ſi adimerentur, emptam, volente Domitio, Craſſus, utrumne igitur ego ſum, inquit, quæſo, Domiti, exemplo gravis, & ab ipſa cenſura notandus? Qui in domo, quæ mihi hæreditate obvenit, comiter habitem? An tu, qui tanti ſex arbores æſtimes? Eæ fuêre Loti, parvula ramorum opacitate laſcivæ. Item alibi lib. xxxvi. dicit hunc Craſſum à M. Bruto in jurgio notatum: *Iam enim*, inquit, *L. Craſſum oratorem illum, qui primus peregrini marmoris columnas habuit in eodem atrio hymettias, tamen nec plures ſex, aut longiores duodenûm pedum, quem M. Brutus in jurgiis ob id Venerem Palatinam appellaverat.* Oliv.

1. *Decem arbuſcularum.*] Plinius, ut vidimus, ſex tantummodo fuiſſe dicit.

2. *Sermonem oblitum.*] Sermones, inquit, Craſſi atque Domitii penitus obliti eſſe videbantur illius veteris parcimoniæ, quæ bello Punico Tarentinoque viguit in urbe Romana, jamque animum adjecerant ad illam pernicioſam luxuriam Aſiaticam Romani. *Oliverius.*

3. *Pyrrhi.*] Dixit enim Pyrrhus, cum muneribus ſuis locum Romæ non eſſe cognovit, ejus capiundæ ſpem nullam reliquam eſſe, & Annibal, priuſquam luxu caperentur, Romanos capi non poſſe. *Badius.*

4. *Quid enim, &c.*] De luxuria Metelli Pii Macrob. Saturnal. lib. I. cum Salluſtii teſtimonio meminit. *Oliv.*

5. *Attalicis aulæis.*] Quæ primum in aula regis Attali inventa fuerunt. *Aulæis.*] Quæ potiſſimum ſuſpenduntur.

6. *Immanibus.*] Sumptuoſiſſimis.

7. *Palmata veſte.*] In conviviis triumphali veſte utebatur. Palmata, triumphali, qua imperatores victoria potiti, triumphare conſueverant. *Oliv.*

* *Demiſ-*

cunaribus aureas coronas velut cœleſti capiti recipiebat? Et ubi iſta? non in Græcia, neque in Aſia; quarum luxuria ſeveritas ipſa corrumpi poterat: ſed in [1] horrida & bellicoſa provincia, cum præſertim acerrimus hoſtis Sertorius, Romanorum exercituum oculos Luſitanis telis perſtringeret: Adeo illi [2] patris ſui [3] Numidica caſtra exciderant. Patet igitur, quam celeri tranſitu luxuria affluxerit. Nam cujus adoleſcentia priſcos mores vidit, ſenectus novos orſa eſt.

6. [4] Conſimilis mutatio in domo Curionum exſtitit: Siquidem [5] forum noſtrum & patris [6] graviſſimum ſupercilium, [7] & filii ſexcenties ſeſtertiûm æris alieni aſpexit, [8] contractum famoſa injuria nobilium juvenum. Itaque eodem tempore, & in iiſdem penatibus diverſa ſecula habitarunt, frugaliſſimum alterum, alterum nequiſſimum.

7. [9] P. autem Clodii judicium quanta luxuria & libidine ab-

* *Demiſſaſque lacunaribus.*] Ita vulgo. Salluſtius lib. II. Hiſt. *Præterea cum ſedenti tranſenna demiſſum victoriæ ſimulacrum cum machinato ſtrepitu tonitruum coronam capiti imponebat.* Coler.

1. *Horrida.*] Scilicet Hiſpania.

2. *Patris ſui.*] Metelli Numidici, qui Jugurtham Numidiæ regem bello ſæpius ſuperaverat. *Oliv.*

3. *Numidica caſtra.*] Quæ pater ſuus ſeveriſſime rexerat, & inſtituerat in Numidia contra Jugurtham, quia primus, correcta diſciplina militari, Jugurtham ſibi diffidere coëgit, & ad veram deditionem animum applicare, quamvis Marii factione victoria ſumma, quam pene in manibus habebat, ad Marium tranſlata eſt. *Bad.*

4. *Conſimilis mutatio.*] Curio ad quem Cicero priores ſecundi libri epiſtolas ſcribit, trib. plebis, principio diſſenſionis Cæſaris atque Pompeii, patrem avumque habuit, oratores egregios & continentiſſimos viros, cujus patrem clariſſimum ſuis laudibus omnium fortunam ſuperaturum fuiſſe dixit Cicero, ſi ei contigiſſet, ut hunc Curionem filium ante videret, quam à vita diſcederet: ipſe vero tribunus plebis factus, Cæſaris actionibus, cujus eſſet inimiciſſimus, primo reſiſtere cœpit, deinde cum luxurioſe vivendo æris alieni plurimum contraxiſſet, illi facile conciliatus eſt, &, teſte Appiano, pudicitiam non ſatis honeſtam habuiſſe creditur; nam adoleſcentes ejus domum frequentabant, muneribus illecti: cum Cæſare quoque parum pudice vixiſſe exiſtimatur. *Oliv.*

5. *Forum noſtrum.*] Cives Romani, continens pro contento.

6. *Graviſſimum ſupercilium.*] Rigidiſſimam ſocietatem.

7. *Et filii.*] Curionis tribuni plebis inter initia belli civilis, quod inter Cæſarem & Pompejum geſtum eſt. *Oliv.*

8. *Contractum famoſa injuria.*] Ut ſuæ libidini ſatisfaceret, adoleſcentesque muneribus & pretio corrumperet, quibus abuteretur; nam honeſtis verbis rem turpiſſimam innuit. *Oliv.*

9. *Publii autem Clodii.*] P. Clodium Deæ Floræ ſacra violaſſe, inceſtique reum factum eſſe à corruptis judicibus abſo-

abundavit? in quo ut evidenter inceſti crimine nocens reus abſolveretur, noctes matronarum & adoleſcentium nobilium magna ſumma emptæ mercedis loco judicibus erogatæ ſunt. Quo in flagitio tam tetro, tamque multiplici, neſcias primum quem deteſtêre; an qui iſtud corruptelæ genus excogitavit, an qui ſuam pudicitiam [1] ſequeſtrem perjurii fieri paſſi ſunt, an qui [2] religionem ſtupro permutarunt.

8. Æquè flagitioſum illud convivium, quod Gemellus [3] Tribunicius viator [4] ingenui ſanguinis, ſed officii intra ſervilem habitum deformis, [5] Metello Scipioni conſuli, ac tribunis plebis, [6] magno cum rubore civitatis comparavit Lupa-

abſolutum diximus in cap. de Teſtibus, & alio loco. Quomodo vero corruptio illa facta ſit, nunc oſtendit. Non tantum pecunia, quod tolerabilius fuiſſet, ſed perdita luxuria, quod turpius fuit, nam matronas ingenuas, nobileſque pueros ingenti pretio conduxit, quos judicum libidini ſubjiceret. Ut enim cujuſque ſtudium flagrabat, ſic ejus libidini obtemperabat, ut aliis ſcorta, aliis pecuniam præberet, dummodo ſibi obnoxios redderet, à quibus abſolveretur, neque ſumptui, neque modeſtiæ ſuæ parceret. *Oliv.* Contigit A. U. DCXCII.

1. *Sequeſtrem.*] Mediatricem perjurii, quia concubitus illi cauſa fuêre, ut pejerarent judices in abſolvendo Clodio nocentiſſimo & turpiſſimo homine. *Oliver.*

2. *Religionem.*] Juſtitiam, quæ violari non poteſt ſine Deorum contemptu. *Religionem.*] Obſervationem jurisjurandi.

3. *Tribunicius viator.*] Miniſter tribunorum, qui ex agris ſenatores in curiam accire conſueverat, nam à via *viatores* ſunt appellati. *Oliv.*

4. *Ingenui ſanguinis.*] Nam in libera domo natus erat, & ipſe ingenuus, ſed ad ſervilem ſe fortunam redegerat viatoris officium exercendo, quod deforme ſemper fuit, atque ſervile. *Idem.*

5. *Metello & Scipioni conſulibus.*] Ita vulgo. Collegium hoc conſulum in faſtis non reperitur. In Winch. & Arreb. habemus, *Metello & Scipioni Coſſ.* Auferenda eſt copula, ſcribendumque; *Metello Scipioni conſuli ac tribunis plebis.* Fuit autem Q. Metellus Scipio conſul cum Cn. Pompejo Magno genero ſuo non diu ante bellum civile; quo maxime tempore Roma luxu atque opibus diffluebat. Scioli bina cognomina hæc unius eſſe ignorantes, interpoſita copula duos fecerunt conſules, moti præterea verbis ſubſequentibus, ubi dicit auctor: *Epulas conſulibus & tribunis non celebrandas, ſed vindicandas.* Et ſane fuit convivium hoc à viatore datum non uni conſuli, ſed omnibus etiam magiſtratibus puniendum. *Pigh.*

6. *Magno cum rubore civitatis.*] Quod ſummi magiſtratus, in quibus imperii majeſtas conſpicitur, tam luxurioſis epulis, tantæque obſcœnitati ſe tradidiſſent, ut nobiliſſimas matronas ingenuumque puerum ad explendam corporis ſui libidinem inter epulas proſtituendos habuerint, in quibus propter dignitatem imperiique majeſtatem ſumma continentia eſſe debuerat. *Oliv.*

1. Mu-

Lupanari enim domi ſuæ inſtituto, [1] Muciam, & [2] Fulviam, tum à patre, tum à viro utramque abductam, & nobilem puerum Saturninum in eo proſtituit. [3] Probroſæ patientiæ corpora ludibrio temulentæ libidini futura: epulas conſulibus & tribunis non celebrandas, ſed vindicandas.

9. [4] Præcipuè vero Catilinæ libido ſceleſta: Nam veſano amore Aureliæ Oreſtillæ correptus, cum unum impedimentum videret, quo minus nuptiis inter ſe jungerentur, filium ſuum, quem & ſolum, & ætate jam puberem habebat, veneno ſuſtulit: protinuſque ex rogo ejus [5] maritalem facem accendit, ac novæ maritæ orbitatem ſuam loco muneris erogavit. [6] Eodem deinde animo civem ſe gerens, quo patrem egerat: filii pariter manibus, & nefariè attentatæ patriæ pœnas dedit.

EXTERNA.

1. [7] At Campana luxuria perquam utilis civitati noſtræ fuit.

1. *Muciam.*] Mucii Scævolæ filiam, & Pompeii Magni uxorem, cui poſt Mithridaticam victoriam Pompeius in patriam rediens miſit libellum divortii, quod eam haberet adulterii nomine ſuſpectam. *Oliv.* *Muciam.*] Aliter, *Mummiam & Flaviam.*

2. *Fulviam.*] Fulvii Flacci filiam, quæ primum Clodio, deinde M. Antonio nupſit. *Idem.*

3. *Probroſæ proſapiæ.*] Ita vulgo. Legendum, ut nonnulli Codices habent, *patientiæ.* Patientiam ἐν ἐρωτικοῖς eſſe quis neſcit? *Coler.*

4. *Præcipue vero, &c.*] Salluſtius bello Catilinario de ſcelerata Catilinæ luxuria, perditaque libidine: *Jam primum,* inquit, *Catilina adoleſcens multa nefanda ſtupra fecerat, cum virgine nobili, cum ſacerdote Deæ Veſtæ, & alia hujuſcemodi contra jus faſque: poſtremo captus amore Aureliæ Oreſtillæ, cujus præter formam nihil unquam laudavit bonus: quod ea nubere illi dubitabat, timens privignum adultum ætate, creditur pro certo, necato filio, vacuam domum ſceleſtis nuptiis feciſſe.*

5. *Maritalem facem.*] Tam propere illam poſt filii mortem duxit uxorem, ut ex medio rogo filii facem ejus conjugii accendiſſe videatur. *Oliv.* *Maritalem facem.*] Id eſt, tædam, quæ nubentibus præferti ſolebat. *Bad.*

6. *Eodem deinde animo.*] Quia non aliter in patriam impius fuerat, quam in filium, quippe quam ſcelerata conjuratione perdere moliebatur, ni Ciceronis, tum conſulis, ſapientia reſtitiſſet. Nota eſt hiſtoria. *Oliv.*

7. *At Campana luxuria.*] Poſt Cannenſem cladem ſatis conſtat Capuam tum luxuriante longa felicitate ac indulgentia fortunæ, & maxime inter corrupta omnia, licentia plebis ſine modo libertatem exercentis, ad Annibalem cum Romanorum inſultatione defeciſſe: ad quam, cum appetente hyeme Annibal exercitum in hiberna deduxiſſet, partemque hyemis majorem illum in tectis habuiſſet, adverſus

omnia

fuit. Invictum enim armis Annibalem [1] illecebris ſuis complexa, vincendum Romano militi tribuit. Ita vigilantiſſimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, unguentorum fragantia, Veneris uſu laſciviore, ad ſomnum & delicias evocavit. Ac tum demum fracta & contuſa Punica feritas eſt, cum [2] Selapſia ei & [3] Albana, caſtra eſſe cœperunt. Quid ergo his vitiis fœdius, quid etiam damnoſius, quibus virtus atteritur, victoriæ langueſcunt, ſopita gloria in infamiam convertitur, animique pariter & corporis vires expugnantur? Adeo ut

neſcias

omnia mala diu ſæpeque durantem, bonis inexpertum atque inſuetum militem hac una hibernatione perdidit; nam quem nulla vis mali vicerat, nimia bona & immodicæ voluptates perdidêre, & eo impenſius, quo avidius, ex adoleſcentia in eas immerſerant. Somnus enim & vinum, & epulæ & ſcorta, balneaque & otium conſuetudine indies blandius ita enervarunt corpora animoſque, ut magis deinde victoriæ præteritæ eos, quam præſentes tutarentur vires, majuſque id peccatum ducis, apud peritos artium militarium habetur, quam quod non ex Cannenſi acie protinus ad urbem Romanam duxiſſet. Illa enim cunctatio diſtuliſſe modo victoriam videri potuit, hic error vires ademiſſe ad vincendum. Itaque velut ſi cum alio exercitu à Capua exiret, nihil uſquam priſtinæ diſciplinæ tenuit, nam & redierunt plerique ſcortis impliciti, & ubi primum ſub pellibus haberi cœpti ſunt, viaque, & alius labor militaris excepit, tyronum modo corporibus armiſque deficiebant, & deinde per omne æſtivorum tempus magna pars ſine commeatibus ab ſignis dilabebantur, neque aliæ latebræ quam Capua deſertoribus erant. Seneca ad Lucilium epiſt. 11. *Una hiberna*, inquit, *Annibalem ſolverunt, & indomitum illum nivibus atque Alpibus virum enervavere Campaniæ fomenta, armis invictus vitiis victus eſt.* Nam paulo ſupra de locis illis voluptuoſis ita tradit: *Quemadmodum inter tortores habitare nolim, ſic nec inter popinas quidem videre ebrios per littora errantes, & commeſſationes navigantium, & ſymphoniarum cantibus ſtrepentes lacus, & alia, quæ velut ſoluta legibus luxuria non tantum peccat, ſed publicat.* Oliv.

1. *Illecebris ſuis complexa.*] Quæ ſuis voluptatibus, quibus abundat, Annibalem comprehendit. Nam Capua prona ſemper civitas in luxuriam fuit, non ingeniorum modo vitio, ſed affluenti copia voluptarum, & illecebris omnis amœnitatis maritimæ terreſtriſque, & tunc licentia tantopere laſciviebat, ut nec libidini nec ſumptibus modus eſſet. *Oliverius.*

2. *Seplaſia.*] Alii habent, *Selapſia.* Eſt autem platea Capuæ, ſic appellata, in qua myropolæ, hoc eſt, unguentarii ſoliti ſunt negotiari. Cujus Cicero meminit in oratione contra C. Piſonem, ubi de lege agraria diſputat, & teſtimonio Ciceronis *Seplaſia* dicta eſt, quamvis *Selapſia* dicatur à Valerio. Sed id fortaſſe factum eſt errore vel imperitia librariorum. *Oliv.*

3. *Albana caſtra.*] Mollia & effœminata. Conſtat enim Albanos fuiſſe molliores, & Albæ magnus fuit uſus unguentorum, ergo caſtra Pœnorum facta ſunt Albana. *Idem.*

1. *Quæ*

neſcias ab hoſtilibuſne, an ab illis capi pernicioſius habendum ſit.

2. [1] Quæ etiam Volſinienſium urbem gravibus & erubeſcendis cladibus implicarunt. Erat opulenta, erat moribus & legibus ornata, [2] Etruriæ caput habebatur: ſed poſtquam luxuria prolapſa eſt, in profundum injuriarum & turpitudinis decidit, ut ſervorum ſe inſolentiſſimæ dominationi ſubjiceret. Qui primum admodum pauci ſenatorium ordinem intrare auſi, mox univerſam rempublicam occupaverunt. Teſtamenta ad arbitrium ſuum ſcribi jubebant: convivia, cœtuſque ingenuorum fieri vetabant: filias dominorum in matrimonium ducebant. Poſtremo lege ſanxerunt, ut ſtupra ſua in viduis pariter ac nuptis impunita eſſent; ac ne qua virgo ingenuo nuberet, cujus caſtitatem non ante ex numero ipſorum aliquis delibaſſet.

3. [3] Age, Xerxes opum regiarum oſtentatione eximia, eò uſque luxuria gaudebat, ut edicto præmium ei proponeret, qui novum voluptatis genus reperiſſet. [4] Quanta, dum deliciis nimiis capitur, ampliſſimi imperii ruina evaſit.

4. [5] Antiochus quoque Syriæ rex nihilo continentioris ex-

1. *Quæ etiam, &c.*] L. Florus lib. 1. cap. 21. *Poſtremi Italicorum in fide manſere Volſini, opulentiſſimi Hetruſcorum, implorantes opem adverſus ſervos quoſdam ſuos, qui libertatem à dominis datam in ipſos erexerant, tranſlataque in ſe republica, dominabantur, ſed hi quoque, duce Fabio Gurgite, pœnas dederunt: nam Volſini quoad civitatis leges juraque ſervarunt, parcimoniæque & frugalitati operam dederunt, Hetruriæ principatum facile obtinuerunt, poſtquam vero luxuriæ atque libidini obnoxii facti ſunt, ſenſim labente diſciplina veteris modeſtiæ, non ſolum imperium, ſed etiam libertatem amiſerunt, & quod fœdius eſt, in ſervorum ſuorum poteſtatem ſuperbiſſimamque damnationem inciderunt, à quibus ea paſſi ſunt, quæ vix in ipſis ſervis toleranda forent, ſed à Senatu, duce Fabio, liberati ſunt.* Oliver.

2. *Hetruriæ caput.*] Tria capita Hetruriæ antiqui eſſe voluerunt, Aretium, Peruſium, & Volſinum. *Oliv.*

3. *Age, Xerxis.*] Cicero Tuſculanarum Quæſtionum lib. v.

4. *Quanta ruina.*] Quaſi dicat, ingenti, quippe qui claſſem prope incredibilem, & exercitum numeroſum, quibus Neptuno Jovique catenas imponere minabatur, brevi tempore cum ipſo prope imperio amiſit. *Oliv.*

5. *Antiochus quoque.*] Annibal in Africa victus ad Antiochum in Aſiam confugit, & pacis impatiens, hoſtem pop. Rom. toto orbe quærebat, qua non

prius

exempli: Cujus cæcam & amentem luxuriam exercitus imitatus, magna ex parte aureos clavos crepidis ſubjectos habuit: argenteaque vaſa ad uſum culinæ comparavit: & tabernacula [1] textilibus ſigillis adornata ſtatuit. Avaro potius hoſti præda optabilis, quam ulla ad vincendum ſtrenuo mora.

5. [2] Jam Ptolemæus rex acceſſione vitiorum ſuorum vixit: ideoque Phyſcon appellatus eſt. cujus nequitia quid ne-

prius deſtitit, quam Antiochum ad bellum adverſus Romanos concitavit. Antiochus ſuis opibus, & nomine regio fretus, non dubitavit bellum movere. Itaque, parato exercitu, cujus pars major aureos clavos crepidis ſubjectos habebat, argentea vaſa pro fictilibus ad uſum culinæ, multaque alia ſuperflua & luxurioſa geſtabat. Illum ejuſmodi inſignibus aureis, & argenteis florentem, currus quoque falcatos, & elephantos cum turribus, equitatumque frænis, monilibus ac phaleris præfulgentem, cum Annibali oſtentaſſet, quæſivit ex eo, nunquid ea ſatis eſſent Romanis? De viribus & numero militum dicens. Tum Annibal, utpote callidus imperator, ſatis, inquit, erunt Romanis, quamvis avariſſimi ſint, illius aurum & ornamenta militum ſignificans. Hic ergo ſtatim occupatis inſulis Græciſque littoribus, bellum intulit pop. Rom. & tanquam victor otia luxuſque agitabat, in Eubœa juxta Euripum poſitis caſtris, aureis ſericiſque tentoriis, ſub ipſo freti murmure, cum inter fluenta tibiis fidibuſque concineret, collatis undique, quamvis per hyemem, roſis, ne non aliquo ducem genere agere videretur, virorum puerorumque delectus habebat. Talem ergo regem jam luxuria debellatum pop. Rom. primo Attilio Glabrione conſule, deinde Scipione Aſiatico eum fratre Africano legato ducibus facile ſuperavit. Hic rex, incredibile dictu, quibus auxiliis, quibus copiis confœderat, trecenta millia peditum, equitum falcatorumque curruum non minor numerus, elephantis ad hoc immenſæ magnitudinis auro, purpura, argento, & ſuo ebore fulgentibus aciem utrimque vallaverat. *Oliv.*

1. *Textilibus.*] Intertextis ex auro & argento, more aulæorum ſumptuoſorum.

2. *Jam Ptolemæus, &c.*] Hic fuit Ptolemæus Euergetes ſecundus, qui, teſte Strabone libro XVII. Phyſcon dictus fuit, nam à primo Euergete, qui tertius poſt Alexandrum imperavit Ægypto, turpiſſime omnes vixerunt, uſque ad eum Ptolemæum, qui Pompeium interemit, in quo genus & imperium Ptolemæorum, qui Lagidæ dicti ſunt, everſum penitus & extinctum fuit. Hic ergo Euergetes ſecundus, teſte Juſtino libro XXXVIII. Lætus igitur hoc ſolo Ptolemæus, quod ſine certamine fraternum regnum recepiſſet, in quod ſubornari & à matre Cleopatra, & favore principum, fratris filium cognoverat: cæterum infeſtus omnibus, ſtatim ubi Alexandriam ingreſſus eſt, fautores pueri trucidari juſſit. Ipſum quoque die nuptiarum, quibus matrem ejus in matrimonium recipiebat, inter apparatus epularum, & ſollemnia religionum, in complexu matris interficit: atque ita thorum ſororis, cæde filii ejus cruentus, aſcendit. Poſt quod non mitior in populares, qui eum in regnum vocaverant, fuit. Siquidem peregrinis militibus licentia cædis data, omnia ſan-

Digitized by Google

ne quius? ſororem natu majorem communi fratri nuptam ſibi nubere coëgit. Poſtea deinde filia ejus per vim ſtuprata, ipſam demiſit, ut vacuum locum nuptiis puellæ faceret.

6.[1] Conſentaneus igitur regibus ſuis gentis Ægyptiæ populus: qui ductu Archelai adverſus A. Gabinium mœnibus urbis egreſſus, cum caſtra vallo atque foſſa cingere juberetur; univerſus ſucclamavit, ut id opus publica pecunia faciendum locaretur. Quapropter deliciis tam enerves animi, ſpiritum exercitus noſtri ſuſtinere non potuerunt.

7.[2] Sed tamen effœminatior multitudo Cypriorum, qui regi-

ſanguine quotidie manabant: ipſam quoque ſororem, filiæ ejus virgine per vim ſtuprata, & in matrimonium adſcita, repudiat. Quibus rebus territus populus, in diverſa labitur, patriamque metu mortis, exul relinquit. Solus igitur in urbe cum ſuis relictus Ptolemæus, cum regem ſe non hominum, ſed vacuarum ædium videret, edicto peregrinos ſolicitat. Quibus confluentibus, obvius legatis Romanorum, Scipioni Africano, & Spurio Mummio, & L. Metello, qui ad inſpicienda ſociorum regna veniebant, procedit. Sed quam cruentus civibus, tam ridiculus Romanis fuit. Erat enim & vultu deformis, & ſtatura brevis, & ſagina ventris non homini, ſed belluæ ſimilis. Quam fœditatem nimia ſubtilitas perlucidæ veſtis augebat. Et quæ ſequuntur. *Oliv.*

1. *Conſentaneus, &c.*] Ptolemæus Auletes ultimæ Cleopatræ reginæ pater, propter intoleranda flagitia ab Alexandrinis ejectus, Romam confugit, & à Pompeio ſuſceptus, ſenatuique commendatus, ſuppliciter petiit, ut in regnum reſtitueretur, de qua ſæpius agitatum eſt in Senatu, multis eam reſtitutionem expetentibus, quia glorioſum eſſe videretur, regem habere clientem; nam qui eum reſtituiſſet, ejus patronus dicebatur. Quare multi eam principes ſumma ambitione depoſcebant, inter cæteros Lentulus atque Pompejus, teſte Cicerone lib. 1. Epiſt. Fam. Sed hæc reſtitutionis provincia à Pompejo magis demandata, quam à Senatu decreta eſt Aulo Gabinio, qui cum regem reduceret, Archelaus, quem ſibi Beronice regina, hujus Ptolemæi filia natu major, quam Alexandrini, ejecto patre, reginam conſtituerant, virum conjunxerat, cum exercitu adverſus eum profectus eſt, & poſitis extra mœnia caſtris, cum ea foſſa & vallo cingi juberet, effœminatus populus, & luxuria perditus, magna voce ſucclamavit, ut ea pretio facienda locaret. Qua voce potuit Archelaus facile intelligere, quid cum tali exercitu ſibi de victoria ſperandum eſſet, ex quo facile evenit, ut cum toto exercitu cæderetur. Regina quoque interempta fuit, & Ptolemæus pater in regnum reſtitutus, Archelai corpus M. Antonius, qui tunc ſub Gabinio militabat, diligenter conquiſitum regio funere cremandum honeſtandumque curavit, ut legitur in vita M. Antonii. *Oliv.*

2. *Sed tamen effœminatior.*] Cyprus inſula inter alias orbis terrarum inſulas famoſiſſima, divitiis ſemper abundans, & luxui plurimum dedita, ut eam Veneri ſacram dicat eſſe Florus. *Oliverius.*

reginas ſuas mulierum corporibus [1] velut gradibus conſtructis, quo mollius veſtigia pedum ponerent, currus conſcendere æquo animo ſuſtinebant. Viris enim, ſi modo viri erant, vita carere, quam tam delicato imperio obtemperare ſatius fuit.

CAP. II.

DE CRUDELITATE.

1. *L. Cornelii Sullæ dict.*
2. *C. Marii Coſ. VII.*
3. *L. Iunii Damaſippi prat.*
4. *Munatii Flacci.*

EXTERNORUM.

1. *Carthaginienſium.*
2. *Annibalis Pœni.*
3. *Mithridatis regis.*
4. *Numulizinthis Thraciæ regis.*
5. *Ptolemæi Phyſcontis regis.*
6. *Darii Ochi Perſarum regis.*
7. *Artaxerxis Ochi regis.*
8. *Athenienſium.*
9. *Perilli Siculi.*
10. *Etruſcorum.*
11. *Quorundam barbarorum.*

HÆc ſocietas vitiorum laſcivi vultus, & novæ cupiditati inhærentium oculorum, ac delicato cultu affluente, per varios illecebrarum motus volitantis animi: crudelitatis vero horridus habitus, truculenta facies, violenti ſpiritus, vox terribilis, ora minis & cruentis imperiis referta: cui ſilentium donare, incrementum eſt adjicere. Etenim quem modum ſibi ipſa ſtatuet, ſi ne ſugillationis quidem frenis fuerit revocata? ad ſummam, cum penes illam ſit timeri, penes nos ſit odiſſe.

1. [2] L. Sulla, quem [3] neque laudare, neque vituperare quiſ-

1. *Velut gradibus.*] Subjectis ſibi ancillis, ſive aliarum mulierum corporibus, per ea, tanquam per ſcalarum gradus, currus aſcendebant. *Idem.*

2. L. *Sulla.*] Cicero lib. de Finibus dicit L. Syllam trium peſtiferorum vitiorum fuiſſe magiſtrum, luxuriæ, avaritiæ & crudelitatis: crudelitate vero cunctos ſuperaſſe: nam quanta in cives, quanta in ſocios, quanta in omnes factionis adverſæ crudelitate uſus fuerit, & hic, & in ejus vita cognoſcere poſſumus. *Oliv.*

3. *Neque laudare.*] Paterculus libro II. *L. Cornelius Sulla, vir, qui neque ad finem victoria ſatis laudari, neque poſt victoriam abunde vituperari poteſt.* Colerus.

1. *Dum*

quiſquam ſatis dignè poteſt: quia [1] dum quærit [2] victorias, Scipionem ſe populo Romano; dum ſævitiam exercet; Annibalem repræſentavit. [3] Egregiè namque auctoritate nobilitatis defenſa, crudeliter totam urbem, atque omnes Italiæ partes civilis ſanguinis fluminibus inundavit. [4] Quatuor legiones contrariæ partis, fidem ſuam ſecutas, [5] in Publica villa, (quæ [6] in Martio campo erat) nequicquam fallacis dextræ miſericordiam implorantes, obtruncari juſſit: Quarum lamentabiles quiritatus trepidæ civitatis aures receperunt: lacerata ferro corpora Tiberis, impatiens tanti oneris, cruentatis aquis vehere coactus eſt. [7] Quinque millia Prænestinorum, ſpe ſalutis per P. Cethegum data, extra mœnia municipii evocata, cum abjectis armis humi corpora proſtraviſſent, interficienda, protinuſque per agros diſpergenda curavit. [8] Quatuor millia & ſeptingentos

1. *Dum quærit victorias, Scipionem ſe pop. Rom. dum exercet, Annibalem repræſentavit.*] Ita vulgo. In Campenſi & Wincheliano, *Dum ſævitiam exercet.* Recte, nam ſimul tacite ſuggillat Annibalem, quod victoria uti neſcierit. Sulla autem victorias ſuas exercuit crudeliter, urbem cepit, imperium occupavit, proſcriptionem fecit, faciem omnem reip. pro arbitrio immutavit. Non immerito igitur nobilium ſævisſimus appellatur à Tacito libro. XVII. *Pighius.*

2. *Victorias.*] Scilicet in Marium.

3. *Egregie namque, &c.*] Marius plebem, Sylla Senatum & nobilitatem defendebat, & hinc diverſis ſtudiis propter Mithridaticam provinciam in civile bellum exarſerunt, in quo ſuperiore Sylla non ſolum urbem Romanam, ſed totam Italiam crudelitate replevit: nam præter hæc, quæ infra referuntur, apud Sacriportum, apud portam Collinam, LXX. & amplius millia Sylla concidit, teſte L. Floro. *Oliv.*

4. *Quatuor legiones.*] Florus dicit fuiſſe tantummodo quatuor hominum millia, Autor de Viris Illuſtr. novem millia. *Oliv.* *Quatuor legiones.*] Octo millia Livius. Varro lib. III. de Re Ruſt. Plutarchus in vita. Appianus numerum non ponit. *Corrad.*

5. *In publica villa, quæ in campo Martio erat.*] Vide ne totum hoc gloſſematium ſit. niſi forte docendus aliquis Valerii ævo, ubi publica villa eſſet. *Lipſius.*

6. *In Martio campo.*] Hæc ex margine irrepſiſſe adſentior Cl. Lipſio. In numero interfectorum admodum diſſentiunt Livius, Plutarchus, Valerius, Florus, Cornelius Nepos. *Coler.*

7. *Quinque millia præneſtinorum.*] Alia par ſuperiori crudelitas. Præneſtini qui juniorem Marium receperant, cum à Cethego Syllæ præfecto obſiderentur, ſponte in deditionem, fide data, venerunt, quos omnes extra mœnia evocatos, humique proſtratos juſſit occidi, & eorum corpora ſpargi per agros, quatuor millia & ſeptingentos. *Oliv.*

8. *Quatuor millia & ſeptingentos.*] De hoc numero vel diſſentiunt, vel nihil ſcribunt alii. *Corrad.*

tos diræ proſcriptionis edicto jugulatos in tabulas publicas retulit, videlicet ne memoria tam præclaræ rei dilueretur. Nec contentus in eos ſævire, qui armis à ſe diſſenſerant; etiam quieti animi cives, propter pecuniæ magnitudinem, per [1] nomenclatorem conquiſitos, proſcriptorum numero adjecit. Adverſus mulieres quoque gladios diſtrinxit: quaſi parum cædibus virorum ſatiatus. Id quoque inexplebilis feritatis indicium eſt. abſciſa miſerorum capita, modo non vultum ac ſpiritum retinentia, in [2] conſpectum ſuum afferri voluit, ut oculis illa, quia ore nefas erat, manderet. [3] Quam porro crudeliter ſe in M. Mario prætore geſſit! quem per ora vulgi ad ſepulchrum [4] Lutatiæ gentis pertractum, non priùs vita privavit, quam oculos infelicis erueret, & ſingulas corporis partes confringeret. [5] Vix mihi veriſimilia narrare videor. At ille etiam M. Plætorium, quod ad Marii ſupplicium exanimis cciderat, continuo ibi

1. *Nomenclatorem.*] Nomenclator dicitur, qui nomina civium tenens, ea principibus per urbem incedentibus ſubjiceebat, ut unumquemque nominatim ſalutarent. His enim artibus principes civium gratiam inire ſtudebant. Per hos igitur nomenclatores Sylla divitum nomina edoctus, proſcribebat omnes. *Oliv.*

2. *Conſpectum.*] Scipionis, Norbani, aliorumque multorum ad ſe delata capita in ejus atrio juſſit affigi, unde domus ejus officina crudelitatis eſt appellata. *Oliv.*

3. *Quam porro, &c.*] Tantopere crudelitate delectabatur, ut exquiſito ſupplicii genere M. Marium prætorem affici voluerit, quem, ad Catuli nepotis ſui ſepulchrum pertractum, oculis, manibus, cruribuſque defoſſis, ſervatum aliquamdiu, ut per ſingula membra moreretur, non occidi, ſed excarnificari juſſit. *Idem.*

4. *Lutatiæ gentis.*] Catuli nepotis ſui, qui à gente Lutatia originem ducebat. *Idem.*

5. *Vix mihi veriſimilia.*] Si breviter hujus immaniſſimi hominis ſævitia repetatur, quis illos connumerare poſſet, quos in urbe paſſim, quiſquis voluit, occidit? donec, admonente Furfidio, vivere aliquos debere, ut eſſent, quibus imperaret, propoſita eſt ingens illa tabula, & ex ipſo equeſtris ordinis flore, duo millia, vel ut alii volunt, plures electi, qui mori juberentur. Novi generis edictum. Piget poſt hæc referre ludibrio habita fata Carbonis, fata Sorani, prætori os atque dentes illiſos, Bæbium ſine ferro ritu ferarum inter manus laniatum, Marium, ut diximus, per ſucciſa ſingula membra mori coactum. Poſitis denique ſingulorum hominum fere pœnis, Municipia Italiæ ſplendidiſſima ſub haſta venierunt, Spoletum, Interamnium, Præneſte, Florentia. Nam Sulmonem, vetus oppidum ſocium atque amicum, facinus indignum!) nondum expugnatum, ut obſides jure belli, & modo morte damnati, duci jubentur: ſic damnatam civitatem juſſit Sylla deleri; & alia nefanda

ibi mactavit: novus punitor miſericordiæ, apud quem iniquo animo ſcelus intueri, ſcelus admittere fuit. Sed mortuorum umbris ſaltem pepercit? Minime. Nam C. Marii, cujus, etſi poſtea hoſtis, [1] quæſtor tamen aliquando fuerat, erutos cineres in Anienis alveum ſparſit. [2] En, quibus actis Felicis cognomen aſſequendum putavit!

2. Cujus tamen crudelitatis C. Marius invidiam levat: [3] nam & ille nimia cupiditate perſequendi inimicos, iram ſuam

ſanda crudelitatis exempla edidit, ut in mortuorum umbras etiam graſſaretur. Nam Marii cineres erutos ſpargi in profluentem juſſit, quibus omnibus ita peractis, voluit felix appellari, qui fera bellua nominari debuerat, quod omnes tyrannos crudelitate ſuperaſſe videatur. Quanquam Marius leviorem hanc feritatis invidiam ſua crudelitate eſſe faciebat. *Oliv.*

1. *Quæſtor.*] Quia Jugurtham à Boccho per Marium ad hoc miſſus impetraverat. *Badius.*

2. *En, quibus actis felicitatis nomen aſſerendum putavit.*] Ita vulgo. In libris ſcriptis, *En quibus actis Felicis cognomen aſſequendum putavit.* Recte. L. Sulla enim Felix appellatus, cum devictis jam partibus, dictaturam reipublicæ conſtituendæ accepiſſet, atque omnia ex arbitrio ſuo gereret; ſibi quidem felix, inimicis oppreſſis, ſed ob nimiam crudelitatem reipubl. infelix, ut habet verſiculus:

Aſpice felicem ſibi, non tibi, Romule, Sullam.

Quo huic etiam Tiberius Cæſar propter crudelitatem comparavit. *Pigh.*

3. *Nam & ille, &c.*] Quanta fuerit Marii crudelitas, ut alios auctores omittam, ex Flori dictis breviter colligitur. Urbe enim potitus poſt exilium cum Cinna, Carbone & Sertorio, ſtatim ad principum cædem ut diſcurreretur, ſignum dedit, ubi aliquanto ſævius, quam aut in Cimbrica urbe ſævitum eſt. Octavii conſulis caput pro roſtris exponitur, Antonii conſularis in Marii ipſius menſis. Cæſar & Fimbria in penatibus domorum ſuarum trucidantur. Craſſi pater & filius, in mutuo alter alterius aſpectu: Bæbium atque Numitorium per medium forum unci traxêre carnificum. Catulus ſe ignis hauſtu ludibrio hoſtium exemit. Merula flamen Dialis in Capitolio Jovis ipſius oculos venarum cruore reſperſit. Ancharius ipſo vidente Mario confoſſus eſt, quia fatalem illam, ſcil. manum, non porrexerat ſalutanti. Hæc tot Senatus funera intra Kalendas & Idus Januarii menſis. (Nam Marius, teſte Livio lib. LXXX. editis multis ſceleribus, Idibus Januariis deceſſit,) ſeptima illa Marii purpura dedit, quid futurum fuit, ſi annum conſularis impleſſet? Rurſus Marius juvenis & Carbo Coss. poſt adventum Syllæ, profligatoſque exercitus ſuos, quaſi deſperata victoria, ne inulti perirent, ſanguine Senatus ſibi parentabant, obſeſſaque curia, de Senatu, tanquam de carcere, qui jugularentur, educti. Quid funerum in foro, in circo, in patentibus templis? Nam Q. Mutius Scævola pontifex Veſtales amplexus aras, tantum non eodem igne ſepelitur. Lamponius atque Teleſinus, Samnitum duces, atrocius Pyrrho & Annibale, Campaniam Hetruriamque populantur, & ſub ſpecie partium ſe vindicant. *Oliver.* Hæc Florus.

ſuam nefariè diſtrinxit, L.[1] Cæſaris conſularis & cenſorii nobiliſſimum corpus ignobili ſævitia trucidando: Et quidem apud ſeditioſiſſimi & abjectiſſimi hominis[2] buſtum:id enim malorum miſerrimæ tunc reipublicæ deerat, ut Vario Cæſar[3] piaculum caderet. Pænè tanti victoriæ ejus non fuerunt: quarum oblitus plus criminis domi, quam laudis militiæ meruit.[4] Idem caput M. Antonii abſciſſum lætis manibus inter epulas per ſummam animi ac verborum inſolentiam aliquandiu tenuit: clariſſimique & civis & oratoris ſanguine contaminari menſæ[5] ſacra paſſus. Atque etiam P. Annium, qui id attulerat, in ſinum ſuum, recentis cædis veſtigiis aſperſum recepit.

3. [6] Damaſippus nihil laudis habuit quod corrumperet: ita-

1. *C. Cæſaris.*] Ita vulgo. Hic eſt ille Cæſar orator, qui cum Catulo fratre à Cicerone in II. de Orat. lib. inducitur in Tuſculanum veniſſe, ut divinitus de eloquentia Craſſum diſputantem audirent, quem manu cujuſdam, quem occiderat Sylla, pertractum, tanquam victimam ad illius umbræ expiationem, juſſit occidi. *Oliv.* *C. Cæſaris conſularis.*] C. Cæſar Æditius tantum fuit Aſcarius pro Scauro. Quare lego *L. Cæſaris*, lib. v. c. 3. lib. VIII. c. 6. *Corrad.*

2. *Buſtum.*] Sepulchrum continens uſtos cineres.

3. *Piaculo caderet.*] Ad purgationem, velut hoſtia, caderet.

4. *Idem caput M. Antonii.*] Hic fuit ille orator eximius, qui cunctos eloquentia ſua ætate ſuperavit, teſte Cicerone, potuitque orationis ſuavitate Marianos milites demulcere, ac cædis inferendæ cupiditatem reprimere, niſi P. Antronius, qui ejus orationi non interfuerat, poſt illos ingreſſus, illum occidiſſet: cujus caput Mario inter epulas oblatum, tanta eum alacritate ſuſcepit, manibuſque pertractavit, ut plane omnibus animi inſolentiam oſtenderet. Inſuper ipſum Annium interfectorem arcte complexus eſt, tanquam ab illo maximum omnium beneficium recepiſſet. *M. Antonii.*] Oratoris, quem cum Craſſo de eloquentia diſputantem in Oratore ſuo Cicero introducit. *Oliv.*

5. *Sacra.*] Menſæ enim ſacræ erant antiquis.

6. *Damaſippus.*] Hic nulla virtute præditus, nulla laude clarus, merito accuſari poteſt, quod in Mariana tempeſtate, & ipſe ſupra modum ſævierit. Quippe qui nobiliſſimos cives Syllani nominis defenſores, inter victimas tanquam belluas crudeliter necari, & Aruinæ tribuni plebis truncum in ſublime elatum per ora vulgi deferri juſſerit. De quo Salluſtius in Catilinario: *Noſtra memoria victor Sylla cum Damaſippum, & alios hujuſmodi, qui malo reip. creverant, jugulari juſſit, quis non factum ejus laudabat? Homines ſceleſtos & factioſos, qui ſeditionibus rempublicam exagitaverant, merito necatos ajebant. Sed ea res magnæ initium cladis fuit. Nam uti quiſque domum, aut villam, poſtremo vas aut veſtimentum alicujus concupiverat, dabat operam, ut is in proſcriptorum numero eſſet; ita illi, quibus Damaſippi mors lætitiæ fuerat, paulo poſt ipſi trahebantur, nec prius finis jugulandi fuit, quam Sylla omnes ſuos divitiis explevit.* Oliv.

1. *Rei-*

itaque memoria ejus licentiore accuſatione perſtringitur; Cujus juſſu principum civitatis capita hoſtiarum capitibus permiſta ſunt; Carboniſque Aruinæ truncum corpus patibulo affixum geſtatum eſt: Adeo ut flagitioſiſſimi hominis prætura multum, aut [1] reipublicæ majeſtas nihil potuit

4. [2] Munatius etiam Flaccus Pompejani nominis acrior quam probabilior defenſor, cum ab imperatore Cæſare in Hiſpania [3] incluſus mœnibus Atteguenſium obſideretur, efferatam crudelitatem ſuam truculentiſſimo genere veſaniæ exercuit: Omnes enim ejus oppidi cives, quos ſtudioſiores Cæſaris ſenſerat, jugulatos, muris præcipitavit: [4] fœminas quoque, citatis nominibus virorum, qui in contrariis caſtris erant, ut cædes conjugum ſuarum cernerent; maternis gremiis ſuperpoſitos liberos trucidavit, infanteſque alios in conſpectu parentum humo infligi, alios ſuperjactatos pilis excipi juſſit: Quæ auditu etiam intolerabilia, Romano juſſu, Luſitanis manibus adminiſtrata ſunt: cujus gentis præſidio Flaccus vallatus divinis operibus [5] vecordi pertinacia reſiſtebat.

EX-

1. *Reipublicæ majeſtas.*] Autoritas omnium, qui præerant juſtitiæ, potuit nihil, quia permiſerunt Damaſippum contra fas in innocentes ſævire. *Bad.*

2. *Munatius etiam Flaccus.*] Hic eſt Flaccus ille, qui in omni vita Catonem imitari volebat, & quamvis longe à ſeveritate illius abeſſet, licentius tamen plerumque loquebatur. Nam cum Pompejum conſules admonerent, ut diligenter videret quorſum evaderent Cæſaris opes, quæ reipublicæ periculoſæ videbantur, Pompejus otioſos eos eſſe juſſit, quia cum primum pede terram percuſſerit, ſe totum orbem commoturum diceret, fretus ſcilicet potentia & auctoritate ſua totum orbem complexa. Occupatis deinde Gallis, auctiſque Cæſatis viribus, ut jam apertum reipublicæ periculum videretur; tunc Munatius iſte Pompejo dixiſſe fertur, Nunc pede percute terram, ô Pompei, Sed quod ad ejus crudelitatem pertinet, tanta fuit, ut nihil immanius, nihil truculentius audiri poſſet. *Oliv.*

3. *Incluſis mœnibus Attinguenſium.*] Ita vulgo. Veteres, *Abtegnenſium.* Scribam, *Atteguenſium.* Attegua notum Hiſpaniæ oppidum eſt. *Lipſ.*

4. *Fœminas, &c.*] Alia tetertima feritas. Cum nonnulli ex oppidanis ad Cæſarem confugiſſent in caſtra, Flaccus iſte crudeliſſimus uxores & liberos eorum in muros adduci juſſit, deinde citatis earum viris, veluti ad colloquium, in illorum conſpectu juſſit crudeliter necari, trucidatis prius in matrum amplexibus liberis infantibus. *Oliv.*

5. *Vecordi pertinacia.*] Quia ſperabat ſe divinis operibus Cæſatis poſſe reſiſtere, à quo tandem ſuperatus, juſtas crudelitatis pœnas dedit. *Idem.*

 1. *Tranſ-*

EXTERNA.

1. [1] Tranſgrediamur nunc ad illa, quibus, ut par dolor, ita nullus noſtræ civitatis rubor ineſt. Carthaginienſes Atilium Regulum [2] palpebris reſectis, [3] machinæ, in qua undique præacuti ſtimuli eminebant, incluſum, vigilantia pariter & continuo tractu doloris necaverunt. Tormenti genus haud dignum paſſo, auctoribus digniſſimum. [4] Eadem uſi ſunt crudelitate in milites noſtros quos maritimo certamine in ſuam poteſtatem redactos, navibus ſubſtraverunt; ut earum carinis ac pondere eliſi, inuſitata ratione mortis barbaram feritatem ſatiarent: tetro facinore pollutis claſſibus ipſum mare violaturi.

2. [5] Eorum dux Annibal, cujus majore ex parte virtus ſævitia conſtabat, [6] in flumine Vergello corporibus Romanis ponte facto, exercitum traduxit: ut terreſtrium Carthagi-

1. *Tranſgrediamur.*] De ſupplicio Attilii Reguli, & crudelitate, qua uſi fuerint in eum Carthaginienſes, diximus in cap. de Servata Religione. Non igitur repetenda hiſtoria eſt. *Oliv.*

2. *Palpebris.*] Coopercul is oculorum reſectis.

3. *Machina.*] Alii alio mortis genere periiſſe referunt: ſequitur autem Valerium Auguſtinus de Civ. Dei cap. 15. Ita enim loquitur: *At illi eum excogitatis atque horrendis cruciatibus necaverunt. Incluſum quippe anguſto ligno, ubi ſtare cogeretur, claviſque acutiſſimis confixo, ut ſe in nullam ejus partem ſine pœnis atrociſſimis inclinaret, etiam vigilando peremerunt.*

4. *Eadem crudelitate uſi in milites noſtros, Martis certamine in ſuam poteſtatem redactos, navibus ſubſtraverunt.* Ita vulgo. In Campenſi, aliiſque melius, *Eadem uſi ſunt crudelitate in milites noſtros, quos maritimo certamine in poteſtatem redactos, &c.* Meminit Varro de Vita pop. Rom. lib. IV. *Cum Pœnus,* (inquit) *in fretum obviam veniſſet noſtris, & quoſdam cepiſſet, crudeliſſime propalangis carinis ſubjecerat, quo metu debilitaret noſtros.* Citat verba hæc Nonius Marcellus in voce Palangæ. *Pigh.*

5. *Eorum dux Annibal, &c.*] Livius tamen hunc multis virtutibus præditum dixit, quas ingentia vitia adæquabant, inhumana crudelitas, perfidia pluſquam Punica, nihil veri, nihil ſancti, nullus Dei metus, nullum jusjurandum, nulla religio. Fuit ergo crudeliſſimus imperator. *Oliv.*

6. *In flumine Gelo.*] Virgilius Gelam appellavit, à quo oppidum appoſitum cognominatum eſt:

Apparet Camerina procul, campique Geloni.
Immaniſq́; Gela, fluvii de nomine dicta.

Eſt autem Siciliæ fluvius, inter Camerinam & Agrigentum. *Oliver.* *In flumine Gelo corporibus Romanis ponte facto exercitum traduxit.*] Ita vulgo. Campenſis, Cauchianus, & Atrebatenſis, *In flumine Gello*, legunt. Alii libri, *Gallo.* Winchelianus, *Sigello.* Reſtitui verum nomen ex L. Floro, qui ſcribit lib. II. cap. 6.

thaginienſium copiarum [1] æque ſceleſtum egreſſum terra, quam maritimarum Neptunus experiretur. [2] Idem captivos noſtros oneribus & itinere feſſos [3] infima pedum parte ſuccisa relinquebat. Quos vero in caſtra perduxerat, paria fere fratrum & propinquorum jungens, [4] ferro decernere cogebat: neque ante ſanguine explebatur, quam ad unum victorem omnes redegiſſet. [5] Juſto ergo illum odio, verumtamen tardo ſupplicio ſenatus Pruſiæ regi factum ſupplicem ad voluntariam mortem compulit.

3. [1] Tam

cap. 5. pontem è cadaveribus juſſu Annibalis factum in torrente Vergello. *Pighius. Flumine Vergello.*] Sic omnes veteres libri Eliæ Vineti. Mitallerius tamen utrobique legit, *In flumine Cerbalo*, ex Plinio, qui fluvius Apuliæ prope Cannas fuit. In Petaviano ſcribitur, *Gallo.* Coler.

1. *Ut æque terreſtrium ſceleſtum.*] Ut ita terram terreſtres polluerent, ſicut primo Punico bello maritimas crudelitate corruperant. *Oliv.*

2. *Idem captivos, &c.*] Alia ſævitia barbara, quod captivos Romanos, quibus pro ſervis uteretur, cum longo itinere feſſi, impoſita ſibi graviſſima impedimentorum onera ferre non poſſent, ſuccisis primis pedum partibus, relinquebat inutiles; quos vero in caſtra perduxerat inter ſe ſanguine conjunctos, tanquam gladiatores ferro decernere coëgit. Quo quidem ſpectaculo ipſe non prius ſatiatus, quam omnibus conſumptis eo genere mortis, ſuperſtes nullus eſſet. Quid illud, quod inter cadaverum ſtrues in Cannenſi clade menſas paraſſe dicitur, ut non minus cæſorum ſanguine, quam epularum voluptate ſatiaretur? Diſcedens quoque ex Italia, cum ad ferendam opem patriæ revocaretur, omnes Italici generis, qui in Africam illum ſequi abnuentes conceſſerant in Laciniæ Junonis delubrum inviolatum ad eam diem, in templo ipſo fœde crudeliterque interemit. *Oliverius.*

3. *Infima pedum parte.*] De ea re Enn.

His pernas ſuccidit iniqua potentia Pœni.

Intelligit Annibalem. *Colerus.*

4. *Ferro decernere.*] Captivos ita tractare Pœnorum modo non proprium fuit, docet eruditiſſimus Caſaubonus ad Suetonium. *Coler.*

5. *Juſto ergo illum, &c.*] Merito illum odêre Romani, quem ad voluntariam denique mortem compulerunt: nam ſubactis tandem Carthaginienſibus, cum inter pacis conditiones, ad rupti fœderis ultionem depoſceretur Annibal, in quem omnis rupti fœderis culpa transferebatur, ad Antiochum regem Syriæ confugit, qui, cum adverſus Romanos bella pararet, & Annibalis conſilia ſperneret, victus à Romanis, & pacem facere coactus, Annibali ſignificavit, illum peti à Romanis, quo cognito, ad Pruſiam Bithyniæ regem ſe contulit; quem cum adverſus Eumenem Ponti regem excitaſſet, Eumenemque Annibalis conſilio Pruſias ſuperaſſet, metuens Senatus Romanus, ne ſibi novum bellum ſuſcitaretur ab Annibale, T. Quintium Flaminium ad regem Pruſiam miſerunt, qui utrumque regem componeret, Annibalem depoſceret. Non illi ſimiliter Romanorum poſtulationem rex perfidus indicavit, ſed cum in Romanorum manibus, hoc eſt, T. Quintii, qui ob eam cauſam venerat, ut Annibalem Romam captivum duceret, ita tradidit, ut vix ſumendi veneni,

 quod

3. [1] Tam hercle, quam Mithridatem regem; qui una epiſtola octoginta millia civium Romanorum in Aſia per urbes negotiandi gratia diſperſa, interemit: tantæque provinciæ [2] hoſpitales Deos, injuſto, ſed non inulto cruore re-

quod in annulo regio more gerebat, tempus ei ſupereſſet: qui quidem annulus, ut dixit Juvenalis, fuit

Cannarum vindex ac tanti ſanguinis ultor

Juſtinus tamen dicit Annibalem, audito legatorum adventu, ſumpto veneno, legationem morte præveniſſe. Plutarchus vero plures opiniones de morte Annibalis refert. Nam alios dicit eſſe, qui velint eum à ſervo fuiſſe interfectum, alios, qui tauri ſanguinem illum hauſiſſe dicant, alios qui venenum ad ſimiles caſus præparatum bibiſſe cum magna execratione Pruſiæ regis Bithyniæ. *Oliv.*

1. *Tam hercle, &c.*] Mithridates ſævitia pro virtute abutebatur: nam bellum ſuſcepturus adverſus Romanos, edictum per omnes Aſiæ urbes miſit, ut omnes qui in Aſia forent Romanæ civitatis homines interficerentur. Fuerunt autem ſupra octoginta millia Romanorum, qui negotiandi vel alterius rei gratia diſperſi erant in Aſia. Prætereа domus, templa, & aræ, humana omnia atque divina jura violata ſunt; cujus licet ſeras, meritas tamen pœnas dedit: nam tribus demum ingentibus bellis, felicitate Syllæ, & virtute Luculli, & Pompeji magnanimitate victus, & defectione civium, Pharnaciſque filii ſcelere præventus, malignum ſpiritum expulit. Nam Pharnaces ejus filius in Pompeji gratiam ipſum jam amiſſo regno obſeſſum ad mortem coëgit, qui veneno accepto, cum parum profeciſſet, à milite Gallo, nomine Bithoco, à quo, ut ſe juvaret, petierat, interfectus eſt. Plinius lib. xxv. Nat. Hiſt. hunc dicit quotidie antidotum contra venena ſumere ſolitum. Gellius vero lib. 17. cap. 16. de Noct. Att. *Anates*, inquit, *Ponticas dicunt edendis vulgò venenis victitare. Scriptum eſt à Leneo, Cn. Pompeji liberto, Mithridatem illum Ponti regem, medicæ rei, & remediorum in id genus ſolertem fuiſſe, ſolitumque earum ſanguinem miſcere medicamentis, quæ digerendis venenis valent, eumque ſanguinem vel potentiſſimum eſſe in ea coctione, ſive confectione: ipſum autem aſſiduo regem talium medelarum uſu à clandeſtinis epularum inſidiis caviſſe; quin & ſcientem quoque ultro, ut oſtentandi gratia venenum rapidum & velox ſæpenumero hauſiſſe, atque id eum ſine noxa feciſſe, quamobrem cum poſtea prælio pop. Rom. victus metu ſui in ultima regni refugiſſet, & mori decreviſſet, venena violentiſſima, feſtinandæ necis cauſa, fruſtra expertus, ſuo ſe ipſe gladio tranſegit.* Autor vero de Viris Illuſtribus: *Mithridates*, inquit, *à Pompejo nocturno prælio victus in regnum confugit, ubi per ſeditionem popularium à Pharnace filio in turre obſeſſus, venenum ſumpſit, quo tardius agente, quia adverſus venena multis ante medicaminibus corpus firmarat, immiſſum percuſſorem Gallum, auctoritate vultus territum, revocavit, & in cædem ſuam manum trepidantis adjuvit.* Alii vero acutiſſimo veneno extinctum illum fuiſſe ferunt, quos Lucanus ſecutus, ait:

Poſt Cilicaſne vagos & laſſi Pontica regis
Prælia, barbarico vix conſummata veneno.

Juſtinus hunc dicit ideo ſe venenis bibendis aſſuefeciſſe, quod puer à tutoribus fuiſſet veneno petitus, adverſus quorum inſidias ſe hac una ratione munivit. *Mithridatem.*] Hic Mithridates annos quadraginta Romano reſtitit imperio. *Oliv.*

2. *Hoſpitales Deos.*] Apud majores ſancta ha-

reſperſit. Quoniam cum maximo cruciatu, veneno repugnantem ſpiritum ſuum tandem ſuccumbere coëgit. Simulque piacula [1] crucibus illis dedit, quibus amicos ſuos [2] auctore Gauro ſpadone libidinoſus obſequio, ſceleſtus imperio affecerat.

4. Numulizinthis Diogiridis filiæ Thraciæ regis etſi minus admirabilem [3] crudelitatem gentis ipſius feritas, narrandam tamen rabies ſævitiæ facit: cui neque vivos homines medios ſecare, neque parentes liberorum veſci corporibus nefas fuit.

5. [4] Iterum Ptolemæus Phyſcon emergit, paulo ante libidinoſæ amentiæ teterrimum exemplum: idem etiam inter præcipua crudelitatis indicia referendus. Quid enim hoc facto truculentius? filium ſuum nomine Menephitem, quem ex Cleopatra eadem ſorore & uxore ſuſtulerat, liberalis formæ, optimæque ſpei puerum, in conſpectu ſuo occidi juſſit; protinuſque caput ejus & pedes præciſos, & manus in ciſta chlamyde opertos pro munere natalitio matri miſit. Perinde quaſi ipſe cladis quam inferebat, expers, ac non infelicior, quod in communi orbitate Cleopatram miſerabilem, cunctis ſe inviſum redderet. Adeo cæco furore ſumma quæque efferveſcit crudelitas, cum munimentum ex ſe ipſa capit. Nam cum animadverteret, quanto ſui odio patria teneretur, timori remedium ſcelere petivit: quoque tutius plebe trucidata regnaret, frequens

ju-

cta habebantur hoſpitii jura, quæ violare nefas. Virgilius:

Jupiter hoſpitibus nam te dare jura loquuntur.

Violavit ergo hoſpitalia jura, cum mandavit Aſiaticis omnibus, ut hoſpites Romanos cuncti necarent. *Idem.*

1. *Crucibus illis.*] Suppliciis & tormentis.

2. *Auctore Gauro ſpadone.*] Hunc in deliciis Mithridates habebat, ad cujus nutum nihil non facere paratus erat. Hic ergo multos regis amicos, qui tam fœdum regiæ libidinis miniſterium periniquo animo ferebant, de medio tolli curavit. *Oliv.*

3. *Crudelitatem gentis.*] De qua Virgil.

Heu fuge crudeles terras, fuge littus avarum.

Quare non mirum eſt inventam eſſe fœminam rabioſam crudelitate furentem. *Oliv.*

4. *Iterum Ptolemæus.*] De vitiis & crudelitate hujus ſæviſſimi regis dictum eſt in cap. de Luxuria, ubi quærenda eſt hiſtoria. *Idem.*

1. *Gymna-*

juventute [1] gymnaſium armis & igni circumdedit, omneſque qui in eo erant, partim ferro, partim flamma necavit.

6. Ochus autem, qui poſtea Darius appellatus eſt, ſanctiſſimo Perſis jurejurando obſtrictus, ne quem ex conjuratione quæ ſeptem Magos cum eo oppreſſerat, aut veneno, aut ferro, aut ulla vi, aut inopia alimentorum necaret; crudeliorem mortis rationem excogitavit, qua [2] oneroſos ſibi, non perrupto religionis vinculo tolleret. Septum enim altis parietibus locum cinere complevit, ſuppoſitoque tigno prominente, benignè cibo & potione exceptos in eo collocabat; è quo ſomno ſopiti, in illam inſidioſam congeriem decidebant.

7. Apertior & tetrior alterius Ochi cognomine Artaxerxis crudelitas, qui Ocham ſororem, atque [3] eandem ſocrum, vivam capite defodit: & patruum cum centum amplius filiis ac nepotibus vacua area deſtitutum, jaculis confixit; nulla injuria laceſſitus, ſed quod in his maximam apud Perſas probitatis & fortitudinis laudem conſiſtere videbat.

8. [4] Conſimili genere æmulationis inſtincta civitas Athenienſium, indigno gloriæ ſuæ decreto [5] Æginenſium juventuti pollices abſcidit; ut claſſe potens populus, in certamen maritimarum virium ſecum deſcendere nequiret.

[1] Non

1. *Gymnaſium.*] Die ludorum juvenes in gymnaſium frequentes convenerant, ut de more celebrarent. Eſt locus exercitii gymnaſium, ut ſæpe diximus. *Oliv.*

2. *Hos junctos.*] Ita vulgo. Alii habent *onerosos*, id eſt, ſibi graves ac difficiles, quorum opes atque potentiam metuebat. Vel junctos, quaſi ſimul adminiſtrantes, quorum auctoritas magna foret apud regem, ita jubente populo. *Oliverius.*

3. *Eandem ſocrum.*] Erat & ſocrus, quia ejus filiam duxerat uxorem. *Idem.*

4. *Conſimili genere.*] Cicero lib. III. Offic. *Durius etiam*, inquit, *Athenienſes, qui ſciverunt, ut Æginetis, qui claſſe valebant, pollices præciderentur. Hoc viſum eſt utile; nimis enim imminebat propter propinquitatem Ægina Piræo, ſed nihil quod crudele utile. Eſt enim hominum naturæ, quam ſequi debemus, maxime inimica crudelitas.* Oliv.

5. *Æginenſium.*] Ægina eſt inſula & urbs, in qua regnavit Æacus, ab Ægina Æſopi filia denominata; ſed antea dicebatur Oenopia, teſte Ovidio lib. VII. Metamorphoſeωs:

Oenopiam veteres appellâvere, ſed ipſe
Æacus Æginam genetricis nomine dixit. Idem.

1. Non

[1] Non agnoſco Athenas timori remedium à crudelitate mutuantes.

9. [2] Sævus etiam ille ænei tauri [3] inventor, quo incluſi ſubditis ignibus, longo & abdito cruciatu, [4] mugitus reſonante ſpiritu edere cogebantur, ne ejulatus eorum humanæ ſono vocis expreſſi, [5] Phalaridis tyranni miſericordiam implorare poſſent. Quam, quia calamitoſis deeſſe voluit, teterrimnm artis ſuæ opus primus artifex incluſus merito auſpicatus eſt.

10. [6] At ne Etruſci quidem parum feroces in pœna excogi-

1. *Non agnoſco Athenas.*] Cum Athenienſes humanitatis ſemper fuerint præceptores, quippe apud quos Philoſophorum præcepta viguerunt, à ſeipſis alienari fuiſſe videntur, ut non cognoſcantur Athenienſes, qui timori remedium à crudelitate, tanquam barbari, mutuari voluerunt. *Idem.*

2. *Sævus etiam.*] Quum Phalaris Agrigentinorum tyrannus crudelitate delectaretur, Perillus Athenienſis, vir ingenioſus, ut tyranno gratificaretur, venit Agrigentum, & ex ære taurum artificioſum fabricavit, quo nocentes incluſi, ſubjectis ignibus torquerentur, qui mugitum, & non humanam vocem emittere viderentur, ut tyrannus nulla hominum voce ad miſericordiam flecti poſſet. Pro quo invento cum munus à crudeliſſimo tyranno, qui novis & exquiſitis hominum tormentis delectaretur, ingenioſus ille magiſter poſtulaſſet, in illo ipſe includi juſſus à tyranno, ac ſuppoſitis ignibus cruſtus, primus artificii ſui verum experimentum præbuit, dicente hoc Ovidio lib. I. de Arte amandi:

Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
Torruit, infelix imbuit auctor opem.

Idem in eodem:

——— Nec enim lex æquior ulla,
Quam necis artifices arte perire ſua.

Extat etiam epiſtola Phalaridis ad Athenienſes, qui de Perilli morte apud tyrannum fuerant conqueſti. De hoc tauro Cicero in Verrinis lib. v. mentionem facit cum pulcherrimo Scipionis edicto ad Agrigentinos. Verum Phalaris in hac una re juſtiſſimus fuiſſe judicatur, qui tam fœdæ crudelitatis inventorem ipſam crudelitatem primum experiri voluerit. *Oliv.*

3. *Inventor.*] Perillus, qui & Perilaus dictus eſt.

4. *Mugitus.*] Vox enim patientium per fiſtulas quaſdam erumpens, mugitum imitabatur. *Oliv.*

5. *Phalaridis tyranni.*] Plinius libro trigeſimo quarto, capite octavo. Dorotheus in rebus Siculis. Lucianus ſcribit taurum hunc poſtea à Phalaride Apollini Delphico fuiſſe conſecratum. Timæus vero ab Agragentinis in mare demerſum refert. *Coler.*

6. *Ac ne Hetruſci.*] Perillus novum excogitavit ſupplicii genus. Hetruſci vero non minus crudeles pœnas invenerunt, ut viva corpora mortuis alligata tabeſcerent. Quod mortis genus crudeliſſimum fuit. Hoc autem quod Valerius Hetruſcis, Virgilius Mezentio eorum regi attribuit, dicit enim lib. VIII.

Quid memorem infandas cædes? quid facta tyranni
Effera? Dii capiti ipſius generique reſervent.

Mor-

cogitanda: [1] qui vivorum corpora cadaveribus adverſa adverſis alligata atque conſtricta, ita ut ſingulæ membrorum partes ſingulis eſſent accommodatæ, [2] tabeſcere ſimul patiebantur: [3] Amari vitæ pariter ac mortis tortores.

11. Sicut illi [4] barbari, quos ferunt mactatarum pecudum inteſtinis & viſceribus egeſtis, homines inſerere, ita ut capitibus tantummodo emineant, atque ut diutius pœnæ ſufficiant, cibo & potione infelicem ſpiritum prorogare: donec intus putrefacti, [5] laniatui ſint animalibus, quæ tabidis corporibus innaſci ſolent. Queramur nunc cum natura rerum, quod nos multis & aſperis adverſæ valetudinis incommodis obnoxios eſſe voluerit: habitumque cœleſtis roboris humanæ conditioni denegatum moleſtè feramus, cum tot cruciatus ſibimet ipſa mortalitas impulſu crudelitatis excogitaverit.

CAP. III.

Mortua quinetiam jungebat corpora vivis,
Componens manibuſque manus, atque oribus ora,
(Tormenti genus,) & ſanie taboque fluentes
Complexu in miſero longa ſic morte necabat.
Oliverius.

1. *Qui vivorum corpora cadaveribus adverſa adverſis alligata.*] Ita vulgo. In Campenſi, Gemblacenſi & Wincheliano, *Qui vivorum corpora.* Recte. *Pigh.*

2. *Tabeſcere.*] Marceſcere, corrumpi.

3. *Amari pariter, &c.*] Qui dum vivos necarent, nec mortuis parcebant: ſic enim in ſepulchris & ſedibus ſuis conquieſcere non patiebantur, ſed ſepulchra quodammodo violabant. *Oliv.*

4. *Barbari.*] Scythæ.

5. *Laniatui ſint animalibus.*] Ita vulgo. Monuit me amicus, Iſaacum Pontanum emendaſſe, *Saniatui ſint animalibus.* cujus ſententiæ ſubſcribere non poſſum. Illud enim Valerium dicere reor: corporibus taurinis propterea miſeros illos includi ſolitos, ut laniarentur à vermibus, qui tabidis corporibus innaſci ſolent. Reddidit hoc ſupplicium aut certe aſſimulavit Opilius ille Macrinus, de quo Julius Capitolinus: *Duos boves miræ magnitudinis vivos ſubito aperiri juſſit, atque his ſingulos milites inſeri capitibus, ut ſecum colloqui poſſent, exſertis.* Simili cruciatus genere fere Chriſtiani olim ſunt vexati. Sulpitius Hiſtoriæ Sacræ libro ſecundo: *Quin & novæ mortes excogitatæ, ut ferarum tergis contecti laniatu canum interirent.* Coler.

CAP. III.

DE IRA ET ODIO.

1. *M. Livii Salinatoris Coſ.*
2. *C. Marcii Figuli juriſcoſ.*
3. *Patriciorum.*
4. *Iuventutis Romanæ.*
5. *Exercitus Rom.*
6. *Plebis Rom.*
7. *Q. Metelli Macedonici procoſ.*
8. *L. Cornelii Sullæ.*

EXTERNORUM.

1. *Alexandri Magni.*
2. *Amilcaris Barchæ Pœni.*
3. *Annibalis Barchæ Pœni.*
4. *Semiramidis Aſſyriorum Reginæ.*

[1] IRa quoque & odium in pectoribus humanis magnos fluctus excitant: procurſu celerior illa, nocendi cupidine hoc pertinacius. Uterque conſternationis plenus affectus, ac nunquam ſine tormento ſui violentus: quia dolorem cum inferre vult, patitur, amara ſolicitudine, ne non contingat ultio, anxius: Sed proprietatis eorum certiſſimæ ſunt imagines; quas Dii ipſi in claris perſonis, aut dicto aliquo, aut facto vehementiore conſpici voluerunt.

1.[2] Cum adverſus Aſdrubalem Livius Salinator bellum geſturus urbe egrederetur, monente Fabio Maximo, ne ante

1. I*Ra quoque ad odium.*] Has duas animi perturbationes crudelitati recte ſubjungit: quoniam earum effectus ſævitiæ ſunt longe perſimiles. quid enim iratus crudele non admittit, ſi datur facultas? In hoc autem differunt à crudelitate, quod hæc aliis tantum, non ſibi noceat; hæ vero ſine ſui tormento eſſe non poſſunt: quum enim iratus ultionem ſumere non poteſt, dolore conficitur, ac ſeipſum cruciat. Eſt autem ira ſubitus animi motus, ex injuria proveniens, & ultionem deſiderans. Odium, inveterata inimicitia, de ultione ſemper cogitans. *Oliv.*

2. *Cum adverſus, &c.*] Quam facile ſit aliquo dicto vel facto hos in hominibus affectus excitari, Salinatoris & aliorum exemplo comprobatur. Salinatorem ob arctiſſimam legem de ſale vendendo latam, populoque moleſtam, fuiſſe damnatum, diximus in cap. de Cenſura & Reconciliatis. Is octavo poſt damnationem anno à Marcello & Valerio Coss. ex agris, quo ſe per ſummum dolorem receperat, in urbem revocatus, & cum C. Claudio Nerone conſul creatus, cum imperium diu recuſaſſet, tandem à Senatu & populo recipere coactus eſt. Provincias ſortiti, cum in ſuam uterque proficiſceretur, eos populus ad portas uſque proſecutus eſt. Memoriæ proditum eſt, plenum adhuc ira in cives M. Livium ad bellum proficiſcentem, monenti Q. Fabio, ne priuſquam genus hoſtium noſceret, temere manus conſereret, reſpondiſſe, ubi primum hoſtium agmen conſpexiſſet, pugnaturum. Cum quæreretur, quæ cauſa eſſet feſtinandi, aut ex hoſte egregiam

ante deſcenderet in aciem, quam hoſtium vires animumque cognôſſet; primam occaſionem pugnandi non omiſſurum ſe reſpondit. Interrogatuſque ab eodem, quid ita tam feſtinanter manum conſerere vellet: Ut quam celerrimè (inquit) aut gloriam ex hoſtibus victis, aut ex civibus proſtratis gaudium capiam. Ira tunc atque virtus ſermonem ejus inter ſe diviſerunt: illa injuſtæ damnationis memor, hæc triumphi gloriæ intenta. Sed neſcio an ejuſdem fuerit hoc dicere, & [1] ſic vincere.

2. Ardentis ſpiritus virum, & bellicis operibus aſſuetum, huc iracundiæ ſtimuli egerunt: C. autem Figulum manſuetiſſimum, pacato juris civilis judicio celeberrimum, prudentiæ moderationiſque immemorem reddiderunt. [2] Conſulatus enim repulſæ dolore accenſus, eo quidem magis, quod illum bis patri ſuo datum meminerat, cum ad eum poſtero comitiorum die multi conſulendi causa veniſſent, omnes dimiſit: præfatus, An vos conſulere ſcitis, conſulem facere neſcitis? Dictum graviter, & merito; [3] ſed tamen aliquanto melius non dictum. Nam quis pop. Rom. iraſci ſapienter poteſt?

3. Itaque ne illi quidem probandi, quamvis factum eorum nobilitatis ſplendore protectum ſit: qui, quod [4] Cn. Flavius * humillimæ quondam ſortis † præturam adeptus erat,

gregiam gloriam, inquit, aut ex civibus victis gaudium, meritum certe, etſi non honeſtum, capiam. Non potuit, quam geſtabat in pectore, iram diſſimulare Salinator. *Oliv.* *Adverſus Aſdrubalem.*] Qui venerat in Italiam, ut ſe Annibali fratri conjungeret: quod ſi factum eſſet, actum fortaſſe de imperio Romano fuiſſet. *Idem.*

1. *Sic vincere.*] Eximiæ virtutis fuit, tanta ſtrage hoſtes ſuperare; nam in ea victoria par hoſtibus reddita fuit Cannenſis clades, quippe ubi Aſdrubal cum xx. millibus hoſtium cæſus fuit. *Oliv.*

2. *Conſulatus enim.*] Hic Figulus cum ſi Scipionis Naſica conſul creatus, magiſtratu ſe abdicare coactus eſt, quod in eorum comitiis tabernaculum vitio captum fuiſſet, ut in cap. de Servata Religione diximus. Hic ergo tam ægre tulit in aliis comitiis repulſam, ut iram diſſimulare nequiverit. *Idem.*

3. *Sed aliquanto, &c.*] Qui quod merito dixiſſet, quia repulſam non merebatur, illi tamen honeſtius fuiſſet non dixiſſe, nimirum viro gravi & ſapienti. *Oliv.*

4. *Cn. Flavius.*] Hic primus fuit, qui de libertina gente ædilis curulis factus, cum magna indignatione nobilitatis.

Qui,

erat, offenſi, [1] annulos aureos ſibimet ipſis, & phaleras equis detractas abjecerunt, doloris [2] impotentiam tantum, non luctum profectò teſtati.

4. Talis iræ motus aut ſingulorum, aut paucorum adverſus populum univerſum: multitudinis autem erga principes ac duces ejuſmodi. [3] Manlio Torquato ampliſſimam & glorioſiſſimam ex Latinis & Campanis victoriam in Urbem referenti, cum ſeniores omnes lætitia ovantes occurre-

Qui, ut ſupra diximus libro ſecundo, cap. I. cum ad ægrum collegam viſendum veniſſet, neque à nobilibus, quorum frequentia cubiculum erat completum, ſedendi loco reciperetur, ſibi ſellam curulem afferri juſſit, in qua honoratius ſederet. *Oliv.*

* *Humillimæ quondam ſortis.*] Quippe libertinæ conditionis, cujus pater fuiſſet aliquando ſervus. *Idem.*

† *Præturam adeptus erat.*] Ædilitatem & Tribunatum ſcribit Plinius libro XXXIII. cap. I. *Corradus.*

1. *Annulos.*] Plinius lib. XXXIII. Nat. Hiſt. dicit falli pleroſque, qui putant equeſtrem ordinem tum etiam abjeciſſe annulos, quoniam in faſtis adjectum ſit hoc: ſed & phalera poſita, propter quæ nomen equitum adjectum ſit, annulos quoque depoſitos à nobilitate, non ab univerſo Senatu. *Oliv.*

2. *Impotentia.*] Per impotentiam & intolerantiam doloris.

3. *Manlio Torquato.*] Traditum eſt ſupra lib. II. cap. de Diſciplina Militari, T. Manlium Torquati filium à ſeveriſſimo patre per lictotem fuiſſe virgis cæſum, ſecurique percuſſum, quod contra ejus edictum extra ordinem cum hoſte ſingulari certamine dimicaſſet. Nam T. Manlius Torquatus, & P. Decius Coſs. adverſus Latinos, cum grave & periculoſum bellum eſſe viderent, tum Deorum admonitione, quam in ſomnis acceperant, quum aut ipſorum alteri, aut univerſo exercitui cadendum eſſet: tum maxime, quod adverſus Latinos bellandum eſſet, lingua, moribus, armorum genere, inſtitutis ante omnia militaribus ſibi congruentes; milites militibus, centuriones centurionibus, tribuni tribunis compates, collegæque iiſdem præſidiis, ſæpe iiſdem manipulis permixti fuerant: per hæc ne quo errore milites caperentur, & ut militaris diſciplina ad priſcos redigeretur mores, edicunt conſules, ne quis extra ordinem in hoſtem pugnaret. Forte inter cæteros turmarum præfectos, qui exploratum in omnes partes demiſſi fuerant, T. Manlius conſulis filius ſuper caſtra hoſtinm cum ſuis turmalibus evaſit, ut vix teli jactu ab ſtatione proxima abeſſet. Ibi à Geminio Metio ad ſingulare certamen provocatus Manlius, ſive quod ferocis animi juvenis eſſet, ſive ira, ſeu dettectandi certaminis pudore, ſeu inexuperabili vi fati, oblitus imperii patris, & conſulum edicti princeps ad id certamen agitur, victoria ſpoliiſque potitus, ovans rediit ad patrem, dicens, ut me omnes tuo ſanguine natum eſſe intelligant, provocatus, equeſtria hæc ſpolia capta ex hoſte cæſo reporto Quem pater, advocata concione, ut exemplum cæteris ſtatueret ſervandæ militaris diſciplinæ, terroremque omnibus incuteret, ne quid auderent contra imperatorum edicta moliri, ſtatim ſpoliari & virgis cædi, ac ſecuri percuti juſſit: quo facto, exanimati omnes, præ ſtupore nimio & metu quieverunt. Poſtquam cervice fuſus eſt cruor, tum demum undique exor-

currerent; juniorum nemo obviam proceſſit: quod filium adoleſcentem fortiſſimè adverſus imperium ſuum prœliatum, ſecuri percuſſiſſet. Miſerti ſunt æqualis nimis aſperè puniti: nec factum eorum defendo, ſed iræ vim indico, quæ unius civitatis & ætates & affectus dividere valuit.

5. [1] Eadem tantum potuit, [2] ut univerſum populi Rom. peditatum à [3] Fabio conſule ad hoſtium copias perſequendas miſſum, cum [4] & tutò & facilè eas liceret delere; legis agrariæ ab eo impeditæ memoria immobilem retineret. [5] Illa verò etiam Appio duci (cujus pater, dum pro ſenatus amplitudine nititur, commoda plebis acerrimè impugnaverat)

exortæ ſunt voces, ut neque lamentis, neque execrationibus in imperatorem parceretur. Et hæc ita in caſtris. Poſt victoriam vero illi in urbem redeunti, cum ſeniores officii gratia obviam gratulabundi proceſſiſſent, ex juventute nemo illi occurrere voluit, quod indigne ferrent, tantæ indolis filium tam crudeliter à patre fuiſſe necatum. Vide Liv. lib. VIII. *Oliv.*

1. *Eadem, &c.*] Hoc contigit periculoſiſſimo tempore Vejentum & Æquorum, cum reſpublica maxima ſeditione inteſtina laboraret ob Agrariam legem, quam P. Licinius trib. pl. invito Senatu ferre volebat, cum diceret veniſſe tempus per ultimam neceſſitatem hujus Agrariæ legis patribus injungendæ: & ideo ſuſceperat rem militarem impediendam, ſed annitente conſule, cæteriſque tribunis, hoc invito ſcriptus eſt militum delectus; ſed Fabio conſuli in hoc bello aliquanto plus negocii cum civibus, quam cum hoſtibus fuit. Unus ille vir ipſe conſul rempublicam ſuſtinuit, quam exercitus odio conſulis, quantum in ſe fuit, prodebat: nam cum conſul præter cæteras imperatorias artes, quas parando gerendoque bello edidit plurimas, ita inſtruxiſſet aciem, ut ſolo equitatu emiſſo, exercitum hoſtium funderet, inſequi fuſos pedites noluit, nec illos, etſi non abhortatio inviſi ducis, ſuum ſaltem flagitium, & publicum in præſentia dedecus, poſtmodum periculum, ſi animus hoſti rediiſſet, cogere potuit gradum accelerare; aut ſi aliud nihil, inſtare inſtructos, inviſi ſigna referunt, mœſtique: (crederes victos) execrantes nunc imperatorem, nunc navatam ab equite operam, redeunt in caſtra, nec huic tam peſtilenti exemplo remedia ulla ab imperatore quæſita ſunt. Adeo excellentibus ingeniis citius defuerit ars qua civem regant, quam qua hoſtem ſuperent. Conſul Romam rediit, non tam belli gloria aucta, quam irritato exacerbatoque in ſe militum odio. Vide Liv. lib. II. *Oliver.*

2. *Ut univerſum pop. Rom. equitatum.*] Ita vulgo. Lege, *peditatum*, ut in Campenſi, & quemadmodum Livius aſtipulatur. *Pigh.*

3. *Fabio.*] Qui interceſſerat, ne promulgaretur.

4. *Et tuto & facile.*] Hoc ideo dicit, ne videantur periculo aut labore deterriti detrectaſſe militiam. *Oliv.*

5. *Illa vero etiam, &c.*] Appius Claudius plebi vehementer inviſus, conſul adverſus Volſcos profectus, eadem ſævitia in milites, qua in plebem uti conſueverat. Magna enim ira & indignatio ferocem militum animum exagitabat, qui nulla vi domari poterat, tantum odium

verat) infenſum exercitum faciendo, voluntaria fuga terga hoſti, ne triumphum imperatori quæreret, dare coëgit. Quoties ergo victoriæ victrix? congratulationem ejus in Torquato ſpernendam, [1] in Fabio pulcherrimam partem omittendam, in Appio totam fugæ poſtponendam credidit.

6. [2] Age, quam violenter ſe in pectore univerſi populi Rom. geſſit eodem tempore, quo ſuffragiis ejus dedicatio ædis

odium animis imbiberant. Itaque ſegniter, otioſe, negligenter, contumaciter omnia agere, nec pudor, nec metus coërcebant; ſi citius agi vellet agmen, tardius ſedulo incedere; ſi adhortator operis adeſſet, omnes ſua ſponte motam induſtriam remittere, præſenti vultus demittere, tacite prætereuntem execrari, ut invictus ille odio plebeio animus interdum moveretur, omni nequicquam acerbitate prompta, nihil jam cum militibus agere, à centurionibus corruptum exercitum dicere. Nihil eorum Volſci neſciebant, inſtabantque eo magis, ſperantes idem certamen animorum adverſus Appium habiturum exercitum Romanum, quod adverſus Fabium conſulem habuiſſet. Cæterum multo Appio quam Fabio violentior fuit. Non enim vincere tantum noluit, ut Fabianus, ſed vinci voluit. Productus in aciem, turpi fuga petit caſtra: nec ante reſtitit, quam ſigna inferentem Volſcum munimentis vidit, fœdamque extremi agminis cædem. Tum expreſſa vis ad pugnandum, ut victor jam vallo ſubmoveretur hoſtium. Multi gaudere ſua clade atque ignominia, denique exacerbati animi palam poſtulare, ut caſtra ex Volſco agro moveantur: quod cum factum eſſet ab Appio, Volſci per exploratores re cognita, noviſſimos aggrediuntur, à quibus ut perlatus ad primos tumultus, eo pavore ſigna atque ordines turbavit, ut neque imperia exaudiri, neque inſtrui acies poſſent: nemo ullius, niſi fugæ memor eſſet. Ita effuſo agmine per ſtragem corporum armorumque evaſere, ut prius hoſtis deſiſteret inſequi, quam Romanus fugere. Hoc modo exercitus Romanus ob iram imperatoris non vincere, ſed vinci turpiter voluit, quanquam de nonnullis ſumptum fuerit ſupplicium. Vide Liv. lib. 11. *Oliv.*

1. *In Fabio pulcherrimam partem omittendam.*] Ita vulgo. Lege, *Pulcherrime partam*, & ad victoriam refero. *Lipſ.*

2. *Age, quam violenter.*] Cum bellum Volſcum inſtaret, & civitas ipſa ſecum diſcors inteſtino malo laboraret, quod execrabili inter ſe plebs patreſque odio flagrarent, maxime propter nexos ob æs alienum, fremebat plebs, ſe foris pro libertate & imperio dimicantes domi à civibus captos & oppreſſos eſſe, tutioremque in bello quam in pace, inter hoſtes, quam inter cives libertatem plebis eſſe. Tumultum non modo in foro, ſed in tota civitate excitaverat unus ex nexis à creditore ſuo crudeliter tractatus, jamque nexi vincti ſolutique ſe undique in publicum proripiunt, Quiritum fidem implorant, ſic accenditur furor, ut in prætores, qui tum eſſent, in foro ſævitum foret, niſi conſules ad comprimendam ſeditionem interveniſſent. Illis plebs catenas & vincula oſtentabat, & indignitatem ſuam exponebat, nec prius deſtitit, quam Senatus cogeretur, qui de ſuis incommodis conſultaret. Appius acer ingenio rem imperio conſulari agendam eſſe cenſebat, arrepto uno vel altero, cæte-

ædis Mercurii M. Plætorio primipili centurioni data eſt; præteritis conſulibus, Claudio quod obſtitiſſet, quò minus æri alieno ſuo ſuccurreretur; & Servilio, quod ſuſceptam cauſſam ſuam languido patrocinio protexiſſet? Negas efficacem eſſe iram, cujus hortatu miles ſummo imperio prælatus eſt?

7. Non quidem proculcavit tantum imperia; ſed etiam geſſit [1] impotenter. [2] Nam Q. Metellus cum provinciam Hiſpaniam conſul prius,[3] deinde pro conſule,[4] pene totam ſubegiſſet, poſtquam cognovit Q. Pompejum conſulem inimicum ſuum ſucceſſorem ſibi mitti: omnes qui modo mili-

ros quieturos. Collegæ Servilio mitioris ingenii viro aliter videbatur. Interea nuntiatur, Volſcos ad oppugnandam urbem venire. Exultabat gaudio plebs, ultores ſuperbiæ patrum adeſſe Deos, alius alium hortari & confirmare, ne nomina darent. Servilius in publicum proceſſit, promiſitque Senatum nexorum habiturum eſſe rationem, ſi arma contra hoſtes ſumerent, ſtatimque edixit, ut victi nexique omnes dimitterentur, neque impedirentur, quo minus nomina darent, magnus fuit nexorum numerus, neque aliorum magis Volſco bello virtus atque opera nituit. Conſul brevi Volſcos ſuperat, Auruncoſque devincit, cum victoria rediit in urbem. Plebs promiſſa conſulis Senatuſque fidem expectabat. Tum Appius inſita ſuperbia animo, ut collegæ vanam redderet fidem, jus de creditis pecuniis dixit, & qui ante nexi fuerant, creditoribus redditi, & alii nexi ſunt. Concurſus ad Servilium factus, poſtulant ut aut referat ad Senatum, aut civibus conſul aut militibus ſuis imperator auxilio eſſet adverſus collegam Movebant hæc conſulem, ſed tergiverſari res cogebat, adeo in contrarium non collega ſolum, ſed omnis nobilium factio perſtiterat. Ita medium ſe gerendo, nec plebis vitavit odium, nec apud patres gratiam inivit, brevique apparuit apud plebem æquaſſe cum Appii odium. Certamen conſulibus inciderat, uter dedicaret Mercurii ædem: Senatus ab ſe rem ad populum rejecit, utri eorum dedicatio juſſu populi data foret, eum præeſſe annonæ, mercatorum collegium inſtituere, ſolennia pro pontifice juſſit ſuſcipere: populus dedicationem ædis dat M. Plætorio primipili centurioni, quo facile appareret, non tam ad honorem ejus, cui curatio altior faſtigio ſuo data eſſet, quam ad conſulum ignominiam factum eſſe. Vide Livium lib. II. *Oliverius.*

1. *Impotenter.*] Cum ſumma inſolentia, ut ſequentia docent.

2. *Namque Metellus cum utramque Hiſpaniam conſul prius, deinde proconſul pene jam ſubegiſſet.*] Ita vulgo. In Cauchiano & Campenſi, *Nam Q. Metellus, cum provinciam Hiſpaniam conſul prius, deinde pro conſule pene totam ſubegiſſet.* Recte. Non enim utramque Hiſpaniam, ſed citeriorem provinciam duntaxat obtinebat Metellus Macedonicus. *Pighius.*

3. *Deinde pro conſule.*] Quia in ſequentem annum poſt conſulatum illi provincia fuerat prorogata, ut proconſul in ea bellum gereret. *Oliv.*

4. *Pene totam.*] Intelligit Hiſpaniam interiorem, Celtiberiam. Unde & Metellus Celtibericus dictus. *Coler.*

1. *Com-*

militiam ſuam voluerunt finiri, demiſit: [1] commeatus petentibus, neque cauſſis excuſſis, neque conſtituto tempore, dedit: horrea cuſtodibus remotis opportuna rapinæ præbuit: arcus, ſagittaſque [2] Cretenſium frangi, atque in amnem abjici juſſit: [3] elephantis cibaria dari vetuit: Quibus factis ut cupiditati ſuæ indulſit, ita magnificè geſtarum rerum gloriam corrupit: meritumque honorem, triumphi hoſtium, quam iræ, fortior victor amiſit.

8. [4] Quid Sulla, dum huic vitio obtemperat? nonne multo alieno ſanguine profuſo, ad ultimum & ſuum erogavit? [5] Puteolis enim ardens indignatione, quod Granius princeps ejus coloniæ pecuniam à decurionibus ad refectionem Capitolii promiſſam cunctantius daret; animi concitatione nimia, atque immoderato vocis impetu convulſo pectore, ſpiritum cruore ac minis miſtum evomuit. Nec ſenio jam prolapſus, utpote ſexageſimum ingrediens annum; ſed alita miſeriis reipublicæ [6] impotentia furens. Igi-

1. *Commeatus.*] Liberam abeundi ad tempus poteſtatem, quam vulgo appellamus licentiam. *Oliv.*

2. *Cretenſium.*] Qui auxiliares erant populi Romani. *Idem.*

3. *Elephantis.*] Aut inedia conſumpſit elephantes, aut eos macilentia reddidit inutiles, ne illorum opera Pompejus uti poſſet. *Idem.*

4. *Quid Sylla?*] A cæteris ferme omnibus auctoribus diſſentit Valerius, quod Syllam dicit nimia iracundiæ violentia periiſſe, cum eum conſtet apud alios, ut diximus, incidiſſe in morbum ex ulcere oborto, qui *Φθειρίασις* Græce dicitur, quo tempore vis tanta pediculorum toto ejus corpore emanavit, ut nullo argumento cohiberi poſſent: atque hoc pacto mortem obiiſſe. Sed Valerius aliter ſentit, quod ſcilicet indignatione nimia pectus convulſerit, & ſpiritum cum ſanguine effuderit, quia Granius Puteolorum princeps pecuniam ad refectionem Capitolii promiſſam tardius reddidiſſet. Magnum fuit ſine dubio iram in pectore ad mortem uſque concipere. Fuit autem genus prioris morbi tantæ virtutis, ut ab arcana quadam naturæ ratione proveniens, nullius medicinæ remedio, aliave ratione cohiberi potuerit. Abſterſis enim dilotiſve primis, ſtatim ſubnaſcebantur & ſcaturiebant alii, donec totum corpus in eam labem converſum, ſibi vitam, tam tetro genere mortis eripuit, ne civium Romanorum funera ab eo crudeliter lacerata, inulta jacerent. Verum, teſte Plinio, ut diximus, conſtat illum in hoc ſuam felicitatem damnaſſe, quod Capitolium dedicare non potuiſſet. *Oliv.*

5. *Puteolis.*] Diſtat hoc oppidum decem millibus paſſuum à Neapoli. *Idem.*

6. *Impotentia.*] Imbecillitate reſiſtendi vitiis, nata ex mala conſuetudine. *Badius.*

Igitur in dubio eſt, Sullane prior, an iracundia Sullæ ſit extincta.

EXTERNA.

[1] Nunc ab ignotis exempla petere juvat, ſed maximis viris exprobrare vitia ſua verecundiæ eſt: cæterum cum propoſiti fides excellentiſſima quæque complecti moneat, [2] voluntas operi cedat; dum præclara libenter probando, neceſſaria narrandi conſcientia non deſit.

1. [3] Alexandrum iracundia ſua propemodum cœlo diripuit. Nam quid obſtitit, quo minùs illuc aſſurgeret, niſi [4] Lyſimachus leoni objectus, [5] & Clytus haſta trajectus, &

1. *Neque ab ignotis exempla petere juvat, & maximis viris exprobrare vitia ſua verecundiæ eſt.*] Ita vulgo. Tres libri veteres habent: *Nunc ab ignotis exempla petere juvat, ſed maximis viris, &c.* Quo loco *ignotus*, pro peregrino vel externo ſumitur. *Pigh.*

2. *Voluntas.*] Scilicet mea, quod nonniſi honeſta complecti vellet. *Oliv.*

3. *Alexandrum iracundia.*] Cum propter rerum geſtarum magnitudinem, & originis opinionem, quod ex divino ſemine natus eſſe crederetur Alexander, jam propemodum in numero Deorum haberetur, ſola iracundia illi cœlum eripuit, ut inter Deos non ſit connumeratus. Quid obſtitit? Quaſi dicat, nihil niſi iracundia obſtitit, quo minus in cœlum aſcenderet. Cum enim diceretur ex ſtirpe divina natus, quod ſcilicet anguis immanis concubitu fuiſſet conceptus, quam in cubiculo matris ſæpe viſam prodigii ſpeciem, interventuque Philippi evolutam repente atque ex oculis elapſam ferunt, cumque hanc hominum inſitam animis opinionem ipſe virtutum & rerum geſtarum magnitudine confirmaſſet, nihil obſtare debuit, quo minus Deus eſſe crederetur, ſed obſtitit iracundia. *Oliv.*

4. *Lyſimachus leoni objectus.*] Fuit Lyſimachus, teſte Juſtino, illuſtri quidem Macedoniæ loco natus, ſed virtutis experimentis omni nobilitate clarior, quæ tanta in illo fuit, ut animi magnitudine, Philoſophia ipſa, viriumque gloria omnes, per quos oriens domitus eſt, vicerit. Quippe cum Alexander Magnus Calliſthenem Philoſophum propter ſalutationis Perſicæ interpellatum morem inſidiarum, quæ ſibi paratæ fuerant, conſcium fuiſſe ratus eſſet, eumque truncatis crudeliter omnibus membris, abſciſſiſque auribus ac naſo labiiſque, deforme ac miſerandum ſpectaculum reddidiſſet, inſuper cum cane in cavea clauſum ad metum cæterorum circumferret. Tunc Lyſimachus audire Calliſthenem, & præcepta ab eó recipere virtutis ſolitus, miſertus tanti viri, non culpæ, ſed libertatis pœnas pendentis, venenum ei remedium calamitatum dedit. Quod adeo ægre Alexander tulit, ut eum objici ferociſſimó leoni juberet. Sed cum ad conſpectum ejus concitus leo impetum feciſſet, manum manipulo involutam Lyſimachus in os leonis immerſit, arreptaque lingua feram exanimavit. Quod cum nuntiatum regi eſſet, admiratio in ſatisfactionem ceſſit, charioremque eum, propter conſtantiam tantæ virtutis, habuit. *Oliv.*

5. *Et Clytus haſta trajectus.*] Solenni quo-

& [1] Calliſthenes mori juſſus? quia [2] tres maximas victorias totidem amicorum injuſtis cædibus victor perdidit.

2. Quam vehemens deinde adverſus populum Romanum [3] Amilcaris odium! [4] Quatuor enim puerilis ætatis filios intuens, ejuſdem numeri catulos leoninos, in perniciem imperii noſtri alere ſe prædicabat. Digna nutrimenta, quæ in exitium [5] patriæ ſuæ, ut evenit, converterentur.

3. E quibus Annibal maturè adeo patris veſtigia ſubſecutus eſt; ut eo exercitum in Hiſpaniam trajecturo, & ob id ſacrificante, novem annorum natu, altaria tenens juraret; ſe, cum primum per ætatem potuiſſet, acerrimum hoſtem

quodam die Alexander amicos ſuos in convivium vocavit, ubi orta inter ebrios rerum à Philippo geſtarum mentione, præferre ſe patri ipſe, rerumque ſuarum magnitudinem extollere cœlo tenus cœpit, aſſentante majore convivarum parte. Itaque cum unus ex ſenibus Clytus, ductus fiducia amicitiæ regiæ, cujus palmam tenebat, memoriam Philippi tueretur, laudaretque ejus res geſtas, adeo regem offendit, ut telo à ſatellite rapto, eundem in convivio trucidaverit: qua cæde exultans, mortuo patrocinium Philippi, laudemque paternæ militiæ objectabat. Poſtquam ſatiatus cæde animus quievit, & in locum iræ ſucceſſit exiſtimatio, modo perſonam occiſi, modo cauſam occidendi conſiderans, pigere eum facti cœpit, qui paternas laudes tam iracunde accepiſſet, qui nec convitia debuiſſet, amicumque ſenem, & innoxium à ſe occiſum inter epulas & pocula dolebat. Eodem igitur furore in pœnitentiam, quo pridem in iram, verſus, mori voluit. Primum in fletus progreſſus, amplecti mortuum, vulnera tractare, & quaſi audienti confiteri dementiam, arreptum telum in ſe vertit, peregiſſetque facinus, ni amici interveniſſent. Manſit hæc voluntas moriendi, etiam in ſequentibus diebus. *Oliv.*

1. *Calliſthenes mori juſſus.*] De hoc Calliſthene diximus ſupra cap. de Sapienter dictis, exemplo Ariſtotelis. Nam ille adverſus Darium proficiſcenti Alexandro comitem dederat, monueratque ut regiis auribus aut jucunda diceret, aut ſilentium ſervaret; quorum neutrum fecit Calliſthenes. *Oliv.*

2. *Tres victorias.*] Ter vicit Darium Perſarum regem, primo in campis Adraſteis, ubi in acie Perſarum fuerunt ſexcenta millia militum; deinde apud Taurum montem, in qua pugna fuêre ccc. millia peditum, & centum millia equitum; poſtremo haud procul à Babylone, quo confugerat Darius. *Oliverius.*

3. *Hamilcaris odium.*] Cum multi fuerint Hamilcares Carthaginienſium duces, dubitari poſſet de quo Valerius dicat. Loquitur ergo de Hamilcare Annibalis patre, qui Punico bello ſuperatus à Romanis, Siciliam Sardiniamque amiſit. *Oliver.* *Amilcaris odium.*] De dicto tacent, ſed de odio ſcribunt Polyb. libro III. Livius XXI. *Corrad.*

4. *Quatuor enim.*] Tres duntaxat fuiſſe Juſtinus tradit, Annibalem, Haſdrubalem, & Sapphonem. *Oliv.*

5. *Patriæ ſuæ, ut evenit.*] Nam ſi Annibal & Haſdrubal populum Romanum non ſic vexaſſent, Carthaginem Scipio non deleviſſet. *Bud.*

 1. *Com-*

hoſtem pop. Rom. futurum; ut pertinaciſſimis precibus inſtantis belli [1] commilitium exprimeret. Idem ſignificare cupiens quanto inter ſe odio Carthago & Roma diſſiderent; inflicto in terram pede, ſuſcitatoque pulvere, tunc inter eas fore finem belli dixit, cum [2] alterutra Urbs in habitum pulveris eſſet redacta.

4. In puerili pectore non tantum vis odii potuit, ſed in muliebri quoque æquè multum valuit. [3] Namque Semiramis Aſſyriorum regina, cum ei circa cultum capitis ſui occupatæ nuntiatum eſſet, Babylonem defeciſſe; altera parte crinium adhuc ſoluta, protinus ad eam expugnandam cucurrit: Nec prius [4] decorem capillorum in ordinem, quam [5] tantam urbem in poteſtatem ſuam redegit. Quocirca ſtatua ejus Babylone poſita eſt illo habitu, quo ad ultionem exigendam celeritate præcipiti tetendit.

CAP. IV.

1. *Commilitium.*] Comitatum militiæ. Ut patri duci comes iret in militiam. *Oliver.*

2. *Alterutra pars.*] Aut Carthagínienſium, aut Romana.

3. *Namque Semiramis.*] Hoc magis ad mulieris virtutem & magnanimitatem, quam ad odium & iracundiam ſpectare videtur. Cum in cubiculo caput exornanti, ut mulieres ſolent, ipſi nuntiatum eſſet, Babylonem à ſe defeciſſe, tanta, ut Valerius dicit, ira pereita eſt, ut alii volunt, animi magnitudine fuit, ut non prius reliquum capitis, jam enim partem exornaverat, ornare voluerit, quam urbem in ſuam deditionem redegerit. Multa de hac fœmina præclara leguntur apud Diodorum Siculum lib. III. tam de nativitate, quæ mirabilis fuit, quam de virtute & rebus geſtis, inter quæ illud pulcherrimum. Quod cum Ninus Aſſyriorum rex in Bactrianis Bactram urbem, natura loci, & magnitudine, & arce, ac cæteris rebus, quæ ad defenſionem ſpectant munitiſſimam, obſideret, quia expugnare non poſſet, una mulier ingenio & virtute ſua expugnandæ urbis rationem invenit. Cum enim adducta eſſet in caſtra à Menone ejus marito, nondum enim uxor Nini facta fuerat, illa ut acumine præſtabat ingenii, perſpecta obſidione, tum loci urbiſque ſitu, quaque adiri poſſet, animadverſis, arcem, quia loco natura munito difficilique erat, & quem nullus antea tentarat acceſſu, cuſtodiis vacuam conſpexit, & intentis omnibus, veluti arce ab hoſte tuta, ut inferiori parti campeſtri ſubſidium ferrent, ſumptis, qui per loca petroſa abruptaque aſcendere ſoliti erant, per aditum vallis præcipitem, ſuperata loci aſperitate, partem arcis cepit, magnoque ad terrorem excitato tumultu, ſignum captæ arcis obſidentibus dedit. Oppidani arce amiſſa, obſtupefacti derelictis mœnibus, fuga saluti conſuluerunt. Capta civitate, admiratus Semiramidis virtutem Ninus, eam ſibi uxorem aſcivit. *Oliv.*

4. *Decorem.*] Ornatum & pulchritudinem.

5. *Tantam urbem.*] Quam conſtat omnium orientalium maximam eſſe.

CAP. IV.

DE AVARITIA.

ROMANORUM.
1. *M. Craſſi & Q. Hortenſii.*
2. *Q. Caſſii Longini propræt.*
3. *L. Septimuleii.*
EXTERNI UNIUS.
1. *Ptolemæi Cypriorum regis.*

[1] PRotrahatur etiam Avaritia, latentium indagatrix lucrorum, manifeſtæ prædæ avidiſſima vorago: nec [2] habendi fructu felix, & cupiditate quærendi miſerrima.

1. Cum admodum locupleti L. Minucio Baſilo falſum teſtamentum quidam in Græcia[3] ſubjeciſſent, ejus, denique confirmandi gratia, potentiſſimos civitatis noſtræ viros M. Craſſum & Q. Hortenſium, quibus Minucius ignotus fuerat, tabulis hæredes inſeruerunt. Quanquam evidens fraus erat, tamen uterque pecuniæ cupidus, facinoris alieni munus non repudiavit. Quantam culpam quam leviter retuli! Lumina Curiæ, ornamenta fori, quod ſcelus vindicare debebant, inhoneſti lucri captura invitati, auctoritatibus ſuis texerunt.

2. Verum aliquanto majores vires in Q. Caſſio exhibuit;[4] qui [5] in Hiſpania M. Silium & A. Calpurnium occidendi ſui gratia cum [6] pugionibus deprehenſos, quinquagies

1. *Protrahatur, &c.*] Dicturus de Avaritia, eam quodammodo definit. Salluſtius vero multo melius: dicit enim: *Avaritia pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens unquam concupivit: ea quaſi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effœminat, ſemperque inſatiabilis eſt, neque copia, neque inopia minuitur.* Cicero illam igni comparat, cui quanto plus materiæ ſuperimponitur, tanto magis incenditur, ſic & avaritia, quanto plus habuerit, tanto magis concupiſcit: nam

—— Semper
Creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit,

ut Juvenal. Unde eſt illud tritum apud omnes proverbium, cum cætera vitia ſeneſcant, ſola avaritia juveneſcit. *Oliv.*

2. *Habendi fructu felix.*] Felix eſt, qui ex rebus partis fructum capit. Hoc autem non accidit avaro, non igitur felix. *Oliv.*

3. *Subjeciſſent.*] Nam mortuo Minutio, teſtamentum illi non Minutii teſtatoris, ſed aliud à ſe ſcriptum ſubjecit. *Oli.*

4. *Qui in Hiſpania Silium & A. Calpurnium.*] Ita vulgo. Veteres libri habent prænomina in vulgatis omiſſa, M. Silium, A. Calpurnium. Hirtius de bello Alexandrino Q. Sextium ſuggerit pro M. Silio. *Pigh.*

5. *In Hiſpania Silium.*] Q. Sextium vocat Hirtius, & de numero HS. diſſentit. *Corrad.*

6. *Pugionibus.*] Pugio breve telum lateri adhærens, à pungendo, vel, ut alii volunt, à pugno dictus. *Oliv.*

 1. *Auro*

gies ſeſtertium ab illo, ab hoc ſexagies pactus dimiſit. Atqui ne dubites, ſi alterum tantum daretur, jugulum quoque ſuum æquo animo illis fuiſſe præbiturum.

3. Cæterum avaritia ante omnes L. Septimuleji præcordia poſſedit: Qui, cum C. Gracchi familiaris fuiſſet, caput ejus abſcindere, & per Urbem pilo fixum ferre ſuſtinuit; quia Opimius conſul [1] auro id ſe repenſurum edixerat. Sunt qui tradunt, [2] liquato plumbo eum cavatam partem capitis, quo ponderoſius eſſet, expleſſe. Fuerit [3] ille ſeditioſus, [4] bono perierit exemplo: clientis tamen ſceleſta fames in has uſque jacentis injurias eſurire non debuit.

EXTERNA.

1. [5] Odium merita eſt Septimuleji avaritia; Ptolemæi autem regis Cypriorum, riſu proſequenda: Nam cum [6] anxiis ſordibus magnas opes corripuiſſet, propterque eas periturum ſe videret; & ideo omni pecunia impoſita navibus, in altum proceſſiſſet, ut claſſe perforata ſuo arbitrio periret, & hoſtes præda carerent; non ſuſtinuit mergere au-

1. *Auro id ſe repenſurum.*] Edictum fecerat Opimius conſul, ſe tantum auri daturum, quanti ponderis Gracchi caput eſſet, ei ſcilicet, qui caput illud ad ſe detuliſſet. *Idem.*

2. *Liquato.*] Soluto & liquefacto plumbo.

3. *Ille ſeditioſus.*] Concedatur, inquit, ſeditioſum fuiſſe Gracchum. Hoc autem dicit, quia dubitatur, an privatarum opum cupiditate, an reip. utilitate agrarias leges ferre voluerit. *Oliverius.*

4. *Bono perierit exemplo.*] Occiſus fuerit pro utilitate reip. ut à ſeditionibus ſibi caveant reliqui cives, cum exemplo Gracchi moniti ſint, quæ ſeditioſis viris præmia decernantur. *Idem.*

5. *Odium, &c.*] Diximus in cap. de Moderatione, Senatum, cum audiſſet Ptolemæum regem Cypri grandem conflare pecuniam, veritum, ne tantis opibus rex incitatus, bellum renovaret, Cyprum in provinciæ formam redigere conſtituiſſe. Quod ubi regi nuntiatum eſt, opes ſuas peti, id quod erat, exiſtimavit. Itaque ut Romanos pecunia fruſtraretur, eam totam navibus impoſuit eo animo, ut his perforatis obrueretur. Quod, cum jam altum petiſſet, avaritia ductus, facere non ſuſtinuit. Nam conſilium ſalubritate refertum, avaritia prævertit. Aurum enim & argentum, quo nihil carius illi eſſe poterat, perdere non ſuſtinuit. Itaque reverſus, opes, quibus periturus erat, reponere maluit, quam illis perditis, ſalutem ſervare. Nam Senatus Catonem cum claſſe miſit, qui regiam pecuniam Romam deportaret. Quod ubi ſenſit Ptolemæus, nimio dolore percitus, veneno fata prævenit. *Oliv.*

6. *Anxiis ſordibus.*] Sollicitis avaritiæ cupiditatibus.

1. De

aurum, & argentum; ſed futurum ſuæ necis præmium domum revexit. Proculdubio hic non poſſedit divitias, ſed à divitiis poſſeſſus eſt: titulo rex inſulæ, animo pecuniæ miſerabile mancipium.

CAP. V.

DE SUPERBIA ET IMPOTENTIA.

ROMANORVM.	EXTERNORVM.
1. *M. Fulvii Flacci Coſ.*	1. *Alexandri Magni.*
2. *M. Livii Druſi tribuni plebis.*	2. *Xerxis Perſarum regis.*
3. *Cn Pompeji Magni Coſ.* III.	3. *Annibalis Pœni.*
4. *M. Antonii triumviri.*	4. *Carthaginienſis & Campani ſenatus.*

1. ATque ut ſuperbia quoque & impotentia in conſpicuo ponantur, M. Fulvius Flaccus conſul, M. Plautii Hypſæi collega, cum pernicioſiſſimas reipublicæ leges introduceret, [1] de civitate danda, & de provocatione ad populum, eorum qui civitatem mutare voluiſſent; ægrè compulſus eſt ut in Curiam veniret. Deinde partim monenti, partim oranti ſenatui ut incepto deſiſteret, reſponſum non dedit. Tyrannici conſul ſpiritus haberetur, ſi adverſus unum ſenatorem hoc modo ſe geſſiſſet, quo Flaccus in totius ampliſſimi ordinis contemnenda majeſtate verſatus eſt.

2. [2] Quæ à M. quoque Druſo trib. plebis per ſummam contumeliam vexata eſt. Parvi enim habuit, L. Philippum Con-

1. DE *civitate danda.*] Declarat ipſas leges, ut quicunque civis Romanus fieri voluerit, id ei ſemper liceret. *Oliverius.*

2. *Quæ à M. &c.*] Notata eſt hiſtoria in cap. de Libere dictis, ubi vidimus; quomodo Marcus Druſus trib. pleb. ſe veluti Senatus patronum fecerat, & plebem ad ſe Gracchanis legibus, ejuſdemque ſocios ad plebem, ſpe civitatis, erexit, quibus pollicitus eſſet, ſi Senatus patres defenderent, paulo poſt cives Romanos futuros. Cum igitur dies promulgandi leges adeſſet, ſubito tanta vis hominum undique apparuit, ut hoſtium adventu obſeſſa civitas videretur. Auſus tamen ſe opponere conſul Philippus: ſed apprehenſum faucibus viator non ante dimiſit, quam ſanguis in ora & oculos redundaret. *Oliv.*

1. *Per*

Conſulem, quia interfari concionantem auſus fuerat, obtorta gula, & quidem non [1] per viatorem, ſed per clientem ſuum, adeo violenter in carcerem præcipitem egiſſe, ut multus è naribus ejus cruor profunderetur. Verumetiam cum ſenatus ad eum miſiſſet, ut in Curiam veniret: Quare non potius, inquit, ipſe in [2] Hoſtiliam propinquam [3] Roſtris ad me venit? Piget adjicere quod ſequitur. Tribunus ſenatus imperium deſpexit: ſenatus tribuni verbis paruit.

3. [4] Cn. autem Pompejus quam inſolenter? qui balneo egreſſus, ante pedes ſuos proſtratum Hypſæum ambitus reum, & nobilem virum, & ſibi amicum jacentem reliquit, contumelioſa voce proculcatum. Nihil enim eum aliud agere, quam et convivium ſuum moraretur, reſpondit.

1. *Per viatorem.*] Diſſentit à Floro, qui hoc per viatorem factum dicit. Autor de Viris Illuſtribus per ipſum Druſum. Dicit enim: *Conſuli legibus Agrariis reſiſtenti ita collum in convivio obtorſit, ut multus ſanguis efflueret de naribus.* Oliverius.

2. *Hoſtiliam curiam.*] Eam ſub Veteribus Hoſtilium regem ædificaſſe aſſerit Varro. Veteres Romulus ædificaverat, ubi is populum & ſacra in partes XXX. diſtribuerat, ut in iis ea ſacra curarent. Curiam ipſam incenſam fuiſſe P. Clodii funere Cicero & Livius teſtantur. Aſconius refert corpus Clodii, ut vulnera videri poſſent, delatum in forum, & pro roſtris poſitum, populumque deinde in curiam tuliſſe, atque cremaviſſe: eoque igne curiam Portamque Baſilicam ei conjunctam conflagraſſe. Ante eandem curiam roſtra inſtituta fuiſſe commemorat Varro. Intelligit autem Roſtra vetera. Vide Marlian. lib. III. cap. 6.

3. *Roſtris.*] Roſtrorum denominatio hæc à Livio traditur: Naves Antiatium partim in navalia Romæ ſubductæ, partim inciſæ, roſtriſque earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit, Roſtraque id templum appellatum. In roſtris ſedentes magiſtratus jus dicebant. Id Livius multis in locis oſtendit. Ferebanturque ibidem leges. Auctor Cicero pro Rabirio. Habebantur item conciones, ut idem in Piſonem teſtatur. Vide Marlianum dicto loco.

4. *Cn. autem Pompejus.*] Hipſæum Pompeji amiciſſimum fuiſſe Cicero cum aliis in locis, tum in epiſtolis familiaribus teſtatur, quem pro Pompejo in reſtitutione Alexandrina plurimum elaboraſſe dicit, ut illa provincia Pompejo decerneretur. Hic igitur ambitus damnatus, quod in petitione conſulatus largitione populum corrupiſſet, venit ad Pompejum, adverſus damnationem auxilium ab eo ſuppliciter petiturus. Erat tum in balneis Pompejus, more majorum paulo poſt cœnaturus. Expectavit Hipſæus, donec egrederetur è balneis, provolutus deinde ante ejus pedes, rogat ut ſibi adeſſe velit. Cui Pompejus ſuperbe ſatis, Moraturus, inquit, veniſti convivium meum. Non erubuit Pompejus nobilem virum ſibi amicitia conjunctum videre humi proſtratum, & pedes ejus complexum, tam contumelioſo reſponſo præterire. *Oliverius.*

dit. Et hujus dicti conſcius, ſecurus animo cœnare potuit. Ille vero etiam in foro non erubuit, P. Scipionem [1] ſocerum ſuum, legibus noxium, quas [2] ipſe tulerat, in maxima quidem reorum & illuſtrium ruina, muneris loco à judicibus depoſcere, maritalis lecti blanditiis ſtatum reipublicæ temperando.

4. Tetrum [4] facto pariter ac [5] dicto M. Antonii convivium. Nam cum ad eum triumvirum Cæſetii Rufi ſenatoris caput allatum eſſet; averſantibus id cæteris, propius admoveri juſſit, ac diu diligenterque conſideravit. Cunctis deinde expectantibus quidnam eſſet dicturus: Hunc ego, inquit, notum non habui. [6] Superba de ſenatore, [7] impotens de occiſo confeſſio.

EXTERNA.

1. Satis multa de noſtris, aliena nunc adjiciantur. Alexandri regis virtus & felicitas tribus inſolentiæ gradibus exultavit evidentiſſimis. Faſtidio enim Philippi, Jovem Hammonem patrem aſcivit: tædio morum, & cultus Macedo-

1. *Ille vero.*] Tulerat Pompejus legem de Largirione & corruptela, qua multi illuſtres viri damnati ſunt. Ubi ſocerum ſuum Scipionem hac lege damnari percepit, cum trecentis & ſexaginta judicibus egit, ut opitularentur ſocero: accuſator cum judices videret è foro proſequi Scipionem, continuo judicium dimiſit. Plutarchus in vita Pompeji: *Hinc*, inquit, *ambitus judiciis incubuit, leges ſcribens, per quas judicia conſtituebantur, in cæteris ſe honeſtum & integrum ſervavit, præſidium ordinemque ſimul & quietem in curia cum cohorte præſidens judiciis præbuit, in Scipione tamen ſocero, qui condemnari videbatur, crimen non effugit, apud ſe enim trecentis & ſexaginta judicibus domi convocatis, auxilium illi attulit. Quare accuſator ab rei impetitione deſtitit, cum Scipionem vidiſſet medio foro judicibus comitatum.* Item paulo infra: *Poſt paucos etiam dies Hipſæus vir conſularis judicium vitans, cognito Pompejum ad cœnam è balneo ire, ejus genibus accubuit, eumque obſecrare cœpit: ſed Pompejus cum faſtu eum prætериit, illum, inquiens, cœnam ſibi diſperdere.* Oliver.

2. *Socerum ſuum.*] Nam Corneliam filiam Pompejo dederat uxorem Scipio. *Idem.*

3. *Ipſe.*] Scilicet Pompejus.

4. *Facto.*] Quod inter epulas caput Rufi tractaret.

5. *Dicto.*] Quod ſe illum ignorare diceret.

6. *Superba de ſenatore.*] In ſenatorem ſuperbus, quod illum, quem omnes noverant, ſe ignorare diceret. *Oliv.*

7. *Impotens de occiſo.*] Quod ejus caput diu pertractatum, tanquam ignotum, abjecerit. *Idem.*

1. In-

cedonici, veſtem & [1] inſtituta Perſica aſſumpſit: ſpreto mortali habitu, [2] divinum æmulatus eſt. Nec fuit ei pudori filium, civem, hominem diſſimulare.

2. Jam [3] Xerxes, cujus in nomine ſuperbia & impotentia habitat, ſuo jure quam inſolenter abuſus eſt, quum Græciæ indicturus bellum, adhibitis Aſiæ principibus, Ne viderer, inquit, meo tantummodo uſus conſilio, vos contraxi. Cæterum mementote parendum magis vobis eſſe, quam ſuadendum. Arroganter, etiam ſi victori, repetere ei regiam contigiſſet: [4] tam deformiter victi, neſcias utrum inſolentius dictum an impudentius.

3. [5] Annibal autem Cannenſis pugnæ ſucceſſu elatus, nec admiſit quemquam civium ſuorum in caſtris, [6] nec reſponſum ulli, niſi per interpretem dedit. Maharbalem etiam,

1. *Inſtituta Perſica.*] Nam more Perſarum ſe adorari paſſus eſt, qui apud eos ſalutandi modus eſt. *Idem.*

2. *Divinum caput æmulatus eſt.*] Imitatus eſt divinam majeſtatem, ſumpto faſtigio, divinaque corona, qua Deorum capita coronantur. *Idem. Divinum caput æmulatus eſt.*] Ita vulgo. Dictio *caput*, in Wincheliano non habetur: & quidem contaminatus eſt locus. In Campenſi, Pulmanniano, & Atrebatenſi, *Divinum caput latus*, ſcribitur. In Suſiano autem, *Divinum aucupatus eſt.* Quæ ſane lectio non adeo contemnenda videtur. *Pigh.*

3. *Xerxis.*] Xerxis ipſa ſuperbia cognoſcitur, quæ tanta in eo fuit, ut etiam ipſis Diis minitari auſus fuerit, ut compedes Neptuno, de quo quidam dixit:

Qui mare, qui terras, qui cœlum territat armis.

Olivetius.

4. *Tam deformiter victi.*] Qui navali prœlio à Themiſtocle ſuperatus, in patriam piſcatoria navi turpiter effugere coactus eſt. *Idem.*

5. *Annibal autem, &c.*] De ſuperbia, qua uſus fuerit Annibal, ut ſuorum neminem admiſerit, ut reſponſum per interpretem dederit, Livius, qui Cannenſem pugnam ambitioſe deſcribit, nullam prorſus mentionem facit; quinimo poſt victoriam ſuos illi congratulatos fuiſſe dicit: Cum cæteri circumfuſi gratularentur, ſuaderentque, ut tanto perfunctus bello, diei quod reliquum eſſet, noctiſque inſequentis, quietem & ipſe ſibi ſumeret, & feſſis daret militibus: Maharbal præfectus equitum minime ceſſandum ratus, imo ut quid hac pugna ſit actum ſcias Annibal, die quinto, inquit, victor in Capitolio epulaberis, ſequere cum equite, ut prius te veniſſe, quam venturum, ſciant inimici; Annibal inquit, læta res eſt, ſed via major, quam ut eam ſtatim capere animo poſſim. Itaque voluntatem ſe Maharbalis laudare ait, ad conſilium penſandum temporis opus eſſe. Tum Maharbal, Non omnia nimirum eidem Dii dedere, vincere ſcis Annibal, victoria uti neſcis. Quod idem tradit & Plutarchus in vita Annibalis, nec ſuperbiæ ullam prorſus mentionem facit. *Oliv.*

6. *Nec reſponſum ullum.*] Polyb. l. v. & Li-

etiam, ante tabernaculum ſuum clara voce affirmantem, proſpexiſſe ſe quonam modo [1] paucis diebus Romæ in Capitolio cœnaret, aſpernatus eſt. Adeo felicitatis & moderationis dividuum contubernium eſt.

4. Inſolentiæ verò inter Carthaginienſem & Campanum ſenatum quaſi æmulatio fuit. Ille enim ſeparato à plebe balneo lavabatur, hic [2] diverſo foro utebatur: Quem morem Capuæ aliquamdiu retentum, C. quoque Gracchi oratione in Plautium ſcripta patet.

CAP. VI.
DE PERFIDIA.

1. *T. Tatii Sabinorum regis.*
2. *Ser. Sulpicii Galbæ pr.*
3. *Cn. Domitii Ahenobarbi Procoſ.*
4. *Q. Servilii Cæpionis Coſ.*

EXTERNORUM.

1. *Carthaginienſium.*
2. *Annibalis Pœni.*

OCcultum jam, & inſidioſum malum perfidia latebris ſuis extrahatur. Cujus efficaciſſimæ vires ſunt mentiri, ac fallere: fructus in aliquo admiſſo ſcelere conſiſtit: [3] tum certus, cum crudelitatem nefariis vinculis circumdedit: tantum incommodi humano generi afferens, quantum ſalutis bona fides præſtat. Habeat igitur non minus reprehenſionis, quam illa laudis conſequitur.

1. Romulo regnante [4] Sp. Tarpejus arci præerat; cujus filiam

& Livius lib. XII. Plutarch. in Vit. de hac Annibalis ſuperbia tacent. *Corrad.*

1. *Paucis diebus.*] Livius dicit, quinto die.

2. *Diverſo foro.*] Quia non eodem plebi & principibus jura reddebantur, ſed alteris altero foro. *Oliver.*

3. T*Um certus.*] Et præcipue fructus certus eſt, cum ille, in quem perfidia intenditur, involutus fallaciis, crudeliter tractatur; nam cum perfidiæ additur crudelitas, deteſtabilius nihil eſſe poteſt. *Oliv.*

4. *Sp. Tarpejus.*] Legendus Livius, Dionyſius, Plutarchus. Servius Danielis ad VIII. Æneid. *Tarpeja ſedes dicta eſt à Tarpeja virgine. Cum enim Romulus contra Sabinos bella tractaret, & Tarpejo cuidam dediſſet arcem tuendam, filia ejus Tarpeja aquatum profecta, in hoſtes incidit: quam cum hortarentur ad proditionem arcis, illa pro præmio popoſcit ornatum manuum ſiniſtrarum, id eſt, armillas.*

filiam [1] virginem aquam ſacris petitum extrà mœnia egreſſam, Tatius, ut armatos Sabinos in arcem ſecum reciperet, corrupit; mercedis nomine pactam quæ in ſiniſtris manibus gerebant. Erant autem his armillæ, & annuli magno ex pondere auri. Loco potitum agmen Sabinorum, puellam præmium flagitantem, armis obrutam necavit: perinde quaſi promiſſum (quod ea quoque lævis geſtaverant) ſolvens. Abſit reprehenſio: quia impia proditio celeri pœna vindicata eſt.

2. Ser. quoque Galba ſummæ perfidiæ: trium enim Luſitaniæ civitatum convocato populo tanquam de commodis ejus acturus, [2] ſeptem millia, in quibus flos juventutis conſiſtebat, electa, & armis exuta, partim trucidavit, partim vendidit: [3] Quo facinore maximam cladem barbarorum, magnitudine criminis anteceſſit.

3. [4] Cn. autem Domitium ſummi generis, & magni animi virum, nimiæ gloriæ cupiditas perfidum exiſtere coëgit. [5] Iratus namq; Betulto regi [6] Arvernorum, quod cum ſuam, tum etiam Allobrogum gentem, ſe etiam tum in provincia morante, ad Q. Fabii ſucceſſoris ſui dexteram confugere hortatus eſſet: per colloquii ſimulationem accerſitum, hoſpitioque exceptum vinxit, ac Romam nave deportandum curavit. Cujus factum ſenatus neque probare potuit, neque reſcindere voluit, ne remiſſus in patriam Betultus bellum renovaret. Igitur eum Albam cuſtodiæ cauſſa relegavit.

4. Vi-

vas. Facta itaque arcis proditione, hoſtes ingenioſa morte promiſſa ſolverunt. Nam ſcuta, id eſt, ſiniſtrarum manuum ornamenta ſuper illam jacientes, eam vita privarunt: quæ illic ſepulta, Tarpejæ ſedi nomen impoſuit. Coler.

1. *Virginem.*] Illam auro corruptam alii referunt.

2. *Octo millia.*] Alii, *Novem millia.*

3. *Quo facinore, &c.*] Quamvis Luſitanorum clades maxima fuerit, majus tamen Galbæ crimen, deteſtabiliorque perfidia fuit. *Oliv.*

4. *Cn. autem Domitium.*] Atqui Fabium adverſus hunc regem pugnaſſe ſcribunt Liv. lib. LXI. & Oroſius lib. V. cap. 14. *Corrad.* Cont. A. U. DCXXXII.

5. *Iratus namque Bituito regi.*] Ita vulgo. Corrigendum, *Betulio*, ex fide antiqui marmoris, quod triumphum de eodem hoc rege nobis repræſentat, faſtis Capitolinis inſerendum. Hoc ipſum inveniet ſtudioſus in noſtris Annalibus. *Pigh.*

6. *Arvernorum.*] Populi ſunt Galliæ Tranſalpinæ.

1. *Viti-*

4. [1] Viriati etiam cædes [2] duplicem perfidiæ accuſationem recepit: in amicis, quod eorum manibus interemptus eſt: in Q. Servilio Cæpione conſule, quia is ſceleris hujus auctor, impunitate promiſſa fuit: victoriamque non meruit, [3] ſed emit.

EXTERNA.

1. [4] Verum ut ipſum fontem perfidiæ contemplemur: Car-

1. *Viriati etiam cædes.*] Perfidia quantopere populo Rom. diſplicuerit, ex hoc exemplo cognoſci poteſt, ut non ſolum oderit illam in amicos, verum etiam in hoſtes, ut hoc loco in Viriatum. Fuit autem Viriatus, teſte Autore de Viris Illuſtribus, genere Luſitanus, ob paupertatem primo mercenarius, deinde alacritate venator, audacia latro, ad poſtremum dux, bellum adverſus Romanos ſumpſit, eorumque imperatorem Claudium Unimanum, deinde C. Nigidium oppreſſit; pacem maluit à Popilio integer petere, quam victus, & cum alia dediſſet, & arma adimerentur, bellum renovavit. Cæpio cum vincere aliter non poſſet, duos ſatellites pecunia corrupit, qui Viriatum vino ſopitum peremerunt. Quæ victoria, quia empta erat, à Senatu non probata. Abbreviator T. Livii: *Q. Fabius*, inquit, *proconſul, rebus in Hiſpania proſpere geſtis, labem impoſuit, pace cum Viriato æquis conditionibus facta. Viriatus à proditoribus conſilio Servilii Cæpionis interemptus eſt, & ab exercitu ejus multum deploratus, at nobiliſſime tumulatus, vir duxque maximus, per quatuordecim annos, quibus cum Romanis bellum geſſit, frequentius ſuperior.* Oliv.

2. *Duplicem perfidiæ.*] Oroſius lib. v. cap. 2. de Fabio: *Fecit facinus etiam ultimis barbaris Scythiæ, non dicam Romanæ fidei & moderationi exſecrabile. Quingentis enim principibus eorum, quos ſocietate invitatos deditionis jure ſuſceperat, manus præcidit.* Sed quam hoc leniter Valerius. Vix perſtringit. *Coler.*

3. *Sed emit.*] Præmia tamen percuſſoribus negata Oroſius inibi: *Viriatus autem cum per XIV. annos Romanos Duces atque exercitus protriviſſet, inſidiis ſuorum interfectus eſt: in hoc ſolo Romanis circa eum fortiter agentibus, quod percuſſores ejus indignos præmio judicarunt.* Idem.

4. *Verum, &c.*] Satis conſtat Carthaginienſes primo Punico bello, ductu & auſpicio M. Attilii Reguli ſæpius ſuperatos, ad eam neceſſitatem demum fuiſſe redactos, ut à Lacedæmoniis auxilia peterent, quia aliter vires Romanas ulterius ferre non poſſent. Lacedæmonii igitur Xantippum belli peritiſſimum ducem cum trecentis equitibus in eorum auxilium miſerunt, qui Aſdrubali Carthaginienſium duci conjunctus, Romanum ducem, cum virtute non poſſet, arte & inſidiis pervertere cogitavit. Itaque cum ad prœlium utrimque acies inſtructæ conſtitiſſent, jamque pugna eſſet accenſa, Pœni, ſimulato metu, in fugam conſternuntur. Locaverat Xantippus milites in inſidiis; Romanus igitur effuſe fugientem hoſtem non prius inſequi deſtitit, quam ex improviſo præcipitatur in inſidias, ubi cæſi multi, & Attilius captus eſt, Carthaginemque ductus. Poſt tantam igitur victoriam arte Xantippi comparatam, Carthaginienſes hæc illi præmia retulerunt, quia ſumma perfidia uſi, redeuntem in patriam, ſimulati honoris gratia cum multis militibus comitati, in alto ſubmerſerunt. *Oliverius.*

Carthaginienſes [1] Xantippum Lacedæmonium, cujus optima opera primo Punico bello uſi fuerant, & quo juvante Atilium Regulum ceperant; [2] ſimulantes ſeſe domum revehere, [3] in alto merſerunt. Quid tanto facinore petentes? an, ne victoriæ eorum ſocius ſupereſſet? Extat nihilominus, & quidem cum illorum opprobrio; quem ſine ulla gloriæ jactura inviolatum reliquiſſent.

2. [4] Annibal porro Nucerinos hortatu ſuo [5] cum binis veſtimentis urbem inexpugnabilibus muris cinctam egreſſos, [6] vapore & fumo balnearum ſtrangulando, & Acerranorum ſenatum eadem ratione extra mœnia evocatum, in profundum puteorum abjiciendo, nonne bellum adverſus po-

1. *Xantippum.*] Fuit hic Xantippus, teſte Macrobio Saturnal. lib. I. Periclis filius. *Idem.*

2. *Simulantes ſeſe domum.*] Domum tamen rediiſſe ſcribunt Polybius lib. I. Oroſius libro I. & VII. cap. 9. *Corrad.*

3. *In alto.*] In mari. *In alto merſerunt.*] Atrebatenſis & Winchelianus habent, *In alto mari merſerunt.* Pigh.

4. *Annibal, &c.*] Cum Nucerinos obſideret Annibal, eos, data fide, vocavit ad colloquium, convenitque, ut cum binis veſtimentis abire poſſent: ſed cum extra mœnia veniſſent oppidani, eos omnes ſicco balneo perfidus Pœnus incluſit, fumoque & vapore crudeliter necavit. Eadem perfidia uſum in Acerranos dicit, quos extra mœnia accitos, violata fide, in profundum puteorum præcipitari juſſit. De Acerranis non ſentit cum Livio, qui eos è manibus hoſtium evaſiſſe dicit: *Pœnus*, inquit, *Acerras primum ad voluntariam deditionem conatus pellere, poſtquam vidit inde obſtinatos, obſidere ac oppugnare parat. Cæterum Acerranis plus animi quam virium erat: itaque deſperata tutela urbis, ut circumvallari mœnia viderunt, priuſquam continuarentur hoſtium opera, per intermiſſa munimenta, neglectaſque cuſtodias ſilentio noctis delapſi, per vias inviaque, quà quemque aut conſilium aut terror tulit, in urbes Campaniæ, quas ſatis certum erat non mutaſſe fidem, perfugerunt. Annibal Acerris direptis atque incenſis, exercitum ad Caſilinum ducit.* Oliv.

5. *Cum binis veſtimentis urbem egreſſos.*] Ita vulgo. At in Livio hæc ipſa narrante, ſingulis veſtimentis egreſſos eos leges. An igitur hic, *Cum privis veſtimentis*? Quæ corruptio eadem & correctio alibi in Livio notata. Niſi ſi Livius ſingula veſtimenta capit, unam togam, unam tunicam. Quo reſpectu recte & bina & ſingula dixeris. *Lipſ.*

6. *Vapore & fumo.*] Sic Catulus ſe ignis hauſtu ludibrio hoſtium exemit. Oroſius de obitu Joviniani: *Cum in cubiculum quoddam novum ſe recepiſſet, calore prunarum & nidore parietum nuper calce illitorum aggravatus & ſuffocatus.* De eodem Eutropius lib. X. Inſcriptio vetus Romæ inventa:

D. M. L.

ÆMILII. VICTORIS. QVI. PRIDIE.
NATALEM. SVVM. XXII. PRVNA.
IN. PENSILI. POSITA. VRGENTE. FATO. IPSE. NECAVIT. SF.

Cauſam hujus rei vide apud Hieronymum Mercurialem libro III. cap. II. *Coler.*

1. Toga-

populum Romanum & Italiam profeſſus, adverſus ipſam fidem acrius geſſit, mendaciis & fallacia quaſi præclaris artibus gaudens? Quo evenit, ut alioqui inſignem nominis ſui memoriam relicturus, in dubio, majorne, an pejor vir haberi deberet, poneret.

CAP. VII.

DE SEDITIONIBUS.

PLEBIS ROMAN. ADVERSVS	MILITVM ROMAN. ADVERSVS
1. *C. Marium Coſ.* VI.	1. *Gratidium legatum.*
2. *Q. Metellum cenſorem.*	2. *Q. Pompejum conſulem.*
3. *A. Numium candidatum.*	3. *C. Carbonem legatum.*
4. *A. Sempronium Aſellionem pr.*	

SEd ut violentæ ſeditionis tam [1] togatæ, quam etiam armatæ facta referantur.

1. L. Equitium, qui ſe Ti. Gracchi filium ſimulabat, tribunatumque [2] adverſus leges cum L. Saturnino petebat, [3] à C. Mario ſextum conſulatum gerente in publicam cuſtodiam ductum, populus clauſtris carceris convulſis, raptum humeris ſuis per ſummam animorum alacritatem portavit.

2. Idemque [4] Q. Metellum cenſorem, quod ab eo tanquam Gracchi filio, [5] cenſum recipere nolebat; lapidibus proſternere conatus eſt, affirmantem tres tantummodo filios Graccho fuiſſe. E quibus unum in Sardinia ſtipendia inerentem, alterum infantem Præneſte, tertium poſt patris

1. TOgatæ.] Urbanæ, quæ ſcilicet in urbe concitata fuerit. *Oliv.*

2. *Adverſus leges.*] Quia lex erat, ne quis inquilinus, qui non eſſet in cenſu & aliqua tribu, poſſet tribunus pl. creari. *Oli.*

3. *A C. Mario quietum conſulatum gerente.*] Ita vulgo. Lege, *A C. Mario ſextum conſulatum gerente.* Error ex notarum lapſu provenit. Marius enim in ſexto conſulatu Apulejanam ſeditionem eſt paſſus. *Pigh.*

4. *Q. Metellum.*] Numidicum.

5. *Cenſum recipere.*] Detulerat Equitius Tiberii Gracchi cenſum, tanquam illius filius & hæres, quem Metellus, quia falſum eſſe ſciebat, admittere recuſavit. Nec turpem hominem in nobiliſſimæ familiæ cenſu eſſe voluit, quippe qui antea, nec in tribu, nec in cenſu fuiſſet ullo. *Oliv.*

tris mortem natum Romæ deceſſiſſe: neque oportere clariſſimæ familiæ ignotas ſordes inſeri: Cum interim improvida concitatæ multitudinis temeritas, pro impudentia, & audacia adverſus conſulatum, & cenſuram, tetendit, principeſque ſuos omni petulantiæ genere vexavit.

3. [1] Veſana hæc tantummodo: illa etiam cruenta ſeditio. [2] Populus enim A. Numium competitorem Saturnini, novem jam creatis tribunis, unoque loco duobus candidatis reſtante, vi prius in ædes privatas compulit. Extractum deinde interemit, ut cæde integerrimi civis, facultas adipiſcendæ poteſtatis teterrimo civi daretur.

4 [3] Creditorum quoque conſternatio adverſum Sempronii Aſellionis prætoris urbani caput intolerabili modo exarſit. Quem, quia cauſſam debitorum ſuſceperat, concitati à L. Caſſio trib. pleb. pro æde concordiæ ſacrificium facientem, ab ipſis altaribus fugere extra forum coactum, inque [4] tabernaculo latitantem, prætextatum diſcerpſerunt.

MILITUM ROMANORUM.

1. Deteſtanda fori Rom. conditio: ſed ſi caſtra reſpicias, æque magna orietur indignatio. [5] Cum C. Mario lege Sulpicia, provincia Aſia, ut adverſus Mithridatem bellum gere-

1. *Veſana hæc.*] Mummium à Saturnino tribunatus competitore per ſummum populi furorem crudeliter cæſum fuiſſe, & L. Florus lib. III. & Cicero in Catilinam Invect. IV. & alii auctores teſtantur. Fuit autem tam veſana ſeditio, ut illius etiam, ad quas confugerat, ædes expugnaverit, & extractum crudeli cæde necaverit. *Idem.*

2. *Populus enim Mumium.*] Ita vulgo. A. Numium vocat Livius lib. LXIX. & Oroſ. lib. V. cap. 17. *Corrad.*

3. *Creditorum quoque, &c.*] Civitas propter imperata tributa æs grande contraxerat, cui ſolvendo cum non ſatis eſſet, & creditores inſtarent, Sempronius prætor, miſeratione commotus, debitorum cauſam ſuſceperat, eamque fovendo tuebatur. Fœneratores, quorum vis magna erat, indignati, & à L. Caſſio tribuno pl. incitati, prætorem ante ædem Concordiæ ſacrificantem adorti, ab altaribus profugere coëgerunt, & intra tabernacula latitantem occiderunt. *Oliv.*

4. *Tabernaculo.*] Tegete ex tabulis occide contexta. *Bad.*

5. *Cum C. Mario.*] Marius poſt Gallos, Cimbros, Theutonas, Senoneſque devictos, cum requieſcere nullo modo poſſet, quod virtutem ſuam otio & languore conſumi videret, ſimulavit ſe velle matri Deûm in Cappadocia vota perſolvere, vera autem peregrinationis cauſa

gereret, privato decreta eſſet: miſſum ab eo Gratidium legatum ad L. Sullam conſulem accipiendarum legionum cauſſa milites trucidarunt: Proculdubio indignati, quod à ſummo imperio, ad eum qui nullo in honore verſaretur, tranſire cogerentur. Sed quis ferat militem ſcita plebis exitio legati corrigentem?

2. Pro conſule iſtud tam violenter exercitus, illud adverſus conſulem. Q. enim Pompejum Sullæ collegam, ſenatus juſſu ad exercitum [1] Cn. Pompeji, quem aliquandiu invita civitate obtinebat, contendere auſum: ambitioſi ducis illecebris corrupti milites, [2] ſacrificare incipientem adorti, [3] in modum hoſtiæ mactaverunt: tantumque ſcelus Curia caſtris cedere ſe confeſſa, inultum habuit.

3. [4] Ille quoque exercitus nefariè violentus, qui C. Carbonem fratrem Carbonis ter conſulis, propter bella civilia

cauſa fuit, ut Mithridatem pop. Rom. ſuſpectum ad bellum incitaret, quo cum veniſſet, ita Mithridatem allocutum fuiſſe dicunt: O Mithridates, quæcunque tibi populus Romanus imperat, vel tacite exequere, vel da operam, ut illo ſuperior ſis. Hanc vocem à viro privato tam libere editam admiratus rex bellum adverſus pop. Rom. ſibi omnino ſuſcipiendum eſſe conſtituit. Reverſus in patriam Marius, Ponti provinciam ſummo ſtudio, & ambitione depoſcebat; quæ Syllæ, quia conſul eſſet, cum decreta foret, Sulpitius trib. pleb. ægertimè tulit; & cum alias pernicioſas leges tuliſſet, ut ſcilicet exules revocarentur, ut novi cives libertinique diſtribuerentur in tribus, hanc quoque tulit, ut Marius adverſus Mithridatem Ponti regem dux crearetur; illudque ſenatus decretum, quo Syllæ provincia deſignata fuiſſet, reſcinderetur. Qua in re cum ſeditio maxima excitaretur, Sulpitius Saturninum omnibus præſtantem prædicabat, hoc uno tantum illum damnabat, quod timidus videretur, ſed ille tunc ſe magnanimum oſtendit; nam trecentos milites habebat, quos ἀντισυγκλήτους, id eſt, contraſenatores appellabat, quibus vim conſulibus Q. Pompeio, & Syllæ huic actioni reſiſtentibus cum intuliſſet, & cæſo Pompeji conſulis filio, genero Syllæ, in domum Marii Sylla confugiſſet, & inde à Mario dimiſſus in caſtra contendiſſet, provincia tandem Mario per populum decreta fuit; qui cum legatos in caſtra ad Syllam miſiſſet, qui ſibi imperatori deſignato caperent exercitum, indignati milites, quod à conſule ad hominem privatum tranſituri eſſent, Gratidium legatum trucidaverunt. *Oliv.*

1. *Cn. Pompeji.*] Sunt qui dicant hunc fuiſſe Cn. Pompejum Strabonem, Magni Pompeji patrem. *Oliv.*

2. *Sacrificare incipientem.*] Nil niſi prius peractis ſacris, captiſque auſpiciis Romani publice gerebant. De more igitur exercitum accepturus ſacrificabat. *Idem.*

3. *In modum hoſtiæ mactaverunt.*] Quia ad aras.

4. *Ille quoque exercitus.*] Hoc in Africa fuiſſe conjicitur.

lia diſſolutam diſciplinam militarem præfractius & rigidius aſtringere conatum, privavit vita: ſatiuſque duxit maximo ſcelere coinquinari, quam pravos ac tetros mores mutare.

CAP. VIII.

DE TEMERITATE.

1. *P. Africani majoris.*	EXTERNORUM.
2. *C. Cæſaris Coſ.* 11.	1. *Annibalis Pœni.*
3. *Exercitus Rom.*	2. *Athenienſis populi.*

[1] TEmeritatis etiam & ſubiti,& vehementes ſunt impulſus: quorum ictibus hominum mentes concuſſæ, nec ſua pericula diſpicere, nec aliena facta juſta æſtimatione proſequi valent.

1. Quam enim temere ſe Africanus ſuperior [2] ex Hiſpania duabus quinqueremibus ad Syphacem trajecit, in unius Numidiæ infidis præcordiis ſuam pariter & patriæ ſalutem depoſiturus! [3] Itaque exiguo momento maximæ rei caſus fluctuavit, [4] utrum captivus, an victor Scipio Syphacis fieret.

2. [1] Jam

1. T*Emeritatis etiam ita ſubiti, ut vehementes ſunt impulſus.*] Ita vulgo. Manuſcripti codices habent, *Temeritatis etiam & ſubiti, & vehementes ſunt impulſus.* Pigh.

2. *Ex Hiſpania.*] Tunc erat in Hiſpania Scipio, cum jam animo ad invadendam Carthaginem adjecto, vidit plurimum momenti ad victoriam in Syphace eſſe repoſitum, quem ſibi & pop. Rom. ut amicum faceret, non dubitavit rem magno periculo aggredi, ſeque ad regem barbarum, dubiæ fidei hominem cum duabus quinqueremibus conferre, ubi parum abfuit, quin ab hoſtibus interciperetur, quoniam eodem tempore & Haſdrubal Pœnorum dux ad eundem regem ſuum curſum faciens, cum quinque triremibus Romanas naves prope circumvenit, ſed quia iis vento priores Romani portum intrarent, hoſtes in regio portu hoſtile quicquam moliri non ſunt auſi. *Oliv.*

3. *Itaque exiguo momento maximæ reip. caſus fluctuatus eſt, utrum interfector, an captivus Scipio Syphacis fieret.*] Ita vulgo. Locus eſt valde corruptus, quem è Pulmanniano atque Suſiano utcumque corrigemus: è quibus primum ita legendum exiſtimo, *Itaque exiguo momento maximæ rei caſus fluctuavit.* Deinde reliquum ita produnt jam dicti libri; *Utrum captivus, an victor Syphacis Scipio fieret.* Quæ quidem verba multum diſcrepant à vulgata lectione, vero tamen ſenſu prævalent. Non enim Scipio interfector Syphacis, quem captivum, poſtea in carcere mortuum ſcribunt omnes. *Pigh.*

4. *Utrum interfector.*] In diſcrimine fuit, utrum Syphacis interfector, an captivus futurus eſſet Scipio. Cùm enim apud

Digitized by Google

2. [1] Jam C. Cæſaris anceps conatus etiamſi cœleſtium cura protectus eſt, attamen vix ſine animi horrore referri poteſt. Siquidem impatiens legionum tardioris à Brunduſio Apolloniam trajectus; per ſimulationem [2] adverſæ valetudinis convivio egreſſus, majeſtate ſua ſervili veſte occultata, [3] naviculam conſcendit, & è flumine maris Adriatici

apud regem eſſet, eundemque barbarum & infidum, facile rex illum detinere potuiſſet captivum. Quod ſi feciſſet, à Scipione nunquam victus, & in triumphum ductus fuiſſet. *Oliv.*

1. *Jam C. Cæſaris.*] Plutarchus in vita Cæſaris: *Cæſar*, inquit, *Apollonia reſidens, ubi parum copiarum ad capeſſendam pugnam ſibi eſſe vidit, cæteraſque copias ex Italia lente proficiſci in ancipiti rerum conſultatione grave & periculoſum conſilium inivit. Nam cum multis hoſtium claſſibus mare teneretur, conſcio nemine, parvam remorum duodecim ſcapham ingreſſus, Brunduſium tranſire decrevit. Nocte igitur clanculum ſervili habitu aſcendens, ut ſe viliſſimum quempiam tacitus adjecit, Anio flumine navigium ad mare uſque delatum eſt. Solet is, cum matutina ſpirante aura fluctum longe repellat, circa oſtium tranquillus illabi. Ea vero nocte ingens ex ponto ventus perflarat, à quo extincta reſederat aura; cæterum cum adverſus procellas & tempeſtatem acrius flumen irrumperet, ingens attollebatur ſonitus, & rapidi confligebant vortices. Quamobrem gubernator, poſtquam nulla vi ſuperare ſperat, retrocedere ſtatuit. Itaque nautis, ut remigationem permutarent, juſſerat. Quod ubi perſenſit Cæſar, ſeipſum detexit, apprehenſa deinde gubernatoris dextra, qui ad ejus obſtupuerat aſpectum, Perge, inquit, audacter perge, nec extimeſcas quicquam, Cæſarem vehis, ac Cæſaris fortunam navigationis comitem. Tum obliti tempeſtatis remiges, innixi remis, promptiſſime fluminis impetum ſuperare contendunt, quod ut fruſtra conati ſunt, Cæſar multis obrutus fluctibus, & in ipſo fluminis oſtio magnis ſusceptis periculis, gubernatori, ut rediret, invitus admodum ceſſit.* Hæc Plutarchus. Alii vero dicunt, quod cum Cæſar videret Antonium, quem Brunduſii relictum per litteras acciverat, ſe tardius Apolloniam cum reliqua copiarum parte conferre, timens ne interciperetur à Pompejana claſſe, cum tantam Antonii moram ferre non poſſet, nocte ſimulato morbo, ſe ſubtraxiſſe è convivio, & ſumpto ſervili habitu, clam omnibus ad pauperis cujuſdam Amiclæ gubernatoris caſulam veniſſe, eoque excitato, ſe periculoſiſſimæ navigationi, cum etiam tempeſtas inſtaret, temere ſatis expoſuiſſe, nec diſſuaderi potuiſſe ab Amicla nauta, quo minus periculum ſubire vellet: ubi propemodum periit. *Oliv.*

2. *Adverſæ valetudinis.*] Simulavit, ſecundum quoſdam, quod ſtomacho non valeret, ut honeſte & ſine ſuſpicione è convivio ſe ſubtraheret. Hujus autem ſimulatæ ægritudinis nullam prorſus mentionem facit Plutarchus. *Idem.*

5. *Naviculam.*] Scapham, quam Plutarchus duodecim remorum fuiſſe dicit. Erat autem pauperis Amiclæ, de quo Lucanus lib. v.

——— Molli conſurgit Amiclas
Quem dabat alga thoro, quiſnam mea naufragus, inquit,
Tecta petit, aut quem noſtræ fortuna coëgit
Auxilium ſperare caſæ? —— Oliv.

Naviculam conſcendit è flumine, ac maris Adriatici ſæva tempeſtate fauces petiit.] Ita vulgo. In Pulmanni & Suſii exemplaribus, *Naviculam conſcendit, & è flumine maris Adriatici, &c.* Recte, nam Apolloniæ navem conſcendit, & ſe-

tici ſæva tempeſtate [1] fauces petiit. Protinuſque in altum dirigi juſſo navigio, multum ac diu contrariis jactatus fluctibus, tandem neceſſitati ceſſit.

3. Age, illa quam execrabilis militum temeritas! Fecit enim ut [2] A. Albinus, nobilitate, moribus, honorum omnium conſummatione civis eximius, propter falſas & inanes ſuſpiciones, in caſtris ab exercitu lapidibus obrueretur: Quodque acceſſionem indignationis non recipit, oranti atque obſecranti duci à militibus cauſſæ dicendæ poteſtas negata eſt.

EXTERNA.

1. [3] Itaque minus miror, apud trucem & ſævum Annibalis animum defenſionis locum innoxio gubernatori non fuiſſe; quem à Petilia claſſe Africam repetens [4] freto appulſus,

cundo flumine in mare Adriaticum, adverſiſque ventis Brunduſium tendebat, ut Plutarchus atque alii auctores. *Pighius.*

1. *Fauces.*] Anguſtias & oſtia, quibus fluvius in Adriaticum mare deſcendit.

2. *A. Albinus.*] Oroſius Poſtumium Albinum, & legatum L. Sullæ appellat. Idem non falſa, & inani ſuſpicione, ut Valerius, ſed intolerabili ſuperbia à militibus vult occiſum. *Coler.*

3. *Itaque, &c.*] Cum ex Italia revocatus Annibal ad opem laboranti patriæ ferendam veniſſet in Siciliam, quæſivit à gubernatore, quid illud eſſet promontorium ſibi ante oculos poſitum. Erat enim Pelorus mons ab ipſo gubernatore denominatus. Quod cum ille dixiſſet Siciliæ promontorium eſſe, non credens Annibal, quia ſibi perſuadere non poterat, tam brevi curſu in Siciliam veniſſe, ratus inſidias à gubernatore factas, illum interfecit. Poſtea vero certior factus, Italiam brevi ſpatio dirimi à Sicilia, pœnitentia ductus, gubernatorem, cum vita donare non poſſet, honore ſepulturæ donavit, quia eo loco ſepultus monti nomen impoſuit, teſte Salluſtio. Quod etiam Servius in III. Virgilii affirmare videtur eo carmine,

—— Et anguſti rareſcunt clauſtra Pelori.

Qui ait: *Promontorium eſt Siciliæ, ſecundum Salluſtium, à gubernatore Annibalis illic ſepulto, qui fuerat occiſus per ignorantiam regis, cum ſe ejus dolo crederet eſſe deceptum: quanquam legatur, & ante Pelorum dictum fuiſſe.* Oliv.

4. *Freto appulſus.*] Mari Siculo, & proprie fretum, quia ibi ſemper ob anguſtias fervet mare. Eſt enim, teſte Salluſtio, breve illud ſpatium, quo Sicilia abſciſſa eſt ab Italia, quæ olim conjuncta fuerat. Unde Virgilius:

Hæc loca vi quondam vaſta convulſa ruina,
(Tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas)
Diſſiluiſſe ferunt, cum protinus utraque tellus
Una foret: venit medio vi pontus, & undis
Heſperium Siculo latus abſcidit, arvaque & urbes
Littore diductas anguſto interluit æſtu.

Ibi

ſus, dum [1] tam parvo ſpatio Italiam Siciliamque inter ſe diviſas non credit, velut inſidioſum curſus rectorem intéremit: Poſteaque diligentius inſpecta veritate, tunc abſolvit, cum ejus innocentiæ nihil ultra ſepulchri honorem dari potuit. Igitur anguſti atque æſtuoſi maris alto è tumulo ſpeculatrix [2] ſtatua, tam [3] memoriæ Pelori, quam Punicæ temeritatis, [4] ultra citraque navigantium oculis expoſitum indicium eſt.

2. [5] Jam Athenienſium civitas ad veſaniam uſque temeraria, quæ decem univerſos imperatores ſuos, & quidem à pulcherrima victoria venientes, capitali judicio exceptos

neca-

Ibi etiam condita eſt civitas, quæ, teſte Livio, ab hac ſciſſura Rhegium dicta fuit. *Oliv.*

1. *Tam parvo ſpatio.*] Strabo ſane quod ad longitudinem adtinet appendicem Italiæ facit: & continentem fuiſſe aliquando auctores ſunt Salluſtius, Plinius, Strabo, alii. Claudianus Poëta:

—— Trinacria quondam
Italiæ pars una fuit. ſed Pontus & æſtus
Mutavêre ſitum. rupit confinia Nereus.

Salluſtii quidem locus citatur ab Iſidoro, ſed ut apparet, mutatis nonnihil verbis Salluſt. Sincerum puto ſupereſſe apud Lutatium Statii Scholiaſten. Ita loquitur: *Olim Italiæ Siciliam junctam fuiſſe conſtat, ſed medium ſpatium aut propter humilitatem abruptum eſt, aut propter anguſtiam ſciſſum, aut dum curvum fit, facit datura mollioris Italiæ, in quam altitudo & aſperitas Siciliæ æſtum elidat.* Coler.

2. *Statua.*] Quis hoc omnium ſcripſit ſtatuam ibi collocatam fuiſſe? Dure quidem, ſi ſtatuam pro turricula ſive πυργίσκῳ accipias. *Coler.*

3. *Memoriæ Pelori.*] Illic ſepultum eſſe Pelorum. Serv. & Iſidor. ex Salluſtio annotarunt. Poſtea ibidem columella ſive turricula collocata, vetuſto & peculiari ritu. Strabo lib. 3. ubi de columnis Herculis: ἔθος γὰρ παλαιὸν ὑπῆρξε τὸ τίθεσθαι τοιούτους ὅρους, καθάπερ οἱ Ῥηγῖνοι τὴν στηλίδα ἔθεσαν ἐπὶ τῷ τοῦ πορθμοῦ κειμένην πυργίον τι. καὶ ὁ τοῦ Πελώρου λεγόμενος πύργος ἀντίκειται ταύτῃ τῇ στηλίδι. *Coler.*

4. *Ultra & citra.*] Per ulteriorem & citeriorem partem maris.

5. *Iam Athenienſium, &c.*] Diximus in capite de Conſtantia, Spartano bello, quod decem prætores Athenienſes apud Arginuſas adverſus Lacedæmonios geſſerunt, cum poſt victoriam ea pugna navali à prætoribus partam, ſubito exorta tempeſtas Athenienſium claſſem disjeciſſet, prætores ſuorum militum corpora, qui in ea pugna ceciderant, ſepulturæ mandare nequiiſſe. Quod cum Athenis nunciatum eſſet, inſepulta ſcil. jacere militum corpora, tam furioſa temeritate in prætores exagitatus eſt populus, ut indicta cauſa illos damnaret, legemque ferret de ſumendo ex his ſupplicio, cum primum rediiſſent. Et cum forte Dimarchus eo anno Socrates eſſet, id eſt, trib. plebis, nulla ratione adduci potuit, ut tam temeratiæ & veſanæ legi conſentiret, & quia plebiſcitum fieri non poterat injuſſu Socratis, illi per vim ſunt executi, quod jure non poterant, & de bene meritis prætoribus, quibus præmium & triumphus debebatur, cum primum redierunt, ſumpſere ſupplicium. *Oliv.*

necavit; Quod militum corpora, ſævitia maris interpellante, ſepulturæ mandare non potuiſſent: [1] neceſſitatem puniens, cum honorare virtutem debuiſſet.

CAP. IX.

DE ERRORE.

1. *Plebis Romanæ.*
2. *C. Caſſii Longini procoſ.*
3. *Satellitum Lartis Tolumnii regis.*

TEmeritati proximus eſt error: quemadmodum ad lædendum par, ita cui facilius quis ignoverit: quia non ſua ſponte, ſed vanis concitatus imaginibus, culpæ ſe implicat. Qui quam latè in pectoribus hominum vagetur, ſi complecti coner; vitio, de quo loquor, ſim obnoxius. Paucos igitur ejus lapſus referemus.

1. [2] C. Helvius Cinna trib. pleb. ex funere C. Cæſaris domum ſuam petens, populi manibus diſcerptus eſt pro Cornelio Cinna, in quem ſævire ſe exſtimabat: Iratus ei, quod

1. *Neceſſitatem puniens.*] Quia neceſſitate compulſi corpora ſepelire nequiverunt, hanc illi neceſſitatem punire maluerunt, quam honorare virtutem, quia triumphum decernere potius debuerant prætoribus ſuis, qui ſpecioſam ex hoſte victoriam reportaſſent. *Oliverius.*

2. C. *Helvius Cinna.*] Cæſo in Senatu Julio Cæſare, populus vehementer concitatus, primo per interfectores habita concione, aliquantiſper lenitus eſt; poſtea vero, aperto Cæſaris teſtamento, poſtquam ampla Romanis legata eſſe compertum eſt, ac delatum per forum corpus vulneribus deforme apparuit, ſic acerbati ſunt animi, ſic adverſus interfectores irritati, ut nulla ratione contineri poſſent, inſtigante inſuper Antonio, & eos ad ultionem exhortante. Itaque congeſtis ſuccenſiſque circa cadaver ex foro gradibus, ſubſelliis, cancellis, concremarunt: exceptis ex medio rogo incenſis ſtipitibus, ad percuſſorum domos, ut eas incendio vaſtarent, percurrebant, alii per omnes urbis vicos, ut captos diſcerperent, magna cum indignatione commeabant: ex quibus tamen in nullum inciderunt, quia in tuto clauſi ſe continebant. Cinna vero Cæſaris æqualis, cum à decorando Cæſaris funere domum ſe reciperet, in furioſam multitudinem incidit, qui exiſtimantes Cornelium Cinnam eſſe, qui Cæſaris affinis adverſus eum fuerat concionatus, errore decepti, trucidarunt, ejuſque caput haſtæ infixum circa Cæſaris rogum, tanquam inferias detulerunt. Plutarch. in vita Cæſaris dicit huic Cinnæ Cæſarem viſum in ſomniis priori nocte, quod illum ad cœnam invitaret, & cum recuſaret, invitum & reluctantem ab eo manu fuiſſe protractum. Tum etiam dicit illum eo tempore febri laboraſſe. *Oliverius.*

1. *Im-*

quod cum affinis eſſet Cæſaris, adverſus eum nefariè raptum, [1] impiam pro Roſtris orationem habuiſſet: Eoque errore propulſus eſt, ut caput Helvii perinde, atque Cornelii, circa rogum Cæſaris, fixum jaculo ferret; [2] officii ſui, alieni erroris piaculum miſerabile.

2. Nam C. Caſſium error à ſemet ipſo pœnas exigere coëgit. Inter illum enim pugnæ [3] quatuor exercituum apud Philippos [4] varium ipſiſque ducibus ignotum eventum, miſſus ab eo Titinius centurio nocturno tempore, ut ſpecularetur quonam in ſtatu res M. Bruti eſſent: dum crebros exceſſus viæ petit, quia tenebrarum obſcuritas, hoſteſne an commilitones occurrerent, dignoſcere non ſinebat; tardius ad Caſſium rediit. Quem is exceptum ab hoſtibus, omniaque in eorum poteſtatem recidiſſe exiſtimans, [5] finire vitam properavit: cum & caſtra [6] hoſtium invicem [7] capta, & Bruti copiæ magna ex parte incolumes eſſent. [8] Titinii vero non obliteranda ſilentio virtus, qui oculis pauliſper hæſit, inopinato jacentis ducis ſpectaculo attonitus; deinde profuſus in lachrymas, Etſi imprudens, inquit, imperator cauſſa tibi mortis fui: tamen ne id ipſum impunitum ſit, accipe me fati tui comitem. Superque exanime corpus ejus jugulo ſuo gladium capulo tenus demiſit:

1. *Impiam orationem.*] Quia dixerat in concione jure cæſum fuiſſe Cæſarem, hoc autem fecerat, ut iratum populum ſua oratione leniret, ſeditionemque ſedaret. *Oliv.*

2. *Officii ſui.*] Quod Cæſari in celebrando ejus funere perſtiterat: nam inde à pompa funebri redibat. *Idem.*

3. *Quatuor exercituum.*] Duorum, ſcilicet Bruti & Caſſii, & totidem Octavii & Antonii. *Idem.*

4. *Varium eventum*] Bene *varium*, quia ex altero cornu Brutus victor, ex altero Antonius, & contra Caſſius & Octavius victi. *Idem.*

5. *Finire vitam properavit.*] Sunt qui dicant hallucinatum putaſſe ſuos eſſe hoſtes, & ita ſibi necem properaſſe. *Badius.*

6. *Hoſtium.*] Octavianorum.

7. *Capta invicem.*] E contrario, ſicut caſtra ejus ab Antonio capta fuerant. *Badius.*

8. *Titinii vero, &c.*] Laudat Titinii, ut Plutarchus quoque dicit, fidem & amicitiam, qui, quum in caſtra rediiſſet ad Caſſium, victoriæ corona redimitus, ubi comperit exploratu, & amicorum ſeſe affligentium queſtubus & ululatibus, Caſſium ignorantiæ errore deceptum mortem oppetiiſſe, dolore nimio percitus, educto enſe, multa prius in ſuam tarditatem invectus, ſeipſum transfixit. *Oliv.*

1. *Falſa*

ſit: ac permiſto utriuſque ſanguine, duplex victima jacuit, Pietatis hæc, Erroris illa.

3. Cæterum [1] falſa opinatio, neſcio an præcipuam injuriam Lartis Tolumnii Vejentium regis [2] penatibus intulerit. Nam cum in [3] teſſerarum proſpero jactu per jocum colluſori dixiſſet, Occide: & forte Romanorum [4] legati interveniſſent: ſatellites ejus errore vocis impulſi, interficiendo legatos, luſum ad imperium tranſtulerunt.

CAP. X.

DE ULTIONE.

ROMANORUM.	EXTERNORUM.
1. *Papiriæ tribus Tuſculanorum in Poliam.*	1. *Thamyris & Beronices reginarum.*
2. *Populi uticenſis in C. Fabium Hadrianum.*	2. *Iuvenum quorundam Græcorum.*

ULtionis autem quemadmodum acres, ita juſti aculei ſunt: qui laceſſiti concitantur, acceptum dolorem penſare cupientes. Quos latius complecti non attinet.

1. [1] M. Flavius trib. pleb. ad populum de Tuſculanis retulit, quod eorum conſilio Veliternos Privernateſque rebellaturos diceret: Qui cum conjugibus ac liberis ſqualore obſiti, cum ſupplices Romam veniſſent; accidit ut reliquis tribubus ſalutarem ſententiam ſecutis, ſola Polia judicaret, oportere publicè eos verberatos ſecuri percuti: im-

1. *Falſa opinatio.*] Quod falſo opinati fuerunt ſatellites imperari ſibi, ut legatos occiderent. *Oliv.*

2. *Penatibus.*] Nam violatum jus gentium, violata & hoſpitii jura videntur, cum legatis in regia vis fuerit illata. *Oli.*

3. *Teſſerarum.*] Inſtrumenti luſorii ſexangularis. *Teſſerarum.*] De tabula luſoria vide Notas ad Salluſt. pag. 32. Teſſeris autem antiquiſſimi tribus utebantur, media ætas duabus, donec iterum tribus uſi.

4. *Legati Romanorum.*] Quos quatuor fuiſſe dicit Cicero Philippic. lib. IX. Addit inſuper, quod illorum ſtatuæ ad ſuum uſque tempus ſteterant in roſtris. Fuerant autem miſſi legati, ut agerent de pace cum rege. *Oliv.*

1. M. *Fulvius tribunus plebis.*] Ita vulgo. In Winch. *M. Flavius*, Quemadmodum appellatur etiam à Livio. *Pighius.*

1. Sub

imbellem multitudinem [1] ſub corona venire. [2] Quam ob cauſſam Papiria tribus, [3] in qua plurimum Tuſculani in civitatem recepti potuerunt, neminem poſtea candidatum Poliæ tribus fecit magiſtratum: ne ad eam ullus honos ſuis ſuffragiis perveniret, quæ illis vitam ac libertatem, quantum in ipſa fuit, ademerat.

2. Illam verò ultionem & ſenatus, & conſenſus omnium approbavit. [4] Cum Hadrianus cives Romanos, qui [5] Uticæ conſiſtebant, [6] ſordido imperio vexaſſet, idcircoque ab

1. *Sub corona venire.*] Ut coronati publice venderentur, ſic enim apud majores mancipia vendebantur, & præſertim homines & equi. Cato in oratione quadam, *Satius eſt*, inquit, *ut pop. Rom. in Capitolium potius ſupplicatum eat, quam coronatus veniat.* Oliv.

2. *Quam ob cauſam Popilia tribus.*] Ita vulgo. Winchelianus codex *Papiriam tribum* vocat. Recte, nam ita etiam Livius. Nec quenquam ex Polia tribu candidatum ferme datum Papiriam ferre ſolitum. *Pigh.*

3. *In qua plurimum poſtea Tuſculani in civitatem recepti potuerunt, neminem unquam candidatum Poliæ tribus fecit magiſtratum*] Tuſculani civitatem accepere, cum M. Furium Camillum agros urbemque eorum hoſtiliter invadentem, pace ac fide conſtanti, nullis oppoſitis armis, amice acceperunt, omnia poteſtati Romanorum ſponte ſubjicientes Qua obedientia non ſolum amicitiam, ſed & jus civitatis meruêre, ut auctor eſt Livius lib. VI. quodque etiam teſtatur ipſe Valer. lib. VII, c. 3. Quæ quidem accidere A. U. CCCLXXIII. Hæc autem de quibus nunc loquitur Valerius, ſexaginta amplius annis poſtea. Multo igitur prius quam hæc damnatio contigit, in civitatem recepti fuerant Tuſculani, velut etiam aſtipulatur in Plautina M. Tullius, ſcribens è Tuſculana familia Juventia primum ædilem curulem plebeium Rom. creatum fuiſſe, quod anno CCCLXXXVIII. fere contigit, quinquaginta plus minus annis ante dictam damnationem. Si magiſtratus in urbe gerebant Tuſculani, procul dubio jam cives erant. Adeo non poſtea cum reos damnaſſet Polia tribus, in civitatem recepti dicentur, ut hæc præ ſe ferunt Valerii verba. Transferendam itaque puto vocem *poſtea*, atque ita legendum eſſe: *In qua plurimum Tuſculani in civitatem recepti potuerunt, neminem poſtea candidatum Poliæ tribus fecit magiſtratum.* Indicat quodammodo hanc lectionem Campenſe exemplar, in quo ſic, licet incorrecte: *In quo plurimum poſtea Tuſculani in civitatem recepti potuerunt, neminem poſtea candidatum, &c.* Pigh.

4. *Cum Hadrianus.*] Ita vulgo. Editio Veneta, *Cum enim Adrianus.* Rectius Oroſius *Fulvium Adrianum* appellat. *Coler. Cum Hadrianus, &c.*] Hic urbis præfectus, cum cives Romanos, qui Uticæ negociabantur, aut alia de cauſa locum illum habitabant, tyrannice & crudeliter nimis haberet, quippe quos ſervilibus operibus adigeret, ab illis vivus concrematus eſt, quia tantam ſervitutem ferre non poſſent. Romæ nulla de re tanta quæſtio, nulla querela facta eſt. Ex quo concludi potuit, Senatum ultionem illam comprobaſſe. *Oli.*

5. *Uticæ.*] In ea urbe provinciæ Africanæ.

6. *Sordido imperio.*] Ita vocat, quia collecta manu ſervorum, imperium affectabat, à quorum dominis poſtea, congeſtis

áb his vivus eſſet exuſtus; nec quæſtio ulla in urbe hac de re habita, nec querela verſata eſt.

EXTERNA.

1. [1] Claræ ultionis utraque regina, & [2] Thamyris, quæ caput Cyri abſciſſum in utrem humano ſanguine repletum dimitti juſſit, exprobrans illi inſatiabilem cruoris ſitim, ſimulque pœnas occiſi ab eo filii ſui exigens: [3] & Beronice, quæ Laodices inſidiis interceptum ſibi filium graviter ferens,

geſtis ſarmentis, cum omni familia combuſtus eſt. Idem Oroſius. *Coler.*

1. *Claræ ultionis.*] Duarum reginarum exempla proponit, quarum utraque graviſſimam de inimicis ſumpſit ultionem. Primum exemplum eſt Thamyris Scytharum reginæ, de qua ſic breviter Juſtinus lib. 1. *Cyrus*, inquit, *ſubacta Aſia, & univerſo oriente in poteſtatem redacto, Scythis bellum intulit. Erat autem eo tempore Scytharum regina Thamyris, quæ non muliebriter adventu hoſtium territa, cum prohibere eos tranſitu Araxis fluminis poſſet, tranſire permiſit, & ſibi faciliorem pugnam intra regni ſui terminos rata, & hoſtibus objectu fluminis fugam difficiliorem. Itaque Cyrus, trajectis copiis, cum aliquantiſper in Scythiam proceſſiſſet, caſtra metatus eſt, deinde poſtera die, cum ſimulato metu, & quaſi refugiens caſtra deſeruiſſet, vinum affatim, & ea quæ erant epulis neceſſaria reliquit. Quod cum nuntiatum eſſet reginæ, adoleſcentulum filium ad inſequendum eum cum tertia parte copiarum mittit. Cumque ventum ad Cyri caſtra eſſet, ignarus rei militaris adoleſcens, veluti ad epulas, non ad prœlium veniſſet, omiſſis hoſtibus, inſuetos Barbaros vino onerare ſe patitur, priuſque Scythæ ebrietate, quam bello vincuntur. Nam cognitis his Cyrus, reverſus per noctem, vino ſaucios opprimit, omneſque Scythas cum reginæ filio interficit. Amiſſo tanto exercitu, & quod gravius dolendum, unico filio, Thamyris orbitatis dolorem non in lacrymas effudit, ſed in ultionis ſolatium intendit, hoſteſque recenti victoria exultantes pari inſidiarum fraude circumdedit. Quippe ſimulata diffidentia, propter vulnus exceptum refugiens, Cyrum ad uſque anguſtias perduxit. Ibi compoſitis in montibus inſidiis, ducenta millia Perſarum cum ipſo rege trucidavit. In qua victoria etiam illud memorabile fuit, quod neque nuntius tantæ cladis quidem ſuperfuit. Caput Cyri amputatum in utrem humano ſanguine repletum conjici regina jubet, cum hac exprobratione crudelitatis:* Satia te ſanguine, *inquit*, quem ſitiſti, cujuſque inſatiabilis ſemper fuiſti. *Oliv.*

2. *Thamyris.*] Hæc regina fuit Scytharum & Maſſagetharum, de qua multa tradit Herodotus. *Idem.*

3. *Et Beronice.*] Beronice, cui & Laodice nomen fuit, Mithridatis ſuperioris regis Ponti, ejus qui cum Romanis adverſus Ariſtonicum paulo ante bellum geſſerat, repentinaque morte ſubtractus fuerat, filia, Mithridatis vero regis ſecundi & hoſtis populi Romani ſoror, Ariarathi Cappadociæ regi nupſit, quem per Gordium inſidiis Mithridates ipſius Beronices frater interfici juſſit. Mortuo Ariarathe, filii duo ſuperſtites fuerunt. Cum igitur Nicomedes Bithyniæ rex Cappadociam cæde regis quaſi vacuam occupaſſet, Mithridates regni avidus, ficta pietate, ut nepotes in paternum regnum reſtitueret, arma adverſus Nicomedem ſumſit. Sed ubi comperit Laodicen, ſive Beronicem ſororem Nicomedi

rens, armata currum conſcendit, perſecutaque ſatellitem regium crudelis operis miniſtrum, nomine Cæneum, quem haſta nequicquam petierat, ſaxo ictum proſtravit; ac ſuper ejus corpus actis equis, inter infeſta contrariæ partis agmina ad domum, in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabatur, perrexit.

2. [1] Jaſonem Theſſalum Perſarum regi bellum inferre parantem, an ſatis juſta ultio abſumpſerit, ambiguæ æſtimationis eſt. Taxillo enim gymnaſiarchæ à quibuſdam juvenibus pulſatum ſe conqueſto, permiſit; ut aut tricenas ab his drachmas exigeret, aut denas plagas ſingulis imponeret. Quo poſteriore vindicta uſo: qui vapulaverant, Jaſonem interfecerunt, animi, non corporis dolore pœnæ modum æſtimantes. Cæterum parvo irritamento ingenui pudoris maximæ rei expectatio ſubruta eſt. Quoniam opinione Græciæ tantum in ſpe Jaſonis, quantum in effectu Alexandri reponebatur.

CAP. XI.

comedi nupſiſſe, ſimulata pietas in veram convertitur. Quare pulſo ex Cappadocia Nicomede, Ariarathi, qui major natu erat, paternum regnum reddidit, quem deinde haud ita multo poſt, facti pœnitens, occidit. Cum vero minor alter, qui & ipſe Ariarathes dictus eſt, ab amicis ex Aſia revocatus regnare videretur, ipſe quoque ejuſdem, ut vulgo creditur, Mithridatis opera per inſidias trucidatur. Cujus cædis dolore percita mater, junctis jugalibus equis, oblita ſexus, arma corripuit, nec prius præcipitem Cæneum regis ſatellitem perſequi deſtitit, quam eum, cum haſta nequiſſet, ſaxo proſtravit, ſuperque jacentis cadaver indignabunda currum egit, & inter hoſtilia tela, nullo fratris, qui tunc hoſtis erat, timore perculſa, domum, in qua cæſi pueri corpus ſervari putabat, irrupit, eique maternas lachrymas, & funeris officium præſtitit. *Oliverius.*

1. *Iaſonem Theſſalum.*] Hic Iaſon Theſſalorum rex apud omnes maximi nominis & æſtimationis fuit, adeo ut nemo dubitaret, quin Perſarum regem fuiſſet ſubacturus, niſi antea fuiſſet interceptus, quam Perſis, quod inſtitutum erat bellum, inferret. *Oliv.*

1. Num

CAP. XI.

DE IMPROBE DICTIS, ET SCELERATE FACTIS.

ROMANORUM.

1. *Tulliæ Ser. F. L. Superbi regis.*
2. *C Fimbriæ trib. pleb.*
3. *L. Catilinæ.*
4. *Magii Chilonis.*
5. *C Toranii C. F.*
6. *Villii Annalis.*
7. *Vxoris Vettii Salaſſi.*

EXTERNORUM.

1. *Duorum fratrum Hiſpanorum.*
2. *Mithridatis regis.*
3. *Sariaſtris Tigranis regis F.*
4. *L. Ælii Sejani.*

[1] NUnc quatenus vitæ humanæ, tum bona, tum etiam mala ſubſtitutis exemplorum imaginibus perſequimur; dicta improbè, & facta ſceleratè referantur.

1. [2] Unde autem potius, quam à Tullia ordiar? quia tempore vetuſtiſſimum, conſcientia nefarium, voce impro-

1. NUnc quatenus vitæ humanæ, tum bona, tum etiam mala ſubſtitutis exemplorum imaginibus proſequamur.] Ita vulgo. In MSS. *Quatinus perſequimur.* Recte, ac præſentis temporis verbo, nam adverbium cauſale eſt, atque per tertiam vocalem ſcribitur in veteribus libris omnibus. Ut enim auctor eſt Feſtus, *Quatenus* ſignificat, qua fine, non ſecus ac *hactenus*, hac fine: verum *quatinus* ſignificat quoniam, ſicut hoc loco, atque apud Juvenalem:

Quatinus hic non ſunt nec vænales elephanti. Pigh.

2. *Unde autem, &c.*] Nota eſt hiſtoria. Livius auctor lib. 1. Cæſo per inſidias Tarquinio Priſco, & in ejus locum Servio Tullio Tanaquilis arte ſubſtituto, duo ſupererant Tarquinii filii, quorum Tullius veritus ne idem ſibi, quod & ſocero evenerat, forte contingeret, utrumque ſibi generum aſcivit. Erant autem illi filiæ duæ, natura longe diſpares. Sed forte ita accidit, ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur, nam ex fratribus alter mitioris, ferocioris alter erat ingenii. Fortuna credo fuit pop. Rom. quo diututnius Servii regnum eſſet, conſtituique civitatis mores poſſent. Angebatur ferox Tullia, nihil acrimoniæ in viro eſſe, neque ad cupiditatem, neque ad audaciam, tota in alterum Tarquinium verſa, eum mirari, eum virum dicere regio ſanguine ortum, ſpernere ſororem, quæ virum nacta muliebri ceſſaret audacia. Contrahit celeriter ſimilitudo eos, ut malum malo fiat aptiſſimum, ſed initium turbandi omnia à fœmina ortum eſt, ea ſecretis viri alieni aſſuefacta ſermonibus, nullis verborum contumeliis parcere de viro ad fratrem, de ſorore ad virum, & ſe rectius viduam, & illum cælibem fuiſſe futurum, quam cum impari jungi, aut elangueſcere aliena ignavia dicebat. Et ſi ſibi eum, quo digna eſſet, virum dediſſent Dii, domi ſe propediem viſuram fuiſſe regnum, quod apud patrem videat. Celeriter adoleſcentem ſuæ temeritatis implet. Aruns Tarquinius & Tullia minor prope continuatis funeribus, hæc mari-

probum ac monſtri ſimile exemplum eſt. Quæ cum carpento veheretur, & is qui jumenta agebat, [1] ſuccuſſis frenis conſtitiſſet; repentinæ moræ cauſſam requiſiit. Et ut comperit corpus patris Ser. Tullii occiſi ibi jacere; ſupra idem vehiculum duci juſſit, [2] quo celerius in complexum interfectoris ejus Tarquinii veniret. Qua tam impia, tamque probroſa feſtinatione, non ſolum ſe æterna infamia; ſed ipſum etiam vicum [3] cognomine ſceleris commaculavit.

2. [1] Non

maritum, ille uxorem ſuſtulit, cum domos vacuas novo matrimonio feciſſent, junguntur nuptiis, magis non prohibente Tullio, quam approbante. Tum vero indies infeſtior Tullii ſenectus, infeſtius cœpit eſſe regnum. Jam enim à ſcelere aliud ſpectare mulier ſcelus, nec nocte, nec interdiu virum conquieſcere patiebatur, monebat ut potius habere, quam ſperare regnum vellet, meminiſſet ſe Tarquinii filium eſſe, cui Romanum debebatur imperium, nec prius deſtitit, quam illum ſtimulis, velut furiis, ad eripiendum patri regnum incendit, quibus ille inſtinctus, circuire & prenſare minorum gentium patres cœpit, admonebat eos paterni beneficii, ac pro eo gratiam repetebat, alliciebat donis juvenes, ingentia pollicebatur. Idemque ſocero ſtruit inſidias, & cum agendæ rei tempus viſum eſt, ſtipatus agmine armatorum, in forum irrumpit, regiam ſedem occupat, multa in ſocerum graviter invectus, quo populo regem inviſum reddere poſſent. Cui concionanti cum ſuperveniſſet Servius, & ab eo quæſiſſet, quid ita auſus eſſet? Ille ferociter reſpondit, ſe patris ſui tenere ſedem. Orta deinde ab utriſque fautoribus contentione, factoque populi concurſu in curiam, apparebat regnaturum qui viciſſet. Tunc Tarquinius, neceſſitate jam ipſa cogente, ultima audere, multo & ætate & viribus validior, medium arripit Servium, elatum è curia in inferiorem partem per gradus dejicit, deinde ad cogendum Senatum in curiam rediit. Fit fuga regis apparitorum atque comitum; ipſe prope exanguis cum ſemianimi regio comitatu ſe reciperet, perveniſſetque ad ſummum Cyprium vicum, ab iis qui miſſi à Tarquinio fugientem conſecuti erant, interficitur. Creditur, quia non abhorret à cætero ſcelere, admonitu Tulliæ id eſſe factum, carpento certe (id quod ſatis conſtat) in forum invecta, nec reverita cœtum virorum præſentium, evocavit virum è curia regemque prima appellavit, à quo faceſſere juſſa ex tanto tumultu, cum domum ſe reciperet, perveniſſetque ad Cyprium vicum, flectere carpentum in dextram juſſit aurigam, ut in collem Eſquiliarum veheretur, reſtitit pavidus, & frenos inhibuit is qui jumenta agebat, jacentemque dominæ Servium trucidatum oſtendit. Fœdum inhumanumque deinde traditur ſcelus, monumentoque locus eſt, quem ſceleratum vicum appellant, quo amens, agitantibus ſororis virique cæſorum furiis, Tullia per patris corpus carpentum egiſſe fertur, partemque ſanguinis ac cædis paternæ cruento vehiculo contaminata ipſa reſperſaque tuliſſe ad penates ſuos, virique ſui, quibus iratis malum regni principium, ſimiles deinde exitus ſequerentur. Vide Liv. libro 1. *Oliver.*

1. *Succuſſis frenis.*] Preſſis & inhibitis.

2. *Quo celerius in complexum.*] Livius hoc in reditu contigiſſe dicit.

3. *Cognomine ſceleris.*] Dictus enim ſce-

2. [1] Non tam atrox eſt C. Fimbriæ factum & dictum: ſed ſi per ſe æſtimetur, utrumque audaciſſimum. Is egerat, [2] ut Scævola in funere C. Marii [3] jugularetur: quem poſtquam ex vulnere recreatum comperit, accuſare ad populum inſtituit. Interrogatus deinde [4] quid de eo ſecus dicturus eſſet, cui pro ſanctitate morum ſatis digna laudatio reddi non poſſet: reſpondit, ſe objecturum illi, quod [5] parcius corpore telum recepiſſet. O licentiam furoris ægræ gemitu reipublicæ proſequendam!

3. [6] L. vero Catilina, in ſenatu M. Cicerone incendium ab ipſo excitatum dicente, Sentio, inquit: & quidem illud

ſceleratus, cum ante Ὄλβιος fuiſſet, teſte Dionyſio. Ovidius in Ibin:

Infamemque locum ſceleris quæ nomine fecit,
Preſſit & inductis membra paterna rotis.

Idem meminit Faſt. VI. lege Livium, Florum, Feſtum. *Coler.*

1. *Non tam atrox, &c.*] Hic eſt Fimbria, qui occiſo Valerio, cujus legatus fuerat, exercitum ſibi vendicavit. Hic poſt mortem C. Marii, cum in Syllanos atque Senatum ſupra modum ſæviret, juſſerat Scævolam integerrimum & ſanctiſſimum virum in C. Marii tumulo tanquam victimam jugulari. Quo ad locum ducto, cum miniſtri altius vulnus non intuliſſent, ille à vulnere recreari quodammodo videbatur. Fimbria hoc audito, quod ſcilicet letale vulnus non admiſiſſet, illi diem dixit ad populum. Res profecto non ſolum improba, ſed etiam ridicula. Quærentibus ergo ex eo quidnam objiceret viro integerrimo, lentius illum reſpondit recepiſſe telum. De hoc Fimbria Plinius breviter ſic tradit: *Fimbria à Sylla Pergami oppreſſus, corrupto exercitu deſertus, ſemet occidit.* Oliv.

2. *Ut Scævola.*] De hoc Scævola Lucanus lib. II.

Te quoque neglectum violatæ Scævola dextra
Ante ipſum penetrale Deæ ſemperque calentes
Mactavere focos: paucum ſed feſſa ſenectus
Sanguinis effudit jugulo, flammiſque pepercit. Oliv.

3. *Jugularetur.*] Videndum an ita etiam apud Ciceronem ſit legendum Orat. pro Sex. Roſcio. inde enim ſumpſit Valerius. *Coler.*

4. *Quid de eo ſecus dicturus eſſet, cui pro ſanctitate morum ſatis digna laudatio reddi non poſſet.*] *Secus* iſtic per ſe poſitum, ſignificat idem quod *non recte*, ex vulgata quippe antiquis formula: *Recte ac ſecus.* Cicero Piſoniana. Itaque ſemper malæ ſignificationis eſt, ſi boni quid opponatur, & è contra. *Pigh.*

5. *Parcius.*] Non ſatis profunde.

6. *L. vero Catilina.*] Salluſtius: *L. Catilina,* Inquit, *lege Plautia interrogatus erat à L. Paullo, poſtremo diſſimulandi cauſa, & quaſi ſui expurgandi, ſicut jurgio laceſſitus foret, in ſenatu venit, tum M. Tullius conſul, ſive timens præſentiam, ſive commotus ira, orationem habuit luculentam atque utilem reip. quam poſtea edidit ſcriptam. Sed ubi ille aſſedit, Catilina, ut erat paratus ad diſſimulanda omnia, demiſſo vultu, voce ſupplici poſtulare à Patribus cœpit, ne quid de ſe temere crederent, ea familia ortum, ita ſe ab adoleſcentia dicebat vitam inſtituiſſe, ut omnia*

lud ſi aqua non potuero, ruina extinguam. [1] Quem quid aliud exiſtimemus, quam conſcientiæ ſtimulis, actum à ſe inchoati parricidii peregiſſe?

4. [2] Conſternatum etiam [3] Magii Chilonis amentia pectus:

omnia bona in ſpe haberet, nec exiſtimarent ſibi patricio viro, cujus ipſius atque majorum plurima beneficia in plebem eſſent, perdita rep. opus eſſe, cum eam ſervaret M. Tullius inquilinus civis urbis Romæ. Ad hæc maledicta alia cum adderet, obſtrepere omnes, hoſtem & parricidam vocare. Tum ille furibundus inquit, Quandoquidem ego circumventus, ab inimicis præceps agor, incendium meum ruina veſtra extinguam; deinde ſe ex curia domum proripuit. Oliv.

1. *Quem quid aliud exiſtimemus, quam conſcientiæ ſtimulis actum, ſimulachrum à ſe inchoati parricidii peregiſſe.*] Ita vulgò. Locus gloſſemate turpiter conſpurcatus. *Actum inchoati parricidii* dixit eleganter Valerius, è fabulis theatralibus ſumpta tranſlatione, ut Cicero Verrina III. *Itaque primum illum actum iſtius vitæ turpiſſimum prætermittam.* Et alibi: *Quartum actum improbitatis vocat præturam Verris Sicilienſem, in qua graviter perſonam quoque ſuam egerit, non ſecus ac primum in quæſtura, ſecundum in legatione, & tertium in prætura.* Eodem modo quam pulcherrime Valerius Catilinam conſcientiæ ſtimulis, actum inchoati à ſe parricidii peregiſſe dicit. Quamvis enim non reipſa, voluntate tamen conceptam à ſe tragœdiam peragere non deſtitit. Gloſſographus aliquis locum interpretari volens, ſcripſit *actum*, id eſt; *ſimulachrum.* Quam vocem deinde contextui librariorum imperitia adjunxit. Unde omnino expungenda eſt; quandoquidem in veteribus libris non reperiatur; in quibus ita legimus, *Quem quid aliud exiſtimemus, quam conſcientiæ ſtimulis actum à ſe inchoati parricidii peregiſſe.* Pigh.

2. *Conſternatum etiam, &c.*] De morte M. Marcelli Servius Sulpitius ad Ciceronem epiſtola, libro IV. Epiſt. ad Familiar. *Ad decimum*, inquit, *Kalend. Junii cum ab Epidauro Pyræum navi advectus eſſem, ibi Marcellum collegam noſtrum conveni, eumque ibi diem conſumpſi, ut cum eo eſſem: poſtero die, cum ab eo digreſſus eſſem eo conſilio, ut ab Athenis in Bœotiam irem, reliquamque juriſdictionem abſolverem, ille, uti ajebat, ſupra Majas Italiam verſus navigaturus erat. Poſtridie cum ab Athenis proficiſci in animo haberem, circiter horam decimam noctis Poſthumius familiaris meus ad me venit, & mihi nuntiavit M. Marcellum collegam noſtrum poſt cœnæ tempus à Publio Magio Chilone familiari ejus pugione percuſſum eſſe, & duo vulnera accepiſſe, unum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem; ſperare tamen eum vivere poſſe. Magium ſeipſum interfeciſſe. Poſtea ſe à Marcello ad me miſſum eſſe, qui hæc nuntiaret & rogaret, ut medicos cogerem. Coëgi, & è veſtigio eo ſum profectus. Prima luce cum non longe à Pyræo abeſſem, puer Acidine obviam mihi venit cum codicillis, in quibus ſcriptum, paulo ante lucem diem ſuum obiiſſe. Ita vir clariſſimus ab homine teterrimo acerbiſſima morte eſt affectus, & cui inimici propter dignitatem pepercerant, inventus eſt amicus, qui ei mortem afferret.* Oliver.

3. *Magii Chilonis.*] Ita vulgo. Cicero *P. Magium Chilonem* appellat. Edit. Venet. *Cilonis* habet. Sed diverſa ſunt *Chilo* & *Cilo*. Feſtus: Chilo *dicitur cognomento à magnitudine labrorum.* Cilo *ſine aſpiratione, cui frons eſt eminentior.* Ergo iidem Chilones à Labeonibus, dicti ἀπὸ τοῦ χείλους. Gloſſæ veteres: *Cilo*, προκέφαλος. *Coler.*

ctus: qui M. Marcello [1] datum à Cæſare ſpiritum, ſua manu eripuit. Vetus etiam Pompejanæ militiæ comes, [2] indignatus aliquem amicorum ab eo ſibi præferri. Urbem enim à [3] Mitylenis, quo ſe contulerat, repetentem, in Athenienſium portu pugione confodit, protinuſque ad irritamenta veſaniæ ſuæ trucidanda tetendit; amicitiæ hoſtis, divini beneficii interceptor, [4] publicæ religionis, quod ad ſalutem clariſſimi civis recuperandam attinuit, acerba labes.

5. Hanc crudelitatem, cui nihil adjici poſſe videtur, C. Toranius atrocitate parricidii ſuperavit. Namque [5] triumvirûm partes ſecutus, proſcripti patris ſui prætorii & ornati viri latebras, ætatem, notaſque corporis, quibus agnoſci poſſet, centurionibus edidit, qui eum perſecuti ſunt. Senex de filii magis vita, & incrementis, quam de reliquo ſpiritu ſuo ſollicitus; an incolumis eſſet, & an [6] imperatoribus ſatisfaceret, interrogare eos cœpit. E quibus unus:

1. *Datum à Cæſare ſpiritum.*] Confecto bello civili, quod inter Cæſarem atque Pompejum ſuſcitatum erat, Cæſar rerum potitus, multos ſibi adverſos, qui Pompejum ſecuti fuerant, in patriam reſtituit, in gratiamque recepit, inter quos & M. Marcellum, pro quo Senatus univerſus intercesſerat, ſupplexque à Cæſare petierat, ut ſibi vir tantus condonaretur; cujus precibus fatigatus Cæſar, Senatui conceſſit, quod fratri Marcelli denegaverat. Nam Marcelli frater ſæpius ad Cæſaris pedes provolutus, ſuppliciter petierat à Cæſare, ut ignoſceret fratri, illumque in gratiam reciperet. Quod nunquam à Cæſare impetrare potuerat. Reſtituto itaque Marcello, Cæſari multi gratias egerunt, inter quos Cicero, qui orationem habuit luculentiſſimam. Marcellus vero & ipſe in patriam redire recuſabat, malebatque exul ubique, quam in patria ſine libertate vivere. Tandem conſiliis & precibus amicorum victus, Cæſaris munus, quod illi amplum & honorificum offerebat, ut reſtitutis ſibi omnibus bonis ſuis in patriam cum ſumma dignitate rediret, accepit. *Oliv.*

2. *Indignatus, &c.*] Graviter & iniquo animo ferebat, Marcellum & alios multos à Cæſare fuiſſe reſtitutos, ſe vero neglectum & prætermiſſum, ne tanti muneris compos fieret Marcellus, in Athenienſi portu illum pugione transfixit, deinde pœnitentia, ſive deſperatione ductus, aut furore concitatus, ſibi ipſi quoque mortem intulit. *Oliverius.*

3. *Mitylenis.*] Urbs eſt in Lesbo, juxta Methymnam.

4. *Publicæ religionis.*] Nam hæc Chilonis impietas, qua uſus eſt in Marcellum, ad rempubl. pertinere videbatur, quia univerſa civitas pro Marcelli ſalute magnopere laboraſſet. *Oliv.*

5. *Triumvirûm.*] Antonii, Lepidi, & Auguſti.

6. *Imperatoribus.*] Triumviris.

1. *Cam-*

unus: Ab illo, inquit, quem tantopere diligis, demonſtratus, noſtro miniſterio, filii indicio occideris: protinuſque pectus ejus gladio trajecit. Collapſus itaque eſt infelix auctore cædis, quam ipſa cæde miſerior.

6. Cujus fati acerbitatem L. Villius Annalis ſortitus; Qui cum in [1] Campum [2] ad quæſtoria comitia filii deſcendens, proſcriptum ſe cognôſſet, ad clientem ſuum confugit: ſed ne fide ejus tutus eſſe poſſet, ſcelere nefarii juvenis effectum eſt. Siquidem per ipſa veſtigia patris militibus ductis, occidendum eum in conſpectu ſuo objecit: bis parricida, conſilio prius, iterum ſpectaculo.

7. [3] Ne Vettius quidem Salaſſus proſcriptus parum amari exitus; quem latentem uxor interficiendum, quid dicam, tradidit, an ipſa jugulavit? Quanto enim levius eſt ſcelus, cui tantummodo manus abeſt?

E X T E R N A.

1. Illud autem facinus, quia externum, tranquilliore affectu narrabitur. Scipione Africano [4] patris & patrui memoriam [5] gladiatorio munere Carthagine Nova celebrante, [6] duo regii filii nuper patre mortuo, in arenam proceſſerunt:

1. *Campum.*] Martium.

2. *Ad quæſtoria comitia.*] Ut filius quæſtor crearetur, ſuaque præſentia, quoad poſſet, filio ſuffragaretur. *Oliv.*

3. *Ne Vettius quidem, &c.*] Crudelitatem uxoris expertus eſt Vettius iſte, qui à triumviris proſcriptus, cum ad poſticas uxoris ædes profugiſſet, ab ea non eſt admiſſus. Quare vehementi indignatione commotus, ne in perſequentium manus perveniret, ſibi gladio pectus transfixit, poſteſque crudeliſſimæ conjugis ſanguine aſperſit. Uxor igitur virum non prodidit, ſed ſuis manibus quodammodo jugulavit. Nam idem eſt auctorem & actorem cædis eſſe. *Oliv.*

4. *Patris & patrui.*] P. & Cn. Scipionum in Hiſpania interemptorum. *Bad.*

5. *Gladiatorio munere.*] In ludis funebribus adhibebantur gladiatorum paria inter ſe ad ſanguinem, vel ad mortem uſque certantium, ut ſupra diximus. Itaque ejuſmodi ludi celebriores habebantur, quo plures gladiatores occubuiſſent. *Oliverius. Gladiatorio munere.*] Quod propter effuſionem ſanguinis Diis inferis & manibus occiſorum gratiſſimum eſſe credidit miſera gentilitas. Illud autem genus dimicandi in arena, ubi par pari opponebatur, dictum eſt munus, propterea quod ex eo quaſi muneris loco voluptatem captabat populus. *Badius.*

6. *Duo regii filii.*] Diſſenti à Livio Valer. hoc loco. Non enim fratres, ſed patrueles fratres fuiſſe dicit Livius. *Oli.*

runt: pollicitique ſunt ibi ſe de regno prœliaturos, quo ſpectaculum illud illuſtrius pugna ſua facerent. Eos cum Scipio monuiſſet, [1] ut verbis, quam ferro dijudicare mallent, uter regnare deberet: ac jam major natu conſilio ejus obtemperaret; minor corporis viribus fretus, in amentia perſtitit. Initoque certamine, pertinacior impietas fortunæ judicio morte multata eſt.

2. [2] Mithridates autem multo ſceleratius, qui non cum fratre de paterno regno, ſed cum ipſo patre bellum de dominatione geſſit: in quo qui aut homines ullos adjutores invenerit, aut Deos invocare auſus ſit, præ admiratione hæreo.

3. Quanquam quid hoc, quaſi inuſitatum illis gentibus miremur? cum [3] Sariaſter adverſus patrem ſuum Tigranem Armeniæ regem, ita cum amicis conſenſerit; ut omnes

1. *Vt verbis contendere quam ferro dimicare mallent, uter regnare deberet.*] Ita vulgo. Veteres libri habent, *Vti verbis quam ferro dijudicare mallent.* Eleganter: *Dijudicare* enim iſtic, quod barbari Gallica voce dicunt *appunctare.* Sic Cicero ad Attic. lib. XIV. *Noſtras contentiones reſpublica dijudicabit.* Idem de Finib. III. *Eamque controverſiam dijudicabis.* Pigh.

2. *Mithridates, &c.*] Mithridatis factum mulro ſceleratius, qui non cum fratre, ſed cum patre de regno certavit. Cum enim regnandi libidine nimia eſſet incenſus, præmaturam & celerem patris mortem cupiebat, quam cum illi clam inferre non poſſet, nec palam auderet, occupata regni parte bellum indixit. Sed pater morte præventus, ſceleratam filii cupiditatem adimplevit. *Oliverius.*

3. *Sariaſter.*] Hic Sariaſter, ut tradit Plutarchus in vita Pompeji, poſt pulſum è provincia Mithridatem, qui ad Tigranem in Armeniam profugerat, à patre defecit, & Pompejum in Armeniam vocavit, illique venienti occurrit ad fluvium Araxem; junctis copiis, urbes & oppida patris cum Pompejo pariter expugnat. Sed Tigranes audito adventu Pompeji, cognitaque defectione filii, communicato cum amicis conſilio, hiſque in regiam arcem collocatis, ad Pompejum ſupplex confugit, fretus illius humanitate ac ſuaviſſimis moribus, erroribus veniam petiit: qua impetrata, ut diximus in cap. de Humanitate, cum illum Pompejus in dextra parte, filium in ſiniſtra juxta ſe collocaſſet, atque inter illos regnum partitus eſſet, impius filius Sariaſter id ægrè tulit; à Pompejo invitatus ad cœnam reſpondit, Non ſibi opus eſſe Pompejo, ſe Romanorum alium inventurum, cui charior eſſe poſſit. Quibus verbis iratus Pompejus, illum in vincula conjici, & ad triumphum reſervari juſſit. Valerius vero dicit hunc in patrem conſpiraſſe cum amicis, deteſtabili conjuratione, humano ſcilicet ſanguine, facta. Conſtat tamen illum à Pompejo in triumphum fuiſſe ductum. *Oliv.*

1. *Dex-*

omnes [1] dextris manibus ſanguinem mitterent, atque eum [2] invicem ſorberent. Vix ferrent illi pro ſalute parentis tam cruenta conſpiratione fœdus facientem.

4. [3] Sed quid ego iſta conſector, aut quid iis immoror: cum [4] unius parricidii cogitatione cuncta ſcelera ſuperata cernam? Omni igitur impetu mentis, omnibus indignationis viribus, ad id lacerandum pio magis quam valido affectu rapior. Quis enim amicitiæ fide extincta genus humanum cruentis in tenebris ſepelire conatum, profundo debitæ execrationis ſatis efficacibus verbis adegerit? Tu

1. *Dextris manibus ſanguinem emitterent.*] Haurirent è dextris ſuis ſanguinem. Nam, ut teſtis Herodotus, apud Barbaras nationes execrationis & jurisjurandi mos fuit, ut è dextris manibus ſanguinem hauſtum vino permixtum biberent, cum hac execratione, ut quicunque à fœderis lege & conjuratione defeciſſet, execrabilis eſſet. Conſpirationis igitur adverſus Tigranem factæ filius ſe ſocium & principem præbuit. *Oliver.*

2. *Invicem ſorberent.*] Confuſum admixtumque ſanguinem ex eorum dextris hauſtum combiberent, quod & Catilina in conjuratione ſua feciſſe dicitur. *Oliver.*

3. *Sed quid ego iſta conſector.*] Eſt hujus exempli aperta nimis atque impudens aſſentatio, quæ non ſine lectoris faſtidio legi poſſit. Conjurationem enim, quam adverſus Tiberium auſus eſt moliri Sejanus, cunctis reip. calamitatibus dicit non ſolum conferendam, ſed etiam eſſe præferendam. Suetonius in vita Tiberii: *Sejanum*, inquit, *res novas molientem, quamvis jam & natalem ejus publice celebrari, & imagines aureas coli paſſim videret, vix tandem & aſtu magis ac dolo, quam principali auctoritate ſubvertit: nam primo ut à ſe per ſpeciem honoris dimitteret, collegam ſibi aſſumpſit in quinto conſulatu, quem longo intervallo abſens ob idipſum ſuſceperat. Deinde ſpe affinitatis ac tribunitiæ poteſtatis deceptum inopinantem criminatus eſt, pudenda miſerandaque oratione, cum inter alia patres conſcriptos precaretur, mitterent alterum è conſulibus, qui ſenem ſe & ſolum in conſpectum eorum cum aliquo præſidio perduceret. Sic quoque diffidens, tumultumque metuens, Druſum nepotem ſuum, quem in vinculis adhuc Romæ continebat, ſolvi, ſi res poſceret, ducemque conſtitui præceperat. Aptatis etiam navibus ad quaſcunque regiones meditaretur fugam, ſpeculabundus ex altiſſima rupe identidem ſigna, quæ, ne nuntii morarentur, tolli procul, ut quidque factum foret, mandaverat. Verum & oppreſſa conjuratione Sejani, nihilo ſecurior aut conſtantior, per IX. proximos menſes egreſſus non eſt villa, quæ vocatur Jovis.* Hæc Suetonius. Hanc igitur conjurationem deteſtatur Valerius, quam dicit per aſſentationem ad humani generis everſionem excidiumque pertinuiſſe; extincto enim imperatore Tiberio, à quo genus humanum regeretur, id à tanto imperatore deſertum periturum eſſe videbatur. *Oliv.*

4. *Unius parricidii cogitatione.*] Tiberium intellige, quem Sejanus interficere voluit. Sueton. in Tib. Dion lib. LVII. Tacitus lib. V. Joſephus libro XVIII. cap. 13. etſi in Auguſtum etiam conjurarunt, Dion, Tacitus, Seneca, Patereulus. *Corrad.*

Tu videlicet efferatæ barbariæ immanitate truculentior habenas Rom. imperii, quas princeps parenſque noſter ſalutari dextera continet, capere potuiſti? Aut te compote furoris, in ſuo ſtatu mundus manſiſſet? [1] Urbem à Gallis captam, [2] & trecentorum inclytæ gentis* virorum ſtragem fœ-

1. *Urbem à Gallis captam.*] Nota eſt hiſtoria, quomodo Brenno duce Galli fuſo fugatoque apud Alliam exercitu Romano, urbem ceperunt, & totam præter Capitolium flamma ferroque vaſtarunt. *Oliverius. Vrbem à Gallis captam, & trecentorum inclytæ gentis virorum ſtrage fœdatam, Allienſem diem.*] Ita vulgo. In veteribus libris habetur, *Strage fœdatum, Allienſem diem, recte diſpunctatis locis*; licet mendoſe ſcriptum ſit, *Strage fœdatum*, cum debeat ſcribi, *Stragem fœdam.* Conſtat enim ipſum loqui velle non de Allienſi prœlio, ſed de Cremerenſi, in quo trecenti ejuſdem gentis nobiles Fabii cecidere. Legendum itaque exiſtimo: *Vrbem à Gallis captam, & trecentorum inclytæ gentis ſtragem fœdam, Allienſem diem & oppreſſos in Hiſpania Scipiones, Thraſimenum lacum, & Cannas, &c.* Omnes enim iſtic inſigniores populi Romani clades bello acceptas enumerat, quas una furioſa cogitatione Sejanum repræſentaſſe atque viciſſe dicit. Verum ut lectori ſtudioſo ſcopum hujus exempli clarius aperiam, quem minus attigiſſe commentatores video, cognoſcimus ex hiſtoria, Valerium hoc loco invectivæ ſuæ mucronem ſtringere adverſus L. Ælium Sejanum Tiberio Cæſari prius familiaritate conjunctiſſimum, ſed poſtea ob ſuſpiciones inimicum factum. Quem principis amicitia illuſtrem fecerat, atque ad ſummos honores evexerat, adeo ut ejus natalis publice velut Cæſaris celebraretur, ſtatuæ omnis generis atque etiam aureæ paſſim ab omnibus ponerentur, colerenturque, utque tandem apud Senatum, omnemque populum majore in auctoritate, quam ipſe Tiberius eſſet. Itaque nimis exaltatum, jamque metuendum, aſtu ac dolo ſubverrit; ſpe etenim affinitatis, atque tribunitiæ poteſtatis objecta decepium, nihilque ſiniſtri ſuſpicantem ſubito aggreſſus, velut res novas adverſum rempublicam atque ſe molientem, longa & criminoſa epiſtola è Capreis (ubi tum manebat Tiberius) ad ſenatum ſcripta infenſiſſime accuſavit. Sejanus mox ab omnibus deſertus, juſſu ſenatus in carcerem raptus, cum omni ſtirpe ac familia occiditur. Cadavera triduo publice ludibrio habita, demum in Tiberim projecta ſunt, & acerba inquiſitio contra ejus familiares & amicos eſt inſtituta. Ipſius nomen non diu antea conſulis, tanquam populi Romani hoſtis è faſtis ac monumentis publicis eraſum, ſtatuæ paſſim dejectæ atque conflatæ, atque memoria decreto ſenatus abolita eſt. Illudque in cauſa, quod Valerius cum non nominet, licet acerbe in ipſum, Tiberio placere cupiens, invehatur. Ideoque etiam non velut civem inter domeſtica ſceleratorum exempla, ſed velut hoſtem inter peregrinos & externos extremo loco collocat. Igitur ex his etiam animadvertere eſt, eodem anno, quo Sejanus occiſus, Valerium hunc librum nonum conſcripſiſſe. *Pigh.*

2. *Et trecentorum inclytæ gentis.*] Trecenti & ſex Fabii adverſus Vejentes ſuis opibus ſuiſque ſumptibus gerendum bellum ſuſceperunt, qui apud Cremeram per inſidias cæſi omnes ad unum fuerunt. Quæ familia penitus extincta fuiſſet, ni unus, qui per ætatem arma ferre non poterat, Romæ relictus eam propagaſſet. De quibus Ovidius libro Faſtorum ſecundo:

Hæc

fœdam, [1] Allienſem diem, & [2] oppreſſos in Hiſpania Scipiones, [3] Thraſymenum lacum, & Cannas, [4] bellorumque civilium domeſtico ſanguine madentem Æmathiam amentibus propoſitis [5] furoris tui repræſentare, & vincere voluiſti. Sed vigilarunt oculi Deorum, [6] ſidera ſimul vigorem [7] ſuum obtinuerunt: [8] Aræ, pulvinaria, templa præſenti numine vallata ſunt. Nihilque quod pro capite Auguſti, ac patria excubare debuit, torpere ſibi permiſit. [9] Et inprimis au-

Hæc fuit illa dies, in qua Vejentibus armis
Tercentum Fabii ter cecidêre duo.
Vna domus vires & onus ſuſceperat urbis,
Sumunt Gentiles arma profeſſa manus.

Ubi ad eandem ſententiam facientia continuo & cætera ſequuntur. Ex hac igitur familia, ut diximus, unus tantum ſuperfuit, à quo duxit originem Q. ille Fabius Maximus, de quo Ennius & alii,

Unus homo nobis cunctando reſtituit rem.

Unde Ovidius:

Nam puer impubes, & adhuc non utilis armis,
Vnus de Fabia gente relictus erat.
Scilicet ut poſſes olim tu maxime naſci,
Cui res cunctando reſtituenda foret.

Oliverius.

* *Virorum ſtragem fœdam.*] Stragem illam trecentorum & ſex Fabiorum intelligit. Sed in libro Danielis longe aliter hic locus habetur: *Trecentorum inclytæ gentis virorum ſtragem, fœdatum Allienſem diem.* Coler.

1. *Allienſem diem.*] Qui inter nefaſtos dies connumeratus eſt, eo quod bis eo die Romani clade fuiſſent affecti, & ab Allia fluvio dictus, ubi Romanus exercitus à Gallis fuſus turpiter fuerat atque fugatus. *Oliv.*

2. *Oppreſſos in Hiſpania Scipiones.*] Cn. & P. fratres, qui Celtiberorum perfidia decepti, cum duobus conſularibus exercitibus in Hiſpania cæſi fuerunt, de quibus ſatis ſupra dictum eſt. *Idem.*

3. *Thraſymenum lacum.*] Apud quem Annibal C. Flaminium cum exercitu delevit. *Idem.*

4. *Bellorumque civilium domeſtico ſanguine manantes furores.*] Ita vulgo. Wincheliani codicis unam lectionem hic præferendam autumo, quæ hæc eſt: *Bellorumque civilium domeſtico ſanguine madentem Æmathiam.* Notat enim utramque bellorum civilium procellam, quæ in Macedonia, olim Æmathia appellata, detonuit, primum in Pharſalicis campis, auctore Cæſare; deinde in Philippicis, duce Auguſto. *Pigh.*

5. *Furores.*] Bellorum civilium, ut Marii & Syllæ, Cæſaris & Pompeji, Auguſti & percuſſorum Cæſaris, manantes ſanguine domeſtico. *Bad.*

6. *Sidera.*] Inter quæ Cæſaris aſtrum fingebatur repoſitum. *Idem.*

7. *Sidera ſuum vigorem obtinuerunt.*] Ita vulgo. In Wincheliano, *Sidera ſimul vigorem ſuum obtinuerunt.* Atque hæc dicere videtur; quod futurorum præſagus, & peritus matheſeos fuerit Tiberius. *Pigh.*

8. *Aræ, pulvinaria, templa.*] Ac ſi diceret, cuncta numina, omniſque divinitas, tunc pro imperatoria ſalute vigilavit, & inprimis auctor Jupiter. *Oliv.*

9. *Et in primis auctor ac tutela noſtræ incolumitatis Jupiter.* Ita vulgo. Vox *Jupiter*, in melioribus exemplaribus non habetur, & profecto ſcioli alicujus commentum eſt. Non Jovem enim iſtic, ſed Tiberium, cui ſemper adulatur, auctorem ac tutelam publicæ incolumitatis appellat. *Pigh.*

auctor, ac tutela noſtræ incolumitatis, [1] ne excellentiſſima merita ſua totius orbis ruina collaberentur, divino conſilio providit. Itaque ſtat pax, valent leges, ſincerus privati ac publici officii tenor ſervatur. [2] Qui autem hæc violatis amicitiæ fœderibus tentavit ſubvertere, [3] omni cum ſtirpe ſua populi Rom. pedibus obtritus, etiam apud inferos, ſi tamen [4] illuc receptus eſt, quæ meretur, ſupplicia pendit.

Cap. XII.

DE MORTIBUS NON VULGARIBUS.

Romanorum.

1. *Tulli Hoſtilii regis.*
2. *Duarum matrum.*
3. *M'. Iuventii Thalnæ Coſ.*
4. *Q. Lutatii Catuli.*
5. *L. Cornelii Merulæ.*
6. *Herennii Siculi.*
7. *Licinii Macri.*
8. *Cornelii Galli, & T. Haterii.*

Externorum.

1. *Comæ Cleonis fugitivorum ducis fratris.*
2. *Æſchyli Poëtæ.*
3. *Homeri.*
4. *Euripidis.*
5. *Sophoclis.*
6. *Philemonis.*
7. *Pindari.*
8. *Anacreontis.*
9. *Milonis Crotoniatæ.*
10. *Polydamantis Scotuſæi.*

HUmanæ autem vitæ conditionem præcipuè primus & ultimus dies continet: quia plurimum intereſt qui-

1. *Ne excellentiſſima merita.*] Quia regnante Auguſto pax fuit in toto terrarum orbe, in quo ſtatu & Tiberius acceperat imperium. *Oliv.*

2. *Qui autem, &c.*] Dicit Sejanum cum univerſa ſtirpe eſſe deletum.

3. *Omni cum ſtirpe ſua pop. Romani viribus obrutus.*] Ita vulgo. In Campenſi, *Lapidibus obtritus.* Puto legendum eſſe, *Pedibus obtritus.* Diximus enim triduo jacuiſſe in publico Sejani filiorumque occiſorum cadavera ludibrio vulgi expoſita. Et pulcherrime his Valerii verbis conſonant Juvenalis Poëtæ verſus Satyra x. ubi multa de hac Sejani damnatione atque infortunio canit:

—— Curramus præcipites, &
Dum jacet in ripa, calcemus Cæſaris hoſtem,
Sed videant ſervi, ne quis neget, & pavidum in jus,
Cervice aſtricta dominum trahat. Hi ſermones
Tunc de Sejano, ſecreta hæc murmura vulgi.

Sed vide quæ nos in Annalibus in ejus conſulatu diximus, locum enim hunc non parum illuſtrabunt. *Pigh.*

4. *Illuc receptus eſt.*] Ad ſedes inferorum. *Si tamen illuc receptus.*] Formula hæc de flagirioſiſſimis & maxime impiis olim uſurpata: Si tamen ab Orco receptus eſt. Plautus:

Quem propterea Orcus ad ſe recipere noluit. Coler.

1. *Prius*

Digitized by Google

quibus auſpiciis inchoetur, & quo fine claudatur: Ideoque eum demum felicem fuiſſe judicamus, cui & accipere lucem proſperè, & reddere placidè contigit. Medii temporis curſus, [1] prout fortuna gubernaculum rexit, modò aſpero, modò tranquillo motu peragitur; [2] ſpe ſemper minor, dum & cupidè votis extenditur, & fere ſine ratione conſumitur. Nam etſi eo bene uti velis, etiam parvum ampliſſimum efficies, numerum annorum multitudine operum ſuperando. Alioqui quid attinet inerti mora gaudere, ſi magis vitam exigis, quam approbas? Sed ne longius evager, libet eorum mentionem facere, qui non vulgari genere mortis abſumpti ſunt.

1. [3] Tullus Hoſtilius rex fulmine ictus, cum tota domo conflagravit. Singularem fati ſortem, qua accidit, ut columen urbis, in ipſa urbe raptum, ne ſupremo quidem funeris honore à civibus decorari poſſet, cœleſti flamma in eam conditionem redactum; ut eoſdem penates, & regiam, & rogum, & ſepulchrum haberet.

2. [1] Vix

1. *Prout fortuna, &c.*] Non ſine ratione gubernaculum dixit: nam, ut inquir Lactantius Firmianus de falſa religione, fortunæ ſimulacrum cum copia & gubernaculo fingebatur, tanquam ca eſſet, quæ opus tribueret, & humanarum rerum regimen obrineret. *Oliv.*

2. *Spe ſemper minor.*] Quia homines ſe diutius eſſe victuros ſperant, ſed vitæ curſus ſpe ſemper brevior eſſe ſolet, duplici enim ratione fit brevis, & quod ſibi longiorem vitam unuſquiſque præſumit, & quod ſine ratione tranſigitur à multis. *Oliv.*

3. *Tullus Hoſtilius rex fulmine ictus.*] Poſt multa bella confecta, cum homines vulgo eum ſtatum rerum, qui ſub rege Numa fuerat, requirerent, unam ſcilicet opem ægris corpotibus relictam eſſe credentes, ſi pax veniaque à Diis mortalibus eſſet impetrata, Tullus regis Numæ commentarios adivit. Hunc igitur ea commentaria volventem, tradunt, cum ibi quædam occulta ſolennia & ſacrificia Jovi Elicio facta inveniſſet, operatum his ſacris ſe abdidiſſe; ſed non rite initum & curatum id ſacrum eſſe, nec ſolum ei nullam oblatam cœleſtium ſpeciem, ſed ira Jovis, ſollicitata prava jam religione, fulmine ictum cum tota domo flagraſſe. Regnavit autem annis XXXII. cujus temporibus ferunt Bizantium civitatem, quæ Conſtantinopolis dicitur, fuiſſe conditam. Dionyſius Halicarnaſſæus de hoc incendio duas affert opiniones, & dicit ſuccenſam domum alios putare per fulmen, ob quorundam ſacrorum intermiſſionem: plures tamen humanis inſidiis eſſe factum; id opus aſcribenres Martio, qui poſt regnum obtinuit. Sed hanc opinionem paulo poſt multis confutat. *Oliver.* Contigit A. V. CXIII.

1. *Vix*

4. Majoris aliquanto ſpiritus dux [1] Q. Catulus, Cimbrici triumphi C. Mario particeps à ſenatu datus, ſed exitus violentioris: Namque ab hoc eodem Mario poſtea propter civiles diſſenſiones mori juſſus; recenti [2] calce illito, multoque igni percalfacto cubiculo ſe incluſum peremit: Cujus tam dira neceſſitas maximus Marianæ gloriæ rubor exſtitit.

5. Qua tempeſtate reip. L. quoque [3] Cornelius Merula conſularis, & [4] flamen [5] Dialis, ne ludibrio inſolentiſſimis victoribus eſſet, in Jovis ſacrario venis inciſis contumelioſæ mortis denuntiationem effugit: ſacerdotiſque ſui ſanguine vetuſtiſſimi foci maduerunt.

6. Acer etiam & animoſus vitæ exitus [6] Herennii Siculi, quo C. Gracchus, & aruſpice, & amico uſus fuerat. Nam cum

1. *Q. Catulus.*] Beatus Auguſtinus de Civit. Dei lib. III. *Catulus*, inquit, *hauſto veneno ſeſe è manibus inimicorum ſubtraxit.* Lucius Florus: *Catulus*, inquit, *ſe ignis hauſtu ludibrio hoſtium exemit.* Fuit autem hic Catulus C. Marii collega in quarto conſulatu adverſus Cimbros & Senones, in quo bello victoriæ dux & auctor fuiſſe creditur. Nam poſt cæſos hoſtes, cum Marii milites pecunias diripuiſſent, ſpolia, & tubæ, & ſigna in caſtra Catuli delata fuerunt, quæ apud ſe Catulus diligentiſſime ſervari voluit, ut appareret eum victoriæ auctorem extitiſſe. Et cum inter milites Marii atque Catuli de victoria contentio eſſet oborta, in hæc pacta convenerunt, ut legati Parmenſium, qui tum aderant, de re iſta judicarent. Hi ducti per cadavera hoſtium à militibus, conſpexerunt jaculis militum Catuli barbarorum corpora eſſe perforata. Dignoſcebantur ex inſcriptis literis, quæ nomen Catuli in telis deſignabant. Verum famam & gloriam totam Mario propter primam victoriam, & nomen imperii tribuebant. *Oliverius.*

2. *Calce illito.*] Florus: *Catulus ſe ignis hauſtu ludibrio hoſtium exemit.*] Diverſus abit Auguſtinus lib. III. de Civit. Dei, *hauſtu veneni* ſcribens. *Coler.* *Calce illito.*] Quia fumus carbonum & vaporum recentum parietum ſubito necat, vix dolorem aliquem ſentientes. *Badius.*

3. *Corn. Merula.*] Auguſtinus de Civit. Dei lib. III. cap. 17. *Merula*, inquit, *flamen Dialis, præciſis venis, Jovi etiam ſuo ſanguine litavit.* Florus vero, *Merula*, inquit, *flamen Dialis in Capitolio Jovis ipſius oculos venarum cruore reſperſit.* Oliv.

4. *Flamen.*] Sacerdos.

5. *Dialis.*] Jovis.

6. *Herennii.*] Cum L. Opimius conſul C. Gracchum Agrarias leges contra Senatus auctoritatem ferre molientem ſuſtuliſſet, Herennius Siculus, qui & Aruſpex & familiariſſimus Gracchi fuerat, damnatus, quod cum Graccho ſenſiſſe diceretur. Cum duceretur in carcerem, ſic carceris poſti caput illiſit, ut vitam in aditu ipſo reliquerit ſuam, & ſic morte non vulgari, quod imminebat, ſupplicium effugit. *Oliv.*

1. *Manu-*

tur [1] illuſtris ingenii orator & [2] ab inopia rei familiaris, & à [3] crimine domeſticæ damnationis inuſitato paterni fati genere vindicatus eſt.

8. Fortis hujus mors, illorum perridicula. Cornelius enim Gallus prætorius, & T. Haterius eques Rom. [4] inter uſum Veneris abſumpti ſunt. Quanquam quorſum attinet eorum cavillari fata, quos non libido ſua, ſed fragilitatis humanæ ratio abſtulit! Fine namque vitæ noſtræ variis & occultis cauſſis expoſito, interdum quædam immerentia ſupremi fati titulum occupant: cum magis in tempus mortis incidant, quam ipſam mortem accerſant.

E X T E R N A.

1. Sunt & externæ mortes dignæ annotatu: qualis imprimis Comæ, quem ferunt [5] maximi latronum ducis Cleonis fratrem fuiſſe. Is enim [6] ad Rupilium conſulem poſt [7] Ennam, quam prædones tenuerant, in poteſtatem noſtram redactam, perductus, cum de viribus & conatibus fugi-

1. *Illuſtris ingenii.*] Cicero in Bruto miram ei ἀκρίβειαν tribuit. Sed hoc exemplum C. Licinii probat, iſtis temporibus longe mitius de fama & bonis eorum, qui ſe metu criminis interfeciſſent actum fuiſſe, quam ſub principibus. Sane tales pro confeſſis habentur, eorum bona in fiſcum coguntur, ut docet Paulus lib. v. Sentent. tit. 12. *Coler.*

2. *Ab inopia rei familiaris.*] Quia ſi damnatus fuiſſet, & ejus bona ſubhaſtata, ad inopiam redacta eſſet ejus familia. *Oliv.*

3. *Crimine domeſticæ damnationis.*] Sic quoque genus familiamque ſuam à turpitudine futuræ damnationis vendicavit, ut tanta infamia domus notati non poſſet. *Oliv.*

4. *Inter uſum pucrilis Veneris abſumpti ſunt.*] Ita vulgo. Vox *puerilis*, in Cauchiano omittitur, nec habet eam Plinius, qui hoc exemplum è Valerio haud dubie deſumſit. Et ſane impertinens atque indecora videtur, cum auctor ipſe mox eorum hunc exitum excuſet. *Pighius.*

5. *Maximi latronum ducis Diogenis.*] Ita vulgo. In Campenſi, *Eleonis*; ſed in Wincheliano magis correcte, *Cleonis.* Sic enim hunc ducem appellat etiam Livius lib. LVI. *Cleon quoque alter ſervus ad ſeptuaginta millia ſervorum contraxit.* Pigh.

6. *Ad Rupilium conſulem.*] Qui, ut diximus in cap. de Mutatione Fortunæ, conſul in Siciliam miſſus, ut provinciam illam ſervili bello occupatam reciperet, & à fugitivorum impetu tutam pacatamque redderet, poſt confectum bellum ex decem legatorum ſententia Siculis leges impoſuit. *Oliverius.*

7. *Ennam*] Eſt hæc urbs Siciliæ.

fugitivorum interrogaretur; ſumpto tempore [1] ad ſe colligendum, caput operuit; innixuſque genibus compreſſo ſpiritu, inter ipſas cuſtodum manus, inque conſpectu ſummi imperii, ex optata ſecuritate quievit. Torqueant ſe miſeri, quibus extingui, quam ſupereſſe utilius eſt, trepido & anxio conſilio, quanam ratione vita exeant, quærentes: Ferrum acuant, venena temperent, laqueos apprehendant, vaſtas altitudines circumſpiciant, tanquam magno apparatu, aut exquiſita molitione opus ſit: ut corporis atque animi in firmo vinculo cohærens ſocietas dirimatur. Nihil horum Coma, ſed intra pectus incluſa anima, finem ſui reperit. Enimvero minimo ſtudio retinendum bonum, cujus caduca poſſeſſio tam levi afflatu violentiæ concuſſa dilabi potuit.

2. [2] Æſchyli vero Poëtæ exceſſus, quemadmodum non voluntarius, ſic propter novitatem caſus referendus eſt. In Sicilia mœnibus urbis, in qua morabatur, egreſſus [3] aprico in loco reſedit: Super quem aquila teſtudinem ferens, eluſa ſplendore capitis, (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi eam illiſit, ut fractæ carne veſceretur: Eoque ictu [4] origo, & principium fortioris tragœdiæ extinctum eſt.

3. Non

1. *Ad ſe colligendum.*] Ad deliberandum, vel ad colligendum vires in unum. *Idem.*

2. *Æſchyli, &c.*] Hic primus tragœdiarum ſcriptor fuit, teſte Quintiliano, qui ait, *Æſchylus tragœdias primus in lucem protulit.* Horatius quoque in Poëtica:

—— Perſonæ pallæque repertor honeſtæ
Æſchylus, & modicis inſtruxit pulpita tignis,
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.

Floruit Athenis, teſte Gellio, tempore Miltiadis, anno ducenteſimo ſexageſimo poſt urbem conditam. *Oliv.*

3. *Aprico in loco.*] Soli expoſito.

4. *Origo & principium.*] Quia fuit, ut diximus, tragœdiæ primus inventor, teſtibus Quintiliano & Horatio. *Oliv.* *Origo & principium.*] Teſtibus ſupra citatis. Fortioris autem tragœdiæ auctorem cur facit? Quia verbis & ſententiis virilior & gravior eſt. Ariſtophanes Ranis: Ἀλλ' ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνὰ, καὶ κοσμήσας τραγικὸν λῆρον. Ubi Scholiaſtes, πυργώσας, inquit, αὐξήσας καὶ μεγάλα εἰπών. Huic etiam Menedemus primas detulit. Laërtius:

Αἰσχύλῳ δὲ τὸ πρωτεῖον ἀπεδίδου.

Celebratur etiam Epigrammate Antipatri:

Ὁ τραγ-

3. [1] Non vulgaris etiam Homeri mortis cauſſa fertur: qui in inſula, quia [2] quæſtionem à piſcatoribus propoſitam ſolvere non potuiſſet, dolore abſumptus creditur.

4. [3] Sed atrocius aliquanto Euripides finitus eſt. Ab * Arche-

Ο' τραγικὸν φώνημα καὶ ὀφρυόεσσαν ἀοιδὴν,
Πυργώσας στιβαρῇ πρῶτος ἐν εὐεπίῃ.
Αἴσχυλος Εὐφορίωνος, Ἐλευσινίης ἑκὰς αἴης
Κεῖται κυδαίνων σήματι Τρινακρίην.

Quod ita verti:

Clamores tragicos ampullatoſque ſonores,
Magniloqui panxit qui prior oris opus.
Æſchylus Euphorionis, Eleuſina alma propago
Mortuus, eſt aptus corpore Trinacriam.

Fuit Cyrenæus, familiaris Callimachi. Athenæus lib. VIII. Unum etiam addo. Macrobius Æſchylum ſatis audacter auſus eſt Siculum facere lib. V. cap. 19. contra quem manifeſti teſtes Pauſanias & Plutarchus In Cimone. Sed Saturnalium ſcriptorem errare fecit exſilium Tragici, quod plerumque omne in Sicilia apud Hieronem egit. *Colerus.*

1. *Non vulgaris etiam Homeri, &c.*] Cum inter omnes ferme Scriptores magna ſit de Homeri patria parentibuſque diſſenſio, de morte tamen convenit inter omnes, quod dum in Ioniam inſulam navigaſſet, & in piſcatores, qui littoribus appulſi ſeſe pediculis expurgabant, forte fortuna incidiſſet, quæſivit ab eis numquid haberent, vel, ut alii dicunt, quid illic agerent. Erat enim, teſte Cicerone Tuſc. V. circa finem cæcus. Qui obſcure ſatis reſponderunt, perdidiſſe quod ceperant quod vero non cepiſſent, habere. Vel, ut alii dicunt, quod capimus perdimus, quod quærimus, habemus. Significabant autem ſe ſe purgare pediculis, & ita quos caperent, perdere, quos non cepiſſent, in veſtimentis habere. Quod ænigma cum interpretari non poſſet, nimio dolore confectus migravit de vita. Honorificentiſſime autem à civibus ſepultus fuit, & in illius ſepulchro epigramma inciſum:

Conditus hoc tumulo vates divinus Homerus,
Heroum cecinit qui bene facta ducum.

Oliver.

2. *Quæſtionem, &c.*] Sequitur opinionem eorum, qui dicunt, non interrogatos piſcatores quid haberent, ultro quæſtionem propoſuiſſe; ſcil. venamur bis quinis canibus, quod capimus perdimus, quod quærimus, habemus. Conſtat autem, ut diximus, teſte Cicerone, Homerum fuiſſe cæcum. *Oliv.*

3. *Sed atrocius, &c.*] De Euripide ſatis ſupra dictum eſt in capite de Fiducia; quod vero ad ejus mortem pertinet, ſic breviter Gellius tradit lib XV. cap. 20. Cum in Macedonia apud Archelaüm regem eſſet, utereturque eo rex familiariter, rediens nocte ab ejus cœna, canibus à quodam æmulo immiſſis, dilaceratus eſt, & ex vulneribus mors ſecuta eſt. Sepulchrum autem ejus & memoriam eo Macedones dignati ſunt honore, ut in gloriæ quoque loco prædicarent,

Οὔποτε σὸν μνῆμα Εὐριπίδης ὤλετό που,

quod egregius Poëta, morte obita, ſepultus in eorum terra foret. Quamobrem cum legati ad eos ab Athenienſibus miſſi periiſſent, ut oſſa Athenas in terram illius patriam permitterent transferri, maximo conſenſu Macedones in ea re deneganda perſtiterunt; Archelaüs vero rex, audita tam indigna morte

chelai enim regis cœna in Macedonia domum hoſpitalem repetens, canum morſibus laniatus obiit. Crudelitas fati tanto ingenio non debita.

5. Sicut illi exceſſus illuſtrium Poëtarum & moribus & operibus indigniſſimi. [1] Sophocles ultimæ jam ſenectutis, cum in certamine tragœdiam dixiſſet, ancipiti ſententiarum eventu diu ſolicitus; aliquando tamen una ſententia victor, cauſſam mortis gaudium habuit.

6. Philemonem autem vis riſus immoderati abſtulit: [2] Paratas ei ficus, atque in conſpectu poſitas aſello conſumente, puerum ut illum abigeret, inclamavit: Qui cum jam comeſtis omnibus ſuperveniſſet, Quoniam, inquit tam tardus fuiſti, da nunc [3] merum aſello. Ac protinus urbanitatem dicti crebro anhelitu cachinnorum proſecutus; ſenile guttur [4] ſalebris ſpiritus prægravavit.

7. [5] At Pindarus, cum in gymnaſio ſuper gremium pueri, quo unicè delectabatur, capite poſito quieti ſe dediſſet; non

morte Poëtæ, quàm primam juſſit capillos ſibi & barbam reſecari in ſignum doloris. *Oliv. Euripides finitus.*] Lege præter Agellium Solinum cap. 15. Plutarchum in Lycurgo. Ejus ſepulchrum celebrant Plinius, Vitruvius, Ammianus lib. XXVII. *Coler.*

* *Archelai.*] Qui Alexandro ſucceſſerat in partem regni. *Oliv.*

1. *Sophocles.*] Plinius lib. VII. Nat. Hiſt. *Gaudio*, inquit, *periêre præter Chilonem, de quo diximus, Sophocles & Dionyſius Siciliæ tyrannus, uterque accepto tragicæ victoriæ nuntio.* De hoc alio loco: *Sophoclem tragici cothurni principem defunctum ſepelire Liber pater juſſit, obſidentibus mœnia Lacedæmoniis: Lyſandro eorum rege, in quiete ſæpius admonito, ut pateretur humari delicias ſuas. Requiſivit rex, quis ſupremum diem Athenis obiiſſet, nec difficulter ex his, quæ Deus ſignificaſſet, intellexit, pacemque funeri dedit.* Oliver. *Sophocles ultimæ.*] De ejus morte non convenit inter Lucianum & Simonidem lib. III. Ἀνθολογίας. Lege & Ciceronem de Senectute, Plutarchum in Commentario ἐν πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον. Sed & Ariſtophanis Scholiaſten & Pauſaniam. *Coler.*

2. *Paratas ei ficot.*] Ita vulgo. Manuſcripti libri *ficus* habent in quarta declinatione. Sic Juvenalis Sat. XIV.

— *Si vis aliam decerpere ficum.*

Colerus.

3. *Merum.*] Purum vinum ut biberet, ne illi ficus noceant, quæ bibentibus aquam nocere ſolent. *Bad.*

4. *Salebris.*] Aſperitatibus ſpiritus anhelitum ipſum ſuffocantis. *Idem.*

5. *At Pindarus.*] Hic Lyricus Poëta fuit, olim ſuo tempore præſtantiſſimus, vel certe Quintiliano teſte, novem Lyricorum longe princeps magnificentia, ſententiis, figuris, beatiſſima rerum ac verborum copia, veluti quoddam eloquentiæ flumen, quem Horatius dixit nulli quidem imitabilem eſſe. Legitur, quod cum Alexander Magnus

non prius deceſſiſſe cognitus eſt, quam gymnaſiarcha claudere jam eum locum volente, nequicquam excitaretur. Cui quidem crediderim eadem benignitate Deorum, & tantum Poëticæ facundiæ, & tam placidum vitæ finem attributum.

8. [1] Sicut Anacreonti quoque, quamvis ſtatum [2] humanæ vitæ modum ſupergreſſo, quem uvæ paſſæ ſucco tenues & exiles virium reliquias foventem, unius grani pertinacior in aridis faucibus humor abſumpſit.

9. [3] Jungam illos, quos & propoſitum, & exitus pares fecit. Milo Crotoniatus, cum iter faciens quercum in agro cu-

gnus Thebas cepiſſet, urbemque illam diripetet, ac cives ſub corona venderet, ſoli Pindaro, ejuſque familiæ, propter ingenii nobilitatem, egregiamque doctrinam parci juſſit; cujus mors minime vulgaris fuit: cum enim ludos ſpectaret, & præ laſſitudine ſpectaculi ſomno gravatus, in gremio cujuſdam pueri, cujus ſtudioſiſſimus erat, caput depoſuiſſet, non prius deceſſiſſe cognitus eſt, quam peractis ludis, Gymnaſii princeps juberet omnes exire, & fruſtra Pindarum excitaſſet, quippequi *in æternum clauſiſſet lumina noctem.* Oliv. *At Pindarus.*] Mendacium eſt, quod de Pindaro ſcribit Solinus lib. VII. Nam quod ille de Pindaro narrat, id Simonidi accidit. Cicero II. de Orat. Quintilianus. Valerius lib. I. cap 8. *Coler.*

1. *Sicut Anacreonti.*]Hic Teïus patria Lyrici carminis poëta, cujus meminit Horatius lib. IV. Odarum:

Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo
Anacreonta Teïum,
Qui perſæpe cava teſtudine flevit amorem.

Pari ratione Ovidius libro Triſtium ſecundo:

Quid niſi cum multo Venerem contemnere vino,
Præcepit docti Teïa Muſa ſenis?

Oliverius.

2. *Humanæ vitæ, &c.*] Quia ſecundam jam agebat ætatem.

3. *Jungam illos, &c.*] Duos ſubjungit, qui ejuſdem propoſiti & exitus fuerunt, Milonem Crotonienſem, & Polydamantem athletam. De Milone Gellius Noct. Att. lib. XV. cap 16. *Milo Crotonienſis*, inquit, *Athleta illuſtris, quem in chronicis ſcriptum eſt Olympiade prima coronatum eſſe, exitum habuit vitæ miſerandum, cum jam natu grandis artem athleticam deſeruiſſet, iterque faceret forte ſolus in locis Italiæ ſylveſtribus, quercum vidit proxime viam, patulis in parte media ramis hiantem. Tum experiri volens credo etiam tunc an ullæ ſibi reliquæ vires adeſſent, immiſſis in cavernas arboris digitis, deducere & reſcindere quercum conatus eſt; ac mediam quidem partem diſcidit, divellitque. Quercus autem in duas deducta partes, cum ille, quaſi perfecto, quod erat conixus, manus laxaſſet, ceſſante vi, rediit in naturam, manibuſque ejus retentis incluſiſque, ſtricta denuo & cohærens, dilacerandum hominem feris præbuit.* Solinus: *Milonem quoque*, inquit, *Crotonienſem egiſſe omnia, ſupra quæ homo valet. Etiam hoc proditur, quod ictu nudæ manus taurum fecit victimam; eumque ſolidum, quo mactaverat die, abſumpſit ſolus non gravatim. Super hoc nihil dubium, nam factum elogium extat.*

 Victor

[1] cuneis adactis fiſſam vidiſſet; fretus viribus, acceſſit ad eam, inſertiſque manibus divellere conatus eſt: quas arbos excuſſis cuneis [2] in ſuam naturam revocata compreſſit, eumque cum [3] tot gymnicis palmis lacerandum feris præbuit.

10. Item Polydamas athleta tempeſtate ſpeluncam ſubire coactus, nimio & ſubito incurſu aquæ labefacta ea, ac ruente; cæteris comitibus fuga periculum egreſſis, ſolus reſtitit, tanquam humeris ſuis totius ruinæ molem ſuſtentaturus. Sed pondere omni corpore humano potentiore preſſus; [4] imbris cauſſa petitam latebram, [5] dementis fati ſepulchrum habuit. Poſſunt hi præbere documentum, nimio robore membrorum, vigorem mentis hebeſcere: quaſi abnuente natura utriuſque boni largitionem. Ne ſupra mortalem ſit felicitatem, eundem & valentiſſimum eſſe, & ſapientiſſimum.

CAP. XIII.

Victor illo omnium certaminum obiit. Cicero in Catone Majore: *Quæ enim vox poteſt eſſe contemptior, quam Milonis Crotoniatæ, qui cum ſenex eſſet, & jam athletas ſe in curriculo exercentes videret, aſpexiſſe lacertos ſuos dicitur, illachrymanſque dixiſſe: At hi quidem jam mortui ſunt.* Hunc Milonem tantæ fortitudinis fuiſſe dicit Plin. l. VII. Nat. Hiſt. ut cum conſtitiſſet, nemo eum veſtigio educere poſſet. Malum tenenti nemo digitum corrigere. Strabo vero lib. 6. dicit hunc Pythagoræ diſcipulum fuiſſe, & cum forte columna quiſquam in Philoſophorum contubernio laboraret, Milonem ſubeuntem ſalvos reddidiſſe univerſos, deindeque ſeipſum extraxiſſe, quo membrorum robore fretum, viræ ſubverſionem offendiſſe eo genere mortis, quo ſupra monſtratum eſt. *Oliv.*

1. *Cuneis adactis.*] Infixis cuneis. Nam cum agreſtes quercum ſcindere voluiſſent, cuneos adegerant, ut eos in quercu relinquerent. Eſt autem cuneus inſtrumentum ligneum, quod deſinit in latitudinem acutam, in ſuperiore parte craſſum & obtuſum, quo ſcinduntur arbores. Virgilius:

——— *Et cuneis ſcindebant fiſſile lignum.*

Gellius vero dicit arborem fuiſſe patulis ramis hiantem, non cuneis ſciſſam. *Oliv.*

2. *In ſuam naturam revocata.*] Cum rediiſſet in ſeipſam, ſicque ſe clauſiſſet, ac ſi ſolida extitiſſet. *Oliv.*

3. *Tot gymnicis palmis.*] Tot victoriis, quas in gymnaſio certando reportaverat; nam, ut diximus, athleta fortiſſimus fuerat, qui in omnibus agonibus victor evaſerat. *Idem.*

4. *Imbris cauſa.*] In Veneta editione non male legitur, *Imbribus. Imbris cauſa.*] Ita vulgo. Lipſius omittit, *cauſa*, quod quomodo poſſit facere, non video. Pauſanias & Suidas æſtus, non imbris cauſa petitam latebram ſcribunt. *Coler.*

5. *Dementis fati.*] Mortis per dementiam initæ, quia nunquam aliud ſortitus eſt ſepulchrum. *Badius.*

1. *For-*

CAP. XIII.

DE CUPIDITATE VITÆ.

ROMANORVM.	EXTERNORVM.
1. *MV. Aquilii Legati conſularis.*	1. *Xerxis Perſarum regis.*
2. *Cn Carbonis Coſ.* III.	2. *Maſſaniſſæ Numidiæ regis.*
3. *D. Iunii Bruti Procoſ.*	3. *Alexandri Pheræorum regis.*
	4. *Dionyſii Siciliæ tyranni.*

VErum quia exceſſus è vita & [1] fortuitos, & [2] viriles, quoſdam etiam [3] temerarios oratione attigimus: ſubjiciamus nunc æſtimationi enerves, & effœminatos. Ut ipſa comparatione pateat, quanto non ſolum fortior; ſed etiam ſapientor mortis interdum, quam vitæ ſit cupiditas.

1. [4] MV. Aquilius, cum ſibi glorioſe poſſet extingui, Mithridati maluit turpiter ſervire. Quem ne aliquis merito dixerit Pontico ſupplicio, quam Romano imperio digniorem? quoniam commiſit, ut privatum opprobrium publicus rubor exiſteret.

2. [5] Cn. quoque Carbo magnæ verecundiæ eſt Latinis an-

1. F*Ortuitos.*] Qui caſu quodam contigerunt, ut Tulli, & fœminarum, atque Æſchyli. *Oliv.*

2. *Viriles.*] Ut Catuli & Comæ. *Idem.*

3. *Temerarios.*] Ut Milonis Crotoniatæ & Polydamantis. *Idem.*

4. *M. Aquilius.*] Ariobarzanes à Tigrane juſſu Mithridatis Cappadocia pulſus, Romam venit, & eodem tempore mortuo Nicomede, filius ejus Nicomedes à Mithridate pellitur regno, qui cum & ipſe ſupplex Romam veniſſet, decernitur in Senatu, ut rex uterque reſtituatur in regnum. Quam ad rem miſſi ſunt M. Aquilius & Manlius legati, qui comparato exercitu, cum adverſus Mithridatem infeliciter pugnaſſent, captus Aquilius, maluit in ſervitutem regis venire, quam fortiter pugnando, aut ſibi mortem inferendo, glorioſe interire. *Oliv. M. Aquilius.*] Appianus Attilium vocat. *Corradus.* Conrigit A.U. DCLXV.

5. *Cn. quoque Carbo.*] Hiſtoria Carbonis notata eſt in cap. de Ingratitudine. ubi oſtendimus illum à Q. Pompejo victum & morti deſtinatum, cum duceretur ad ſupplicium, vitæ cupiditate motum, breve tempus oraſſe, tantiſper dum exoneraret ventrem. De quo Cicero in epiſt. fam. lib. IX. mentionem facit, & eum cum fratre Scurram appellat. Sciendum eſt autem duos fuiſſe Carbones, alterum Marianæ partis, qui cum Mario, Cinna, & Sertorio Romam occuparunt, & mortuo Mario conſul factus eſt cum juniore Mario, qui multa fœda in urbe facinora commiſerunt. De hoc Carbone nunc loquitur Valerius. Alterum virum Senatorium, Syllanæ partis, quem Carbo ſuperior cum aliis quibuſdam Senatoribus

annalibus, qui tertio in conſulatu ſuo juſſu [1] Pompeji in Sicilia ad ſupplicium ductus, petiit à militibus demiſſe & flebiliter, ut ſibi alvum levare, priuſquam expiraret, liceret: quo miſerrimæ lucis uſu diutius frueretur. Eoque moram traxit, donec caput ejus ſordidè in loco ſedentis abſcinderetur. Ipſa verba tale [2] flagitium narrantis ſecum luctantur, [3] nec ſilentio amica, quia occultari non merentur: nec relatione familiaria, quia dictu faſtidienda ſunt.

3. Quid? Brutus exiguum & infelix momentum vitæ quanto dedecore emit! Nam à Furio, quem ad eum occidendum Antonius miſerat, comprehenſus, non ſolum cervicem gladio ſubtraxit; verum etiam conſtantius eam præbere admonitus, ipſis his verbis juravit: [4] Ita ut vivam, dabo. O fati cunctationem ærumnoſam! O jurandi [5] ſtolidam fidem! Sed hos tu furores immoderata retinendi ſpiritus dulcedo ſubjicis, ſanæ rationis modum expugnando, quæ vitam diligere, mortem non timere præcepit.

EXTERNA.

1. [6] Eadem Xerxem regem pro totius Aſiæ armata juven-

bus in curiam vocatum, crudeliſſime trucidavit. De quo Oroſius lib. v. *Damaſippus*, inquit, *prætor, incitante C. Mario conſule Q. Scævolam, C. Carbonem, L. Domitium in curiam, quaſi ad conſultandum per Antiſtium vocatos, crudeliſſime occidit, corpora interfectorum per carnifices unco tracta, atque in Tiberim miſſa ſunt*: Oliv.

1. *Pompeji.*] Quinti.

2. *Flagitium.*] Turpem puſillanimitatem.

3. *Nec ſilentio amica.*] Quia nullo modo tacendum ſit, cum reprehenſionem mereatur. *Oliv.*

4. *Ita ut vivam.*] Ita mihi contingat vivere, ut verum dico, & cervicem conſtantius præbebo. Hoc autem confirmavit juramento, aut neſciens quid diceret, quia cum jam mori deberet, ſtultum erat per vitam jurare; ſed quia nihil charius habuit, per eam juravit, aut ideo juravit, ut tantiſper dum juraret, vitam ſuam prorogaret. *Ita ut vivam.*] Non debuit certe vulgatam lectionem mutare Pighius, contra editionum veterum & librorum ſcriptorum conſenſum. Formula vetus eſt: ITA VIVAM DABO. Seneca epiſt. LXXXIII. Hic eſt enim Brutus, qui cum periturus mortis moras peteret, ad exonerandum ventrem ſeceſſit, & evocatus ad mortem, juſſuſque præbere cervicem, Præbebo, inquit, ITA VIVAM. Poteſt tamen etiam ſcripſiſſe Valerius: *Ita vivam ut dabo*. Cic. ad Att. lib. v. epiſt. 15. Ita vivam, ut maximos ſumptus facio. *Col.*

5. *Stolidam fidem.*] Bene ſtolidam, qui juraverit ſe victurum, cum paulo poſt eſſet moriturus. *Oliv.*

6. *Eadem Xerxem, &c.*] Cum Xerxes Græciæ bellum illaturus ingentem exerci-

ventute, quod intra centum annos eſſet obitura, profundere lachrymas coëgiſti. Qui mihi ſpecie alienam, revera ſuam conditionem deploraſſe videtur: opum magnitudine, quam altiore animi ſenſu felicior. Quis enim mediocriter prudens mortalem ſe natum fleverit?

2. [1] Referam nunc eos, quibus aliquos ſuſpectos habentibus, exquiſitior ſui cuſtodia quæſita eſt. Nec à miſerrimo, ſed ab eo, qui [2] inter paucos feliciſſimus fuiſſe creditur, incipiam. Maſſaniſa rex, parum fidei in pectoribus hominum reponens, ſalutem ſuam [3] cuſtodia canum vallavit. Quo tam latè patens imperium? quo tantum [4] liberorum numerum? quo denique tam arcta benevolentia conſtrictam Romanam amicitiam; ſi ad hæc tuenda nihil canino latratu, ac morſu valentius duxit?

3. Hoc

ercitum comparaſſet, illum in patenti campo, ut forte recenſeret, de ſuperiori loco conſpiciens, in eam cogitationem venit, ut diceret intra centum annos eorum neminem fore ſuperſtitem, & breviſſimæ hominis vitæ conditionem ſecum ipſe cogitans, dicitur illachrymaſſe, & quamvis Aſiaticæ juventutis vicem dolere videretur, ſuam tamen potius deploravit. *Oliv.*

1. *Referam nunc eos.*] Novum caput hic incipiunt vulgati codices, ob illam inductionem Valerii, *Referam nunc eos, quibus, &c.* At aliquot MSS. codices ſuperiori capiti, De Cupiditate Vitæ, annectunt, nec male, ut mihi videtur, cum omnia exempla ſint externa ejuſdem argumenti. *Pigh.*

2. *Inter paucos feliciſſimus.*] Conſtat Maſſaniſam, poſt conjunctam cum popul. Rom. ſocietatem & amicitiam, omnia habuiſſe ſecunda, ut inter feliciſſimos connumerari merito poſſit. *Oliverius.*

3. *Cuſtodia canum.*] Conſtat canes hominibus eſſe fideliſſimos, & teſtibus Solino & Plin. lib. VIII. c. XL. dominos ſuos æqualiter omnes diligere, ſic ut multis exemplis patet. Nam in Epiro domini percuſſorem in cœtu agnitum latratu canis prodidit. Jaſone Lycio interfecto, canis ipſius aſpernatus cibum, inedia obiit. Lyſimachi regis canis flammæ ſe injecit, accenſo rogo domini, & pariter igni abſumptus eſt. Garamantum regem ducenti canes ab exilio reduxerunt, prœliantes adverſus reſiſtentes. Colophonii & Caſtabalenſes, canibus in bella ductis, primas acies inſtruebant. Appio Junio, Ap. Siſio Coss. damnatum dominum canis, cum abigi non poſſet, comitatus in carcerem, mox percuſſum ululatu proſecutus eſt; cumque ex miſeratione pop. Rom. poteſtas ei cibi fieret, ad os defuncti eſcam tulit: ultimo inde dejectum in Tiberim cadaver, innatans ſuſtentare conatus eſt. Multaque alia caninæ fidelitatis exempla commemorat Plinius, quæ conſulto prætermitto, ne forte faſtidio ſint. Sed conſtat, quod canes ſoli nomina ſua recognoſcunt, & iterum meminerunt. *Oliv.*

4. *Liberorum numerus.*] Quos quinquaginta fuiſſe, diximus in cap. de Gratitudine.

 1. *Ale-*

3. Hoc rege infelicior [1] Alexander, cujus præcordia hinc amor, hinc metus torſerunt: Nam cum infinito ardore conjugis Thebes teneretur, ad eandem ex epulis in cubiculum veniens; barbarum [2] compunctum notis [3] Threiciis, ſtricto gladio jubebat anteire: Nec prius ſe ibidem lecto committebat, quam à ſtipatoribus diligenter eſſet ſcrutatus. Supplicium irato Deorum numine compoſitum, neque libidini, neque timori poſſe imperare. Cujus timori eadem & cauſſa, & finis fuit. Alexandrum enim Thebe [4] pellicatus ira mota interemit.

4. [5] Age, Dionyſius Syracuſanorum tyrannus hujuſce tormenti quam longa fabula? qui duodequadraginta anno-

no-

1. *Alexander.*] Non Macedo, ſed Pheræus, à Pheræa civitate denominatus, cui imperavit. Eſt autem civitas Aſiæ. Hujus vero Alexandri Cicero Rhetor. lib. II. mentionem facit. *Oliv.*

2. *Compunctum notis.*] Damnatum & ſtigmatibus notatum: nam quia fugitivus fuerat, notas illi candenti ferro inuſſerat herus. *Idem.*

3. *Threiciis.*] Hoc ideo dixit, quia Thraces ſervis ſuis fugitivis has notas imprimere ſolent. *Idem. Notis Threiciis.*] Quibuſdam ſtigmatis, quibus Thraces, tanquam ad inſigne fortitudinis, ſe pungunt. Unde non accedo ad mentem Oliverii, qui crimine convictum ſic notatum autumat. *Bad.*

4. *Pellicatus.*] Adulterii. Eſt enim pellex, quæ cum alieno viro concubuit, & dicitur pellex uxoris ejus, quo cum rem habet, à pelliciendo dicta. *Oliv.*

5. *Age, Dionyſius Syracuſanus.*] Cicero Tuſcul. lib. v. inquit, *Duodequadraginta annos tyrannus Syracuſanorum fuit Dionyſius, cum quinque & viginti natus annos dominatum occupaſſet; qua pulchritudine urbem, quibus autem opibus præditam ſervitute oppreſſam tenuit civitatem? Atque de hoc homine à bonis auctoribus ſic ſcriptum accepimus, ſummam fuiſſe ejus in victu temperantiam, in rebus gerendis virum acrem & induſtrium, eundem tamen maleficum natura & injuſtum. Ex quo omnibus bene veritatem intuentibus, videri neceſſe eſt, eſſe miſerrimum: ea enim ipſa quæ concupierat, ne tum quidem, cum omnia ſe poſſe cenſebat, conſequebatur, qui cum eſſet bonis parentibus atque honeſto loco natus, (etſi id quidem alius alio modo tradit) abundaretque æqualium familiaritatibus & conſuetudine propinquorum, haberet etiam more Græciæ quoſdam adoleſcentes amore conjunctos, credebat eorum nemini; ſed iis, quos ex familiis locupletum ſervos delegerat, quibus nomen ſervitutis detraxerat, & quibuſdam convenis, & feris barbaris corporis cuſtodiam committebat; ita propter injuſtam dominatus cupiditatem, in carcerem quodammodo ipſe ſe incluſerat: quinetiam ne tonſori collum committeret, tondere filias ſuas docuit, ita ſordido ancillarique artificio regiæ virgines ut tonſtriculæ tondebant barbam & capillum patris. Et tamen ab iis ipſis, cum jam eſſent adultæ, ferrum removit, inſtituitque, ut candentibus juglandium putaminibus barbam ſibi & capillum adurerent. Cum duas uxores haberet, Ariſtomachen civem ſuam, Cloridem autem Locrenſem, ſic noctu ad eas ventitabat, ut omnia ſpecularetur, & perſcrutaretur ante, & cum foſſam la-*

tam

norum dominationem in hunc modum peregit. Summotis amicis in eorum locum ferociſſimarum gentium homines, & à familiis locupletum electos prævalidos ſervos, quibus latera ſua committeret, ſubſtitit, tonſorumque metu, tondere filias ſuas docuit. Quarum, poſtquam adultæ ætati appropinquabant, manibus ferrum non auſus committere: inſtituit, ut [1] candentium juglandium putaminibus barbam ſibi & capillum adurerent. Nec ſecuriorem maritum egit, quam patrem. Duarum enim eodem tempore, Ariſtomaches Syracuſanæ, & Locrenſis Cloridis matrimoniis illigatus, neutrius unquam, niſi [2] excuſſæ complexum petiit. Atque etiam cubicularem lectum, perinde quaſi caſtra, lata foſſa cinxit: in quem ſe ligneo ponte recipiebat: cum forem cubiculi extrinſecus à cuſtodibus opertam, interiorem clauſtro ipſe diligenter obſeraſſet.

CAP. XIV.

tam cubiculari lecto circumdediſſet, ejuſque foſſæ tranſitum ponticulo ligneo conjunxiſſet, eum ipſum, cum forem cubiculi clauſerat; detorquebat. Idemque cum in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex alta turri ſolebat; atque is, cum pila ludere vellet (ſtudio enim illo delectabatur) tunicamque poneret, adoleſcentulo, quem amabat, tradidiſſe gladium dicitur. Hic cum quidam familiaris jocans dixiſſet, huic certe vitam tuam committis, arriſiſſetque adoleſcens, utrumque juſſit interfici; alterum qui viam demonſtraſſet interimendi, alterum qui id riſu approbaſſet. Hæc Cic. Hinc facile intelligi poteſt, quam miſer fuerit tyrannus iſte tanta ſuſpicione plenus. *Oliv.*

1. *Candentium juglandium.*] Juglandes, teſte Nonio, ſunt agteſtes. Macrob. Saturnal. l. II. c. 14. *Nux iſta juglans,* inquit, *ſecundum nonnullorum opinionem, à juvando & glande dicta exiſtimatur.* Gravius vero Baſſus lib. de Significatione verborum hoc refert: *Juglans arbor perinde dicta eſt, ac Jovis glans; nam quia id arboris genus nuces habet, quæ ſunt ſuaviore ſapore, quam glans eſt: hunc fructum antiqui illi, qui egregium, glandique ſimilem, ipſamque arborem Deo dignam exiſtimabant, Jovis glandem appellaverunt, qui nunc literis interliſis juglans nominatur.* De quarum ſpecie Plinius multa dicit. *Oliverius. Candentium juglandium.*] Incenſarum. Putamina enim nucum, eo quod pinguia, faciliter incenduntur, tenuemque calorem, ſed latam flammam emittunt tali miniſterio non ineptam, ſtatimque in carbones vertuntur. Unde carbone cadente Cicero uſas dicit. *Badius. Ut candentium juglandium aut nucum putaminibus.*] Ita vulgo. Verba, *aut nucum*, è gloſſemate adjuncta videntur: eſt enim nucum genus juglans. Cicero Tuſc. v. iiſdem pene verbis hæc dicit: *Et tamen ab illis ipſis cum jam eſſent adultæ ferrum removit; inſtituitque ut candentibus juglandium putaminibus barbam ſibi & capillum adurerent.* Pigh.

2. *Excuſſæ.*] Scrutatæ & inveſtigatæ an ferrum haberet.

CAP. XIV.

DE SIMILITUDINE FORMÆ.

ROMANORUM.

1. *Cn. Pompeji Magni cum Vibio & Publicio.*
2. *Cn Pompeji Strabonis cum Menogene coquo.*
3. *P. Scipionis Naſicæ cum Serapione victimario.*
4. *P. Lentuli & Q. Metelli Coſſ. cum Spinthere & Pamphilo hiſtrionibus.*
5. *M. Meſſallæ & C. Curionis cum Menogene & Burbuleo ſcenicis.*

EXTERNORUM.

1. *Antiochi regis Syriæ cum Artemone quodam.*
2. *Hybreæ oratoris cum ſervo Cymæorum publico.*
3. *Siculi piſcatoris cum prætore Romano.*

DE ſimilitudine autem oris,& totius corporis,[1] altiore doctrina præditi ſubtilius diſputant: eorumque alii in ea ſunt opinione, ut exiſtiment illam origini,&[2] contextui ſanguinis reſpondere. [3] Nec parvum argumentum ex cæteris animalibus trahunt, quæ fere gignentibus ſimilia na-

1. *Altiore doctrina.*] Alludit ad Anaxagoræ Homœomer., de qua Lucr.
Nunc ad Anaxagoræ veniamus Homœomeriam.
Servius: *Secundum Anaxagoram, qui Homœomeriam dicit, id eſt, omnium membrorum ſimilitudinem eſſe in rebus creandis, id eſt, ex oſſibus, ſanguine ac medullis.* Lege Plutarchum Placitis lib. v. cap. 11. & 12. Plinium lib. VII. Solinum cap. de Homine. *Coler.*

2. *Contextui.*] Compoſitioni ſanguinis.

3. *Nec parvum argumentum.*] Horum Philoſophorum opinionem ſequitur Solinus capite quinto. Dicit enim: *Jam vero qui defixum animum referat ad ſimilitudinum cauſas, quantum artificis naturæ ingenium deprehendet? Interdum enim ad genus ſpectant, & per ſobolem in familias tranſitum faciunt: ſicut plerunque parvuli modo nervos, modo cicatrices, modo qualeſcunque originis ſuas notas ferant, ut in Lepidis, quorum tres, intervulſa tamen ſerie, ex eadem domo, obducto membrana oculo ſimiles geniti reperiuntur. Vel in Byzantino nobili pugile, qui cum matrem haberet adulterio ex Æthiope conceptam, quæ nihil patri comparandum reddidiſſet, ipſe in Æthiopem avum degeneravit.* Hæc Solin. Phyſici vero dicunt id plerumque accidere, ut in conceptione mulier ad alicujus imaginem adjecerit animum, & cum in eam tota fuerit intenta, ſimilitudinem ejus partum ſive conceptum inde contrahere. Quod probant ex muliere quadam, quæ cum pudica ſemper habita fuiſſet, Æthiopem tamen peperit; cujus rei cauſam cum maritus diligentius inveſtigaſſet, qui ſtupri jam ſuſpectam uxorem habere cœperat, cognovit à Phyſicis, quod tempore conceptionis uxor cum Æthiopem, quem in cubiculo depictum habuerat, conſpexiſſet, & in eum tota fuiſſet intenta, conceptus inde ſimilitudinem duxerat. Quod idem ſen-

naſcuntur. Alii negant certam hanc eſſe naturæ legem, ſed ſpecies mortalium, prout fortuita ſors conceptionis obtulit, attribui. Atque ideo plerunque ex ſpecioſis deformes, & ex robuſtis invalidos partus edi. Verum quoniam iſta quæſtio in ambiguo verſatur, pauca inter alienos conſpectæ ſimilitudinis exempla referemus.

1. Magno Pompejo Vibius [1] ingenuæ ſtirpis, & Publicius libertinus ita ſimiles fuerunt; ut permutato ſtatu, & [2] Pompejus in illis, & illi in Pompejo ſalutari poſſent. Certè quocunque aut Vibius, aut Publicius acceſſerant, ora hominum in ſe obvertebant, unoquoque [3] ſpeciem ampliſſimi civis in perſonis mediocribus annotante. Quod quidem fortuitum ludibrium, quaſi hæreditarium ad eum penetravit.

2. Nam pater quoque ejus eò uſque [4] Menogenis coci ſui ſimilis eſſe viſus eſt; ut vir, & ferox animo & præpotens armis, ſordidum ejus nomen repellere à ſe non valuerit.

3. [5] Eximiæ vero nobilitatis adoleſcens Cornelius Scipio, cum plurimis & clariſſimis familiæ ſuæ [6] cognominibus abundaret; in Servilem Serapionis appellationem vulgi ſermone impactus eſt, quod hujuſce nominis [7] victimario

quam

ſentire videtur Plinius Nat. Hiſt. l. VII. cum dicit: *Similitudinum quidem in mente reputatio, & in qua credantur multa fortuita pollere, viſus, auditus, memoriaque, hauſtaque imagines ſub ipſo conceptu: cogitatio etiam utriuſlibet animo ſubito tranſvolans, effingere ſimilitudinem, aut miſcere exiſtimatur. Ideoque plures in homine, quam in cæteris omnibus animalibus differentiæ, quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenii varietas multiformes notas imprimit, cum cæteris animantibus immobiles ſint animi, & ſimiles omnibus ſinguliſque in ſuo cuique genere.* Oliv.

1. *Ingenuæ ſtirpis.*] Solinus dicit humili loco natum; Plinius è plebe natum.

2. *Pompejus in illis.*] Unum tantum refert Solinus. *Corrad.*

3. *Speciem civis ampliſſimi.*] Ut qui Magni agnomen meruerit. *Bad.*

4. *Menogenis.*] A quo etiam Strabonis cognomen accepiſſe dicitur; nam Menogenes Strabo coquus ille vocabatur. *Oliv.*

5. *Eximiæ vero nobilitatis.*] Ejus conſulatus A. U. DCXV. laudatiſſimus fuit.

6. *Cognominibus.*] Ut Scipionum, quorum duo Africanus, unus Aſiaticus dicti ſunt. *Oliv.*

7. *Victimario.*] Victimarius eſt ſacerdotum miniſter, qui ſacrificantibus miniſtrabat, ut ſupra diximus. *Idem.*

1. *Sed*

quam ſimilis erat: Nec illi aut morum probitas, aut reſpectus tot imaginum, quo minus hac contumelia aſpergeretur, opitulata eſt.

4. Generoſiſſimum conſulatus collegium Lentuli & Metelli fuit: qui ambo in ſcena propter ſimilitudinem hiſtrionum propemodum ſpectati ſunt. [1] Sed alter ex quodam ſecundarum cognomen Spintheris traxit: alter, niſi [2] Nepotis à moribus accepiſſet, Pamphili tertiarum, cui ſimillimus eſſe ferebatur, habuiſſet.

5. At M. Meſſalla conſularis & cenſorius Menogenis; Curioque omnibus honoribus abundans, Burbuleii: ille propter oris aſpectum, hic propter parem corporis motum, uterque ſcenici nomen coactus eſt recipere.

EXTERNA.

1. Abunde ſint hæc de domeſticis, quoniam & perſonis ſunt excellentia, & non obſcura notitia celebrantur. Regi Antiocho [3] unus ex æqualibus, & ipſe regiæ ſtirpis, nomine [4] Artemon, perquam ſimilis fuiſſe traditur. Quem Laodice uxor Antiochi, interfecto viro, diſſimulandi ſceleris

1. *Sed alter ex quodam aſſeclarum cognomen Spintheris traxit, alter, niſi Nepotis à moribus accepiſſet, Pamphili retiarii, cui ſimillimus eſſe ferebatur, habuiſſet.*] Ita vulgo. Legendum ut in MSS. habetur, *Ex quodam ſecundarum cognomen Spintheris*; alter, *niſi Nepotis amoribus accepiſſet, Pamphili tertiarum, cui ſimillimus eſſe ferebatur, habuiſſet*. Sic etiam Plinius rem explicat, qui hoc exemplum à Valerio deſumpſit: *Sicut Spinther ſecundarum tertiarumque Pamphilus collegio Lentuli & Metelli conſulum*. Loquitur enim Valerius de hiſtrionibus, non de gladiatoribus, inter quos retiarii nomen eſt; ſed in ſcena quidam dicebantur primarum, vel ſecundarum, vel tertiarum actores, quemadmodum Græcis δευτεραγωνισταὶ, & τριταγωνισταί. Itaque Cicero Verrina 1. *Ut in actoribus Græcis fieri videmus ſæpe illum, qui eſt ſecundarum aut tertiarum partium, cum poſſit aliquando clarius dicere, quam ipſe primarum, multum ſummittere, ut ille princeps quam maxime excellat.* Vide quæ iſtic Pædianus. *Pigh.*

2. *Nepotis.*] Qui Pius dictus erat. *Nepotis.*] Dictus enim fuit Nepos. Nepotem dictum, quaſi Q. Metelli Macedonici nepotem, ſignificat Aſconius. Quod videtur eſſe contra ſententiam Valerii. Aliquando etiam ſuſpicatus ſum legendum apud Valerium, *Niſi Nepotis à majoribus accepiſſet*. Sed ſuſpicor tantum. *Coler.*

3. *Unus ex æqualibus.*] In hoc diſſentit à Solino & Plinio Valerius, qui regiæ ſtirpis Artemonem fuiſſe dicit, illi vero ex Syriaca plebe virum. *Oliv.*

4. *Artemon.*] Ita & Plinius lib. VII. c. 12. Sed Artemon & ex plebe dicitur à Solino cap. 4. *Corrad.*

1. Mile-

leris gratia, in lectulo perinde quaſi ipſum regem ægrum collocavit. Admiſſumque univerſum populum, & ſermone ejus & vultu conſimili fefellit: crediderunteque homines ab Antiocho moriente Laodicen & natos ejus ſibi commendari.

2. Hybream autem [1] Mylaſenum copioſæ atque [2] concitatæ facundiæ oratorem, [3] Cymæorum ſervo [4] ſtrigmenta gymnaſii colligenti, tam ſimilem, ut germanum fratrem totius Aſiæ oculi aſſignarent: Ita lineamentis oris, & omnium membrorum compares erant.

3. [5] Ille vero, quem in Sicilia prætoris admodum ſimilem fuiſſe conſtat, petulantis fuit animi. Proconſule enim

di-

1. *Mileſium.*] Ita vulgo, ab oppido Mileto, quod fuit in Ionia. Sed legendum ex Manuſcriptis, *Mylaſenum.* Eſt autem Mylaſa Cariæ urbs Plinio, Stephano, aliiſque.

2. *Concitatæ facundiæ.*] Strabo l. XIII. Μέγιστον ῥήτορα facit, & diſcipulum Diotrephæ Antiocheni. Idem eodem loco ait ſuo tempote vixiſſe. Ergo & Valerii aut paulo ante. *Coler.*

3. *Gymnicorum ſervo ſtramento gymnaſii colligenti*] Ita vulgo. In veteribus libris correcte, *Cymæorum ſervo ſtrigmenta gymnaſii colligenti.* De Cymæis ita Stephanus: Κύμη πόλις αἰολίδος ἀπὸ τῆς λέσβου κύμης ἀμαζόνος. ἐκαλεῖτο δὲ ἀμαζόνιον τὸ ἐθνικὸν, κυμαῖος. ἐντεῦθεν ἦν ἔφορος ὁ ἱστορικὸς καὶ ἡσίοδος. Eadem Strabo ſcribit lib. XII. *Hybreas orator itaque perquam ſimilis erat Cymæorum ſervo publico, qui ſtrigmenta gymnaſii colligebat.* Sunt autem *ſtrigmenta* ſordes, quæ deterguntur è corporibus athletarum, vel exercentium ſe in gymnaſiis. Utitur vocabulo frequenter Plinius, ut lib. XV. cap. 4. *Olei uſum ad luxuriam vertere Græci vitiorum omnium genitores in Gymnaſiis publicando. Notum eſt, magiſtratus honoris ejus octogenis ſeſtertiis ſtrigmenta olei vendidiſſe.* Pigh.

4. *Strigmenta.*] Poteſt & ſcribi, *ſtramenta*, quæ Græci tapetas appellant, quæ ſpectatoribus ſubſternebantur in ſcena. Hic ergo ſervus, peractis ludis, hos tapetas & reliqua ſcenæ ornamenta colligebat. *Oliv.*

5. *Ille vero, &c.*] Solinus horum ſimilitudinis meminit, ſed jocoſi, vel, ut Valerius dicit petulantis dicti mentionem nullam facit. Dicit enim: *Piſcator è Sicilia proconſuli Suræ præter alia etiam rictu oris comparabatur, ita ut in eodem vocis impedimenta, & tardatæ ſonus linguæ naturalibus offendiculis congruerent.* Quod vero de jocoſo reſponſo tradit Valerius, illud vel certe ſimile Macrobius in Auguſtum refert fuiſſe dictum. Dicit enim: *Soleo in Auguſto magis mirari quos pertulit jocos, quam quos protulit, quia major eſt patientiæ quam facundiæ laus, maxime cum æquanimiter aliqua etiam jocis mordaciora pertulerit. Cujuſdam provincialis jocus aſper innotuit: intraverat Romam ſimillimus Cæſari, & in ſe omnium ora converterat. Auguſtus perduci hominem ad ſe juſſit, viſumque hoc modo interrogavit: Dic mihi adoleſcens, fuit aliquando mater tua Romæ? Negavit ille, nec contentus, adjecit, ſed pater meus ſæpe.* Oliv.

1. *Vir-*

dicente, mirari ſe quapropter ſui tam ſimilis eſſet, cum pater ſuus in eam provinciam nunquam acceſſiſſet: At meus, inquit, Romam frequenter acceſſit. Joco namque laceſſitam matris ſuæ pudicitiam, invicem ſuſpicione in matrem ejus rejecta, audacius quam [1] virgis & ſecuribus ſubjecto conveniebat, ultus eſt.

CAP. XV.

DE HIS QUI PER MENDACIUM ſe in alienas familias inſeruerunt.

1. *L. Equitius Firmanus.*
2. *Erophilus medicus equarius.*
3. *Octaviæ ſororis Aug. falſus filius.*
4. *Q. Sertorii falſus filius.*
5. *Trebellius Calca.*
6. *C. Aſinius Dio falſus.*

EXTERNI.

1. *Rubria Mediolanenſis falſa.*
2. *Ariarathes Cappadociæ rex falſus.*

SEd tolerabilis hæc, & [2] uni tantummodo anceps temeritas. Quod ſequitur impudentiæ genus, nec ferendum ullo modo: periculique tum privatim, tum etiam publicè latè patentis.

1. [3] Nam ne Equitium [4] Firmo Piceno monſtrum veniens, relatum jam in hujuſce libri ſuperiore parte, prætereeam; ejus in amplectendo T. Graccho patre, evidens mendacium [5] turbulento vulgi errore, ampliſſima tribunatus poteſtate vallatum eſt.

2. He-

1. *Virgis & ſecuribus ſubjecto.* Quaſi homini, qui proconſuli ſubjectus eſſet, in quem virgas expediri & ſecures parari jubere potuiſſet proconſul. *Oliv.*

2. *UNi tantummodo anceps.*] Periculoſa tantum piſcatori Siculo, qui proconſuli Suræ temere ſatis reſpondiſſe viſus eſt. *Oliv.*

3. *Nam ne Equitium.*] Ne omittam, inquit, Equitium, qui cum C. Graccho ſimillimus eſſet, ſe in Gracchorum familiam, tanquam Tiberii filium inſerere voluit, annitente Lucio Apulejo Saturnino tribuno plebis, qui graviſſimas ex hac re in populo ſeditiones excitavit, ut in cap. de Seditione dictum eſt. *Idem.*

4. *Firmo.*] Oppidulo Piceno.

5. *Turbulento vulgi errore.*] Quia, ut diximus, cum à Mario quintum conſulatum gerente in carcerem conjectus eſſet, eo quod contra leges tribunatum peteret, tantam ſeditionem in urbe concitavit, ut populus carcerem confregerit, illum eduxerit, atque etiam humeris ſuſceptum per urbem, tanquam de Senatu triumphans, cum ſumma alacritate portaverit. *Oliv.*

1. Colo-

2. Herophilus equarius medicus, C. Marium ſepties conſulem avum ſibi vendicando ita ſe extulit, ut [1] coloniæ veteranorum complures, & [2] municipia ſplendida, collegiaque ferè omnia patronum adoptarent. Quinetiam cum C. Cæſar Cn. Pompejo adoleſcente in Hiſpania oppreſſo, populum in hortis ſuis admiſiſſet, proximo intercolumnio pene pari ſtudio frequentiæ ſalutatus eſt. Quod niſi divinæ Cæſaris vires huic erubeſcendæ procellæ obſtitiſſent; ſimile vulnus reſp. excepiſſet, atque in Equitio acceperat. Cæterum decreto ejus extra Italiam relegatus, poſtquam ille cœlo receptus eſt, in urbem rediit, & conſilium interficiendi ſenatus capere ſuſtinuit. Quo nomine juſſu patrum necatus in carcere, ſeras prompti animi ad omne moliendum ſcelus pœnas pependit.

3. [3] Nec divi quidem Auguſti etiamnum terras regentis excellentiſſimum numen intentatum ab hoc injuriæ genere extitit: cum quidam [4] chariſſimæ ſororis ejus Octaviæ utero ſe genitum fingere auderet: propterque ſummam im-

1. *Coloniæ veteranorum.*] Coloniæ dicebantur, ad quas è majori civitate coloni mittebantur. Solebant autem frequenter Romani veteranos & emeritos milites ad ejuſmodi oppida mittere, eorumque bona, qui ſibi rebelles, contumaceſque fuiſſent, condonare. *Oliv.*

2. *Municipia.*] Civitates, quæ propter beneficia fuiſſent Romana civitate donatæ. *Idem.*

3. *Nec divi quidem Auguſti.*] Inventus eſt, inquit, impudentiſſimus homo, qui ſe Octaviæ Auguſti ſororis, & Marci Antonii filium mentiri auſus fuerit. *Idem.*

4. *Clariſſimæ ac ſanctiſſimæ.*] Hoc non uſquequaque aſſentatorium eſt. Nam conſtat, teſte Plutarcho in vita Antonii, hanc fuiſſe magnæ virtutis fœminam, quæ mirum in modum deligeretur à fratre, cui, cum neglecta ab Antonio palam eſſet, perſuaderi non potuit, ut relicta Antonii domo ſeorſim habitaret, turpe exiſtimans eſſe, ut duo Romanorum imperatores ad arma civilia concitarentur, alter amoris gratia, alter quod pellex ſorori anteponeretur; atque hæc non verbis, ſed re ipſa comprobavit: nam neque Antonii domum deſeruit, neque filiorum ejus curam remiſit, ſed diligenter excoluit, non ſolum communes, ſed etiam ex Fulvia ante ſuſceptos, amicos etiam Antonii, qui vel petendi magiſtratus, vel cæterarum rerum gratia Romam veniſſent, ſuſcipiebat, fovebat, & ſi quid opus erat, pro illis à Cæſare impetrabat. Quinetiam ferunt, cum Antonius divortii libellum miſiſſet, atque etiam qui Octaviam domo expellerent, egreſſam illam cum omnibus Antonii filiis, præter majorem natu, qui tum erat cum patre, plorantem & inique ferentem, quod & ipſa una ex cauſis diſcordiæ civilis putaretur. *Oliv.*

1. *Remo.*]

imbecillitatem corporis, ab eo, cui datus erat, perinde atque ipſius filium retentum, ſubjecto in locum ſuum proprio filio diceret: Videlicet, ut eodem tempore ſanctiſſimi penates, & veri ſanguinis memoria ſpoliarentur, & falſi ſordida contagione inquinarentur. Sed dum plenis impudentiæ velis, ad ſummum audaciæ gradum fertur, imperio Auguſti [1] remo publicæ triremis affixus eſt.

4. Repertus eſt etiam, qui ſe diceret eſſe Q. Sertorii filium; quem ut agnoſceret uxor ejus, nulla vi compelli potuit.

5. Quid Trebellius Calca, quam aſſeveranter ſe Clodium tulit! & quidem dum de bonis ejus contendit, in centumvirale judicium adeo favorabilis deſcendit, ut vix juſtis & æquis ſententiis conſternatio populi ullum relinqueret locum. In illa tamen quæſtione neque calumniæ petitoris, neque violentiæ plebis judicantium religio ceſſit.

6. Multo fortius ille, qui Cornelio Sulla rerum potiente, in domum Cn. Aſinii Dionis irrupit, filiumque ejus patriis penatibus expulit; vociferando non illum, ſed ſe Dione eſſe procreatum. Verum poſtquam à Sullana vio-

1. *Remo.*] Unde veteris eſt moris, pernicioſos & perditos ad remigium damnare. *Bad.*

2. *Q. Sertorii.*] Qui Nurſia Sabinorum urbe oriundus, non obſcuro genere natus, orator prius, deinde clariſſimus imperator tempore bellorum civilium fuit, ut ſupra ſatis dictum eſt. *Idem.*

3. *Centumvirale judicium.*] De quo ſupra dictum eſt in cap. de Judiciis, ubi de haſta centumvirali.

4. *Iuſtis & æquis.*] Ut vix permiſerit contra eum, ut juſtum erat, ſententiam ferri. *Bad.*

5. *Conſternatio.*] Concitatio populi, qui veluti mente carens in Trebellii favorem concitatus eſſe videbatur. *Oliverius.*

6. *Religio.*] Juſta obſervatio jurisjurandi ex religione. *Bad.*

7. *Verum poſtquam à Syllana violentia Cæſariana æquitas reduxit gubernacula Romani imperii juſtiore principe obtinente rempublicam.*] Ita vulgo. Extrema verba *rempublicam*, in vetuſtis codicibus quinque non extant. Et abeſſe, ſalva ſententia poſſunt, legendo *reluxit*, pro *reduxit*, hoc modo, *Verum poſtquam à Sullana violentia Cæſariana æquitas* reluxit, *gubernacula Romani imperii juſtiore principe obtinente.* Quæ forma loquendi à Valerio non aliena eſt, nec adeo ab ipſa veritate; conſtat enim poſt Sullæ dominationem non ſtatim imperii gubernacula ad Cæſarem eſſe revoluta. *Pigh.*

1. *Impe-*

violentia Cæſariana æquitas reluxit, gubernacula Romani [1] imperii juſtiore principe obtinente, in publica cuſtodia ſpiritum poſuit.

EXTERNA.

1. Eodem præſide reip. in conſimili mendacio muliebris temeritas Mediolani repreſſa eſt. Siquidem cum ſe pro Rubria quædam perinde ac falſo credita eſſet incendio periiſſe, nihil ad ſe pertinentibus bonis insereret, nec ei aut tractus ejus ſplendidi teſtes, aut cohortis Auguſti favor deeſſet: propter inexpugnabilem Cæſaris conſtantiam irrita nefarii propoſiti abiit.

2. Idem barbarum quendam, ad eximiam ſimilitudinem Cappadociæ regnum affectantem, tanquam Ariarathes eſſet, quem à M. Antonio interemptum luce clarius erat: quanquam penè totius Orientis civitatum & gentium credula ſuffragatione fultum caput, imperio dementer imminens, juſto impendere ſupplicio [2] coëgit.

1. *Imperio.*] Quod Ariarathes obtinuerat.

2. *Coëgit.*] Ordo eſt: Idem Auguſtus coëgit barbarum quendam, &c. impendere juſto ſupplicio, quanquam caput dementer imminens imperio eſſet fultum credula ſuffragatione civitatum & gentium totius orientis. *Olir*.

STEPHANUS PIGHIUS
Lectori Candido.
S. P.

Vide Joſephi Caſtal. Comm. de Antiqu. Puer. Prænomin. pag. 2.

VEteres libri omnes, quos vidimus, tam manuſcripti quam impreſſi, nobis repræſentant Valerii Maximi hoc opus ita libris novem diſtinctum: in aliquibus tamen reperitur cujuſdam epitomes fragmentum in fine annexum pro libro decimo, prorſus tamen remotum & alienum ab argumento ſcopoque librorum Valerii Maximi. Nil enim aliud docet, niſi aliquarum appellationum, ſeu nominum Romanorum rationes. Quæ quidem epitome ex alio antiquo auctore collecta eſt à Julio Paride, ſicut nonnulli produnt codices. Cujus fragmentum hoc dumtaxat de pronominibus repertum quidam librarii priores Valerio Maximo adjunxerunt, tanquam ex ejus libro exemplorum decimo contractum; moti, ut apparet, quod in eodem fragmento citetur Valerius; non tamen Maximus: iſtud enim non poteſt affirmari ex ſimplici iſto nomine, ſicut in multis exemplaribus reperitur. Sed Antiatem citari, unum exemplar manuſcriptum doctiſſimi I. Sambuci liquidè declarat. Iam addiderunt alium errorem, qui C. Titium Probum, (qualem?) ut hujus epitomes auctorem protulerunt; id quod ex hujus fragmenti fine temerè deprompſiſſe videntur. Nam id ipſum præfatiunculæ librariorum judicio diverſimodè conficta palam faciunt; tam ipſo ſtylo, quam quod alterius, ut ſuo modo loquuntur, abbreviatoris mentionem adferunt. Eas autem duas imprimis diſcrepantes, mox cum eodem epitomes fragmento ſubjungemus; quamvis clarè liqueat, non eſſe Valerii Maximi, & ejus auctor verus adhuc in obſcuro lateat. Attamen quia ſapit antiquitatem non ineruditam, & ſcho-

ſcholiorum loco ſtudioſis ſervire poterit ad linguæ ac hiſtoriæ Romanæ cognitionem, rituſque veteres diſcendos; id ipſum emendatum ex fide exemplarium manuſcriptorum, ſicut ante Valerio Maximo fuit annexum, nunc viſum eſt cum eodem libro recudere & publicare. Vale.

IN EPITOMEN SUAM C. TITI PROBI PRÆFATIO.

Decimus hujus operis liber, qui & ultimus eſt, vel ex negligentia, aut malevolentia librariorum deperiit. Abbreviator titulos ejus habebat integrè fortaſſis: tamen de uno tantum, hoc eſt, de prænomine, epitoma repræſentabat.

Et hæc C. Titius ille. Verum aliæ reperiuntur præfationes in aliis manuſcriptis codicibus, ſine nomine auctoris; ut in I. Sambuci hæc, cum libri decimi titulis ejuſdem farinæ.

IN-

1. IN *epitomen ſuam C. Titi Probi præfatio.*] Hic titulus in multis veteribus libris non habetur, & in aliquibus, ut dixi, ſunt aliæ præfatiunculæ librariorum arbitratu compoſitæ. At in Campenſi codice nulla eſt præfatio. Quemadmodum enim in aliis novem libris, ita & hic ſolummodo præfiguntur tituli, quos abbreviatorem Julium Paridem omiſiſſe dicunt librariorum præfatiunculæ, & ſunt quidem tales:

De nominibus, De pronominibus,
De cognominibus, De agnominibus,
De appellationibus poteſtatum,
De verbis Romanæ hiſtoriæ.

Ex quibus facile colligi poteſt, librarios fragmentum iſtud epitomes de nominum ratione non ſolum; ſed & alia quædam collectanea, veluti appendices ad declarandum Valerium ejus libris adjeciſſe, ex antiquis quidem auctoribus deprompta, ſed quæ poſteriores pro ſuo judicio male conſarcinarunt, mutarunt, & detruncarunt. Nam huic fragmento de nominibus, quod continue poſt titulos iſtos ſequitur, in Campenſi codice annexa eſt alia quædam epitome de appellationibus poteſtatum, & de Rom. hiſtoriæ vocabulis; velut arguunt etiam ex dictis titulis duo poſtremi. Attamen hæc ab alio recentiore videtur eſſe compoſita, & vix digna luce, nedum Valer. Maximo: qualiſcunque tamen eſt, non minus prodeſſe forſan poſſet imperitioribus, quam illa, quæ ex Pomponio JCto de Orig. jur. ac magiſtratuum non admodum fideliter eſt compilata.

INCIPIT LIBER DECIMUS

DE

NOMINIBUS PRÆNOMINIBUSQUE, COGNOMINIBUS, AGNOMINIBUS.

DEcimus atque ultimus hujus operis liber ſeu ſtudioſorum inertia, ſeu ſcriptorum ſegnitia, ſeu alio quovis caſu ætati noſtræ perditus eſt. Verum Julius Paris abbreviator Valerii, poſt novem libros explicitos, hunc decimum ſub infra ſcripto compendio complexus eſt; per quod de nominibus, prænominibus, cognominibus, atque agnominibus fuiſſe eundem à Valerio compoſitum conjectari licet. Verba quidem Julii Paridis hæc ſunt. Liber decimus de prænominibus, & ſimilibus.

[1] *Decimi hujus operis libri per* C. *Titum Probum epitome.*

DE PRÆNOMINE.

VArro ſimplicia in Italia fuiſſe nomina ait, exiſtimationiſque ſuæ argumentum refert; [2] quod Romulus & Remus & Fauſtulus neque prænomen ullum, neque cognomen habuerunt. Qui ab eo diſſentiunt, ajunt matrem eorum [3] Ream Silviam vocatam; avum, Silvium Numitorem;

1. D*Ecimi hujus operis libri per* C. *Titum Probum Epitome De prænomine.*] Ita vulgo. Atque hæc item inſcriptio non habetur in Mſſto Camp., nec in aliis.

2. Q*Uod Romulus, & Remus, Fauſtulus.*] Deeſt altera copula. Nam in Campenſi V.C. & aliis MSStis ſic legitur, *Et Remus & Fauſtulus.* Cæterum Varronis opinionem iſtam ſequitur item Appianus Alexandrinus, ſcribens Romanos ab initio uſos uno nomine, dein duobus, poſtea tribus.

3. *Rheam Sylviam.*] V.C. *Ream Silviam.* Quæ orthographia antiqua eſt Romana, non Græciſſans; quippe ſine aſpiratione vel *y* in Sylviorum nomine.

1. *Amm-*

rem; fratrem ejus, [1] Amulium Silvium: & ſuperiores Albanorum reges, Capetum Silvium; [2] Agrippam Silvium; poſterioreſque duces Metium Suffetium, & [3] Tutorem Clœlium, vocatos. Nec contenti his, ad Sabinos tranſgrediuntur, & Titium Tatium, Numam Pompilium, & patrem ejus [4] Pompum Pompilium; ejus denique regionis principes enumerant, [5] Pirtillianum Lavianium, [6] Voleſum Valeſium, Metium Curtium, [7] Album Funniſillaticum. [1] Ex

1. *Amulium Silvium.*] V.C. Amulum Silvium. Nec adeo male. Nam priſca fuêre prænomina apud Albanos, Amulus, Romulus, Numitor, Turor, necnon Romus, Remus, & alia quæ poſtmodum non uſurpata obſoleverunt.

2. *Agrippam Sylvium.*] In V.C. *Agrippam Silvium.*] Item antiq. ſimplici *p.* Nam ab ægro partu prænomen inventum eſt. In Sambuci codice hic omittitur.

3. *Tutorem Clodium.*] V C. *Tutorem Clœlium.* Recte. Nam Clœlia gens à Clœlio Æneæ comite appellata eſt, Dionyſio & Feſto teſtibus. Quæ apud Albanos in Latio inter antiquiſſimas, & nobiliſſimas fuit. Poſt Sylviam enim in Numitore deficientem, ejus regni principatum & gubernacula tenuit ſub Numa, & Tullo Hoſtilio regibus; & demum Alba, ſub Suffetio dictatore diruta, Clœlii Romam à Tullo rege cum omni alia nobilitate traducti etiam ſunt, atque inter patres etiam lecti, ſicut Livius, Dionyſius, & alii ſcripsère.

4. *Pompejum Pompilium.*] V.C. *Pompum Pompilium.*] In Livio, Dionyſio, Valerio Maximo, patrem Numæ regis *Pomponem Pompilium* appellatum legimus, in Plutarcho autem *Pomponium Pompilium.* Atque hæc Varietas librariorum negligentiæ imputanda eſt. Cæterum prænominis antiqui formam magis retinent illa, *Pompus*, vel *Pompo:* tertium *Pomponius*, gentilitium nomen potius eſt, quam prænomen.

5. *Putilianum Lavianum.*] In quibuſdam MSS, *Pirtilianum Lavinianum* in Sambuci libro, *Poſtulanum Lavianum*, habemus. Sed æque obſcura hæc; immo, ut Verrii Flacci verbis dicam, intermortua, & ſepulta jam ſunt vocabula.

6. *Volſium valentium.*] V.C. *Voleſum Valeſium.* Prænomen hoc extat ita quoque, *Voleſus.* In antiquiſſimi termini marmorei fragmento Romæ apud Maffeios:

P. VALESIVS. VOLESI.
F. POPLICOLA

Verum in marmoribus Capitolinis, *Voluſus*, non *Voleſus*, ſcribitur. Priſcum valde in Sabinis fuit, & genti Valeſiæ, quæ deinde Valeria dicta eſt, vel ante Romam conditam familiare; quo item uſus eſt primi Poplicolæ pater. Hinc apparet primum Voleſos, poſtea *Voluſios* dictos eſſe *Valeſios:* & hoc loco *Voleſum Valeſium* legendum eſſe. Hic enim ille videtur eſſe princeps gentis Valeriæ, quem cum T. Tatio rege Romam tranſtuliſſe domicilium, tradunt Dionyſius Halicarnaſſæus, & Plutarchus.

7. *Allium Sumuſileaticum.*] Nihil habet ſani. In V.C. *Allum Funniſilaticum* Suſpicor duos hic nominari & adduci pro exemplo, ſcilicet prænomine & nomine. *Allus* enim prænomen priſcum eſt, unde *gens Allia* nuncupata. Reperiuntur vetuſtiſſimi nummi argentei cum Apollinis capite, & biga Dianæ, quam cervi juncti trahunt, inſcripto titulo C. ALLI. Sic etiam ab Aulo prænomine gens Aulia nomen accepit, at-

[1] Ex Tuſcis recitant Lartem Porſennam; ab Æquicolis, Septimum Modium primum regem eorum, & Sertorem Reſium, qui primus jus feciale inſtituit. In hunc modum Varronis ſententia ſubruitur.

Romanos autem arbitrandum eſt maximè ab Albanis, & Sabinis multiplicandorum nominum conſuetudinem traxiſſe, quoniam ab illis orti ſunt. Omnia autem, quæ ad unumquemq; noſtrûm definiendum excogitata ſunt, eandem vim ſignificandi hominis obtinent. Quod per proprietatem dicitur, hoc diſtat, quia eo gens cognoſcitur, ideoque dicitur gentilicium. Cætera ordine variantur. Nam quod præponitur, prænomen; quod poſtfertur, cognomen; [2] quod ad ultimum adjicitur, agnomen eſt. Quorum ſeries non ita, ut expoſui, ſemper ſervata eſt. Animadverto enim in conſulum faſtis, perplexum uſum prænominum & cognominum; fuiſſe dictum, [3] Poſtumum Cominium Auruncum, & Poſtumum Æburium Elvam, & Vopiſcum Julium, & Opitrem Virginium Tricoſtum, & Paul-

que aliæ multæ ab aliis. Niſi fortaſſe quiſpiam hic Tallum Turanium adferri velit opinari, quem etiam cum T. Tatio rege Romam è Sabinis habitatum ſcribit Dioniſ. lib. II. Sed in tam obſcuro & lubrico loco pedem figere difficile eſt.

1. *Hetruſcis, recitant Lartem Porſenam ab Equicolis; Septimium Medium.*] Correctius & dilucidius hæc ita habentur in V.C. Campenſi & Sambuciano, *Ex Tuſcis recitant Lartem Porſennam; ab Æquicolis, Septimum, Modium primum regem eorum.* Septimus, eſt rarum quidem prænomen; ſed ejuſdem tamen rationis ac Quinctus, Sextus; Octavus, Decimus; quæ ab ordine naſcendi impoſita fuiſſe affirmat M. Varro. Ejus mentionem reperio apud Livium lib. XXV. fine, ubi juvenem illum equitem Rom. qui Scipionibus occiſis in Hiſpania reliquias exercitus ſervavit, appellavit L. Marcium Septimi filium. Ita namque legendum, quando conſtet moris eſſe Romani, prænominibus ſolis patres ac avos notare. Et ab eodem gentilitium quoque nomen provenit Septimiorum, ſicut ab aliis etiam Quinctii, Sextii, Octavii, Decimii ſunt appellati. Modiæ quoque gentis meminit etiam Cicero, M. Modium equitem Romanum nominans actione in Verrem 4.

2. *Quod ad ultimum dicitur, agnomen: quorum, &c.*] V.C. *Adicitur agnomen eſt.* Unde colligimus legi debere, *Quod ad ultimum adjicitur, agnomen eſt*, Quæ brevis, & apta definitio agnominis.

3. *Poſthumum Cominium Aruntium, & Poſthumum Ebutium Heluam, & Vopiſcum Julium, & Opitrem Virginenm Tricoſcum, & Paulum Fabium Maximum.*] Hæc nomina varie admodum exprimuntur in exemplaribus: at in V.C. non male omittuntur aſpirationes, quæ antiquitus omitti ſolent. Sic & nos

Paullum Fabium Maximum. Quinetiam quædam cognomina in nomen verſa ſunt, ut Cæpio: namque hoc in Bruto nominis locum obtinuit.

[1] Gentilitia nomina Varro putat fuiſſe innumera, & prænomina circa triginta. Pueris, non priuſquam togam virilem ſumerent; puellis, non antequam nuberent, prænomina imponi moris fuiſſe, Q. Scævula auctor eſt. Quæ olim prænomina fuerunt, nunc cognomina ſunt: [2] ut Poſtumus, Agrippa, Proculus, [3] Cæſar.

Opiter, qui patre mortuo, avo vivo gignebatur. Vopiſcus, qui in utero matris geminus conceptus, altero abortu ejecto, incolumis editus erat. [4] Hoſtus, prænomen fuit in eo, qui peregrè apud Hoſpitem natus erat; idque habuit

nos ea correximus ex fide veteris orthographiæ, quæ adhuc reſidua eſt in Capirolinis marmoribus & nummis antiquis.

1. *Gentilium nomina Varro putat fuiſſe numero, & prænomina circa triginta.*] V. C. *Gentilicum nomina Varro putat fuiſſe in numero.* Sed eſſe legendum ſuſpicor, *Gentilitia nomina Varro putat fuiſſe innumera, & prænomina circa triginta.*

2. *Ut Poſthumius Agrippa.*] V.C. *Poſthumus, Agripa.* Arque hæc quidem fuiſſe in patriciis genribus quibuſdam antiquis prænomina, faſti conſulares demonſtranr Nempe Poſtumus reperitur in Cominia, & Æbutia: Agripa autem, in Menenia, & Furia; ſic Proculus, in Julia, Gegania, & Virginia. Quæ prænomina, ut & alia, poſteriores plebejæ præſertim gentes quædam pro cognominibus acceptarunt. Poſtumus enim in gente Vibia, & Rabiria cognomen eſt; Agrippa antem in Fonteia, Vibullia, Vipſania, & Aſinia; item Proculus in Licinia, atque Plautia.

3. *Cæſar & Opiter.*] Admodum confuſe. Sed in Mſſris pleriſque copula omittitur. nec male. Nam in Opiter ſignificationes prænominum incipit exponere; quod ipſum quidem fuiſſe cognomen, non liquet. Porro, Cæſar, Juliorum cognomen eſſe conſtar; ſed an prænomen antea fuerit, obſcurum quoque nobis eſt. Adjungit tamen iis, quæ ex prænominibus cognomina facta ſunt. Atqui Cæſo vetus prænomen eſſe ejuſdem originis & ſignificationis ac Cæſar cognomen Juliæ gentis plures opinantur. Ait enim Plinius lib. VII. cap. 9. Primum Cæſarem à cæſo matris utero dictum, eademque de cauſa & Cæſones appellatos fuiſſe.

4. *Hoſpes prænomen fuit.*] In V.C. *Hoſtes* legitur, item mendoſe. Verum ex Livio, Macrobio, Caſſiodoro, marmoribuſque Capitolinis colligere eſt, *Hoſtus* legi debere, quemadmodum libro rertio Annalium in iſtius Lucretii, qui hic adducitur, conſulatu demonſtravi. Inſuper XII. tabulæ oſtendunt peregrinos omnes olim appellatos *hoſtes* fuiſſe; quod etiam Cicero & Sex. Pompejus annotarunt. Ex qua voce deducitur iſtud prænomen, quo uſi ſunt primi Hoſtilii & ante urbem condiram; Lucretia item gens, ſicut ex faſtis conſularibus conſtat.

buit [1] Lucretius Tricipitinus collega L. Sergii. [2] Volero, in prænomen abiit, [3] & volentibus naſci liberis parentibus indebatur; quo uſus eſt [4] Publilius Philo. [5] Lar Lartis prænomen eſt ſumptum à laribus, Tuſcum autem creditum eſt prænomen eſſe: fuitque conſul Lar Herminius cum T. Virginio Tricoſto. [6] Status, à ſtabilitate; Fauſtus, à favore

1. *Lucretius Tricipitius.*] *Tricipitinus* legendum eſt ex autoritate marmorum Capitolinorum, quibus nihil eſt correctius.

2. *Volero enim in prænomen abiit.*] V.C. *Volero* in prænomen abiit, ſine cauſali conjunctione, quæ ſuperflua eſt.

3. *Quia nolentibus naſci liberis parentibus videbatur.*] V.C. *Et nolentibus, naſci, &c.* Locus ſine ſenſu multum obſcurus eſt, & è manuſcriptis codicibus nihil lucis hactenus depromitur. Poterit tamen duarum literarum mutatione, & unius tranſpoſitione ſic fieri multo correctior & dilucidior; ſi *indebatur* legamus, pro *videbatur*, & *volentibus* pro *nolentibus*, ita: *Volero in prænomen abiit, & volentibus naſci liberis parentibus indebatur.* Nam ominis quiddam in ſe habet prænomen iſtud, ſicut Tullus, Aulus, Manius, & alia.

4. *Publius Philo.*] Muta in *Publilius Philo*, ad imitationem Capitolinorum marmorum, in quibus adhuc extat inter tribunos conſulari poteſtate, qui fuerunt A.U. CCCLIV.

5. *Laertis prænomen eſt ſumptum à Laribus.*] Locus hic prodigioſe corruptus eſt, & variis erroribus, quem obiter etiam libro Annalium tertio correximus in conſulatu hujus Herminii. Nunc vero eundem ad manuſcriptorum librorum examen revocare non incongruum videtur. In Campenſi legitur, *Lalertis prænomen*, in alio V.C. *Lacertis*. Sed malim, *Lar lartis*, ad differentiam *Lar laris*.[1] Has enim duas voces ita diſtinguunt veteres Grammatici Priſcianus, Soſipater, & alii; ut *Lar*, ſi familiarem Deum ſignificet, genitivum, *Laris*, faciat: ſi prænomen, ut Tolumnii, vel Porſennæ, qui Etruſcorum Reges fuerunt, faciat *Lartis*. Jam quæ ſequuntur, ſunt prorſus ab imperitis hiſtoriæ librariis confuſa & male diſtincta, qui ex gentilitio nomine, *Herminius*, inauditum prænomen, *Heriminus*, fingere voluerunt. Quid enim ſucci trahes ex iſta lectione vulgata? *Tuſcum ante creditum eſſe fuitque conſularis, Heriminus eſt prænomen Tito Virgineo Caſto.* Et manuſcripti libri nihil fere dant lucis, niſi quod in quibuſdam legatur, *autem*, pro *ante*, quodque diſtinctiones illæ vulgatæ ſint omiſſæ. Ceterum ſtudioſius animadvertenti palam fiet, duas voces iſtas (*eſt prænomen*) tranſpoſitas eſſe perperam apud Herminium, uti hoc prænomen fieret; & eodem errore ſimul alia quædam eſſe vitiata. Nam ſi duas voces illas transferamus alius, & conſulum nomina corrigamus ex faſtorum fide, meliuſque ſententiam diſtinguamus; offeret ſeverior & multo correctior periodus illa in hunc modum. *Tuſcum autem creditum eſt prænomen eſſe, fuitque conſul Lar Herminius cum T. Virginio Tricoſto.*

6. *Statius à ſtabilitate.*] Lege, *Status*; & paullo poſtea, *Tullus*, pro *Tullius*. Ita enim in V. C. Nec male. Nam prænomina hæc ſunt ex omine ſumpta, non ſecus ac Fauſtus & Aulus; item Vibus ab omine vitæ, quod ad differentiam alterius appellativi per *b* ſcribitur. Cæterum Statius, Tullius, Aulius, Vibius, gentilitia ſunt nomina, non prænomina.

1. *Præ-*

vore [1] prænomina ſumpta erant. Et Tullus prænominatus eſt ominis gratia, quaſi tollendus, o litera in u converſa. Sertor, per ſationem [2] natus erat, appellatus eſt. Ancum prænomen Varro à Sabinis tranſlatum putat: [3] Valerius Antias ſcribit, quod cubitum vitioſum habuerit, qui Græcè vocatur ἀγκών. Lucii cœperunt appellari, qui ipſo initio lucis orti erant; aut, ut quidam arbitrantur, à Lucumonibus Etruſcis. Manii, qui mane editi erant; vel ominis cauſſa, quaſi boni. Manum enim antiqui bonum dicebant. [4] Gnæus, ob inſigne nævi appellatus eſt; quod unum prænomen varia ſcriptura notatur. Alii enim Næum, alii Gnæum, alii Cnæum ſcribunt. Qui G litera in hoc prænomine utuntur, antiquitatem ſequi videntur, quæ multum ea litera uſa eſt. Olim enim dicebant frugmentum, nunc frumentum profertur: & gnatura, modo natura. [5] Igitur etiam, qui in corporibus nævus gigni ſolet, gnævus appellabatur. Qui C ponunt, corruptione ſyllabæ delectari videntur: [6] qui Næus, lenitatem velle judicantur. Gaji dicti à Gaudio parentum: Auli, qui Diis alentibus naſcuntur: Marci, Martio menſe geniti: Publii, qui prius pupilli facti erant, quam prænomina haberent; alii ominis

1. *Pranomen ceperunt.*] V. C. noſter habet, *Prænomina ſumpſerant*. At legendum eſſe ſuſpicor, *Prænomina ſumpta erant.*

2. *Natus eſt, appellatus eſt.*] V.C. melius, *Natus erat.* Igitur hoc prænomen ex eorum genere eſt, quæ à tempore naſcendi ſumpta ſunt; velut Lucius, Manius, Marcus, ita & Sertor, qui ſationis tempore natus eſt.

3. *Valerius autem ſcribit.*] Joannis Sambuci codex, item alius manuſcriptus habet, *Valerius Antias* ſcribit. Et facile credo librarios cognomen hoc ipſis inſuetum mutaſſe, exiſtimantes Valerii Maximi mentionem hic fieri.

4. *Cnæus, ob inſignem rem appellatus.*] In noſtro V.C. hæc multo emendatius habentur, *Gnæus ob inſigne nævi appellatus eſt, Nævum* enim maculam antiquitus *Gnæum* vocari ſolere, mox etiam ipſe dicit; ſicut item Sex. Pompejus affirmans, *Gnæus*, corporis inſigne & prænomen eſſe.

5. *Igitur etiam qui in corporibus gigni ſolet, Gnæus appellatur.*] Plenius & correctius hæc in veteri codice noſtro, *Qui in corporibus* nævus *gigni ſolet*, gnævus *appellabatur.*

6. *Qui Næus, levitatem Gaji judicant à gaudio parentum dicti.*] Confuſe, perperam hæc, & mutile: ſed melius & diſtinctius in Campenſi manuſcripto. *Qui Næus, lenitatem velle judicantur. Gaji dicti à gaudio parentum.*

nis cauſſa ex pube. Tiberii vocitari cœperunt, qui ad Tiberim naſcebantur. [2] Titus, è Sabino nomine Titurio fluxit: [3] Appius, ab Atto ejuſdem regionis prænomine. Kæſones appellati ſunt, qui è mortuis matribus execti erant. Servius, qui mortua matre in utero ſervatus eſt. Spurii, patre incerto geniti, [4] quaſi σϖόροι. [5] Numerii ſola patricia gens uſa eſt Fabia prænomine; idcirco quod, trecentis ſex

1. *Qui ad flumen Tiberim naſcebantur.*] V.C. *Qui ad Tiberim naſcebantur.*

2. *Titus à Sabino nomine Tito fluxit.*] V.C. noſter ita: *Titus è Sabino nomine Tito refluxit.* Iidem mendoſe, ſed aperit tamen aliquantulum. Non enim veriſimile eſt, Titum à Tito fluxiſſe, quando idem prænomen ſit; ſed potius alio nomine, velut Titorio, ſive Titulio. Sex. Pompeius autem, Titus prænomen ortum ſcribit, à Titulis militibus, ita dictus, quaſi tutuli, quod patriam tuerentur. Unde & Tituria gens nomen traxiſſe videtur unius literæ mutatione, quam valde priſcam in Sabinis fuiſſe, demonſtrant antiquiſſimi nummi argentei cum effigie Sabi Dei. Eos autem inſcriptio indicat cuſos eſſe à L. Titurio Sabino. & repræſentant inſuper ex his aliqui raptum Sabinarum mulierum, & aliqui Tarpejam virginem in Capitolio ſcutis oppreſſam; idque in primi cum Romanis belli memoriam, & conſortii per affinitatem contracti. Quos nummos in principio faſtorum ſuorum Hubertus Goltzius ex Laurinianis belliſſime delineavit. Fortaſſe igitur legendum eſt, *Titus è Sabino nomine Titurio fluxit*, vel, *Titulio fluxit.* Ejuſdem autem originis & ſignificationis eſt gentilitium nomen Titius.

3. *Appius ab Actæo.*] Sambuci codex habet, *Ab Atto.* Quæ vox majorem formam prænominis præfert. Unde Atteia gens dicta eſſe videtur, & Attia: quæ deinde ſimplici conſonante ſcribi cœperunt.

4. *Quaſi Epopæ.*] In campenſi, *Epopa alii*: in Sambuci libro, *Ethiopani*; atque ita in omnibus aliis codicibus hic locus admodum monſtroſe corruptus eſt, ut hactenus nemo eum corrigere potuerit. Mihi autem in mentem venit opinari, librarios imperitos ibi in Græcam vocem σϖΟ'ΡΟΙ, id eſt, ſemina impegiſſe: ideoque Latinis characteribus imitando Σ. in E. & P. in *p.* item *oi*, in *æ*, vel *a*, perperam mutaſſe. Conſtat enim antiquitus Spurios vocari ſolere, vel vulgo vel adulterio conceptos; & veluti temere ſparſa ſemina, patre incerto natos. Atque id ipſum veteres Juriſconſultos etiam affirmaſſe, Plutarchus ſcribit in Problematibus; nam volunt ita natis à vero & genuino patre præter ſemen nihil eſſe reliquum. Adjecta autem vox *aliter*, vel *ani*, ſane videtur ex variarum lectionum notis è margine fluxiſſe in contextum, & prorſus nihili eſſe.

5. *Numeri, ſola patricia familia uſa eſt Fabia.*] Ita vulgo, ut & in quibuſdam MSStis, in aliis autem vox *familia* deeſt. In Sambuci libro ſic: *Numeri ſola patricia tantummodo uſa eſt Fabia.* Ubi redundat vox *tantummodo*, ex annorationibus, ut apparet, inſerta, & aliæ deſunt. In Campenſi autem clarius elucent tales annotatiunculæ. nam ſic habetur: *Numeris ſola patricia gens familia eſt uſa Fabiæ prænomen eſt.* Ibi nempe monſtratur alia ſuppoſititia vox *familia*, qnæ omnino rejicienda eſt. Loquitur enim hic auctor de tota gente Fabia ad Cremeram cæſa, non de una Fabiorum familia, quorum poſtea plures familiæ prænomen Numerii acceptarunt:

ſex apud Cremeram flumen cæſis, qui unus ex ea ſtirpe extiterat, ducta in matrimonium uxore filia [1] Numerii Otacilii Maleventani ſub eo pacto, ut quem primum filium ſuſtuliſſet, [2] ei materni avi prænomen imponeret, obtemperavit.

Antiquarum mulierum in uſu frequenti prænomina fuerunt, [3] Rutilla, Cæſella, Rodocella, Murcula; [4] Burra à colore dicta. Iſta prænomina à viris tracta ſunt, Caja, Lucia, [5] Publia, Numeria. Cæterum Caja, uſu ſuper omnia celebrata eſt. Fertur enim, Cajam Cæciliam. Tarquinii Priſci regis uxorem optimam lanificam fuiſſe: & ideo inſtitutum eſſe, ut novæ nuptæ ante januam mariti interrogatæ, quænam vocarentur, [6] Cajam eſſe ſe dicerent C. Titii.

Reliqua deſunt.

ptarunt: ſicut primum Vibulani, deinde Ambuſti, Pictores, & Buteones. Poſſet igitur ab his erroribus ita vindicari locus iſte, & recte ſuppleri, *Numerii ſola patricia gens uſa Fabia eſt prænomine.* Videlicet auferendo voces duas ſuperfluas; & mutando *Numeris*, in *Numerii*; & *Fabiæ prænomen eſt*, in *Fabia prænomine.* Fabiam vero gentem inter patricias primam fuiſſe, quæ Numerii prænomen adſcivir, etiam Sex. Pompejus ſcribit, & eandem adfert rationem.

1. *Numeri Iotalicii Malemitani.*] V.C. correcte, *Numeris Otacilii Maleventani.* Sic quoq; nominar eundem Sex. Pomp.

2. *Et Numeri prænomen imponeret.*] V.C. *Materni avi prænomen.* Recte. ſicut & Sex. Pompejus. Inuſitatum enim erat apud Romanos prænomen à parte materna accipere.

3. *Rutilia, Cæſellia, Rodocilla, Mutrulla.*] In V.C. noſtro, *Rutilla, Caſella, Rodocella*, legitur. Er veterum prænominum formam hæc magis repræſentant. Sex. Pompejus Cæſullam vocati dicit, à cæſiis oculis; & Ravillam à ravis, quod poſtea cognomen in Caſſia gente. Pro, *Mutrulla*, Sambuci codex habet, *Murcula*, atque id diminutive fortaſſis à *Murcus*, cognomine virili.

4. *Burra à calore dicta.*] V.C. à *colore*. Nec male. Burros enim Romani appellarunt fulvos ac rubicundos, quos Græci πυῤῥὸς. Hæc quidem jam dicta prænomina à proprietatibus deſumpta tranſiiſſe deinde in cognomina reperimus, ſicut & Rutilia, teſte Sex. Pompejo, qui dicit rutili coloris ſtudioſas etiam autiquas mulieres fuiſſe, arque inde rraxiſſe etiam cognomina Rutillas, idque etiam Afranium frequenter indicare.

5. *Publia Mærea.*] In Sambuci libro, *Publia, Numeria.* Er hæc quidem prænomina à viris ſumpta ſunt. Varro tamen putat Marcam & Numeriam muliebri forma non dici: Luciam, Mæniam, Poſtumam, ut mulierum prænomina agnoſcir lib. VII. de L.L. Ergo fortaſſe, *Mania*, hic legendum erit, pro *Mærea.*

6. *Cajam eſſe ſe diceret.*] In Campenſi ita, *Cajam eſſe ſe dicerent C Titii.*

Finit epitoma de nominibus hiſtoriarum & exemplorum Romanorum.] Quid autem ex his colligi poſſit, videant docti.

cti. Mihi quidem ſuſpicio oboritur librarios quoſdam temere hæc aliter diſtinxiſſe hoc modo, *C. Titii finit epitoma, &c.* Atque inde opinionem natam C. Titium auctorem eſſe hujus epitomes, ſicut nunc in impreſſis exemplaribus prodirur. Præfatiuncula tamen, licet à diverſis diverſimode fabricata, nullibi hoc indicat; ſed in quibuſdam codicibus, ut dixi, Julius Paris abbreviator decem librorum Valerii nominatur, quorum decimi epitome eſt de nominum ratione. Sed cujus, quæſo, Valerii? nam ad Maximi argumentum ne puncto quidem uno accedit. Itaque videtur potius eſſe alterius alicujus veteris, qui decem libros non exemplorum, ſed de Lingua Latina ſcripſit, quos Julius Paris in Epitomen redegit: & eorum decimi epitome propterea à librariis Valerii Maximi libris novem adjecta eſt appendicis vice, quia breviter & ſuccincte Romanorum nominum rationes explicet, quo melius Romana Valerii exempla poſſent intelligi ab imperatoribus. Quo fine & alia illa epitome in Campenſi libro poſt hanc adjuncta eſt, de Appellationibus magiſtratuum, & vocabulis hiſtoriæ Romanæ. Quis autem hic Julius Paris, fateri neceſſe eſt, non liquere: quamvis ex nominis forma colligi fere poſſit, libertum fuiſſe doctum aliquem domus Juliæ, qualibus uti ſolent grammaticis, vel pædagogis, vel anagnoſtis. At multo magis obſcurum eſt, quis fuerit C. Titius Probus hic velut auctor epitomes in impreſſis libris præfixus; quem ego quidem in manuſcriptis veteribus nondum repperi, præterquam in unius, ut dixi, Campenſis calce adjectum; atque ita, ut ad ipſam extremam fragmenti illius ſententiam potius pertinere, quam auctorem ejus notare videatur. Nam ſi reſpiciamus ad ſolemnem illum ritum nuptiarum, cujus ibi fit mentio, & quem etiam pulchrè Plutarchus in Problematibus exponit; profecto non inepte nova nupta ex more interrogata ſemet ſponſumque ſuum bene ominate nominando, Cajam ſe eſſe dicebat C. Titii, vel C. Titii Probi, ut videntur habuiſſe quidam codices, ex quibus nomen auctoris iſtius tranſlatum eſt ad præfationem illam primam. Inter priſcas enim nuptiarum cæremonias & illud erat, quod auſpicatum habebatur, ſponſum vel ſponſam ab initio nuptiarum non jam propriis, quam bene fauſtis, ac ominatis appellare nominibus. Quemadmodum & virgines Veſtæ ſacrandas, pontifex maximus cum caperet, non ſuo nomine, ſed Amatas vocare ſolebat. Quin & ſponſa, ut idem Plutarchus reſtatur, ad ſponſum deducta, & profari juſſa; his verbis eum alloqui ſolet: *Ubi tu Cajus, ego Caja.* ita ſcilicet depaciſcendo fortunarum facultatumque omnium communionem; quaſi diceret, ubi tu dominus ac herus, ego domina & hera: ubi tu gaudebis, & ego gaudebo. Quam paritatem conjugii duobus ſemicirculis ſignarunt antiquitus, ut dexter maritum, ſiniſter uxorem repræſentet. Qui conjugii copula connexi circulum ſolvunt, id eſt, rem omnibus numeris integram & abſolutiſſimam conſtituunt. Hinc ni fallor, ortum eſt, ut antiqui prænomen, Cajus, C. &, Caja, litera eadem inverſa, ſic Ↄ. notarint; quæ circulum junctæ conſtituunt, eodemque mundus, conjugium, generatio, & æternitas hieroglyphice ſignificabatur. Cajos autem à gaudio; Titos, ac Titios à tuendo nuncupatos volunt, ut ante dictum eſt: quæ idcirco nomina habebantur auſpicata, ut & cognomen Probus. Atque iſta occaſione fortaſſis ita uſu vulgata ſunt, ut Juriſconſulti in ſuis ſcriptis quoſcunque fere viros, vel Cajos, vel Titios appellarint; & quaſcunque mulieres, Cajas vel Titias: cum de controverſiis inter perſonas ortis diſſerunt, & caſus exempli cauſa proponunt.

Digitized by Google

RERUM AC VERBORUM
MAXIME MEMORABILIUM,
Quæ in Textu VALERII MAXIMI
& Commentariis occurrunt,
INDEX.

Literæ, *a*, *b*. columnas paginarum indicant, Ubi litera deeſt, Textus innuitur.

A.

ABdicare, & exhæredare filium, ut differat? 494.b
Abſciſſum, quid? 558.b
Academia, quid; unde dicta. 377.a
Acarnania, urbs. 31.a,b
Accenſi in militia, qui? 517.b
L. Accii Poëtæ Fiduciæ ſui exemplum. 311, & b. 312. & a. *ſtatura fuit brevi.* 312.a
Achaia, Græciæ regio. 364.b
πολυώνυμος. ibid.
Achillis Homerici otium laudatum. 696
Acilius Aviola ad ſepulturam elatus reviviſcit. 117. & b. 118. & a
M. Acilius Glabrio primam auratam ſtatuam in Urbe poſuit. 169. & a
Acron Ceninenſium rex à Romulo interfectus. 213.a
Actium Epiri promontorium. 86.b
Addicere quid? 688.a
Addicti, proprie qui? 636.a. 683.a *alio nomine* nexi *appellati.* ibid.
Admetus Theſſaliæ rex. 392.a,b *reprehenditur.* ibid.
Ad mortem uſque ſævire, tolerabile eſt; ultra, inhumanum. 204.b
Ad principia eſſe, quid? 69.b
Adulare, activum. 377.b. 378.a
Adulari, paſſivè. 201.b
Adumbrare, propriè quid? 291.b
Adyta templi, quæ? 72.a
Æantes, fl. 55.b
Æbuciæ rati teſtamenti exemplum. 648
Ædes Pietatis, ejus ſitus, unde ſic dicta. 169.a
Ædiles, qui? 156.b
Ædilis Curulis, & Plebeji officium ut differat. 23.a,b. 614.b
Ægeria Dea cum Numa nocturni congreſſus. 36.b. 37.a
Ægina inſula & urbs, unde denominata. 764.b
Æglei Samius mutus & ſubito vocalis factus. 119. & b. 120. & a
Ægyptiorum luxuria. 753. & a,b
Ælia familia, patricia. 118.a,b. *ejus paupertas laudata.* 383,384
Q. Ælii Pæti præt. pietatis erga patriam exemplum. 485. & b
L. Ælii Seiani ſcelerate facti exemplum. 807. & a,b
Q. Ælii Tuberonis Cati, Coſ. abſtinentiæ & continentiæ exemplum. 369. & b. 370. *ejus & L. Æmilii Paulli paupertatis laudatæ.* 384. & b. *ejus repulſa.* 631
Æmiliæ Veſtalis diſcipulæ obſervatæ religionis exemplum. 13,14
Æmiliæ L. F. Tertiæ, P. Africani majoris, fidei erga maritum exemplum. 563. & a
P. Æmiliani & C. Lælii otium laudatum. 694, 695
L. Æmilii Paulli Coſ. peregrinæ religionis rejectæ exemplum. 41,42. *ominis accepti.* 49. *diſciplinæ militaris obſervatæ.* 200. *Majeſtatis apud Macedonas.* 226, 227. *abſtinentiæ & continentiæ.* 370. *humanitatis & clementiæ.* 425. *obitum filiorum ſuorum forti animo ferentis.* 505. & a. *repulſæ.* 632, 633
M. Æmilii Lepidi & M. Fulvii Flacci cenſorum, reconciliationis exemplum. 357. & b. 358
Æmilii Lepidi, pueri, Indolis exemplū. 235
M. Æmilii Porcinæ judiciis publicis damnati exemplum: 663
M. Æmilii Scauri Fortitudinis exemplum. 256. *fuit homo factioſus, avidus potentiæ.* 257. a. *fiduciæ ſui exemplum.* 309. & a,b. *paupertatis laudatæ.* 386. & ſeqq. *ſeveritatis adverſus filium.* 500. *judiciis publicis abſoluti.* 658. & b. 659. *teſtimonii irriti in diverſos.* 671. & a

Digitized by Google

Æquii, populi. 195.a.438.a
Æra raudera, quæ? 485.a
Æruſcatores qui; apud Romanos veti-ti. 179.b
Æs conflatum, quid? 6. *grave quid?* 208.a
Æſchyli Poëtæ mortis non vulgaris exem-plum. 816. & a,b. *tragœdiæ primus inventor.* ibid.
Æſculapius, Medicinæ præſes. 26.a. *cur Apollinis filius dictus.* ibid.
Animalia ei ſacra quæ? ibid. *ejus ſimu-lacrum barbatum.* ibid. Epidaurius *dictus.* 31.b. *ſerpentis ſpecie apparens,* 101. & ſeqq. *ejus ædes in inſula Tibe-rina.* 103.a,b. 104.a
Æſopus & Roſcius, mimi præſtantiſſi-mi. 702.b
Æſtuaria, quæ? 742.a
Æthiopum ſenectus memorabilis. 720.& a
Ætolia, regio. 370.a
Afrania, Licinii Buccionis, cauſſam apud Magiſtratum egit. 668
Africa ubi terminetur? 11.a. Libya *etiam fuit dicta, à colore.* ibid.
Agathoclis, Syracuſanorum regis, ſtrata-gematis exemplum. 628. & a,b. 629
Agei Lucanus. 66.a. *Pittacius, & unde ſic dictus.* 556.b
Ageſilai Lacedæmonii ſapienter facti ex-emplum. 604. a,b. 605
Agger, quomodo fiebat. 191.a
Agraria Lex à quo lata. 43.b.498.b
Agrigentum, urbs. 280.b. πολυώνυμος. ibid. 414.b. 416.a,b
Agrippæ Menenii Lavati paupertatis lau-datæ exemplum. 379. & b. 380. & a
M. Agrippæ cum Auguſto amicitiæ vin-culum. 405
Ahenum Dodonæ. 740.a
Alæ unde ſic dictæ. 198.b. *propriè ſunt equitum.* ibid.
Alba longa unde oriunda. 112. b. *à quo condita.* ibid. *de ejus ſitu variæ opi-niones.* 113.a
Albæ, urbes, duæ in Italia. 418.b.419.a
Albana caſtra, quo ſenſu? 750.b
Albanus lacus ſitus. 59.a
L. Albinii obſervatæ religionis exem-plum. 16
Alcamenis Vulcanus; opus rarum. 707
Alceſtis, Admeti Theſſaliæ regis uxor, pro viro ſuo mortem ſubit. 392.a,b
Alcibiadis Athenienſis ſomnium. 96,97. *quomodo mortuus.* 96.b. 97.a. *ejus m-dolis exemplum.* 239. & a. *mutationis fortunæ.* 583. & a,b
Alexandri Magni auſpicii capti exem-plum. 46. *ſomnium.* 90. & a,b. *quo anno natus.* 90. b. *ejus mors miraculo-sè præcognita.* 123. *Conſtantiæ exem-plum.* 329. & a,b. 330. *cum Phe-ſtione amicitiæ vinculum.* 407, 408. *humanitatis & clementiæ exemplum.* 428, 429. *graviter dicti.* 549. *ab Apelle pingi & Lyſippo tantum fingi voluit.* 707. a. *cupiditatis gloriæ ex-emplum.* 726. *iræ.* 774. & a
Alexandri Pheræorum regis cupiditatis vitæ exemplum. 824
Alitus, *an* altus *dicendum?* 290.a
Allienſis dies, inter nefaſtos dies connume-ratus. 809.a. *unde dictus.* ib. & 246.b
Alpes diſterminant Galliam ab Italia. 206.a
Alſium oppidum. 663.b
Altitudo, tam de faſtigio: quàm de pro-fundo dicitur. 165.b
Ameſia Sentia cauſſam apud Magiſtra-tum egit. 668
Ambire populum, quid? 389.b. 390.b
Ambitûs quinam poſtulabantur. 361.a
Amiculum, genus veſtimenti. 442.b
Amilcar *nomen Punicum*, Regem *deno-tans.* 96.a
Amilcaris Barchæ Pœni odii exemplum. 775. & b. *ſomnium.* 96
Ἀμνηστία, *oblivio mali.* 353.a
Amor & vinum potentißimum obnubi-landæ mentis venenum. 216.a
Amphiarao vati quæ magnifica contige-rint. 739. & b. 740
Amphinomi & Anapi pietatis in paren-tes exemplum. 474. & b. 475.a
Anacharſis Scythæ ſapienter dicti & fa-cti exemplum. 604. & a
Anacreontis mortis non vulgaris exem-plum. 819. & a
Anapæſtus pes. 176.a
Anaxagoræ obitum filii ſui forti animo ferentis exemplum. 508. *fuit Clazome-nius, Hegeſibulo patre natus.* ibid.b. *ejus ſapienter dicti exemplum.* 604. *in-duſtria.* 688. & b

Anaxar-

Anaxarchi Abderitæ Patientiæ exemplum. 282. & b. 283
Anaximenis vafre facti exemplum. 617
Anio, fluvius. 697.a
M. Anneji Carſeolani teſtamenti reſciſſi exemplum. 644
Annibal ſuperior & inferior. 619.a,b
Annibalis Amilcaris *F. Pœni vafre facti exemplum.* 620 & a,b
Annibalis Giſgonis *F. Pœni vafre facti exemplum.* 619. & a,b
Annibalis Pœni ſomnium. 88,89. ib. a,b. *ante eum nemo Alpes tranſiit.* 317.a,b. *ejus humanitatis & clementiæ exemplum.* 434. & a,b. *fiduciæ ſui.* 316.317 *ſtratagematis.* 629. & a, b. *libidinis & luxuria.* 749. & b. 750. & a, b. *crudelitatis.* 760. & b. 761. *odii.* 775. *ſuperbiæ.* 782. & a,b. *perfidiæ.* 786. & a. *temeritatis.* 792. & a,b
Annulorum origo incerta. 147.b. 148.a. *vilioribus geſtare non licebat.* ibid. *quo digito geſtati.* ibid. *æſtivi, ac hyemales.* ibid.
Antigenidæ tibicinis Fiduciæ ſui exemplum. 313. & b
Antigoni, Macedonum regis, humanitatis & clementiæ exemplum. 431. & b. 432. & a. *ſapienter dicti.* 601
Antii Reſtionis ſervi fidei erga dominum exemplum. 569. & a
Antiochia civitas in Syria, à quo condita. 27.a
Antiochi, regis Syriæ, moderationis animi exemplum. 356. & b. *luxuriæ.* 751. & b. 752. *ejus ſimilitudo formæ cum Artemone quodam.* 828
Antipatri Poëtæ anniverſaria febris. 125. & b. 126
Q. Antiſtii Veteris ſeveritatis exemplum. 541
Antiſtitis templi Dianæ vafre facti exemplum. 608
Antium, Latinorum portus. 103.a
Antonia, uxor Druſi, filia M. Antonii triumviri. 366.a
M. Antonii & L. Flacci cenſoriæ ſeveritatis exemplum in M. Duronium. 218, 219.
M. Antonii oratoris Fiduciæ ſui exemplum. 310. & a,b. *ejus vis eloquentiæ.* 697,698. *vafre dicti exemplum.* 611. *ejus ſervi fidei erga dominum exemplum.* 564,565
M. Antonii triumviri, humanitatis & clementiæ exemplum. 428. & a. *ſuperbiæ.* 781
Apellis picturæ rarus effectus. 707. *ei in picturæ judicio ceſſum fuit.* 712. & b
Apex, virga lanata in ſummo flaminis pileo. 12.b
Apollo Pythius. 456.b
Apollonia, urbs. 560.a. *ejus nominis urbes plures.* 54.b
Apolloniatarum ominis accepti exemplum. 54
Α'ποςασίȣ *actio patronis erat adverſus libertos apud Athenienſes.* 177.b. 178.a
Apparere, pro *præſto adeſſe.* 145.a
Apparitores, prætorum miniſtri. ibid.
Appii Cæcii, & gentis Potitiæ neglectæ religionis exempla. 23,24
Appii Claudii ſapienter dicti exemplum. 593. & a. *ejus mors oraculo prædicta.* 115. *ſenectus memorabilis.* 715. & b. 716
L. Apuleius Saturninus trib. pl. ſeditioſus. 535.a
Apulia ventis abundat. 630.b
Aquila ſignum militare. 70.a *erat in Primipili tutela.* ibid. *pro ipſo Primipilatu.* ib. *ejus origo varie petitur.* 258.a. *dignitas & forma.* ibid. *in terram defigi ſolita.* ibid. *ſi evellentem non facilè ſequebatur, inter prodigia erat.* ibid.
Aquilifer. 258.a
Mn. Aquilii legati conſularis cupiditatis vitæ exemplum. 821. & a,b
Aquilonia Hirpinorum civitas. 594.b
Arcadia regio Peloponneſi. 97.a
Arcadis cujuſdam ſomnium. ibid.
Arcæ lapideæ duæ in agro L. Petilii Scribæ inventæ. 18.a. *earum inſcriptio & libri contenti.* ibid. a,b
Archilochus cum libris fuit à Lacedæmoniis Republ. ejectus. 541. b. ἀπτῶμα *dictus.* 542. a. *Jambico carmine ſic proſcidit Lycambem, ut ſibi laqueo vitam ademerit.* ibid.
Archimedes Aſtrologus & bellicorum tormentorum machinator. 339. b. *ejus induſtriæ exemplum.* 689. & a
Architæ Tarentini animi moderationis exemplum. 349. & a,b.

Ardea,

Ardea, oppidum. 335.b
Area Marianorum monumentorum. 173.b
Areopagus. 176.b. 177.a. 465.a, b. 664.b *unde dictus.* ibid.
Arganthonii, Gaditanorum regis, ſenectus memorabilis. 719. & a
Arginuſa, inſula. 328.a
Aricia, urbs, unde ſic dicta. 667.b
Ariarathes Cappadociæ rex falſus. 833
Ariobarzanis, Cappodociæ regis, indulgentia in filium exemplum. 496
Ariſtides juſtus *cognominatus.* 461.a 557 *ejus res geſtæ.* 461.a,b. *in magna paupertate vixit.* 462.a
Ariſtomenis Meſſenii cor piloſum. 125. *Meſſeniorum dux calidiſſimus.* ib.a,b. *Rhodi mortuus.* ibid b
Ariſtonicus Eumenis filius Attalo mortuo Aſiam occupat. 250.a,b
Ariſtophanis Comici ſapienter dicti & facti exemplum. 602. & a,b
Ariſtotelis Stagiritæ pietatis erga patriam exemplum. 493. & a,b. *ſapienter dicta.* 603,604. *cupiditas gloriæ.* 726
Ariſtoxenus Ariſtotelis diſcipulus; ejus ſcripta. 719.a
Arminia, Aſiæ regio. 426.b
Armillæ ornamenta brachiorum. 268.a & 724.b
Arpinas, municipium, C. Marium contemptorem; M. Ciceronem fontem literarum produxit. 142.a
Arſacides, Parthorum rex, Craſſi corpus feris expoſuit. 576.b
Arſium nemus. 108.a,b
Artaxerxis Ochi, regis, crudelitatis exemplum. 764
Artemiſiæ, Mauſoli regis, amoris conjugalis exemplum. 395. & b
Artemiſium, promontorium Eubœæ. 726.a
Artorii medici de Auguſto ſomnium. 78,79
Artus & membra ut differant? 642.b
Arverni, populi. 784.b
Aruns Tarquinii Superbi filius mutuo certamine congreditur cum L. Iunio Bruto. 483.a
Aſcanius, conditor Albæ Longæ. 112.b *ejus nominis origo.* 112.b
Aſdrubalis Pœni uxoris Fortitudinis exemplum. 276. & a
Aſinarii cujuſdam cum Alexandro Magno vaſre facti exemplum. 615,616
Cn. Aſinii Dionis mentita familia exemplum. 832. *Aſinius Pollio, Orator; ejus res geſtæ & ſcripta.* 719.a,b
Aſtyagis Medorum regis ſomnium. 93. a,b. & 94
Aſylum Athenis, à quibus conditum. 458.a
Aterii Rufi eq. Rom. ſomnium.. 88
Athenæ, urbs Græciæ. 75.a. *ejus elogia; & unde dictæ.* ibid.b
Athenienſis populi temeritatis exemplum. 793. & b
Athenienſis cujuſdam vafrè facti exemplum. 618
Athenienſis quidam memoria literarum privatus. 119
Athenienſium obſervatæ religionis exemplum. 35
Athenienſium inſtitutum contra inertes & otioſos. 176. *eorundem Areopagus.* ibid. & 177. *honos virtutis apud eoſdem.* 177. *Ingratitudinis actio apud eoſdem.* 177, 178. *ingratitudinis exempla in Thaſea & alios.* 457. & a,b. uſque ad pag. 466. *ſeveritatis exemplum.* 542. *crudelitatis.* 764
Athletæ qui; eorum nomine gymnici omnes intelliguntur. 120.a. & 168.b
Athleticum primum. 168
Athon mons Macedoniæ altiſſimus. 74.b
Ti. Atii cujuſdam ſomnium. 82. & ſeqq.
A. Atilii Calatini judiciis publicis abſoluti exemplum. 658. & a
C. Atilii Fortitudinis exemplum. 246, 247. & 261.
C. Atilii Reguli Serrani Coſ. paupertatis laudata exemplum. 381. & b. *unde* Serranus *dictus.* 381,b
M. Atilii Reguli, obſervatæ religionis exemplum. 20,21. *inſidiis Haſdrubalis & Xantippi Lacedæmonii ducis captus.* 20.a. *de ejus miſerrima morte opiniones* ibid. a,b. *ejus paupertas laudata.* 382
P. Atilii Philiſci pudicitia culta exemplum. 514
Atina, urbs. 84.b
Attalus Philometor, Rex Aſiæ, pop. Rom. regni ſui hæredem inſtituit. 250. a. & 680. a,b. *ejus res geſtæ.* 412.a. *gratitudinis exemplum.* 443
Attegria, Hiſpaniæ oppidum. 759.b

Attel-

Attellani, ludiones. 161. b. 162.a
Attella, civitas. 161.b
Attii Navi Auguris auſpicii capti exemplum. 42,43
Atys, Cræſi Lydorum regis filius, mutus vocalis factus. 477. a,b. *Apollinis de eo reſponſum.* ibid. b. *ab Adraſto miro modo interfectus.* 92.a,b
Avaritiæ definitio. 777.a. *ſola, cùm cæteræ vitia ſeneſcant, juveneſcit.* ibid.
Avarus, non felix. 777.b
Aventinus mons, unde ſic dictus. 105.a. πολυώνυμος.ibid. *ejus deſcriptio.* ib *ab Anco rege ex parte Vrbi additus.* ibid.a
T. *Aufidii mutationis fortunæ exemplum.* 575
Auguris capturi auſpicia ritus. 665. b
Auguſtus Cæſar poſt mortem conſecratus. 3.a
C. *Aurelii Cottæ vis eloquentiæ.* 698.&b. *ejus diſciplinæ militaris obſervatæ exemplum.* 190,191
L. *Aurelii Cottæ judiciis publicis abſoluti exemplum.* 659.& a,b.660
M. *Aurelii Cottæ pietatis in parentem exemplum.* 470. & a
P. *Aurelius à C. Cotta virgis cæſus, & cur?* 190.b
Auſpicia unde dicta. 130.b
Αὐτοσχεδιάσματα. 158.b

B.

B*Acchanalia unde dicta.* 39. a. *quando fierent.* ibid. *eorum origo.* ibid. a,b. *ritûs deſcriptio.* b. & 40. a,b
Badia, oppidum Hiſpaniæ. 302.b
Bagrada flumen. 127.b
Balliſta, quid; ejus forma, uſus. 128.a. *minores & majores.* ibid.b
Balnearum uſus militibus à Scipione interdictus. 198. a. *ut & ab aliis.* ibid.
Barbarorum quorundam crudelitas. 766
T. *Barruli rati teſtamenti exemplum.* 650
Baſis duplici ſenſu à Vitruvio *uſurpatur.* 117.b. *ejus vocabuli origo.* ibid.b
Bella à devictis hoſtibus olim donominabantur. 189.a
Bellum ſervile cruentius Siciliam vaſtavit, quàm Punicum. 190.a. *ejus initia & origo.* ibid.
Bellum Samniticum, quot annos durârit? 367.a
Beronices reginæ ultionis exemplum. 798. b. *fuit &* Laodice *nominata.* ibid.
Beroſus Aſtrologiam primus in Græciam attulit. 41.a
Biantis Prienenſis ſapienter dicti exemplum. 600.b. *vafrè dicti.* 617. & a,b
Bidental, quid? 7.b. 8.a
Bithynia, πολυώνυμος. 124.b
Blaſii Salapini conſtantiæ exemplum. 326
Boji & Inſubres, nunc Mediolanenſes *dicuntur.* 244.a
Bona fides quid? 666.a
Bos locuta. 61.b
Boſphori duo. 640.b. *Boſphorus unde dictus.* ibid.
Braccati Galli. 182.b
Brachium intra pallium continere, pudoris ſignum apud Athenienſes. 582.a
Britannica inſula. 264.b
Brocchorum familia. 518.b
Brutii, aliis Brettii, unde dicti, & ubi ſiti. 67.b. 68.a
D. *Bruti cupiditatis gloriæ exemplum.* 723. & a, b. *vitæ.* 822. *à Geminio juſſu Pompeji occiſus.* 528.a
M. *Bruti procoſ. ominis accepti exemplum.* 52. *auſpicii capti exemplum.* 46
Brunduſium oppidum Calabriæ. 310.b. 419.b
Bucciones & Labeones, unde dicti. 668.b
Bulla, inſigne puerorum. 235. b. *ejus figura & uſus.* ibid. & 236.a
Buſtum, quid? 758.a

C.

C*Adavera apud majores ungebantur.* 393.b
Cæciliæ Metelli, ominis accepti exemplum. 49,50. *Q. Numidici ſoror.* 50.a
L. *Cæcilius Metellus quæſtor, damnatus à Cenſoribus, & cur?* 221.b.222.a
Q. *Cæcilii, L. F. Metelli ſapienter dicti exemplum.* 593, 594. *repulſa.* 633. *rati teſtamenti.* 649
Cælatura & Sculptura ut differant? 122.b 123.a
M. *Cælii Rufi, & Q. Pompeji reconciliationis exemplum.* 362. & a
Cælius mons. 665.a
Cæpionum ac Metellorum in Q. Pompejum teſtimonii rati exemplum. 670,671

Cære oppidum, olim Agilla *dictum.* 16.b. & 63.b
C. Cæſar tribus & triginta plagis in ſenatu interfectus. 73.a. *ad Mundam ejus neceßitatis exemplum.* 639. & b. 640. *temeritatis exemplum.* 791. & a,b
Ti. Cæſaris Auguſti fraternæ benevolentiæ exemplum. 480. & b. 481
A. Caſellii, juriſconſ. libere dicti & facti exemplum. 530. & b. 531
Caſetii Flavii amoris in filium exemplum. 494. & a,b
M. Caſii Scævæ Fortitudinis exemplum. 262. & ſeqq.
Cæſo, L. Quinctii Cincinnati filius, adoleſcens magni animi, cur à populo damnatus. 383. a,b
Cajeta, urbs Campaniæ. 45. a. *unde dicta.* ibid.b. 454.b
Calagurritanorum, à Cn. Pompejo obſeſſorum, neceßitatis exemplum. 642
Calculi, pro *taxillis.* 696.a. *per eos olim fiebat ſupputatio.* 409.b
Calda, pro *calida aqua.* 163.b
F. Calanus Gymnoſophiſta, deſcendit in ardentem rogum. 123.b
Calenus ager. 127.b
Cales, oppidum Campaniæ. 127.b
Callidii Bononienſis judiciis publicis abſoluti exemplum. 660
Calliſthenis mors. 603.b
Calpurniæ de Cæſare ſomnium. 79
C. Calpurnii Piſonis Coſ. Conſtantiæ exemplum. 321: & b. 322
Cn. Calpurnii Piſonis liberè dicti exemplum. 525
L. Calpurnii Piſonis Coſ. disciplinæ militaris obſervatæ exemplum. 197. 198. *abſtinentiæ & continentiæ.* 371. & a. *judiciis publicis abſoluti.* 656. & b
M. Calpurnii Bibuli procoſ. animi moderationis exemplum. 348. & a,b
Cambyſis, regis Perſarum, ſeveritatis exemplum. 542
Camera, quid? 564.a
Camerium, Latii oppidum. 552.b
M. Camilli & M. Poſthumii cenſoriæ ſeveritatis exemplum in calibes. 214, 215
Campana perfidia. 154.b. *luxuria.* 166.b
Campana urbs, pro *Capua.* 319.b
Campanorum humanitatis & clementiæ exemplum. 433. & a,b
Campi Philippici, id eſt, *Pharſalici.* 78.b *ubi ſiti.* 428.b
Candidati cur candida toga induerentur. 295.b
L. Caninii Galli, & C. Antonii reconciliationis exemplum. 361. & b
Canis Protogenis pictoris; rarum opus. 716. a,b
Cannæ, vicus Apuliæ. 202.b. *clade Romanorum nobilis.* 250.a. 317.b
Cannenſis clades. 21.b. *eam ne ultra* xxx. *dies flerent matronæ, juſſit ſenatus, ut more ſolito Cereri ſacra fierent.* ibid.b
Cantharis, vermis, ejuſque natura. 532.a,b
Cantharus, quid? 300.b
Canuſium, Appuliæ oppidum. 410.a
Canum fidelitatis exempla. 823. a,b
Capena porta. 311.b
Capere vitio tabernaculum quid? 11.a
Capillos rutilandi mos à Gallis ortus. 135b
Capite cenſo milites à C. Mario primum instituti. 152. *ii qui?* ibid. & 151.a. *cur eos inſtituerit Marius.* 152.b. 356.b
Capitolia an duo fuerint, vetus & novum. 387.b
Capitolina pulvinaria. 338.a
Capitolium quando conflagratum. 9.b. *ubi ſitum.* 17.a. *Superbi maxime opus.* ib.a. *deſcribitur.* ibid. *unde ſic dictum, diverſæ opiniones.* ib. *in ejus inaugurationem ſolam* 12000. *talenta impenſa.* ibid.b
Capua, urbs Campaniæ, unde ſic dicta. 154. a,b. *Vulturnus antea dicta.* ib. & 209.b *à Romanis defecit.* 258.b. & 420.a. *ſemper prona fuit in luxuriam.* 750.b
Carbaſus, quid? 14.a. *cujus generis.* ibid.
Sp. Carbilius primum divortium cum uxore fecit. 132.b. 133.a
Cn. Carbonis cupiditatis vitæ exemplum. 821. & b
Carbo Accienus à Vibieno in adulterio deprehenſus, caſtratus. 518
Cariſtium marmor. 116.b
Cariſtus, civitas Eubœæ. 116.a
Carmenta mater Euandri. 24.a
Carneadis Cyrenæi induſtriæ exemplum. 687. & b
Carra, populi qui? 54.a
Carrhæ, Meſopotamiæ urbs. 69.a
Carthaginienſis & Campani ſenatus ſuperbi exemplum. 783
Carthaginienſium ingratitudinis exemplum

plum in Annibalem. 455. & b. 456. crudelitatis. 760. perfidiæ. 785. & b. 786

Carthago à quo, & quando deleta. 21. a, b.

Caſilinatum in obſidione neceßitatis exemplum. 637. & b. 638

Caſilinum oppidum ab Annibale obſeſſum. 637. b. ejus ſitus. 638. a

Caſſander Alexandrum veneno ſuſtulit. 90. b. quodnam illud venenum. ibid.

C. Caßii Longini indolis exemplum. 238. erroris. 795

Caßii Parmenſis ſomnium. 86, 87

C. Caßii procoſ. ominis accepti exemplum. 52, 53

L. Caßii præt. tribunal, ſcopulus reorum dictum, & cur? 310. & b

M. Caßii Longini proprææt. avaritiæ exemplum. 778, 779

Caßii Viſcellini ſeveritatis adverſus filium exemplum. 492. & a, b

Caſtores viſi bello Latino & Perſico. 99. & a, b. & 101. a. eorum ædes ubi ſita, & à quo dedicata. ibid. eorum fraterna benevolentia. 481

M. Caſtricii Placentini libere dicti & facti exemplum. 530

L. Catilinæ libidinis exemplum. 749. & a, b. improbè dicti. 802. 803

M. Catonis majoris fiduciæ ſui exemplum. 309. & a. ejus & P. Scipionis Naſicæ diſſenſio & ſententiæ de evertenda Carthagine. 139. a, b. continentiæ & abſtinentiæ exemplum. 371. & b. 372. & a. induſtriæ. 677. & a, b. 678. cenſoriæ ſeveritatis in L. Flaminium. 215, 216. ei quæ magnifica contigerint. 731

M. Catonis (majoris Catonis filii) Fortitudinis exemplum. 254, 255

M. Catonis Uticenſis apud ſenatum Majeſtatis exemplum. 231, 232. ejuſdem apud populum Rom. 232, 233. Indolis. 236, 237. Fortitudinis. 252. & b. 258. & a. humili loco natus clarus evaſit. 291. & b. 292. & a. ejus licentiæ cultus exemplum. 301. & a. animi moderationis. 346. & b. 347. & a, b. abſtinentiæ & continentiæ. 364. & a, b. 365. 372. libere facti. 526. & a, b. repulſæ. 634. induſtriæ. 578. quæ magnifica contigerint. 737

Cato, pro viro ſancto & egregio. 233. a

Caucaſii montes. 285. a

Cauſea, quid? 432. b

Cejorum venenum publicum. 180, 181

Celeres, milites, Velitibus antiquiores. 154. a

Cella, pro capella, ſive ſacello. 14. b

Cellæ ſerviles, quæ? 636 a

Celtæ, unde Celtiberi dicti. 260. b

Celtiberi, populus Hiſpaniæ Tarraconenſis. 183. b. unde ſic dicti. 364. a

Cenina, oppidum. 243. a

Cenſores primi qui? 214. a. animorum etiam affectus damnabant. 221. b

Cenſoria nota duplex in Equites. 192. b

Cenſoria ſeveritate notati, ad cenſuram poſtea pervenientes. 223

Cenſorium ſupercilium, pro rigiditate cenſoria. 214. a. b

Cenſorum erat, cenſum facere & luſtrum condere. 242. b

Cenſum facere, quid? 342. a

Cenſuræ initium. 214. a

Centobrica Celtiberorum in Hiſpania urbs. 423. b. πολυώνυμος. ibid. & 424. a

Centumvirale judicium, haſta, quid? 644. a, b. unde dicta? ibid. 648. a

Centuriæ pop. Rom. tres. 43. a. unde ſingula dictæ, & à quo inſtitutæ. ibid. & 343. b

Centuriare, quid? 248. b

Ceos, Chios & Cos, inſulæ diverſæ. 180. b

Cephalenia, inſula. 127. a

Ceremonia, quid; & unde dicta? 3. a, b ſtata & ſolennes, quæ? 5. a

Cereri ſacra à ſolis matronis fiebant. 8. b & 22. a. ejus templum ubi fuerit. 9. a

Ceres Σιρις, qui Nilus. 41. b

Chalcis urbs. 116. b

Chaldæi, pro Aſſyriis, vel Babyloniis. 41. a. cuncta fata ex cæli commentitiis ſignis eruebant. ibid.

Χάος, tenebræ. 271. b

Chariſtia ſacra. 136. quando celebrarentur. ibid. a

Charundæ Thurii juſtitiæ exemplum. 558

Χειρὰς, tumor pedum. 353. b

Chilones & Cilones qui, & unde dicti? 803. b

Chiomaræ, Oriagontis reguli, pudicitiæ cultæ exemplum. 519, 520

Choragia, inſtrumenta ſcenarum. 167. b

Chroma, quid? 82. b

Digitized by Google

Chryſippi Tarſenſis induſtria exemplum. 691. & a,b
C. Cicereji candidati vericundia exemplum. 389
M. Tullii Ciceronis auſpicii capti exemplum. 45, 46. *ſomnium.* 84, 85. & 84. a. *bis Roma pulſus.* 84. b. *juſſu Antonii occiſus.* ibid. & 45. a,b. 454. a. *ejus & A. Gabinii reconciliationis exemplum.* 360. & a, b. *Teſtimonii irriti in P. Clodium.* 672, 673. *pronuntiationis & apti corporis motus.* 703. & a,b
Cicuta, herba venenoſa. 180.a
Cimbri & Cimmerii, populi, unde ſic dicti? 183. a,b. 230. b. *eorum & Celtiberorum mos in adeundis prœliis.* 183, 184
Cimonis Athenienſis pietatis in parentem exemplum. 437. & a, b. *mutationis morum.* 583. & a,b. *ejus res geſtæ.* 583.a
Ciniflones, qui? 135.b
Cinninenſis populi graviter dicti exemplum. 548
Cinninia, urbs. 548.b
Circi tres Romæ fuêre, & qui. 82.a,b
Civem Romanum virgis cædi, vel capite puniri leges non permittebant. 204.b
Cives Romani, Latini, & Italici, ut differant? 522.b
Civilis ſanguis, pro *tota ſubſtantia civium obæratorum.* 411.a
Civium è Græcia liberatorum gratitudinis exemplum. 440. & a
Civium Romanorum pietatis erga patriam exemplum. 488. & a,b
Claſtidium, urbs Galliæ Ciſalpinæ. 14.a
Claudiæ, Ap. Cæci F. publicis judiciis damnatæ exemplum. 662. & a,b
Claudiæ virginis Veſtalis pietatis in parentem exemplum. 470, 471. & b
Ap. Claudii Procoſſ. mors oraculo prædicta. 115
C. Claudii Neronis Coſ. animi moderationis exemplum. 341. & a,b. 342
M. Claudi Marcelli prodigii exemplum. 67. *animi moderationis.* 338, & a,b. & ſeqq. *primus Annibalem vicit, & Syracuſas expugnavit.* 339. a,b. *ejus humanitatis & clementiæ exemplum.* 423. & a,b. *pudicitiæ.* 514. & a,b
P. Claudii Pulchri, & L. Iun. Pulli Coſſ. auſpicii capti exemplum. 44
P. Claudii Pulchri judiciis publicis abſoluti exemplum. 655. & b
T. Claudius Centumalus privatis judiciis damnatus. 665
Cleanthis induſtriæ exemplum. 691
Clearchi, Spartanorum ducis, diſciplinæ militaris obſervatæ exemplum. 205
Clementia, quid? 417.a
Cleobis & Bitonis pietatis in matrem exemplum. 474. & b
Clodii, Æſopi Tragœdi F. luxuriæ exemplum. 743. & a
P. Clodii & Fulviæ degenerum exemplum. 296. & b. 297. *luxurioſum judicium.* 747. & b. 748
P. Clodii Pulchri, & L. Cornelii Lentuli reconciliationis exemplum. 361. & a. *inceſti crimine accuſatus.* ibid.
Clœliæ virginis Fortitudinis exemplum. 242. & b. 243
Clœlii duo, T. F. Tarracinenſes publicis judiciis abſoluti. 660, 661
C. Cluilius Albanorum Rex. 538. b. *in ejus demortui locum Metius Suffetius dictator ſubſtitutus.* ibid.
Clytus, ſenex ab Alexandro Magno haſta trajectus. 774. b. 775. a
Codri, regis Athenienſium, pietatis erga patriam exemplum. 489. & a,b
Cœla, ſinus Euboïcus. 116.a
L. Cœlius Antipater Rom. Hiſtor. ſcriptor. 86.b
Cœnarum tria genera. 576.b
Cognatio, pro *collegio judicum.* 662 .a
Cognatorum in veneficas ſeveritas. 540
Cohors. 191. b. *Græcis* σπεῖρα. ibid.
Cohum, Poëtis cœlum. 271.a
Collegii tribunorum plebis juſtitiæ exemplum. 554, 555
Colonia, quid? 831.a
Comæ, Cleonis fugitivorum ducis fratris, mortis non vulgaris exemplū. 815, 816
Cominii trib. pl. pudicitiæ cultæ exemplum. 517
Comitia ædilitia, prætoria, tribunitia, conſularia. 11. b. *centuriata.* 333. a,b
Comitium, quid? 11.b
Commeatus, quid? 773.a
Commercium, propriè quid? 517.a
Commilitium, quid? 776.a
Comperendinatio & ampliata cauſa ut differant? 660.a,b

Concubia & intempeſta nox. 50.a
Conjugalis concordia apud antiquos. 135
Conſanguinitas verecunda antiquorum. 135,136
Confeſſus, quid? 166.b
Q. Conſidii eq. Rom. liberalitatis exemplum. 410
Conſualia, ludi, à quo inſtituta. 157.b. 158 a. quomodo celebrata. ibid.
Conſularis majeſtatis exemplum. 142
Conſules initio Prætores dicti. 60.a. primi in urbe Roma creati qui? 332.a. coi xxiv. lictores præcedebant. 142.b
Contribia, Civitas. 199.a
Convivia triumphantium. 211
Corbis, quid? 63.b
Corbitare, quid? 297.b
Coriolanus Urbem obſidet. 105.b. precibus maternis motus, ab obſidione deſiſtit. 106.a,b
Cornelia Gracchorum. 378.b. ei ſtatua erecta. ibid.
A. Cornelii Coſſi Fortitudinis exemplum. 243,244
Cornelius Gallus inter uſum Veneris mortuus. 815
C. Cornelii Hiſpalli, præt. peregrinæ religionis rejectæ exemplum. 41
L. Cornelii Lentuli Lupi mutationis fortunæ exemplum. 577. & a,b
L. Cornelii Merulæ mortis non vulgaris exemplum. 813. & b
Cn. Cornelii Scipionis Aſinæ mutationis fortunæ exemplum. 577. unde Aſina dictus. 559.b
Cn. Cornelii Scipionis paupertatis laudatæ exemplum. 385
L. Cornelii Scipionis Coſ. Humanitatis & clementiæ exemplum. 421
L. Cornelii Sullæ, ſimulatæ religionis exemplum. 37. primus Dictaturam invaſit, & tabulam proſcriptorum propoſuit. ibid. b. ejus juſtitiæ exemplum. 556. mutationis morum. 573. & b. 574. repulſæ. 634. crudelitatis. 754. & a. & ſeqq. odii. 773. & a,b. quo morbo mortuus. ibid.
Cornicularius, quis? 517.b
Corona civica. 468.b. militares multifariæ. 267.a. Laurea triumphantium. 300.a. myrtea, ovantium. ibid. querna, ejuſque uſus, 213.b. Vallaris è gramine, reliquarumque coronarum militarium deſcriptio & uſus. 110.a,b
Coronis unguento delibutis uſi veteres adverſus ebrietatem. 175.a
Corſi, populi. 536.b
Corſica, inſula, 11.b.812.b
Cortina Delphica, quid? 115.b
C. Coſconii Callidiani judiciis publicis abſoluti exemplum. 657
Q. Cotii Achillis Fortitudinis exemplum. 260
Cotys, Thracum regis, Fiduciæ ſui exemplum. 317. & b. 318. & a
Crano, urbs Theſſaliæ. 121.b
Crœſi Lydorum regis ſomnium. 91. & ſeqq. ut & 91. b. ejus filii muti pietatis in patrem exemplum. 477. & a,b
L. Craſſi in M. Marcellum teſtimonii irriti exemplum. 671
M. Craſſi, & Q. Hortenſii avaritiæ exemplum. 68.b.69.a.777
P. Craſſi Muciani induſtriæ exemplum. 680. & a
Crepidæ, genus calceamenti. 298.b
Crepido, quid? 377.b
Crepundia, quæ? 588.a
Creta, inſula, hodie Candia dicta. 126.b
Cretenſium ſapienter facti exemplum. 607. à Q. Metello obſeſſorum, neceſſitatis exemplum. 641
T. Q. Criſpini humanitatis & clementiæ exemplum. 421.b. 422 a
Critias tyrannus Athenienſis à Thraſibulo interemtus. 274.b
Croto, urbs Brutiorum. 127.a
Cteſias, antiquiſſimus Hiſtoriarum ſcriptor. 720.a,b
MV. Curii Dentati Coſ. abſtinentiæ & continentiæ exemplum. 367. & a,b. ſeveritatis exemplum. 537,538
Culeus, quid? 19.b
Cumæ, civitas. 400.b
Cumanus & Cumeus. 400.b
Cuneus, quid? 820.a
Cuniculi, ſubterranei meatus. 565.b
Cures, civitas Sabinorum. 171.a
Curetes, populi. 158. b. eorum ſaltatio armiſona. 159.b
Curiæ duplices, & quæ. 257.a
M. Curtii eq. Rom. pietatis erga patriam exemplum. 483. & b. 484
Cybele mater Deûm. 10. πολυώνυμος. ibid.

ibid. ejus ludi Megaleſia dicta. 646.a,b
Cyclades, inſulæ, unde ſic dictæ, earumque ſitus. 365.a
Cydnus fluvius. 330.a
Cynegiri virtus & fortitudo. 261.b
Cypriorum luxuria. 753
Cyprus inſula, unde dicta. 51.b
Cyrenaïci ab Ariſtippo primò deſcenderunt. 700.b
Cyri duo, ſuperior & inferior. 94
Cyri Perſarum regis ſomnium. 93, 94. Sardes expugnat. 477. b. induſtriæ exemplum. 694

D.

D. pro P. antiquis. 112.a
D. Damaſthes, Hiſtoriographus. 721. a,b
Damnatorum corpora an jure civili ſepeliantur. 204.b
Damonis cum Pythica amicitiæ vinculum. 406. & a,b
Danthonis cujuſdam ſenectus memorabilis. 721
Daphidæ Sophiſtæ mors oraculo prædicta. 121. Homerum mendacii accuſavit. ibid. b. 476. b. gratitudinis exemplum. 442. crudelitatis. 764. à Scythis fugatus. 476.b
Dea Murcia, unde ſic dicta? 537.b. Victoria. 32.a. præpes & alata fingitur. ibid. a,b. ejus ſimulacrum. ibid. a. Viriplacæ ſacellum. 135.b
C. Deciani judiciis publicis damnati exemplum. 661
Decii tres, qui ſe pro Republ. devovêre. 585.b
P. Decii, & T. Manlii Coſſ. ſomnium. 79. & ſeqq. ut & 79. b. 80. a,b
P. Decii P. F. Coſ. pietatis erga patriam exemplum. 486. & a,b
P. Decii Q. F. Coſ. pietatis erga patriam exemplum. 485. & b
Defunctum, pro effœtum. 138.a
Dejectus, pro eliſus. 241.b
Dejotari regis auſpicii capti exemplum. 46
Delectûs modus. 152.b. in Capitolio fiebat. ibid.
Delphici Oraculi deſcriptio. 59.a. reſponſum de Albani Lacus inundatione. 58.b
Delphis Apollinis oraculum celeberrimum. 25.b
Delus inſula, patria Apollinis & Dianæ. 35.a
Demadis Athenienſis ſapienter dicti exemplum. 604.a
Δημαρχία apud Athenienſes quid? 328.b
Democriti Abderitæ induſtriæ exemplum. 687
Demoſthenes, humili loco natus, clarus evaſit. 294. & a, b. orator omnium maximus. ibid. ejus vafre dicti exemplum. 618. induſtriæ. 681. & a, b. pronuntiationis & apti motus corporis. 703, 704
Denarius, quid; ejuſque æſtimatio. 304.a
Deois Proſerpina unde ſic dicta. 31.a. in ejus raptus honorem Theſmophoria maximo cum luctu menſe Pyanepſide habebantur. ibid.
Deorum Manium expiandorum mos primum à Numa inſtitutus. 81.a,b
Deorum Penatium templum. 112.a
Deſpicere, pro contemnere. 704.b
Devovendi ritus. 80,a.b. 81. a,b
Diadema, quid? 427.a. Romanis inviſum. 527.a
Diagoras philoſophus ἄθεος. 35. a. ejus de nuncupandis votis ſententia. ibid.
Dianæ Epheſiæ templum quando conflagratum. 328. a,b. ea nocte natus Alexander Magnus. ibid.
Dictamnus, planta. 126.b
Dictator unde dictus, ejuſque officium. 249.a
Dies apud Romanos diviſio. 50.a
Diepetenes, filiæ Mithridatis, duplex ordo dentium. 124,125
Dies Faſti, Solidi, Inciſi, qui? 232.b
Dii certi, qui? 14.b. 15.a. Hoſpitales. 762.b. 763.a. Penates Alba Lavinium ſua ſponte regreſſi. 112,113
Dijudicare, quid? 806.a
Diphili Tragœdi libere facti exemplum. 529
Diogenis Cynici continentiæ & abſtinentiæ exemplum. 377
Diomedontis Athenienſium ducis obſervatæ religionis exemplum. 36
Dionis Syracuſani Conſtantiæ exemplum. 329. animi moderationis. 351. & a,b. 352
Dionyſii majoris Siculorum, neglectæ religionis exemplum. 31,32. de ejus vita &

ta & morte opiniones. 32.b.33.a
Dionyſii Siciliæ tyranni cupiditatis vitæ exemplum. 824,& a,b.825
Dionyſii Syracuſani mutationis fortunæ exemplum. 586.& a
Diribere, quid? 814.a,b
Diribitores, qui? ibid.
Dirum, pro *execrabile.* 52.a
Dis pater Jupiter Stygius, *dictus.* 163.a
Diſceptator, quis? 228.a
Diſcernere, quid? 390.b
Diſcerniculum, quid? ibid.
Diſtringere, pro *minari*, vel *exercere.* 192.b
Diverticulum, quid? 745,& a,b
Divinis operam dare, quid? 6.a
Docti errores, qui? 293.b
Documenta, pro *exemplis & monumentis.* 1.b
Dodona, *Epiri oppidum.* 740.a. *Jovi conſecratum.* ibid.
Domeſticis ſacris olim filii natu majores præficiebantur. 193.b
Cn. Domitii & L. Craſſi cenſ. luxuriæ exemplum. 745
Cn. Domitius Ahenobarbus, & Hiarbas Numidiæ rex à Pompeio occiſi. 427.b
L. Domitii Ahenobarbi, præt. ſeveritatis exemplum. 538. *juſtitiæ.* 555. *perfidiæ.* 784
Ducum ex agris ad Magiſtratum acceſſitorum paupertas laudata. 381.& a
Duellorum victores, T. Manlius Torquatus, M. Valer. Corvinus, & P. Scipio Æmilianus. 245.& a,b.246
C. Duilii licentiæ cultus exemplum. 299. & a.b. & 300
Duramentum, pro *ſtabilimento.* 199.a

E.

Eclipſeos cauſa. 106.b
Egnatii Metelli ſeveritatis exemplum. 540.& a
Εἰρόδιον, quid? 162.b
Elea, oppidum majoris Aſiæ. 250.b
Elea, Peloponneſi regiuncula. 280.b
Elementa, pro *principiis.* 129.a
Elenchi, qui? 437.a
Elyſius campus. 182.a. *unde ſic vocetur.* ibid.
En Manlianum imperium, *quo ſenſu?* 193.b
Enna oppidulum Siciliæ. 9.b. *in ea Cereris ædes.* 10.a
Enormis & Liquis *ſummitatem metiundi obſervationes.* 241.a
Epaminonda Thebani Fortitudinis exemplum. 273. *Fiducia ſui.* 316. & a,b
Ephialtis Athenienſis Conſtantiæ exemplum. 328,329
Ephori, eorum creatio & munus. 356.a.b
Epicurus in qua voluptate ſummum bonum conſtituerit. 126.a
Epidamnus colonia & oppidum. 54.b. *à Romanis* Dyrrachium *appellatum.* 55.a
Epidauri urbes, tres in Europa, earumque deſcriptio. 101.b. & ſeqq.
Epimenidis Cnoſii ſenectus memorabilis. 720. & b
Epiorum, gentis Ætolæ, ſenectus memorabilis. 721. & a
Epirus, Europæ regio. 364.b
Epitome de Nominum ratione, ut & cognominibus, agnominibus, eorumque origine. 835. & ſeqq.
Epulæ ſeu convivia antiquorum. 131
Equiſonis Darii regis vaſiè facti exemplum. 616
Equites pedarii, qui? 139.b
L. Equitii Firmani mentitæ familiæ exemplum. 830.a
Equitis cujuſdam cupiditatis gloriæ exemplum. 724
Equitum diviſio in turmas. 198.b
Equites Rom. à Cenſoribus notati equum vendere cogebantur. 220.a,b
Equitum Rom. Fortitudinis exemplum in prælio ad Verruginem. 247,248. *eorundem in prælio contra Samnites.* 249. *probatio.* 149.150
Equuleus tormenti genus, ejus deſcriptio & uſus. 281.a,b.565.a
Equus, mons. 122.a
Equus Nealcis; opus rarum. 710. & a,b
Eretum, oppidum. 164.a
Erophili Medici æquarii mentitæ familiæ exemplum. 831
Erus Pamphilius poſt decimum diem reviviſcens. 118.119
Et facere, & pati fortia Romanum eſt. 278.a
Etruſcorum crudelitatis exemplum. 765. & b. 766
Euclidi in Geometria ceſſit Plato. 711,712

Eumenes Pergamenorum Rex. 140.a. *ejus res geſtæ.* 411.b
Euna, urbs. 815.b
Eunus Syrus bellum ſervile ſuſcitat. 190.a. *ejus ſumma aſtutia.* ibid.
Euphranor, pictor & fictor præſtantiſſimus. 709.a
Euripides, humili loco natus, clarus evaſit. 294. *ejus Fiduciæ ſui exemplum.* 312, 313. *è quibus parentibus natus.* 312.b. 313 a. *ejus opera.* ibid. *mortis non vulgaris exemplum.* 817. & b. 818
Exanimus & exanimatus *ut differant?* 812.a
Execrari, quid? 259.b
Execrationis & jurisjurandi ritus apud Barbaras nationes. 807.a
Exercitus Rom. iræ exemplum. 770. & a, b. *temeritatis.* 792
Exigere, pro expellere. 287.a
Exodiarius, poëta Atellanarum. 162.a
E'ξόδιον, *quid?* 192.b
Extemplo, adverb. augurale, unde ſic dictum. 117.a
Extrahere & eximere diem, quid? 232. a,b

F.

F. *pro* H. *poſitum.* 551.b
Fabia gens antiquiſſima. 17.b. *ejus ortus & familiæ.* ibid. & 142. b. *ſola adverſus Vejentes ſuis opibus bellum ſuſcepit.* 808.b. *ejus ſtrages.* ib. & 809.a
C. Fabii Dorſonis obſervatæ religionis exemplum. 17, 18
C. Fabii Pictoris cupiditatis gloriæ exemplum. 724,725
M. Fabii Vibulani Coſ. benevolentiæ fraternæ exemplum. 479. & b. 480
Q. Fabius, Allobrogici F. à præclaris parentibus degeneravit. 296. & a
Q. Fabii Dict. & C. Flaminii obſervatæ religionis exemplum. 12
Q. Fabii Gurgitis, Cn. Fabiorum Pictorum, & Q. Ogulnii, legatorum Rom. abſtinentiæ & continentiæ exempla. 370. & b. 371
Q. Fabii Labeonis vafre facti exemplum. 611
Q. Fabii Max. Allobrogici mutationis morum exemplum. 572. & b
Q. Fabii Max. Rulliani animi moderationis exemplum. 337. & a. *amoris in filium.* 493. & a, b
Q. Fabii Max. Serviliani Procoſ. diſciplinæ militaris obſervatæ exemplum. 199. *pudicitia culta.* 513.
Q. Fabii Maximi Verrucoſi dict. liberalitatis exemplum. 409. *Conſtantiæ.* 320. & a,b. 321. *vafre facti.* 613. & a,b. & ſeqq. *ſenectus memorabilis.* 714. & b
C. Fabricii cenſoriæ ſeveritatis exemplum in P. Rufinum. 217.218
C. Fabricii Luſcini Coſ. abſtinentiæ & continentiæ exemplum. 368. *ejus & Q. Æmilii Papi paupertas laudata.* 380
Faliſci populi. 551.b
Faſces. 332.a. *ex qua arbore fierent.* ibid. *initio* XXIV. *poſtea* XII. *declinandæ invidiæ gratia, Conſulibus præferebantur.* ibid. *natu quis eos major Conſulum habebat.* 333.a
Faſciæ, quæ? 339.a
Faſti & nefaſti dies. 170.b
Faſti libri qui, unde ſic dicti? 170. b. 610.a. 379.a
M. Favonii libere dicti exemplum. 527. & a
Febris Deæ ſacella in Urbe. 173
Feciales, qui? 560.b
Feretrum, quid? 243.b
Feriæ publicæ & privatæ. 150. b. 172. a,b. *ut & hæ diverſæ.* ibid.
Ferreæ ſententiæ, pro *rigidæ & immutabiles.* 417.a
Feſcennini. 158.b
Feſta Ariſtoteleia. 492.a,b
Fidenæ, urbs. 244.a.623.b
Fides *Ædem in Capitolio habuit.* 255.b. 256.a. *unde* Cana *dicta.* 256.a
Fides, chorda in quovis inſtrumento. 690.a
Fidicen, quis? 299.a
Fidiculæ, nervi. 281.b.283.b
Filia matrem in carcere mamma nutriens. 471. & b
C. Fimbriæ trib. pl. improbè dicti & ſceleratè facti exemplum. 802
L. Fimbriæ ſapienter facti exemplum. 594
Flamines qui, & unde dicti? 10. b. *à quo creabantur.* ibid. b. Στεφανηφόροι *Græcis.* ibid.
Flaminium, quid, & unde dictum? 12.a
C. Flaminii Coſ. prodigii exemplum. 63, 64. *pietatis in parentem.* 470

Flamma, *lux ignis*. 56.a
Cn. Flavius jus civile cum Faſtis promulgavit. 170. & a
Q. Flavii auguris judiciis publicis abſoluti exemplum. 657. & a
Forenſia ſtipendia. 679.b
Fortuna Equeſtris templum. 27.b. *Virilis*. 106.b. *ejus ſimulachrum quomodo veſtitum*. ibid. *Fortis*. 106.b. *à quibus colebatur*. 107.a. *Mammoſæ*. 107.a. *Plebeiæ*. 107.a. *Tarpejæ*. 107.a. *Reducis*. 107.a. *Muliebris verba audita*. 105, 106. *ejus templum à quo dedicatum*. 106.b
Forum Boarium ubi ſitum. 62.b. *unde ſic nominatum*. ibid.
Forum, pro *civibus*. 747.b
Frangere diem, *quid?* 232.a
Fratris Pompeii Rhegini rati teſtamenti exemplum. 649
Fratrum duorum Hiſpanorum ſceleratè facti exemplum. 805.b.806
Fregella, *civitas*. 210.a
Frugalis antiquorum victus. 172
Fugientes ex acie apud Athenienſes capite puniebantur. 605.a
Fulgor ex objectione flammarum in tabulas æneas excæcat. 34.b
A. Fulvii ſeveritatis adverſus filium exemplum. 500
Cn. Fulvius Flaccus triumphum ſpernens. 209. *Vardæos in Illyrico ſubegit*. ibid.a
M. Fulvii Flacci Coſ. ſuperbiæ exemplum. 779
Q. Fulvii Flacci Cenſ. diſciplinæ militaris obſervatæ exemplum. 191. *neglectæ religionis*. 26, 27. *Conſtantiæ*. 319. *moderationis patriæ erga ſuſpectum filium*. 502. *ejus res geſtæ*. ibid.a,b. *ei*, *ut & L. Opimio*, *cur negatus triumphus*. 209, 210
Funditores, *milites viliſſimi*. 198.b
Funus, *unde dictum*. 227.a,b
Furcæ triplicis generis fuêre, *earum differentia*, *deſcriptio & uſus*. 82.b
Furciferi unde ſic dicti. 82.b
Furculæ Caudinæ. 433.a.607.b
Furii Bibaculi præt. obſervatæ religionis exemplum. 15
M. Furii Camilli Dictatori ominis accepti exemplum. 48. *animi moderationis*. 334. & a,b. 335. & a. *ſecundus Romanæ urbis conditor dictus*. 335.a
P. Furii Phili Coſ. Fiduciæ ſui exemplum. 308
Furio & Caſellio in jure Prædiatorio à Q. Scævola conceſſum eſt. 711. & a
Furioſo & inſano teſtari non licitū, 647.a
Furius Brocchus in adulterio deprehenſus. 518
Furvæ hoſtiæ, *pro nigris*. 165.a
Diis inferis immolabantur. ibid.

G.

GAbii, *Latii urbs*. 625.a,b
A. Gabinii judiciis publicis abſoluti exemplum. 654. & b. 655
Gabinus ritus, *quis*, *& unde ſic dictus*. 16.b
Galea ex pellibus fiebat. 111.a. *ejus forma & uſus*. ibid. a,b. & 265.a,b
Galli, *ſacerdotes Cybeles*, *magnæ matris*, *caſtrati*. 646.b
Gallia olim fuit in tres partes diviſa. 182. b. 183. a
Gallorum mos in mutuo dando. 182
Gaurus ſpado. 763.a
Gaza, *vox Perſica*, *Latinis* divitias *denotat*. 77.a
Gela fluvius, *& oppidum*. 760.b
Gelenſes, *fl*. 415.b
L. Gellii Poplicolæ moderationis patriæ exemplum erga ſuſpectum filium. 501. & a
Gemelli, *viatoris tribunicii*, *libidinis & luxuriæ exempl*. 748, 749
M. Genucii Cipi, *præt. pietatis erga patriam exemplum*. 484
Genucia, *Liguriæ urbs*. 65.b
Genubus religio ineſt. 547.b
Γεισσοῖα, *ſenaculum*. 147.a
Gilliæ Agrigentini, *liberalitatis exemplum erga concives ſuos*. 414. & ſeqq.
Gladiatorum origo. 168.b. Buſtuarii *dicti*, *& unde*. ibid.
Globus, *pro multitudine conglobata*. 255.a
Gnidos, *urbs*; *in ea Veneris templum*. 768.b
Gobriæ Perſæ Fortitudinis exemplum 269. 270.
Gorgias Epirota matre mortua natus. 120
Gorgiæ Leontini ſenectus memorabilis. 718. & a,b. *ei quæ magnifica contigerint*. 739
C. Gracchi pronuntiationis & apti motus corporis exemplum. 701. & b. 702

C. Gracchus (Tib. frater) à L. Opimio occiſus; & cur. 86.a,b
Ti. Gracchi & Coſſ. obſervatæ religionis exemplum. 11. auſpicii capti. 43. fuit homo ſeditioſus. 43.b. ejus prodigii exemplum. 66. fuit à Scipione Naſica interemptus; & cur. 85.b. 86.a. ejus amoris conjugalis exemplum. 392. & a. cum C. Bloſio amicitiæ vinculum 400. juſtitiæ exemplum.
Græcia Major. 684.b
Græcorum linguæ quinque, & quæ? 680.b
Gramen Marti ſacrum. 110.a
Granditas, pro gravitate verborum. 2.b
Gratulari, cum ad Deos refertur, quid ſignificet? 6.b
Gregales milites. 191.a,b
Grex, & armentum, ut differant? 367.a
Gyarus & Mycone, inſulæ. 365.a
Gygis, Lydorum regis, felicitatis exemplum. 591
Gymnaſium, quid? 298.a. 764.a
Gymnicum ſpectaculum. 740.b
Gymnoſophiſtæ, philoſophi, cur nudi viverent. 123.a,b. 284.a,b. unde ſic dicti. 285.a

H.

HAmmonis fons. 740.b. unde dictus. ibid.
Hannonis Pœni ſapienter facti exemplum. 605.a,b. 606
Harmodii & Ariſtogitonis Majeſtatis exemplum apud Xerxem regem. 233. & a,b. 234
Harmonia, Punicum origine nomen. 276.b. Martis & Veneris filia credita. ibid.
Harmoniæ, Gelonis Regis filiæ Fortitudinis exemplum. 276
Haſta in auctionibus præfigebatur. 424.b
Haſta, pro ipſa auctione. 156.b
T. Haterius inter uſum Veneris mortuus. 815
Hecatomnus Cariæ rex. 395.b. tres filios habuit, & ii qui? ibid.
Hegeſiæ Cyrenaïci Eloquentiæ vis. 700. & b
Helicon, mons. 77.b
Hellebori duæ ſpecies. 688.a,b
Helviæ Manciæ Formiani liberè dicti exemplum. 527. & a. & ſeqq.
Hercules Tyriis cultus, Μέλκαρθος dictus. 96.a
Herculi quomodo ſacrificabatur. 23. b. 24.a. ejus ſacris nec mulieribus, nec ſervis, nec libertis intereſſe licebat. ibid. a,b
Herennii Pontii Samnitis ſapienter dicti & facti exemplum. 606,607
Herennii Siculi mortis non vulgaris exemplum. 813. & b
Heroſtrati ſacrilega gloriæ aviditas. 728. & a,b
Hetruriæ populi duodecim fuere. 8.a
Hetruriæ tria capita, & quæ? 751.b
Hetruria genitrix & mater ſuperſtitionum. 22.a,b
Hetruſci omnis divini cultus ſtudioſiſſimi fuerunt. 6.a
Hieronis Siciliæ, & Maſſaniſſæ Numidiæ regum, ſenectus memorabilis. 717. & a,b
Hieronis, regis Syracuſanorum, liberalitatis exemplum erga Romanos. 413. & b. 414. & a
Himeræaæ mulieris ſomnium de Dionyſio. 94,95
Hipponis, fœminæ Græcæ pudicitiæ cultæ exemplum. 519
Hipſicrateæ Mithridatis regis amoris conjugalis exemplum. 396
Hiſpanorum, duorum fratrum, pietatis in parentes exemplum. 473,474
Hiſtriones qui, & unde ſic dicti. 23.b. 160.a. legibus infames. ibid.
Homeri mortis non vulgaris exemplum. 817. & a,b
Homicidia expiandi mos à Græcis ſumptus. 93.b
Homæomeria. 826. a. ut fiat ſecundum Phyſicos. ibid.b.
M. Horatii Coclitis Fortitudinis exemplum. 241. & a,b
M. Horatii Pulvilli Coſ. obitum filii ſui forti animo ferentis. 504. & a. dedicavit Jovi templum. ibid.
M. Horatii Tergemini ſeveritatis exemplum. 538. & b. 539. judiciis publicis abſoluti. 652.653
Horologiorum inventores qui? 45.b
Hortenſia, Q. F. cauſſam apud Magiſtratum egit. 669
M. Hortenſius Corbio à præclaris parentibus

Digitized by Google

bus degeneravit. 297. *unde* Corbio *dictus.* ibid.b

Q. Hortenſii oratoris erga ſuſpectum filium moderationis patriæ exemplum. 501. a,b. 502. *pronuntiationis & apti motus corporis.* 702

*Hoſtia unde dicta.*67.b.*quando immolabatur.*ib.& 148.b. *ut differat à victima.* ibid. *earum variæ ſpecies & uſus.*ibid.

Hoſtilia curia à quo condita. 780.a

C. Hoſtilii Mancini Coſ. pro digii exemplum. 64,65

Hoſtire, quid? 148.b

Hybreæ oratoris ſimilitudo formæ cum ſervo Cymæorum publico. 829

Hymettus mons Atticæ regionis. 77.a,b

Hypſiphyle regina Lemni. 397.b

I.

Iambus unde dictus. 452.b

Ianiculus mons urbi ab Anco additus. 16.b. *nunc* Mons aureus *dictus à flavis arenis.* ibid.

Iaſon Phæreus vomica liberatus. 120

Iaſon Theſſalorum rex. 799.b

Ibrida, *non* Hybrida *ſcribendum; & quid* Ibrida. 675.b.676.a

Illyrici regionis ſitus & termini. 27. b. 54.b

Imagines majorum ſuorum veteres in atriis collocabant. 499.a,b

*Imperatores, partâ victoriâ, milites pro concione laudare ac gratias agere ſolebant.*267.a,b. *nonnunquam varia dona adjungere; & qualia.* ibid.

Impetritum, quid? 7.a,b

Impotentia, quid? 773.b

Immunes, qui? 413.a

Inaures, earumque uſus perantiquus. 437.a

Indarum fœminarum fidus amor erga maritos. 184. & b. 185

Indorum Patientiæ exempla. 284. & a,b. 285. *ſenectus memorabilis.* 720

Induſtrioſus & *induſtrioſe.* 288.a,b

Infractum, pro *valde fractum.* 398.b

Inſulæ, inſignia miſericordiæ. 408. b. *ornatus ſacerdotalis.* 467.b

Inſignia ingenuitatis, quæ. 488.b

Inſignia, ornamenta Conſularia.. 84. b. *eorum origo.* ibid. *diverſa paululum veteri & nova Republica.* 85.a

Inſtita, quid? 133.b

Inſtitores, qui? 188.b

Inſtringere, quid? 219.a

Intercatia Hiſpaniæ urbs. 246.a

Inultos & inſepultos C. annos errare credidère antiqui 97.b

Iones unde oriundi? 174.a

Iovis epulæ in Capitolio more annuo & ſolenni celebrabantur. 360. a. *Olympii templum, ubi.* 31. a,b. *ejus varia cognomina.* ibid.b. *Piſtoris ara.* 626.a

Ioſephus an ſub nomine Oſiridis & Seraſpidis ab Ægyptiis cultus. 42.b

Iphigeniæ fabula. 709.b

Ira & odium ut differant? 767.a

Iram Deorum explorandi, vel per exta, vel per ſortes, ritus veteres. 6.b

Iſiaci ſacerdotes mendicantes. 614.b

Iſis & Ceres eadem. 41.b

Iſocratis Athenienſis induſtriæ exemplum. 690. & a,b

Iſthmicum ſpectaculum. 412.b

Iſthmos. ibid.

Ita vivam dabo, *juramenti formula.* 822.b

T. Iubellii Campani Fortitudinis exemplum. 268,269

Iudicia publica, quæ? 360.b

Iuglans, nux; unde ſic dicta. 825.a

Iugum, quid; & quomodo fiat. 433. b. pro *copula viri & uxoris.* 135.b

Iulia C. F. Cn. Magni amoris conjugalis exemplum. 394

Iulius Cæſar poſt mortem conſecratus. 3.a.*prodigii exemplum.*72.& ſeqq.*poſt mortem viſus.* 113,114. *ejus Fortitudinis exemplum.*257,258. *verecundiæ,* 390. *humanitatis & clementiæ.* 427. *mutationis fortunæ.* 580.& b. 581

Iulis, oppidum. 181.a

L. Iunii Bruti Coſ. pietatis erga patriam exemplum. 483. & a,b.*ſeveritatis adverſus filios.* 497. & a,b. 498. *vafre facti.* 609, & a,b

M. Iunii Bruti, procoſ. graviter dicti exemplum. 548.& a

L. Iunii Damaſippi præt. crudelitatis exemplum. 758. & b. 759

Iuno Lacinia unde dicta. 27.a. *ejus templum ubi fuerit, variæ opiniones.* ibid. a,b

*Iunonis Monetæ verba audita.*104.& a,b.

ejus templum. ibid. unde ſic dicta. 104.b. 105.a. 533.b
Juno ut plurimum cum Luna confunditur. 27.a. πολυώνυμος. ibid.
Jupiter Deorum hoſpitalium princeps. 422.b
Jupiter Feretrius, unde ſic dictus. 243.a,b
Jurgium & lis ut differant? 140.a
Jusjurandum apud Romanos inviolatè ſanćteque habitum. 222.a
Juturna lacus, ejuſque ſitus. 100.a,b
Juventii cujuſdam teſtamenti reſciſſi exemplum. 647
M'. Juventii Thalnæ Coſ. mortis non vulgaris exemplum. 812
Juventus olim obſervata exempliſque inſtructa. 138
Juventutis Romanæ gratitudinis exemplum. 438. iræ. 769. & a,b
Juvenum quorundam Græcorum ultionis exemplum. 799

K.

Κακοδαίμων, 87.a
Καταβάλλειν, elidere. 241.b
Καλάπυγος, medius digitus. 148.a
Κοτταβίζειν, quid? 274.b
Κύμβη Græcis quid? 54.b

L.

Labratum, oſculum regium. 546.b
Lacedæmoniorum ſeveritatis exemplum. 541. graviter dicti. 550
Lachmiorum regum duorum ſenectus memorabilis. 721
C. Lælii cum Scipione amicitiæ vinculum. 405
L. Lamias ſuper regnum locutus. 118
Lampſacum, urbs. 617.b. unde dicta. ibid. a. à quo condita. ibid.
Lanuvium, urbs Latii, ibique Junonis Soſpitæ templum. 64.b. an differat à Lavinio oppido. ibid. & 65.a
Lapidibus, tanquam limitibus deſignabantur militaria apud veteres. 343.b
Lar, ſive Lars, Hetruſca vox, Principem denotans. 163.a
Lar, Laris; & Lar, Lartis. 244.a
Lares focis præerant. 163.a. cur pro Diis culti. ibid. πολυώνυμοι. 163.a
Lariſa, Theſſaliæ civitas. 390.a
Laterna, unde dicta. 565.a
Latii jus. 237.b
Latini & Italici, abſolute ſocii appellantur. 199.b. & 237. a,b
Lavinium oppidum à Trojanis conditum. 112.b
Lauti, qui? 166.a,b
Lautitia, Græcis πολυτέλεια. 166.a,b. vox Valerio familiaris. ibid.
Lectis efferebantur ditiores, tenuis fortunæ feretris. 227.a. 345.b. 346.a
Lectiſternia, unde ſic dicta. 165.a
Lectiſternium, Iovis epulum. 131. a,b. quare & quando inventum. ibid.b
Lectuli Punici. 631.a
Leda, Tyndari uxor. 314.b
Legati Privernatium liberè dicti exemplum. 521. & ſeqq.
Legatorum Rom. conſtantiæ exemplum. 145,146
Legatorum Spartanorum verecundiæ exemplum. 391
Leges duæ de triumpho. 206,207
Legionum agnominatio varia. 259.b
Legitima adulteria, pro divortiis. 132.b
Lelybæum, promontorium Siciliæ. 125.a
Lemnos inſula quot paſſus diſtet à Macedonia. 74.b
Lemures, Larvæ, & Manes ut differant. 81.a,b
Lentiginoſus quis. 95.a
Cn. Lentuli Marcellini Coſ. liberè dicti exemplum. 526. & b. 527
P. Lentuli & Q. Metelli Coſſ. ſimilitudo formæ cum Spinthere & Pamphilo hiſtrionibus. 828
Leonidas Spartanorum rex confligit cum exercitu Xerxis. 75.b. ejus Fortitudinis exemplum. 270,271
Leucas Ambraciæ promontorium. 26.a
Leuctra, oppidum Bœotiæ. 273.b
Lex agraria. 383.a. Cæcilia de repetundis. 577.b. Cornelia. 375.a. Memmia. 310.b. Papia de peregrinis urbe pellendis. 291.a. Perduellionis. 539.a. Scantinia. 514.b. Servilia repetundarum. 657. & a,b. Valeria de creando Magiſtratu. 197.a. 333.b. eadem renovata per Porciam & Semproniam legem. 333.b
Libare, quid? 173.a
Liberi patris ſacra. 43.b. in ejus honorem pudenda virilia celebantur. ibid.a,b

Libitinariorum gratitudinis exemplum. 441,442
Libripendes, qui, Et unde dicti. 208.a
Aſcus nigrum denotat. 11.a
C. Licinius Calvus Stolo, quod in aliis vindicavit, ipſe commiſit. 675. & a
L. Licinii Craſſi procoſ. fiduciæ ſui exemplum. 308. & a,b. *verecundiæ exemplum.* 389,390
Licinii Craſſi Divitis mutationis fortunæ exemplum. 578. & a,b
L. Licinii oratoris Craſſi Juſtitiæ exemplum. 555
M. Licinii Craſſi procoſ. prodigii exemplum. 68 & ſeqq.
P. Licinii Craſſi, Pont. Max. obſervatæ religionis exemplum. 12. *Fortitudinis exemplum.* 250. & a
C. Licinius Hoplomachus, quod in aliis vindicavit, ipſe commiſit. 674
Licinii Macri mortis non vulgaris exemplum. 814. & a
Ligures ubi ſiti. 53.b
Liguria, Italiæ regio. 203.a
Lineamenta, pro ſubtilibus ſculpturis. 315.b
Linter, genus naviculæ. 164.a
Linternum, Campaniæ urbs. 225.b
Lipare, inſula. 34 a. 190.b. 577.b
Litem dare, quid? 208.b. 209.a
Lituus, quid? 116.b. *eo utebantur augures ad deſignanda in aëre ſpatia.* 117.a
Livia, Terentia & Clodia ſenectus memorabilis. 716. & a,b
M. Livii, C. Claudii. Coſſ. ſtratagematis exemplum. 626. & b
C. Livii Druſi induſtriæ exemplum. 679. & a,b
M. Livii Druſi trib. pleb. ſuperbiæ exemplum. 779. & a,b. 780
Livius Salinator *ob legem de vendendo ſale latam à populo damnatus.* 219. b. *ejuſdem ſuffragiis poſtea conſul creatus.* ibid. *erat ex Pollia tribu.* 220.a. *ejus fiduciæ ſui exemplum.* 307. & a,b. *ejus & C. Claudii Neronis conſulum reconciliationis exemplum.* 358. & a, b. 359. *unde* Salinator *dictus.* 358. a. *ejus iræ exemplum.* 767. & a,b. 768
Lixæ qui? 188.b
Locri urbs magnæ Græciæ. 28.a. *ejus populi* Epizephyrii *dicti, à Zephyrio promontorio, orti ab Orontiis.* ibid.
Lorica, quid? 265.b
Lucani unde oriundi. 67.a. *fuêre & hoſpitales & juſti.* ibid. *eorum fines & termini.* ibid.
Lucius Cinna & C. Marius urbe ejecti. 212.a
Lucius Livius Andronicus poëta, quando floruerit. 160.b. *ejus acta.* ib. & 161.a
Lucretia, Sp. F. L. Collatini, pudicitiæ exemplum. 510. & a,b. 511. & a,b
Lucrinus lacus. 742.a,b
Ludi Apollinares. 529.a. *à populo laureato ſpectabantur.* ibid.
Ludi Circenſes iidem ac Romani. 23.a. *quomodo & in cujus honorem celebrarentur.* ibid. Gymnici *etiam dicti.* 83.a,b. *Florales in honorem Deæ Floræ inſtituti.* 232.b. *in iis multa obſcæna committebantur.* ibid. *Gladiatorii.* 87.a,b, 88. a,b. *ii diverſi, & qui?* 153.b. *cui Deo ſacri.* 155,156. *plebeii.* 82.a
Ludorum ſcenicorum origo. 156. *Sacularium.* 156. *primi à Valeſio inſtituti.* 162. & ſeqq.
Ludorum ornamenta & luxus. 166. & ſeqq.
Ludovici Vivis *error.* 164.b
Lumina morientium propinquiores claudebant. 182.a
Lupercalia, à quo inſtituta. 149.a. *cui ſacra, quo die celebrata.* ibid. & 150. a. *eorum ritus & deſcriptio.* ibid.
Lupercorum tria collegia Romæ. 150.a
Luſcinus, ὀλιγόφθαλμος. 217.b
Luſitania, unde dicta incertum. 37. b. *ejus ſitus & fines.* ibid.
Luſtrum condere, quid? 289.a. 342.a
Luſtrum, pro *quinquennio.* 289.a
C. Lutatii Coſ. & Q. Valerii. præt. altercationes de triumpho. 207,208
Q. Lutatii Catuli mutationis morum exemplum. 573. & a. *et quæ magnifica contigerint.* 737. *ejus mortis non vulgaris exemplum.* 813. & a,b
Luxuria quid? 741. a. *avaritiam alit.* 217.b
Lycia, provincia. 184.b
Lyciæ ſortes. 184.b
Lyciorum luctus. 184
Lycurgi Spartiani, ſimulatæ religionis exemplum.

emplum. 38. *ejus leges optimæ & cordatæ.* 174. a,b. *merita de Rep. Lacedæmoniorum.* 456.a. Σωτὴρ *civium ſuorum dictus.* ibid.b
Lydi, populi. 159.a, *ab his Thuſci oriundi.* ibid. b
Lyſimachus leoni objectus ab Alexandro, & cur? 603. b. *eum obtruncat.* ibid. & 774. a,b
Lyſippi plaſtice. 707

M.

MAcedonia, *Europæ regio.* 127.a. *olim fuit* Æmathia *dicta.* 809.b
Macharæ Macedonicæ mulieris, liberè dicti exemplum. 531
Macra, fluvius. 53.b
P. Manii pudicitiæ cultæ exemplum. 513
Magi, qui, & unde dicti? 75.b
Magii Chilonis ſceleratè facti exemplum. 803. b. 804.a
Magiſtratuum auctoritas & obſervantia linguæ Latinæ. 140. *abſtinentia.* 148, 149
Magiſtratus immolabant. 148.b. *Majoribus natu ſacra domeſtica olim tradebantur.* 181. b
Malcha, *Punica linguâ*, Regina. 96. a
Malignum, pro *Exiguo.* 285.b
Malignus virtutum interpres quis? 152.b
P. Malleolus primus matricida culeo inſutus. 19.b
Mancini fœdus turpe cum Numantinis. 118.b, 119.a
Mancipia apud Majores coronata vendebantur. 797.a
Manilius Criſpus in adulterio deprehenſus. 525.b
Manipularius, qui ſub eodem manipulo militat. 518.a
Manipulus in veteri legione LX *militum fuit.* 303.b. *ejus vetuſtas.* 304.a. *Manlii & M. Atilii fidei publicæ exemplum.* 559
T. Manlius Torquatus, priſcæ & nimis duræ ſeveritatis vir. 203. b. *ejus pietatis in parentem exemplum.* 469. & b. *ſeveritatis adverſus filium.* 499. *fundavit Ius Civile.* ibid.b. *ejus graviter dicti exemplum.* 543. & a,b. *unde* Torquatus *dictus.* 245.a
T. Manlii L. F. Torquati mutationis morum exemplum. 570,571
Mantinea, oppidum. 273.b
Manubiæ & ſpolia ut differant? 723.a,b
Marathon, civitas. 464.b.465.b
M. Marcelli v. Coſ. obſervatæ religionis exemplum. 14. *primus ad Nolam Hannibalem vinci poſſe docuit.* 67. *ſpolia opima Iovi Feretrio conſecravit.* ibid. b. *ejus Fortitudinis exemplum.* 244. & a. *mors.* 803.b
Cn. Marcii Coriolani abſtinentiæ & continentiæ exemplum. 366. & b. 367. *unde* Coriolanus *dictus.* 366. b. *ejus pietas in matrem.* 467. & a,b. *cur exulaverit.* ibid.
C. Marcii Figuli Juriſcoſ. iræ exemplum. 768
L. Marcii centurionis prodigii exemplum. 57,58. & 57.b
L. Marcius trib. militum. 201.a
L. Marcio Eq. Rom. quæ magnifica contigerint. 737. & b. 738
L. Marcii Philippi liberè facti exemplum. 523. & a,b. 524
Q. Marcii Regis Coſ. obitum filii ſui fortè animo ferentis exemplum. 506. & a
C. Marcii Rutili Cenſorini animi moderationis exemplum. 335. *cur* Cenſorinus *dictus.* ibid.b
Mariana monimenta. 384.a
C. Marii exulis ominis accepti exemplum. 50,51. *eloquentiam omninò ſprevit.* 141. *ejus res præclare geſtæ.* 141.b. *apud Minturnenſes Majeſtatis exemplum.* 229, 230. *licentiæ cultus.* 309. & b. *gratitudinis.* 441. *pudicitiæ cultæ.* 518. *mutationis fortunæ.* 579. & a,b. *quod in aliis vindicavit, ipſe commiſit.* 674. & a,b. 675. *ei quæ magnifica contigerint.* 734, 735. *ejus crudelitatis exemplum.* 757,758
T. Marii rati teſtamenti exemplum. 649. & b. 650
Maris dominium revera nullum. 2.a
Marmor, ſecus ac ebur, quò vetuſtius eò ſplendidius. 35.b
Marmorarius. 293.b
Martius Campus, unde ſic dictus. 164.a
Mars viſus bello Lucano. 109. & ſeqq.
Maſſaniſſa, Galæ Maſſæſulorum regis filius, conſtantiſſimæ in Romanos fidei. 30. a. *ejus obſervatæ religionis exemplum.*

emplum. 30. *amiciſsimus pop. Rom.* 419.b. *gratitudinis exemplum.* 443. & a,b. & ſeqq. *cupiditatis vita.* 823
Maſilia, urbs perantiqua. 178.a
Maſilienſium inſtituta varia. 178, 179. *lex de advenis armatis.* 182. *maxima amicitia fuere pop. Rom. devincti.* 178. a. *laudantur.* ibid. b. *vſi Republica Ariſtocratica.* 180
Mater familias Smyrnæa virum & filium interimens. 664
Matres duæ gaudio exſpirantes. 812
Matrimonium non repetentes laudatæ. 131, 132
Matris Dionyſii tyranni ſomnium. 95
Matronæ, quæ? 133.b. *ut differant à matre, & matrefamilias.* ibid. *caſtiſſime, vittatæ inceſſere.* ibid.
Matronæ privatim in ſuis ædibus punitæ. 539.b
Matronalis libertas ac decor. 133, 134
Mauſolus rex, Artemiſia reginæ conjux. 395.b. *ejus monumentum & ſepulcrum.* ibid. & 396.a
Megaleſia feſta. 156.b. *cui ſacra.* ibid. *quando celebrata.* ibid.
Megara urbs, ejus ſitus & deſcriptio. ibid. & 352.a
Melech, *Punicum nomen* Regem *denotans.* 96.a
Melita, inſula in Siculo mari. 30.a. *in ea oppidum fuit ejuſdem nominis, & Fanum antiquum Iunonis.* ibid.
C. Memmius L. Octavium in adulterio deprehenſum nervis contudit. 518
Menſæ antiquis ſacræ. 137.a
Menſas argenteas in Deorum templis conſecrandi mos. 32.a
Mercurius Deorum nuntius animabus præeſt. 181.b. 182.a
Mergis, ſe fratrem Cambyſæ mentitus. 270.a
Meruerant, pro *militaverant.* 202.b
M. Meſſallæ & P. Sempronii cenſoriæ ſeveritatis exemplum in quadringentos equites. 221. *ejus & C. Curionis ſimilitudo formæ cum Menogene & Burbuleo ſcenicis.* 828
Meſſana, urbs, unde ſic dicta, à quo condita. 191.a
Meſſene civitas & regio. 125.b
Metapontus Italiæ oppidum. 349.a. 685.b
Metaurus, fluvius. 627.b
L. Metelli pont. max. obſervata religionis exemplum. 10, 11. *auſpicii capti.* 44. *ſenectus memorabilis.* 714. & a
Q. Metelli Celeris, trib. pl. pudicitiæ cultæ exemplum. 515
Q. Metelli Macedonici Procoſ. diſciplinæ militaris obſervatæ exemplum. 198, 199. *primus Iugurtham dare terga coëgit.* 119.a. *animi moderationis exemplum.* 344. & ſeqq. *humanitatis & clementiæ.* 423, 424. *gratitudinis.* 440. *felicitatis.* 589. & a,b. & ſeqq. *ſtrategematis.* 627. *repulſæ.* 633. *unde* Macedonicus *dictus.* ibid. a. & 634. a. *unde* Pius. 627.b. *ejus rati teſtamenti exemplum.* 648. *ejus, Lucullorum, Hortenſii, & Lepidi irriti teſtimonii,* 671, 672. *odii.* 772. *luxuriæ.* 746
Q. Metelli Numidici Coſ. diſciplinæ militaris obſervatæ exemplum. 189
Majeſtatis apud judices. 224. *unde* Numidicus *appellatus.* ibid. a. *Conſtantiæ exemplum.* 322. & a,b. 323. *cum inter, & Scipionem diſſenſio.* 345. a. *animi moderationis exemplum.* 346
Q. Metelli Scipionis Procoſ. Fortitudinis exemplum. 251, 252. & a
C. Mevii centurionis Conſtantiæ exemplum. 325
Midæ Phrygum regis infantis prodigii exemplum. 76. *fabula & hiſtoria de eo.* ibid. a,b
Miletos urbs, ubi ſita, & à quo condita. 34. a,b
Militaris exercitatio à P. Rutilio inſtituta. 153. & a,b
Militiæ minorem XVII. *annis, aut majorem* XLVI. *aſcribi olim in uſu non fuit.* 236.b
Militis cujuſdam fraternæ benevolentiæ exemplum. 482. & a,b
Militum Alexandri Regis neglectæ religionis exemplum. 34
Militum Rom. & Brenni Galli, neglectæ religionis exempla. 24
Militum Rom. in retinenda claſſe Punica, fortitudo. 249. *eorundem in prælio Cannenſi Fortitudinis exemplum.* 250. *ſeditionis adverſus Gratidium legatum.* 788. & b. 789. a. 789. *Q. Pompejum conſulem.* 789. *C. Carbonem legatum.* ibid.

Militum

Militum trium (Vibii Accei, Valerii Flacci, T. Pediani) Fortitudinis exempla. 258. & ſeqq.
Milonis Crotoniatæ mortis non vulgaris exemplum. 819. & b
Miltiadis res geſtæ. 460.a
Minois Cretenſium regis, ſimulatæ religionis exemplum. 37,38. *ob juſtitiam in terris Judex apud inferos.* 38.a. *ejus conjudices Æacus & Rhadamanthus.* ibid. *cujus filius.* ibid.
Minturnæ Latii urbs & colonia. 51.a. 230.a
M. Minucii Rufi mag. eq. gratitudinis exemplum. 439. & a,b
Minyæ, populi Theſſaliæ. 397.a,b
Minyarum amoris conjugalis exemplum. 397
Miracula quædam naturæ. 126,127
Mirmillones. 88. b. *ante* Galli *dicti.* ibid. b
Mithridates, rex Ponti. 124. b. *ejus gratitudinis exemplum.* 443. *induſtriæ.* 694. *crudelitatis.* 762. & a,b. *ſcelerate facti.* 806. & a
Mitylena, urbs. 804.b
Moderatio, quid? 331.a,b
Mœnianus locus. 814.b
Mœcia tribus unde ſic dicta. 221.a
Mola ſalſa, κριθαὶ πεφρυγμέναι. 173.a
Molo, orator, Alabandenſis, quando floruerit. 142.a
Monœcus portus Herculis unde ſic dictus. 65.a
Monitores & nomenclatores, qui? 694.b
Mons Albanus. 300.a
Monumentum, pro *ſacello.* 85.b
More tranſlaticio, pro *more in Fabulis recepto.* 168.a
Mores Maſſilienſes. proverb. 178.b
Mores natione non pendendi. 30. & b. & 31. a
Mortuos efferendi ritus. 227.a,b
C. Mucii Cordi patientiæ exemplum. 277. *unde* Scævola *dictus.* 278.b
P. Mucii Scævolæ trib. pl. ſeveritatis exemplum. 536. & a
Q. Mucii Scævolæ animi moderationis exemplum. 344. *ei quæ magnifica contigerint.* 734
Mulier alba pudica Æthiopem pariens. 826.a. *cauſſa à Phyſicis cognita.* ib. b
Mulier matricida. 664
Mulier ſubito caſu obmuteſcens. 119
Mulieres legis Oppiæ oppugnatrices. 744. & a,b
Mulieres, more Romanorum peculiari, foro & comitiis carere ſolitæ. 323.b
Mulieres Romanæ, unde olim abſtemiæ *dictæ.* 134.b. *iis vini uſus, æque ac adulterium, fuit interdictus.* 540.a
M. Mulvius, Cn. Lollius, L. Sextilius, triumviri, publicis judiciis damnati. 663
L. Mummius, unde Achaicus *dictus.* 633.b
Munatii Flacci crudelitatis exemplum. 759. & a,b
Municipia, quæ? 831.a
Murci, qui? 537.a,b
Murex proprie quid? 306.b. *pro unaquaque re acuta.* ibid.
Q. Mutii Scævolæ auguris otium laudatum. 695
Mutina, Galliæ Togatæ oppidum. 404
Mylaſa, urbs. 829.a
Myobarbum, quid? 210.b
Myoparo, quid? 210.a. *unde componatur.* ibid.b

N.

NÆviani cujuſdam teſtamenti reſciſſi exemplum. 646
Narix urbs Opuntiorum. 82.a
P. Naſicæ Serapionis Coſ. Fiduciæ ſui exemplum. 306,307
Nerachus, tyrannus Lacedæmonius. 282.b
Neptunus Euphranoris; opus rarum. 708. & b. 709 & a
C. Neronis & M. Salinatoris in ſe mutuo & Pop. Rom. cenſoriæ ſeveritatis exemplum. 219. & ſeqq.
Neronis Claudii Druſi & Antoniæ continentiæ & abſtinentiæ exempla. 365. & b. 366. & a
Nervi, pro *loris.* 518.a
Nervii, populi. 257.a,b
Nili fl. origo incerta. 685.b 686.a
Nimbus, quid? 62.a
Nimbus ac procella verborum. 452.b
Nobile, pro *notum, & famoſum.* 376.b
Nola, Campaniæ urbs. 60.a. 611.a
Nomenclator, quis? 756.a
Nomen, pro *debito.* 224.b

Nomina ſimplicia tantum in Italia fuère ſecundum Varronem. 830. *ejus ſententia ſubruitur.* ibid. & ſeqq.
Novi homines, qui? 152.b
Noxa, pœna ſervorum. 669.a
Numa Pompilius ſacerdotium Veſtalium inſtituit. 13.a. *ancile de cœlo delapſum conſecravit.* 15.b. *ejus ſimulatæ religionis exemplum.* 36, 37. *unde ſic dictus.* 37. b. *non prius regnum accepit, quam Deos auſpiciis conſuluiſſet.* 129.b
Numantia, urbs, obſidione ſua celeberrima. 188.b
Numantini belliçoſiſſimi, eorum res præclarè geſtæ. 187. a,b. 188.a. *eorum à P. Scipione obſeſſorum, neceſſitatis exemplum.* 641. & a,b. 642
Numidarum Regum mos in auctoritate ſervanda. 186
Numulizinthis, Thraciæ regis, crudelitatis exemplum. 763
Nuptiarum auſpicia apud antiquos. 129, 130.a
Nuptiæ ſecundæ apud multas gentes odioſæ. 131.b. *an fuerint licitæ.* 132.b

O.

Obſeſſorum in Capitolio ſtratagematis exemplum. 625,626
Octaviæ, ſororis Auguſti, falſus filius. 831. & a,b
Octavii Balbi indulgentiæ in filium exemplum. 494. & b
Cn. Octavii Coſ. prodigii exemplum. 68. *ſomniorum obſervantiſſimus fuit.* 78.b. *Cæſaris adoptivus filius.* 79.a
Oedipus Laium patrem ſuum inſcius occidit. 465 a
Olbiæ *nominis oppida tria.* 421.a,b
Olympum veteres Οὐρανὸν *dixere appellavere.* 31.b
Omaſum, quid? 663.b
Omen, quid? 47.a
Operæ, pro diurni ſervitiis. 575.b
Operari, quinam dicantur? 559.a,b
Ordinibus loca in theatra primum attributa. 156.
Oſcula variè olim uſurpata, & in omni ferè parte corporis. 186 a,b. *ut diſtinguantur à baſiis & ſuaviis.* 324.a
Oſculum, certiſſimum impudicitiæ ſignum apud calidiores gentes. 430.a
Oſtentorum & fulgurum denunciationes quomodo purgatæ. 7.b
Oſtia ſt. 464.a
Oſtraciſmus, lex apud Athenienſes. 461.a. *unde dicta.* ibid.b
Otaciliæ Laterenſis privatis judiciis damnatæ exemplum. 666
Othryadæ Spartani Fortitudinis exemplum. 271,272
Ovatio, & triumphus ut differant. 211. a,b. *ejus uſus.* ibid.

P.

Paciacorum familia nobiliſſima apud Hiſpanos. 474.a
Paculla Minia Eſopina Bacchanalium ſacerdos. 39.b
Padus, fluvius Italiæ aurifer. 244.b. *unde ſic dictus.* 245.a. πολυώνυμος. ibid.
Pædareti Spartani graviter dicti exemplum. 550
Palatinus mons, ejus deſcriptio. 150. a,b. πολυώνυμος. ibid.a
Palicanus, homo ſeditioſiſſimus. 321.b
Palilia, Paſtorum ſacra. 240.a
Palladium, quid? 44.b. *à L. Metello inter ipſos ignes ſervatum.* 45.a
Palliatus, pro *Græco.* 183.a
Pallium, genus veſtimenti. 298.b. *Græcorum proprium.* 141.a
Palmata veſtis. 746.b
Paludamentum, quid; ejus forma, color, uſus, &c. 96.b
Pantomimus, quis? 160.a
Paphus oppidum Cypri. 52.a
Papiriæ tribus Tuſculanorum in Poliam ultionis exemplum. 796,797
L. Papirii Curſoris Dict. diſciplinæ militaris obſervatæ exemplum. 295. & b. 196
L. Papirii L. F. Curſoris Coſ. ſapienter facti exemplum. 594. & a,b
Papirii Maſonis licentiæ cultus exemplum. 300
Παρασύμοι, *qui?* 130.b
Parricidii pœna quæ? 19.b
Parthi iidem cum Perſis. 69.a
Parvitas, pro *vilitate.* 2.b
Patella, quid? 380.b
Patera poculi genus patens. 32.b. *Græcis* phialia. ibid.

Patriciorum iræ exemplum. 768. & b

Patris familias cujuſdam judiciis publicis damnati exemplum. 663,664

Patris cujuſdam erga ſuſpectum filium ſuum moderatio. 503

Patris cujuſdam vafre facti exemplũ. 615

Patris, qui filium exhæredaverat, teſtamenti reſciſſi exemplum. 643

Patrum Conſcriptorum ominis accepti exemplum. 47,48

Paullæ Buſæ Canuſinæ liberalitatis exemplum. 410

Paulli ſenatoris, & Pontii Lupi induſtriæ exemplum. 679. & b

Pauſanias à Lacedæmoniis inedia mori coactus, & cur? 175.b. *ejus victoria contra Mardonium ſatrapam Medum.* ibid. *Philippum regem occiderit.* 122. a,b. *cupiditatis gloriæ exemplum.* 727. & a,b. 728

Pedatura, quid? 60.b

Pediculum, quid? 380.b

Pelignum oppidum, hinc Peligna cohors. 259.b

Pellex, quæ? 824.a

Pelorus, promontorium Siciliæ. 792.a,b. *unde dictum.* ibid.

Penetralia, Deorum Penatium ſacraria. 112.a

Penni lex de peregrinis urbe pellendis. 291.a

Penſi habere, quid? 217.a

Penteres, hexeres, hepteres, naves, à remorum ordinibus ſic dictæ. 124.a

Peragere reum, quid? 470.b

Perduelles, qui? 554.a

Perduellionis lex. 653.a

Peregrini Magiſtratibus arcebantur. 290.b

Pergamum, urbs. 72.a. 451.a

Periclis Athenienſis continentiæ exemplum. 375. & a,b. *filiorum ſuorum obitum forti animo ferentis.* 506,507. *Iupiter* Olympius *appellatus fuit.* 506. b. *ejus Eloquentiæ vis.* 699. & b. 700. *Aſtrologia.* 706. *Orator & Philoſophus doctiſſimus.* 177.b

Perilli Siculi crudelitatis exemplum. 765. & a,b

Pero filia patrem mamma nutriens. 472

Perpendi, pro *æſtimari, vel judicari.* 225.a

M. Perperna, humili loco natus, clarus evaſit. 290. & a,b. *à Pompeio interfectus.* 528.b. *ejus ſenectus memorabilis.* 715. & a

Perſæ ex more vetuſto proſtrati adorabant reges ſuos. 603.a. *eorum inſtitutum de educandis liberis.* 186. *neglectæ religionis exemplum.* 34,35

Perſes, vigeſimus & ultimus rex Macedoniæ. 49.a. *à Paulo Æmilio ad triumphum ductus.* ibid. &, 418.b. *de ejus morte opiniones.* 419.b

Pervaſum regnum, quo ſenſu? 444.b

C. Peſcennii, triumviri capitalis, pudicitiæ cultæ exemplum. 516

Peſſimûs, oppidum Phrygiæ. 10.a

Petellinòrum fidei publicæ exemplum. 562

Petilia, urbs Calabriæ. 562. b. *in ea regnavit Philoctetes Melibæus.* ibid.

Q. Petillii Coſ. ominis accepti exemplũ. 53

Q. Petillii Spurini Prat. obſervatæ religionis exemplum. 18,19

Petra, locus prope Dyrrachium. 262.a

L. Petronii cum P. Cælio amicitiæ vinculum. 403

Phalaris crudeliſſimus tyrannus. 281.a. & 765.a. *Perillum æneo bovi includi jubet.* ibid.

Pharſalia urbs Emathiæ. 51.b. πολυώνυμος. ibid.

Pheræ, civitas Peloponneſi. 120.b

Pherenicæ mulieri Græcæ quæ magnifica contigerint. 740. & b

Phidias ſtatuarius inſignis. 35.b. *ſtatua Minervæ ab eo facta.* ibid. *ejus Fiducia ſui exemplum.* 314. & b. 315. & a

Philænorum fratrum pietatis erga patriam exemplum. 491. & a,b

Philemonis mortis non vulgaris exemplum. 818

Philippi Macedonis ſapienter dicti exemplum. 603. *ei mors prænuntiata.* 122

Philocratis, C. Gracchi ſervi, fidei erga dominum exemplum. 566. & a,b

Philoni in Architecturâ ceſſit Pop. Athenienſis. 712

Philoſophiæ Ionicæ origo. 682.a

Phocionis Athenienſis Conſtantiæ exemplum. 326. &. b. 327. & a. *unde Bonus cognominatus.* 327.b. *ejus res geſtæ.* 463.a,b. *mors.* ibid.

Phœbades Apollinis vates. 6.a

Phrygia Aſiæ minoris regio. 76.b. *in minorem*

norem & majorem diviſa. ibid. ejus incola antiquitùs Βρύγες & Brigantes appellati. ibid.
Φθειρίασις, morbus. 773.a
Φυλάττεσθαι τὸ Θώρακα, proverb. 122.a
Piaculum, expiatio. 195.a
Picena, regio Italiæ. 454.b
Picentes ubi ſiti, & unde oriundi. 63.a
Pileus, libertatis ſignum. 440.a. 556.b
Primipilus. 516.a,b
Pindari, C. Caſſii ſervi, fidei erga dominum exemplum. 567. & a,b
Pindari poëtæ mortis non vulgaris exemplum. 818. & b
Pinnæ, pro criſtis. 111.b
Pinnenſes, populi. 478.b
Piſiſtrati Athenienſis ſimulatæ religionis exemplum. 38. & a. humanitatis & clementiæ. 429,430. eloquentiæ vis. 699. & a,b
Pittaci Mitylenæi animi moderationis exemplum. 353,354. tyrannidem adeptus eſt. ibid. ejus lex in ebrios. 354.a. quando floruerit. ibid. ejus juſtitiæ exemplum. 556
Placentia, civitas. 404.a
Plancus, πλατύπους. 354.a
Platonis Philoſ. infantis prodigii exemplum. 77. animi moderationis. 349,350. ſapienter dicti. 601. induſtriæ. 685
C. Plautii Numidæ amoris conjugalis exemplũ. 393. ejus res geſtæ. 521.b. 522.a
M. Plautii amoris conjugalis exemplum. 393. & a,b
Plebis Rom. iræ exemplum. 771. & b. Seditionis adverſus C. Marium. 787. & a. Q. Metellum. ibid. A Numium candidatum. 788. A. Sempronium. ibid. & a,b. erroris. 794. & a,b. 795
Q. Pleminii legati Propræt. neglectæ religionis exemplum. 28,29. in carcere pediculari morbo conſumptus. 28.b
Πλεύσειας εἰς Μασσαλίαν, proverb. 178.b
Plotius fænerator ſtupri accuſatur. 515.a
Cn. Plotii Planci familiæ fidei erga dominum exemplum. 568
Pœni opere lignario olim Romæ claruêre. 631.a
Pœnicarum fœminarum proſtitutio dedecoroſa. 185,186
Pœnitentia, pro ipſo peccato. 447.a
Polemonis Athenienſis mutationis morum exemplum. 581
Polentum, quid? 46 a
Polycratis Samii mutationis fortunæ exemplum. 585. & a,b
Polyſtrati & Hippoclidis Philoſophorum ſimillima vita. 126
Polydamantis Scotii ſui mortis non vulgaris exemplum. 818
Pompa, quid? 267.a
Pompeii, legati ad Gentium regem, Patientiæ exemplum. 278. &,b. 279. & a
Cn. Pompeii Magni Procoſ. ominis accepti exemplum. 51. prodigii. 71. ſolus, antequam conſuleſſet, de Africa triumphavit. 71.b. ejus rogus miraculoſe indicatus. 114, 115. & 114. a,b. unde Magnus cognominatus. 115.a. ejus verecundiæ exemplum. 390. humanitatis & clementiæ. 426. & a,b. ingratitudinis in Cn. Carbonem. 454,455. & a. cupiditatis gloriæ. 723. eo quæ magnifica contigerint. 735. & ſeqq. breviarium rerum ab ipſo geſtarum. 736.a. ejus ſuperbiæ exemplum. 780. & b. cum Vibio & Publicio ſimilitudo formæ. 827
Cn. Pompeii Strabonis ſimilitudo formæ cum Menogene coquo. 827
Pons ſublicius circiter pedes DC. à Palatino diſtat. 16.a. πολυώνυμος. ibid. unde dicta. ibid. & 241.a
Pontii Aufidiani eq. Rom. pudicitiæ cultæ exemplum. 513
Pontii centurionis Conſtantiæ exemplum. 324. & a,b
Pontius à P. Cernio in adulterio deprehenſus, caſtratus. 518
C. Popillii Lænatis graviter facti exemplum. 546. & a
Cn. Popillii ingratitudinis exemplum in M. Ciceronem. 453. & a,b. 454
M. Popillii rati teſtamenti exemplum. 651
Populi Aſiatici bello Parthico neceſſitatis exemplum. 640. & a,b
Populi Rom. obſervatæ religionis exemplum. à pag. 4. ad 10. diverſis temporibus prodigiorum exempla. 61. & ſeqq. penes eum ſuprema erat poteſtas. 197.a. in quinque claſſes fuit diviſus, & unaquæque claſſis in centurias. 333. a, b. ejus continentiæ exempla. 373. & ſeqq. verecundiæ. 388. liberalitatis erga Attalum regem. 411. ejuſdem

erga Græcos. 412,413. *gratitudinis.* 438. & a,b. *ingratitudinis in Camillum & alios.* 447. & a. & ſeqq. *ſeveritatis.* 533. & ſeqq. *juſtitiæ.* 551. & ſeqq. *neceſſitatis poſt cladem Cannenſem.* 635. *ejuſdem in bello Mariano.* 639

Populi Vticenſis in C. Fabium Hadrianum ultionis exemplum. 797,798

Porcia gens Plebeia. 254. b. *duas familias habuit.* 255.a

Porciæ M.F.M. Bruti, Fortitudinis exemplum. 254. & a. *amoris conjugalis exemplum.* 394. & b

Porſena Hetruſcorum rex. 277.a

Porta Randuſcula, unde ſic dicta? 485.a,b

Poſticum, quid? 568. a

A. Poſtumii Tuberti Dict. & T. Manlii Torquati Coſ. diſciplinæ militaris obſervatæ exemplum. 192,193

Potitius & Pinarius ſacerdotes Herculis. 24.a. *cur Pinariorum familia deinde miniſtra tantum fuerit epulantibus Potitiis.* ibid.

Præco, quis? 220.a

Præfecti Sibyllinis libris quot. 19.a

Præpetere, quid? 62.a

Præpetes aves, quæ? ibid. *unde dictæ.* ib.

Præs. 229. a. *differt à vade.* ibid. 526.a

Præneſtinæ ſortes nobiles. 7.a. *earum inventio & origo à Numerio Suffio.* 40.b. *quando fierent.* 41.b

Præneſtinorum militum in Caſilinatum obſidione neceſſitatis exemplum. 638,639

Præſidium, pro loco ubi præſidia ponuntur. 47.b

Præſultor, pro *cruciario.* 83.a

Prætexere, pro *incruſtare.* 167.a

Prætexta, quid? 42.b. 224,236. a,b. *nobilium propria.* 657.b

Prætextati: qui? 636.a

Prætorium quid? 60.a. *unde ſic nominatum.* ibid. *forma.* ibid. *fuit &* Auguratorium *dictum.* ibid. *ejus magnitudo.* ibid.b. *ſitus.* ibid.

Prandia quando fuerint in uſu apud Romanos. 131.a. *quis primus illa induxerit.* ibid. & 172. b

Praxiteles ſtatuarius inſignis. 708

Priapus, cur Lampſaco pulſus. 618.b

Priene, civitas Ioniæ. 53.b. *patria Biantis.* 54.a. Cadme *etiam dicta.* ibid.

Prienenſium ominis accepti exemplum 53,54

Primipili munus & auctoritas. 70.a

Principes in ſecunda acie locabantur. 69.b

Principum filii Etruſcis traditi ut ſacrificandi diſciplinam perciperent. 8.a,b

Prodigus bonis interdicebatur. 296.b

Pronunciatio, quid? 701.a. *in eâ totius eloquentiæ ornamenta repoſita.* ibid.

Propagare, pro *amplificare.* 193.b

Propulæa. 239 a

Proſcribere, quid? 375.a

Proſcriptorum nomina ſcripta in tabella in foro exponebantur. 237.b. *eorum bona pro arbitrio proſcribentis tractabantur.* 238 a.375.a

Proſerpinæ templum apud Locrenſes. 28.a

Προσφωνεῖν, *quid?* 193.a

Proxenetæ, qui? 130.b

Pruſias rex Bithyniæ. 316.b. *ejus filii admirandi dentes.* 124

Pſeudo-Philippus, qui idem Andriſcus *dictus, à Metello Macedonico victus.* 633. a,b

Ptolemæi, Ægypti regis, luxuriæ & libidinis exemplum. 752. & b

Ptolemæi Cypriorum regis avaritiæ exemplum. 778

Ptolemæus Dionyſii Auletæ F. 420.a,b

Ptolemæi Phyſcontis, regis, crudelitatis exemplum. 763. & b

Ptolemais, civitas. 72.a

Publicani, qui? 228.b. 229.a. *ex his alii mancipes, alii prædes, alii ſocii.* 229.a. *unde ſic dicti?* ibid.

Publicum, quid? 575.a

Pueri de bellis gloriã reportantes. 235.a,b

Pueri Macedonis Patientiæ exemplum. 279,280

Pugio, quid? 777.b. pro *homine militari.* 297.a

Pullaria auguria, quando captarentur. 65.a

Pullarius, quis, ejus munus, & auſpicandi ritus. 44.a,b

Pullum, quid? 69.a

Puls, genus cibi. 172.b

Pultonis Pinnenſis juvenis pietatis in patrem exmplum. 477. & b. 478

Pulvinaria loca in templis. 934. a. *lectiſternia etiam dicta.* ibid. & 306.a

Puniceus & Phœniceus color ut differant. 135.a

Pupinia, locus; ut & tribus. 381.a,b
Purpureus color à purpura ſic dictus, & Purpura quid? 134.b
Puteoli, oppidum. 615.b. 773.b
Pyanepſis menſis cur ἀπόεςμος dictus. 31.a
Pylades & Oreſtes, par verorum amicorum. 399.b
Pyrrhi Epirotarum regis neglectæ religionis exemplum. 29,30. Humanitatis & clementiæ. 430. ejus geſta. 431.b. ſaxo de muris jacto occiditur. ibid. 432. a,b
Pythagoras Samius philoſophus. 183.a. ejus opinio de animalibus hominum. ib. ejus induſtriæ exemplum. 682. & a,b. & ſeqq. quomodo mortuus. 683. b. 685.a. quæ ei magnifica contigerint. 738. & b. 739. ſub Cereris religione à Crotoniatis cultus. 739.b
Pythica cortina. 740.a
Pythius Apollo unde ſic dictus. 34.a

Q.

QUæſtio, quid? 565.a
Quæſtiones habitæ, à M. Agrii ſervo. 669. Alexandro C. Fannii. 670. Philippo Fulvii Flacci. ibid. & a,b
Quæſtores urbani, qui? 207. b. eorum munus. 421.a
Quæſtorium quid? 60.a
Quatenus & Quatinus ut differant. 800.a
Quatuor tribunorum plebis juſtitiæ exemplum. 554
Quidam ob equi vecturam longiorem furti damnatus. 667
Quintia prata, unde ſic dicta. 383.b
L. Quintii Cincinnati Dict. diſciplinæ militaris obſervatæ exemplum. 194. & a,b. 195. animi moderationis. 335. & b. 336. & a. paupertatis laudatæ exemplum. 383
L. Quinctius Flaminius Senatu motus & cur? 215.b. 216.a
Quirinalis collis unde ſic dictus. 18. a. ejus deſcriptio & nomina. ibid. hodie Mons Caballinus dicitur. ibid.

R.

REate oppidum Sabinorum. 100.a. ejus vetuſtiſsima origo. ibid.
Regillus, lacus. 99.b
M. Reguli & P. Phili cenſoriæ ſeveritatis exemplum in reliquias Cannenſes. 221,222
Rei & ſupplices annulos ponebant more lugentium. 655.a,b
Religio, pars juſtitiæ. 673.b
Remigis cujuſdam rarus caſus. 123,124
Remdere, quid? 274.b
Repetundarum accuſari, quid? 224.a,b
Repudium primum. 132,133
Reſtipulari, quid? 208.b
Retexuit, pro delevit, & emendavit. 28.b. 29.a
Retiarius, ejus arma, & deſcriptio. 88.a
Rhamnus, civitas Eubœæ, ubi colitur Fortuna. 116.a
L. Rhegini cum Q. Servilio Cæpione amicitiæ vinculum. 401. & b. 402. & a
Rhegium, civitas. 793.a
Rhodus etiam Ophiuſa dicta à ſerpentium multitudine. 52.b. 53.a. opinatiſſima inſula; quo ſenſu? 415.b
Robur, locus in carcere. 535.b
Rogus, quid; quomodo, & ex quibus lignis extrueretur. 118.a. 379.b. 393.b
Roma quando condi cœpta. 240.a,b
Romani unde ſacra & ceremonias ſumſerint. 6. a. nihil niſi captatis auguriis faciebant. 130.a. 208.b. eorum de Tarentinis triumphus. 146.a
Romanorum perſeverantia Nerviorum vicit pervicaciam. proverb. 257.b
Romuli lituus & ſtatua incendiorum flammis intactæ. 116,117
Romuli Fortitudinis exemplum. 243. & a. Iovi Feretrio ſpolia opima retulit. ibid. de ejus morte variæ ſcriptorum ſententiæ. 446. a,b
Q. Roſcii Comœdi induſtriæ exemplum. 680. & b
Roſtra. 218.b. 305.b. unde dicta. 780.a,b
Rubriæ Mediolanenſis mentitæ familiæ exemplum. 833
Ruduſculum, quid? 485.a
Rullus, ἀγύρτης. 196.b
P. Rupilii Coſ. diſciplinæ militaris obſervatæ exemplum. 199, 180. mutationis fortunæ exemplum. 575
P. Rutilius diſciplinam militarem inſtituit. 153.a. dolore periit. ibid.b. ejus Majeſtatis exemplum apud Aſiæ civitates. 228,229

P. Rutilii Rufi graviter dicti & facti exemplum. 547. & a

S.

ΣΑβάζειν, *quid?* 41. b. *ejus origo.* ibid. *Sabazii Iovis ſacra apud Romanos prius prohibita à poſteris recepta fuêre.* 41. a,b. *unde dicta.* ibid.
Sabelli populi. 291.a
Sabinarum raptus. 158.a
Sacerdotum Collegiorum obſervatæ religionis exemplum. 11,12
Sæculum, ſpatium c. *annorum.* 715.a
Sacramento contendere, quid? 648.a
Sacramentum, juramentum. 152.a
Sagulum, veſtis genus. 260.b. 425.a
Saguntinorum fidei publicæ exemplum. 561,562
Saguntum, oppidum. 562.a,b
Salamis inſula. 459.b
Salapia, urbs. 326.a
Salernum, civitas Lucaniæ. 768.a
Salii ſacerdotes à Numa in urbe conſtituti, & Marti Gradivo conſecrati. 15.a. *eorum munus.* ibid. a, b. *de eorum origine variæ opiniones.* ibid.
Samænæ, cymbæ biremes. 54.b
Samnites populi qui; & ubi ſiti. 61.a,b. 196.b. 249.a
Samnium, Italiæ regio. 196.b. 368.b
Samos Ionica, Thracia, & propè Zacynthum. 120.a
Samus τετράπολις. 442.b
Sandanapila, quid? 586.a
Sardanapalus, ultimus Aſſyriorum rex. 399.a. *muliere corruptior,* ibid. *in eum fit conjuratio.* ibid. *in morte tantùm virum imitatus.* ibid. *ejus verba buſto ſuo inſcripta.* ibid.b
Sardinia & Sicilia Romæ nutrices. 637.a
Sariaſtris Tigranis regis F. ſceleratè facti exemplum. 806. & a,b
Satellitum Lartis Tolumnii regis erroris exemplum. 796
Satyra, quid; & ejus ortus. 160.a,b
Satyriſcus, parvus Satyrus. 95.b. *an fuerint Satyri Silenive.* 95.b. 96.a
Saxum Tarpeium. 556.a. *de eo falſi teſtimonii convicti præcipitabantur.* ibid.
Scæva & Scævolæ qui dicti? 278.b
Q. Scævolæ Auguris Conſtantiæ exemplum. 323. & a
Scalæ Gemoniæ. 536.b. *unde ſic dictæ.* ib.
Scapha quid? 65.b
Scena, unde dicta? 166.b. *duplex, verſatilis, & ductilis.* 167.a
Scenici legibus infames. 179.a,b
Scytharum pietatis in parentes exemplum. 475. & a, b. 476. *gens antiquiſſima, nullis libidinum ſtimulis vexata.* ibid. *Solem unicum Deum eſſe credunt.* 476.a
Scipio, quid, ejus uſus & forma. 85.a,b. *geſtamen conſulare.* 382.a. *ejus origo.* ib.
P. Scipio Æmilianus tertium Punicum bellum confecit. 21.a. *ejus Diſciplinæ militaris obſervatæ exemplum.* 187. & a,b. 188. *Fiduciæ ſui.* 306. & a. *animi moderationis.* 342.. & ſeqq. *abſtinentiæ & continentiæ.* 373. & a. *humanitatis & clementiæ.* 424. *liberè dicti.* 524,525. *graviter dicti.* 545. *ei quæ magnifica contigerint.* 732. & b. 733
Cn. Scipio Africani majoris F. à præclaris parentibus degeneravit. 294,295. & a,b
P. Scipionis Africani majoris *ſimulatæ religionis exemplum.* 37. *diſciplinæ militaris obſervatæ.* 199. *licentiæ cultus.* 298. *ei & M. Marcello cur negatus triumphus.* 210,211. *ejus Majeſtatis exemplum apud Antiochum regem & exteros.* 225,226. *Fiduciæ ſui.* 301. & a, b. & ſeqq. *animi moderationis.* 337,338. *Iovis filius eſſe credebatur.* 337.b. *de ejus morte variæ opiniones.* 345. a, b. *ejus & Ti. Sempronii Gracchi reconciliationis exemplum.* 359. & a, b. 360. *abſtinentiæ & continentiæ.* 363,364. *humanitatis & clementiæ.* 424. & a.b. *ejus ſepulchrum cum inſcriptione.* 448.a.b. *quando & ubi mortuus.* 449.a,b. *ejus pietatis in parentem exemplum.* 458. *benevolentiæ fraternæ.* 478,479. a, b. *pietatis erga patriam.* 487. & a, b. *fidei publicæ.* 560. *mutationis morum.* 571. & b. 572.a. *ſapienter dicti.* 593. *vafre facti.* 610. & a, b. *cupiditatis gloriæ.* 722. & b. 723. *ei quæ magnifica contigerint.* 730. *ejus temeritatis exemplum.* 790. & a,b
P. Scipionis Africani minoris, *Procoſ. diſciplinæ militaris obſervatæ exemplum.* 200. *Majeſtatis apud Maſſaniſſam &*

ſam & Pœnas. 228
L. Scipionis Aſiatici licentiæ cultus exemplum. 299. & a. *judiciis publicis damnati.* 661.a,b
P. Scipionis Naſicæ Fortitudinis exemplum. 235, 256. *repulſa.* 631. & a, b. *ſimilitudo formæ cum Serapione victimario.* 827. *ei quæ magnifica contigerint.* 732. *circa Pergamū interiit.* 451.a
Sciro, Sinnis, Procuſtes, latrones à Theſea interfecti. 458.a. *eorum ſcelera.* ibid.
Scopas, ſculptor marmoreus. 121.b
Scorta meretrices, unde ſic dicta? 188.b
Scriba, ſcripturarius. 170.b
C. Scribonii, Curionis F. luxuriæ exemplum. 747.& a,b
Scripturarius ager. 229.b
Scrupulus, lapillus brevis. 14.a. 384.a,b. *pro ſollicitudine & difficultate.* ibid.
Scyphus, quid. 65.b
Scyros, inſula. 458.b
Seculares ludi, cur ita dicti; à quo inſtituti. 162.b
Segmentum, quid? 437.b
Seleuci, Syriæ regis, indulgentiæ in filium exemplum. 495
Sellæ curules unde dictæ. 171.a.246.b. 247.a
Semeſtre aurum, quid? 192.b
Semiramidis Aſſyriorum reginæ odii exemplum. 776. & a,b
Semproniæ, Gracchorum ſororis, Conſtantiæ exemplum. 323. & b
C. Sempronii Gracchi ſomnium. 85,86
Ti. Sempronii Gracchi trib. pl. animi moderationis exemplum. 340. & a, b. 341. *ejus cum Pomponio & Latorio amicitiæ vinculum.* 401
Sempronius Muſca C. Gallium in adulterio deprehenſum flagris cædit. 518
P. Sempronii Sophi ſeveritatis exemplum. 541
Sempronii Tuditani rati teſtamenti exemplum. 647. & a,b
Senacula tria Romæ fuêre. 146.b
Senatus ſemper in locis ſacratis cogebatur. 257.a
Senatus Carthaginienſis diſciplinæ militaris obſervatæ exemplum. 265
Senatus Rom. obſervatæ religionis exemplum. 21,22. *peregrinæ religionis rejectæ.* 40. *fides & taciturnitas.* 139. *Vigilantia.* 146, 147. *diſciplina militaris obſervata.* 201. & ſeqq. *Fiduciæ ſui.* 311. *Humanitatis & clementiæ.* 417. & ſeqq. *Gratitudinis.* 436. & ſeqq. *ingratitudinis in Romulum.* 446. & a,b. *ſeveritatis.* 536. *ejuſdem in inceſtas.* 539. *fidei publicæ.* 558. & a,b. 559. & a. 560, 561. *ſapienter facti.* 595
Senectus honorata apud antiquos. 136. b. 137
Sentii Saturnini Vetulionis vafre facti exemplum. 615. & a
Seplaſia, platea Capuæ. 750.b
Septem Sapientum animi moderationis exempla. 354. & b. 355
L. Septimuleji avaritiæ exemplum. 778
Septitia, Trachalorum matris, teſtamenti reſciſſi exemplum. 645
Serapis, Iſis, & Harpocrates dii Ægyptii à Romanis prohibiti. 42.a
C. Sergii Oratæ luxuriæ exemplum. 742
Serpens ad Bagradam. 127,128
Serpentum allapſus multis magnis viris ſalutaris fuit ominis. 61.a
Q. Sertorii, ſimulatæ religionis exemplum. 37. *vafre facti exemplum.* 611. & a,b. & ſeqq. *laudatur.* 611. a,b. *ejus res geſtæ.* 612. a,b. *falſus filius.* 832. & a
Servi C. Marii C. F. Coſ. fidei erga dominum exemplum. 565,566
Servi nati, viliores quàm facti. 289.a
Servi publici qui? 230.a
Servii Tulli Regis prodigii exemplum. 56. *unde ſic dictus.* 57.a,b. *ex quibus parentibus natus.* ibid. *ejus ſtatua, cur in templo Fortunæ poſita.* 117.a
C. Servilius Ahala Spurium Mælium regnum affectantem interimit. 452.a
Q. Servilii Cæpionis mutationis fortunæ exemplū. 578, 579. *perfidia.* 785. & a,b
P. Servilii Iſaurici in quendam reum teſtimonii rati exemplum. 673. *unde* Iſauricus *dictus.* ibid. a,b
Servus Afer in pœnis & morte ridens. 285
Seſtertius, denarii quarta pars. 304.a,b
Sextans, quid? 380.a
P. Sextilii ingratitudinis exemplum in C. Cæſarem oratorem. 452. & b. 453
Sibylla Cumana Tarquinio libros obtulit. 9.b. *variæ fuêre, earumque auctoritas.* ibid. *Samia Prienenſium, in bello dux.* 53.b

Sica, quid? 251.b

Sicca Venerea, 185.a,b

L.Sicinii Dentati Fortitudinis exemplum. 266

Siculi piſcatoris ſimilitudo formæ cum Prætore Rom. 829. & b

Signa ſi avellentem facile ſequerentur, inter auguria habebatur. 64.a

Siliqua, quid? 384.a

Simonidis poëtæ ſomnium. 90,91. & 90. b. *quando floruerit.* 91.a. *ejus ſcripta.* ibid. *ruina domus exemptus.* 120, 121. *primus artem memoriæ protulit.* 121.a. *ejus induſtriæ exemplum.* 692. & b

Simulachra urbium devictarum in triumphi pompa deducebantur. 213.b

Si quis in ſolio regio conſederit capital eſto, *lex apud Perſas.* 429.a

Si tamen ab orco receptus eſt: *formula de flagitioſiſſimis & maxime impiis olim uſurpata.* 810.b

Smyrna, oppidum, unde ſic dictum. 250.b

Sociale bellum quando geſtum. 60.a

Socrates Philoſophiam è cælo evocavit, & in urbibus collocavit. 35.a *immeritò ab Anyto & Melito accuſatus.* ibid b. & 599.a,b. *ejus opinio de Deo.* ibid. *ab Areopagitis damnatus.* 177.a. *humili loco natus, clarus evaſit.* 293. & a,b. *cujus filius.* ibid.a. *ejus Conſtantiæ exemplum.* 327. & b. 328. & a. *graviter dicti.* 549. & a. *ſapienter dictorum.* 597. *induſtriæ.* 689. & b. 690. *ejus otium laudatum.* 696

Solatium, pro ſubſidio. 415.a

Soldurii, qui? 184.a

Solidum, pro profundo. 165.a

Soli taurilia, ſacrificia. 342.b

Solium, propriè quid? 718.a

Solon, cur exulaverit. 459.a. *ejus res geſta,* ib. *ejus ſapienter dicti exemplum.* 599. & b. 60. b. *induſtriæ.* 693. & a,b

Sophoclis Athenienſis continentiæ & abſtinentiæ exemplum.. 376. & a. *induſtriæ.* 692. & a. *mortis non vulgaris.* 818. & a,b

Sophonisba, Aſdrubalis filia, Syphacis uxor. 276.a

Sophron, mimographus. 686.b

Sora, oppidum Campaniæ. 658.b

Sordes, pro *avaritia.* 639.a

Sororium tigillum, quid; & unde ſic dictum. 539.b

Sortes ut captarentur? 7.a. *per eas divinandi duplex genus.* 6.b

Sortes pro *Oraculis.* 59.b

Spartanorum frugalitas. 174, 175. *luxuriæ contemptores, & admodum laboris patientes.* 174.a. *eorundem mos militaris.* 175. & b. 176. *ingratitudinis exemplum in Lycurgum.* 456. & a,b

Spartanorum trium fiduciæ ſui exempla. 318

Speuſippus Eurymedontis filius. 350.a

Spiculum, quid? 257.a

Spira, quid? 191.b

Spolia opima, quæ; 244.a

Spolia, & Manubiæ, ut differant? 373.a

Sponſionis formulæ. 207.b.208.a

Spurinæ Etruſci verecundiæ exemplũ. 391

Spurinnæ aruſpicinæ rarus effectus. 73. b. 706

Spurius Albinus, primus imperator contra Iugurtham miſſus. 189.a,b

Staſippi Tegeatis animi moderationis exemplum. 353

Stata ſacrificia, quæ? 17.b

Statio, pro vigiliis, ſeu excubiis. 137,a,b

Statuæ honoris cauſa viris de Rep. benè meritis erigebantur. 337.b

Stipi nodoſa. 215.a

Stips, unde dicta? 208.a

Stipulatio & ſtipulari, quid? 666. b. 208.a

Stiva, manubrium aratri. 382.b

Stola, quid? 134.a. 510.a. pro *ipſa muliere.* 297.a

Strabonis Lincei rarus & acutiſſimus viſus. 125

Stragula, veſtis verſicolor. 372.b

Strigmenta, quæ. 829.a

Studia ſordida, quæ. 725.a

Stupor, quid? 330.a,b

Stupripæna, caſtratio. 519.b

Sublicum, quid? 16.a

Subſellia. 147.b

Subſeſſor, quis? 598.b

Sucro Hiſpaniæ oppidum. 310.a

Sudes, quid, ejuſque forma. 110.a.640.a

Sueſſa Aurunca, & Sueſſa Pometia, oppida. 144.a,b

Suggeſtus. 218.b

Suggillare. 269.a

Suggillatio, quid? 578.a

Sulpi-

Sulpiciæ Lentuli fidei erga maritum exemplum. 564
Sulpiciæ, Ser. F. Q. Flacci, quæ magnifica contigerint. 738
Ser. Sulpicii Galbæ liberè dicti exemplum. 530. *judiciis publicis abſoluti.* 653. & a,b. *perfidiæ.* 784
C. Sulpitii Galli ſeveritatis exemplum. 540. *Aſtrologiæ rarus effectus.* 705. & a,b
Superantibus, pro *Extantibus.* 26.b
Supercilium, pro *ſeveritate.* 192.b. 540.b
Supplicandi ritus. 547.b
Supplicationes partâ victoriâ decernebantur. 812.b. 111.b. 112.a
Supplicium, quid? 540.b
Suſpicere, pro *venerari.* 704.b
Q. Syllæ Procoſ. prodigii exemplum. 60. 61. *multa bella civilia confecit.* 212.b *Dictator perpetuus creatus ſe* Felicem, *liberos vero* Fauſtos, *appellari voluit.* 238.b. *ejus licentiæ cultus exemplum.* 299. & a. *gratitudinis.* 441. & a. *cupiditatis gloriæ.* 723. & b. 724
Sylvani verba audita bello Vejent. 107, 108. *ſylvarum pecoriſque Deus.* 108.b
Syphax, Numidiæ rex, opulentiſſimus à Scipione in triumphum ductus. 418. a. *ejus mutationis fortunæ exemplum.* 787. & a,b
Syracuſa, urbs & colonia. 14. a. v. *urbes intra mœnia continet ſecundum Strabonem.* 14.b. 339.b
Syracuſanæ cujuſdam liberè dicti exemplum. 531

T.

T*Abellio, quis?* 220.a
Tabulæ, ante papyri inventionem cera obducebantur. 225.a
Talentum duplex, Atticum & Euboïcum. 377.a
Tanaquil Priſci Tarquinii regis uxor. 56. b. *prodigiorum peritiſſima.* ibid.
Tantum non, pro *fermè*, vel *quaſi.* 322.a 537.a
Tarpeia ſedes unde dicta. 783.b
Tarentini aliquando Spurii *vocati.* 145.b *mollitie nobiles.* 146.a
Tarracina, oppidum in Volſcis. 661.a.
L. Tarquinii regis obſervatæ religionis exemplum. 19. *filium ſuum*, XIII. *annos natum, quod hoſtem manu percuſſerat, pro concione laudavit, & bulla aurea prætextaque donavit.* 236. a. *humili loco natus, clarus evaſit.* 287. *nihil niſi prius captis auſpiciis agebat.* 288.b
Sex. Tarquinii L. F. ſtratagematis exemplum. 624. & a,b. 625
Tarentinum bellum. 202. a. *cur ſuſceptum.* 273.a
Tarentus oppidum Calabriæ. 145. a,b. πολυώνυμος. ibid.
T. Tatii Sabinorum regis perfidiæ exemplum. 783, 784
Taurinus ſanguis recens, inter venena. 491.a
Taurominium, mons. 190.a
Taurus, mons. 206.a. 356.b
Taygeti montes. 397.b
Tegeum oppidum. 353.b
Tegmen, pro *ſcuto.* 154.b
Telluris templum. 534.a
Terentii cujuſdam teſtamenti reſciſſi exemplum. 646
C. Terentii Varronis neglectæ religionis exemplum. 22, 23. *humili loco natus, clarus evaſit.* 22 b. 283. & a. *verecundiæ exemplum.* 388. & a, b. 389. *induſtriæ.* 678. & b. *quando mortuus.* 679.a
Q. Terentii Culeonis gratitudinis exemplum. 439. & b
Ser. Terentii cum D. Bruto amicitiæ vinculum. 404
Terentus, locus in Campo Martio. 164.a
Teſſeris tribus antiquiſſimi utebantur, media ætas duabus. 796.b
Teſtamenta ſeptem teſtibus præſentibus olim condebantur. 644.a
Teſtandi ritus apud Athenienſes. 234.a,b
C. Tettii teſtamenti reſciſſi exemplum. 645.
Teutonorum uxorum pudicitiæ cultæ exemplum. 520, 521. *maritima natio.* 230.b
Thaletis Philoſophi ſapienter dicti exemplum. 602
Thamyris reginæ ultionis exemplum. 798. & a,b
Theatra primum ædificata. 155. *eorum deſcriptio.* 155.a. *variis Diis fuêre ſacra.* ibid.a b
Themiſtoclis Athenienſis res geſtæ. 462.b. *pietatis erga patriam exemplum.* 490. & a,b.

& a,b. 491. *mutationis morum.* 582. & a,b. *ſapienter dicti.* 602. *induſtriæ.* 993. & b. 694. *per ſummam iniquitatem urbe pulſus.* ibid. *cupiditatis gloriæ.* 725. & a,b
Theodori Cyrenæi liberè dicti exemplum. 532
Theodori Syracuſani Patientiæ exemplum. 283. & a,b
Theogenis Numantini Fortitudinis exemplum. 275
Theopompi, Spartanorum regis, moderationis animi exemplum. 356. & a
Theopompus Orator & Tragicus poëta. 728.b
Theramenis Athenienſis Fortitudinis exemplum. 274
Thermopylæ, anguſtiæ montis Oetæ. 169. b. 270.a
Theſeus, Ægei regis Athenarum filius. 403. a. *ejus amicitia cum Perithoo.* ibid. *Athenis aram miſericordiæ conſecravit.* 458.a
Thracum opinio de vitæ calamitate. 184. & a
Thraſimenus lacus. 414.b
Thraſybuli Athenienſis animi moderationis exemplum. 352. & a,b. 353. *pietatis erga patriam.* 490. & a
Thura antiquiſſimis temporibus non in uſu. 22.a,b
Thuriæ Q. Lucretii Veſpillonis fidei erga maritum exemplum. 564
Thuribulum, quid? 279.b
Thurii in Martis tutela fuêre. 109.a
Thurina, oppidum. 109.a
Thuſci populi, unde Lydi dicti. 159
Thymus, herba. 77.b
Tiberis unde dictus. 242. a,b. πολυώνυ-[illegible] ibid.
Tiberina inſula, ejus origo & deſcriptio. 10[illegible] a,b. *tota Æſculapio ſacra.* ibid. *in ea navis ex Thaſio lapide ſculpta.* ib.
Tibia dextra & ſiniſtra. 138.b
Tibicinum Quinquatria prima. 171. & b. 172
Tibur, civitas in Sabinis. 172.b
Ticinus fluvius. 481.a
Tigranes Armeniæ rex ſe Pompejo dedit. 526.a,b
Timantis Agamemnonis; opus rarum. 709. & a,b
Timaſithei Liparitanorum, obſervatæ religionis exemplum. 33,34
Timuchi Maſſilienſium. 180.a
Sex. Titii judiciis publicis damnati exemplum. 662
C. Titinii Minturnenſis privatis judiciis damnati exemplum. 667
Titus Flaminius totam Græciam ſubegit. 216.
Toga Romanorum; unde togata Comœdia. 141.a
Toga virilis quo anno ſumebatur. 470.a
C. Toranii C. F. ſceleratè facti exemplum. 804
Trabeati, qui; & Trabea, quid? 150.b
Tragica veſtis. 647.b
Tragula, quid? 265.a. *quinam ea uſi.* ib.
Tralles, urbs. 72.a. 346.a
Tranſlatitia & tranſlativa quæ? 168.a
Traſimenus, lacus Thuſciæ. 64
Trebellii Calcæ mentitæ familiæ exemplum. 832
Trebia, urbs & flumen. 627.b
Tribuni militum ſeni in quaque legione creabantur. 191.b. *à quo primum creati* ibid. & 192.a. *eorum duplex genus.* ib.
Tribunitia poteſtas, cur ſacroſancta. 514.b
Tribunicius viator. 748.a
Tribunus quis eſſe, niſi plebejus, non poterat. 218.a,b
Tribunorum pleb. diligentia. 147
Tribus triplici ratione diſtincta. 632.b
Tributum, quid? 370.a
Triclinium, quid? 121.b. 238.a
Trigemina porta, unde ſic dicta. 401.a
Tripodes in templo Apollinis, quibus admota Phœbus inſtinctu numinis futura prædicebat. 355.b
Tritico nihil utilius. 77.a
non Triumphantes ex civili victoria. 211. & ſeqq.
Triumphantium habitus. 141.b
Triumphum petentes extra urbem manebant. 210.a
Triumphus, ejuſque deſcriptio. 206.b
Triumviri, qui? 472.a. *eorum officium.* 502.b. *primò tantùm libris Sibyllinis præfuêre.* 516.a. *nocturni.* 663.b
Troja quando condita. 112.a. *quot annis ſteterit.* ibid. *quando capta.* ibid.
Trophæa, an Tropæa ſcribendum. 189.a. *unde ſic dicta, & Trophæum propriè quid?*

quid? ibid. & 248.b. 521. a,b. *quinam horum primi uſurpatores.* ibid.
Tucciæ virginis Veſtalis judiciis publicis abſolutæ exemplum. 656. & a
Tulliæ Ser. F. L. Superbi regis ſceleratè facti exemplum. 800. & a,b. 802
Tullii Attii, Volſcorum ducis, vaſre facti exemplum. 621. & a,b.622
Ser. Tullius rex, humili loco natus, clarus evaſit. 289. *unde* Servius *cognominatus.* ibid.a,b
Tullus Hoſtilius rex, humili loco natus, clarus evaſit. 286. & a,b, *ejus Stratagematis exemplum.* 622. & a,b. 623. *mortis non vulgaris.* 811. & a,b
Tunica, veſtis interior; toga & prætexta, exterior. 301.b
Turma, unde ſic dicta. 198.b
P. Turullii præfecti claſſis, neglectæ religionis exemplum. 25,26
Tuſculani colles, unde ſic dicti, & ubi ſiti. 99.b
Tuſculani ſæpe defecerunt à Romanis. 620. b. *eorum vaſre facti exemplum.* 620, 621. *quando civitatem acceperint.* 797.a
Tuſculum oppidum ejuſque ſitus. 99. b. 292.b. 620.a,b
Tyrus, urbs & inſula. 124.a

V.

V*Acatio, quid?* 100.a
Vades & Sponſores ut differant. 302.b
M. Valerii Corvi ſenectus memorabilis. 713. & a,b. 714. *ei quæ magnifica contigerint.* 734
Valerius Corvinus, unde ſic dictus. 245.b
C. Valerii Flacci Flaminis mutationis morum exemplum. 572. & a
L. Valerii Heptachordi rati teſtamenti exemplum. 650
Valerii Maximi *error.* 178.a. *ſerviliter Tiberio adulatur.* 510.a
M. Valerii Max. & C. Iunii Bruti cenſoriæ ſeveritatis exemplum in L. Antonium. 215
M. V. Valerii Maximi vis eloquentiæ. 697
P. Valerii Poplicolæ Coſ. animi moderationis exemplum. 332. & ſeqq. *unde* Poplicola *dictus.* ibid. *paupertas laudata.* 379
Vallum, quid? 109.b. *quomodo fiebat.* ibid.
Q. Varius Ibrida, quod in aliis vindicavit, ipſe commiſit. 675. & a,b. 676
Varro Romanus Cynicus *dictus.* 5.b
Varus, fl. 53.b
Veji, urbs Etruriæ. 47.b. *Camilli decennali obſidione nobilis.* 104.b.335.b
Vejentes Italiæ populi. 58.b
Vejentium Pop. Rom. ac prodigii exemplum. 58,59
Velia, oppidum Lucaniæ; Elea *quoque dicta.* 8.b
Velites, qui? 153. b. 154.a. *eorum uſus à quo primum inſtitutus.* 154
Vellere aurem, quid? 52.b
Venationes ac gladiatorii ludi diverſis Diis attributi. 155.b
Veneficii prima quæſtio. 171. & a,b
P. Ventidii Baſſi mutationis fortunæ exemplum. 576. & a,b
Venus Praxitelis, opus rarum. 708. & a,b
Venus Verticordia, unde dicta? 738. a,b
Verna, quis? 289.a
Verriculum, genus retis plumbati. 355.a
Verrugo, oppidum. 248.a. *lacus in Volſcis.* 554.a
Verſus quid? 60.b
Veſpillones & Veſpæ, qui; unde ſic dicti. 227.a,b
Veſta unde dicta, & quid denotet. 13.a
Veſtales virgines cur perpetuum ignem ſervarent. 12.b. 13.a. *iis de publico darī ſtipendium ſtatuit Numa Pompilius.* 13.a
Veſuvius, mons Campaniæ. 80.b
T. Veturii T. F. Calvini pudicitia cultæ exemplum. 515. & a,b. 516
Vetuſtas, pro *nobilitate.* 152.b
Via Latina. 107.a. πολυώνυμος. ibid.
Via ſacra. 663.b
Viatores, unde dicti? 748.a
Victima, unde dicta. 67.b. *quando immolabatur.* ibid.
Victimarii qui? 19.a
Vicus ſceleratus, antea Ὄλβιος *dictus.* 801.b. 802
Vietus, quis? 528.b
Villii Annalis ſceleratè facti exemplum. 805

Vinum

P. Villii, triumviri, publicis judiciis damnati exemplum. 663
Vinum olim Romanis fœminis æquè ac adulterium fuit interdictum. 134.a,b
Virgilianæ ſortes, quæ? 6.b
L. Virginii pudicitiæ cultæ exemplum. 511. & b. 512
Viriati cædes, & fortunæ mutatio. 785. a. 545.b
Viridomarus Gallorum dux à M. Marcello occiſus. 244.a,b
Virtute præditi, ſoli felices & divites. 77.a
Vmbilici, calculi quidam nitidiores. 695.a
Vmbo, propriè quid? 265.a
Vmbriæ ſitus. 307.b. 308.a
Vnguenta unicuique parti corporis idonea attributa. 175. a. *Nardinum præſtantiſsimum.* ibid.
Vni, etiam de minori ſcelere non creditur. 344.a
Vocalis quis? 120.a,b
Volones, milites, unde ſic dicti? 488.a
Volumen & liber ut differant? 2.a
T. Volumnii cum M. Lucullo amicitiæ vinculum. 402,403
Vomica quid? 120.b
Vortex, propriè quid? 242.a
Volſinienſium libidinis & luxuriæ exemplum. 751. & a
M. Voluſii Saturnini ædil. pleb. vafre facti exemplum. 614
Vota veterum ſuſcepta ſcriptis ſubſignatiſque tabulis confirmabantur. 166.a
Votum duplex, Conceptivum & Nuncupativum. 14. b. 714. a, b. *ut diſtinguantur.* ibid.
Ὑπόκρισις, *ſimulatio vocis & geſtus.* 704.a
Vrna, quid? 433 a. 538.a
Vibinii Panopionis ſervi fides erga dominum exemplum. 568
Vrbium expugnatores, apud majores poſtmodum earum patroni habebantur. 340.a
Vtica, urbs; ejus ſitus & deſcriptio. 253. b. *à quo condita.* ibid.
Vxor quæ ducenda. 598.a,b
Vxoris Vettii Salaßi ſcelerate facti exemplum. 805

X.

XEnocratis apud Athenienſes Majeſtatis exemplum. 234. *fuit auditor Platonis.* 253.b. *ejus continentiæ & abſtinentiæ exempla.* 376. & b. *ſapienter dicti.* 601. & b
Xenophili Chalcidenſis ſenectus memorabilis. 718,719
Xenophontis obitum filii ſui forti animo ferentis exemplum. 507. & a,b. 508
Ξέρξης & Ἀρταξέρξης, *gentilitium Perſarum regibus nomen poſt Cyrum.* 74.a
Xerxis Perſarum regis prodigii exemplum. 74,75. *ejus exercitus.* 75.a. *clades.* ibid. *mare navibus ſtravit, & Byzantium ponte junxit.* 270,271. *ejus libidinis & luxuriæ exemplum.* 751. *ſuperbiæ.* 782. & a. *cupiditatis vitæ.* 822. & b. 823

Z.

ZAleuci Locrenſis, ſimulatæ religionis exemplum. 38. *juſtitiæ.* 557
Zenonis Eleatis Patientiæ exemplum. 280,281. *ejus variæ ſententiæ de mundo, anima, &c.* 280.a,b
Zenonis alterius *Patientiæ exemplum.* 282. & a,b
Zeuxis pictoris Fiduciæ ſui exemplum. 314. *à Parrhaſio in certamine pingendi victus.* ibid.

FINIS.

Digitized by Google